Presented to His Royal Highness the Duke of Sussex
by H. R. H. the Prince of Capua.
1840.

Scopus Biblia ad hominum vota mirum ut animo & corpore ... habeant. adtemperatus

Bourguet

Biblia ſacra

Vtriuſqꝫ Teſtamēti: diligēter recognita ⁊ emendata: nō paucis locis: quę corrupta erāt: collatiōe hebraicoꝝ voluminū reſtitutis. Item in fronte libri ex Athanaſio Fragmentum de libris vtriuſqꝫ Teſtamenti.



Petrus Kouchig verus mei poſſeſſor. Año 7 0

ANDREAS OSIANDER PIO LECTORI.

CVM eſſent apud nos ſacra utriuſq; Teſtamenti Biblia typis excudenda, cuperentq; uehementer ii, quorũ ſumptibus res agebatur, ut ꝙ fieri poſſet, emendatiſſima in lucem prodirent; neq; tamen omnia, quæ laudabile hoc eorum ſtudium requirebat, in promptu eſſent; carebamus enim optimo, in hoc laboris genere, ſubſidio, nempe uetuſtis exemplaribus, quorum ſæpe uel antiquitas incorruptiorem ſeruat ueritatem, uel diuerſitas, non modo indicat errorem, uerum etiam, reſtituendæ ueritati præbet anſam. In partem laboris ab eis ſum inuitatus, rogatuſq;, ut expunctis erroribus, quos typographorum uel incuria, uel rerum grammaticarum ignorãtia inuexerat, ſimul etiam, ſicubi barbaries, uel aliud ſermonis incommodum ſuſpitionem faceret, conſultis hebræa ueritate, & ſeptuaginta interpretibus, ſubodorarer, quid eſſet legendum. Quod cũ facere cœpiſſem, conferremq; latina hebræis, occurrebant nõnulla, quæ interpres uel non fuerat aſſequutus, uel parum cõmode explicarat; quorũ aliqua placuit obiter annotare, nõ alia cauſa, ꝙ ut ſtudioſos iuuenes ad ſectanda ſtudia linguarum acrius incitarem, ſine quarum cognitione, fruſtra ſperamus genuinam ſacrarum literarum intelligentiam. Senes uero moroſos æquanimiores redderem, iis, ſi qui forte Eraſmi exemplum imitati, nouam ueteris Teſtamenti tranſlationem molirentur; nonnulla uero prudens diſſimulaui, alii uel tẽpori uel authori reſeruans, quod eiuſmodi eſſent, quæ nuda & ſuis rationibus orbata, non uiderentur tuto in lucem networkitura, exagitantibus & calumniantibus oĩa indoctiſſimis Sophiſtis. Quod ſi nihil aliud, certe temporis iniquitas, mira Typographorum feſtinatione contracti, manum retrahere coegit, obſtititq;, quo minus ſatiſfaceremus ipſi nobis; ne quid dicã de Typographis, in quibus non raro diligẽtia & eruditio deſiderantur. In propriis nominibus, uel hominum, uel locorum reſtituendis paulo fuimus audaciores. Si quis ueterem ſaliuam magis probat, ſimiles habent labra lactucas, nempe corruptiſſimorum exemplariorum alibi excuſorum uel myriadas, tametſi nos quoq; multa tulimus abiicienda, non noſtro, ſed aliorũ ſtomacho ſeruientes; cum non ignoremus, optima nõ niſi pauciſſimis placere.

Vale.

RPJCB

In ſequentem Epiſtolā beati Hieronymi Argumentum per D. Eraſmum Roterodamum.

Ethnicoꝝ ſapientum: et eccleſiaſticorum exemplis prouocat ad ſtudium literarum: pręcipue ſacrarum: et in his quantum ſit difficultatis oſtendit. Deinde ceu mundum quendam diuinę ſcripturę exponit oculis: ac veluti per tranſenniam oſtendit: quo magis inflammet ad huius ſtudium: ſingulos eius libros: authores: et argumenta elogijs quibuſdam breuiter commendans.

Epiſtola beati Hieronymi ad Paulinum preſbyterum: de omnibus diuinę hiſtorię libris. Caput I.

FRater Ambroſius tua mihi munuſcula perferēs: detulit ſimul et ſuauiſſimas literas: quę a principio amicitiarū fidem probatę iam fidei: et veteris amicitię noua pręferebant. Vera enī illa neceſſitudo eſt: ⁊ Chriſti glutino copulata: quam nō vtilitas rei familiaris: non pręſentia tantū corporum: non ſubdola ⁊ palpans adulatio: ſed dei timor: ⁊ diuinarum ſcripturarū ſtudia cōciliant. Legimus in veteribus hiſtorijs quoſdam luſtraſſe prouincias: nouos adijſſe populos: maria trāſiſſe: vt eos quos ex libris nouerant: coram quoqꝫ viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates: ſic Plato Aegyptum: et Architā Tarentinū: eamqꝫ oram Italię: quę quondam magna Grecia dicebatur: laborioſiſſime peragrauit: vt q̇ Athenis magiſter erat: et potēs: cuiuſqꝫ doctrinā academię gymnaſia perſonabant: fieret peregrinus atqꝫ diſcipulꝰ: malens aliena verecūde diſcere: ꝙ ſua impudenter ingerere. Deniqꝫ cum literas quaſi toto fugientes orbe perſequitur: captus a pyratis: ⁊ venundatus etiā tyranno crudeliſſimo paruit: ductus captiuus: vinctus: ⁊ ſeruus: tamen quia philoſophus maior emente ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquētię fonte manantem: de vltimis Hiſpanię Galliarumqꝫ finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus: ⁊ quos ad cōtemplationē ſui Roma nō traxerat: vnius hominis fama ꝑduxit. Habuit illa ętas inauditum omnibus ſeculis: celebrandumqꝫ miraculum: vt vrbem tantam ingreſſi: aliud extra vrbē quęrerent. Apollonius ſiue ille magus: vt vulgus loquitur: ſiue philoſophus: vt Pythagorici tradunt: intrauit Perſas: pertranſiuit Caucaſum: Albanos: Scythas: Maſſagetas: opulentiſſima Indię regna penetrauit: ⁊ ad extremum latiſſimo Phyſon amne tranſmiſſo peruenit ad Brachmanas: vt Iarcham in throno ſedentem aureo: et de Tantali fonte potantem: inter paucos diſcipulos de natura: de motibus ſyderum: ac dierum curſu audiret docentem. Inde per Elamitas: Babylonios: Chaldęos: medos: Aſſyrios: Parthos: Syros: Phoenices: Arabes: Palestinos: reuerſus Alexandriā: perrexit Aethiopiā: vt gymnoſophiſtas: ⁊ famoſiſſimam ſolis menſam videret in ſabulo. Inuenit ille vir vbiqꝫ quod diſceret: et ſemper proficiens: ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuꝑ hoc pleniſſime octo voluminibꝰ Philoſtratꝰ. II.

[Margin: Pythagoras. Plato. Architas. Titus Liuius. apolloniꝰ. bragmane. Iarchas. Hora. li. 1. ſermonū. Vale. li. 4. Laer. in vita taletis. hero. li. 3. Pōponiꝰ mela. li. 3. Philoſtratus.]

QUid loquar de ſeculi hominibus: cum apoſtolus Paulus: vas electionis: ⁊ magiſter gentium: qui de cōſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur: dicens: An experimentum quęritis eius qui in me loquitur Chriſtus: poſt Damaſcum Arabiamqꝫ luſtratam aſcenderit Ieroſolymam: vt videret Petrum: ⁊ manſerit apud eum diebus quindecim. Hoc enim myſterio hebdomadis et ogdoadis futurus gentium prędicator inſtruendus erat. Rurſumqꝫ poſt annos q̄tuordecim: aſſumpto Barnaba et Tito: expoſuerit apoſtolis euangelium: ne forte in vacuum curreret: aut cucurriſſet. Habet enim neſcio quid latētis energię viua vox: et in aures diſcipuli de authoris ore tranſfuſa fortius ſonat. Vnde et Aeſchines cū Rhodi exularet: et legeretur illa Demoſthenis oratio: quā aduerſus eū habuerat: mirātibus cunctis atqꝫ laudantibꝰ ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiā: ſua verba reſonantē? III.

[Margin: actuū. 9. c. 2. cor. 13 a. Gala. 1. d. Ibidē. 2 a. aeſchines demoſthenes.]

HAec non dico: quod ſit in me aliquid tale: quod vel poſſis a me audire: vel velis diſcere: ſed ꝙ ardor tuus et diſcendi ſtudium etiā abſqꝫ nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile: et ſine doctore laudabile eſt. Nō quid inuenias: ſed quid quęras cōſyderamus. Mollis cęra: et ad formādum facilis: etiam ſi artificis et plaſtę ceſſent manus: tamē virtute totum eſt: quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolus ad pedes Gamalielis legē Moyſi et prophetas didiciſſe ſe gloriatur: vt armatus ſpiritalibus telis: poſtea doceret confidenter. Arma enim noſtrę militię non carnalia ſunt: ſed potentia deo ad deſtructionem munitionum cogitationes deſtruentes: et omnem altitudinem extollentē ſe aduerſus ſcientiam dei: et captiuantem omnem intellectum ad obediendum Chriſto: et parati ſubiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum ſcribit ab infantia ſacris literis eruditum: et hortatur ad ſtudium lectionis: ne negligat gratiā: quę data ſit ei per impoſitionē manꝰ preſbyteri. Tito pręcipit: vt inter cęteras v̄tutes epiſcopi: quē breui ſermone depixit: ſcientiam quoqꝫ non negligat ſcripturarū. Obtinentem (inquit) eū: qui ſm̄ doctrinā eſt fidelē ſermonē: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana: et contradicentes reuincere. IIII.

[Margin: Paulus apoſtolus. Act. 22. a. 2. cor. 10. b. 2. tim̄. 3. d. Titū. 1. b.]

SAncta quippe ruſticitas ſolū ſibi prodeſt: ⁊ quātū ędificat ex vitę merito eccleſiā chriſti: tantū nocet ſi deſtruētibus nō reſiſtat. Malachias ꝑpheta: imo ꝑ malachiā dn̄s interrogauit ſacerdotes legē. In tātū ſacerdotis officiū eſt: interrogatū reſpōdere de lege. Et in Deuteronomio legimꝰ: Interroga patrē tuū: ⁊ annūciabit tibi: ſeniores tuos: ⁊ dicēt tibi. In pſalmo q̄qꝫ. cxviij. Cātabiles mihi erāt iuſtificatiōes tuę ī loco peregrinationis meę. Et in deſcriptiōe iuſti viri: cū eū arbori vitę Dauid: quę eſt in paradiſo cōpararet: inter cęteras virtutes hoc etiā ītulit: In lege dn̄i volūtas eiꝰ: ⁊ ī lege eiꝰ meditabiť die ac nocte. Daniel ī fine ſacratiſſimę viſionis: ait iuſtos fulgere q̄ſi ſtellas: et intelligētes: id eſt doctos quaſi firmamentū. Vides: quātū īter ſe diſtēt: iuſta ruſticitas: ⁊ docta iuſtitia? Alij ſtellis: alij cęlo cōparanť. Quāꝙ iuxta hebraicā veritatē vtrūqꝫ de eruditis poſſit ītelligi. Ita enī apud eos legimus: Qui aūt docti fuerint: fulgebūt: q̄ſi ſplendor firmamēti: ⁊ q̇ ad iuſtitiā erudiūt multos: q̄ſi ſtellę in ꝑpetuas ęternitates. Cur dicit Paulꝰ apl's vas electionis? Nēpe q̄a legis ⁊ ſcripturarū ſanctaꝝ erat armariū. Phariſęi ſtupēt ī doctrina dn̄i: ⁊ miranť ī petro: ⁊ ioāne: quomodo legē ſciāt: cū literas nō didicerint. Quicq̄d enī alijs exercitatio: et q̄tidiana in lege meditatio tribuere ſolet: illis hoc ſpiritusſanctꝰ ſuggerebat. Et erāt iuxta quod ſcriptū eſt theodidacti.

[Margin: Malac. 1. et. 2. Deu. 32 a. Pſal. 118. Pſalm̄. 1. Dan̄. 12. b. Ibidem. actuū. 9. c. Mat. 7. d. actuū. 4. Ioan. 6. e. Luce. 2. f.]

Duodecim annos ſaluator impleuerat: et in templo
ſenes de queſtionibus legis interrogans: magis do-
cet: dum prudenter interrogat. Niſi forte ruſticum
Petrum: ruſticum dicimus Joannem: quorũ vterq;
dicere poterat: Et ſi imperitus ſermone: non tamen
ſciētia. Joannes ruſticus: piſcator indoctus: et vnde
z.cor.11.b illa vox obſecro: In principio erat verbum: ⁊ verbum
Joan.1.a. erat apud deum: et deus erat verbum? Logos enim
gręce multa ſignificat. Nam et verbum eſt: et ratio:
⁊ ſupputatio: ⁊ cauſa vniuſcuiuſq; rei: per quam ſunt
ſingula quę ſubſiſtunt: quę vniuerſa recte intelligi-
mus in Chriſto. V.

Hoc doct⁹ Plato neſciuit: hoc Demoſthe-
Abdie.1.a nes eloquēs ignorauit. Perdam: inquit:
Eſa. 29.e ſapientiam ſapientium: et prudētiam pru
1.corin.1.c dentium reprobabo. Uera ſapientia per-
1.cori.z.d
1.cori.1.d. det falſam ſapientiam. Et quamꝙ ſtultitia prędica-
tionis in cruce ſit: tamen Paulus ſapientiam loqui-
tur inter perfectos. Sapientiam autem non ſęculi
huius: nec principum ſęculi iſtius: quę deſtruitur: ſed
loquitur dei ſapientiam in myſterio abſcōditam: quā
prędeſtinauit de⁹ ante ſęcula. Dei ſapiētia Chriſtus
Cello.z.a eſt. Chriſtus enim dei virtus: ⁊ dei ſapientia. Hęc ſa
pientia in myſterio abſcondita eſt: de qua ⁊ noni pſal-
mi titulus pręnotatur: pro occultis filij: in quo ſunt
omnes theſauri ſapientię et ſcientię dei abſcōditi. Et
qui in myſterio abſcōditus erat: prędeſtinatus eſt an-
Rom. 1.a. te ſęcula: prędeſtinatus autem et prępfiguratus in le-
1.reg. 9.b. ge et prophetis. Unde et prophetę appellabantur vi
Joan.8.g dentes: quia videbant eũ: quem cęteri non videbant.
Hezec. 1.a Abraam vidit diem eius: et lętatus eſt. Aperiebātur
Pſal. 118. cęli Hezechieli: qui populo peccatori clauſi erāt. Re
Rom. 7.c uela (inquit David) oculos meos: et cōſiderabo mi-
z. cor.3.d rabilia de lege tua. Lex enim ſpiritalis eſt: et reuela-
apoca.5.a tione opus eſt: vt intelligat: ac reuelata facie dei glo-
Eſa. 29.d riam cōtemplemur. Liber in apocalypſi ſeptem ſigil
apoca.3.b lis ſignatus oſtēditur: quem ſi dederis homini ſcien-
ti literas: vt legat: reſpōdebit tibi: Non poſſum. Si-
gnatus eſt enim. Quanti hodie putant ſe noſſe literas:
et tenent ſignatum librum: nec aperire poſſunt: niſi
ille reſerauerit: qui habet clauem David: qui aperit:
et nemo claudit: claudit: ⁊ nemo aperit? In actibus
actuũ.8.c. apoſtolorum ſanctus eunuchus: immo vir (ſic enim
eum ſcriptura cognominat) cũ legeret Eſaiam pro-
phetam: interrogatus a Philippo: Putaſne intelli-
gis quę legis? Reſpondit: Quomodo poſſum: niſi
aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim)
nec ſanctior ſum hoc eunucho: nec ſtudioſior: qui de
Aethiopia: id eſt de extremis mundi finibus venit ad
templum: reliquit aulam regiam: ⁊ tantus amator le
gis diuinęq; ſcientię fuit: vt etiam in vehiculo literas
legeret ſacras. Et tamen cum librum teneret: et ver-
ba domini cogitatione cōciperet: lingua volueret: la-
bijs pe r ſonaret: ignorabat eũ: quem in libro neſciens
venerabatur. Uenit Philippus: oſtendit ei Jeſum:
qui clauſus latebat ī litera. O mira doctoris virtus.
Eadem hora credit eunuchus: baptizatur: et fidelis:
et ſanctus factus: ac magiſter de diſcipulo efficitur:
plus in deſerto fonte eccleſię: ꝙ in aurato ſynagogę
templo repperit. Hęc a me perſtricta ſunt breuiter
(neq; enim epiſtolaris anguſtia euagari longius pa-
tiebatur) vt intelligeres: te in ſcripturis ſacris ſine
pręuio: ⁊ monſtrante ſemitam non poſſe ingredi. VI.

Taceo de grammaticis: ⁊ rhetoribus: philo
ſophis: geometris: dialecticis: muſicis: a-
ſtronomis: aſtrologis: medicis: quorum
ſcientia mortalibus vel vtiliſſima eſt: et in
tres partes ſcinditur: to dogma: tin methodon: tin
empirian. Ad minores artes veniam: ⁊ quę non tam
lingua ꝙ manu adminiſtrantur. Agricolę: cęmenta-
rij: fabri metallorũ: lignorũq; cęſores: lanarij quoq; ⁊
fullones: et cęteri qui variam ſupellectilem: et vilia
opuſcula fabricantur: abſq; doctore eſſe non poſſunt:
quod cupiũt. Quod medicorum eſt: promittunt me- Horatius
dici: tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturarum ars li.z. epſa.
eſt: quam ſibi paſſim omnes vendicant. Scribimus Horatius
indocti: doctiq; poemata paſſim. Hāc garrula anus: vbi ſupra.
hanc delirus ſenex: hanc ſophiſta verboſus: hanc vni-
uerſi pręſumunt: lacerant: docēt: anteꝙ diſcant. Alij
adducto ſupercilio grandia verba trutinantes inter
mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij
diſcunt proh pudor a foeminis: quod viros doceant.
Et ne parum hoc ſit: quadam facilitate verborũ: im-
mo audacia ediſſerūt alijs: quod ipſi non intelligūt.
Taceo de mei ſimilibus: qui ſi forte ad ſcripturas ſan
ctas poſt ſęculares literas venerint: et ſermone com-
poſito aures populi mulſerint: quicquid dixerint: hoc
legem dei putant. Nec ſcire dignantur: quid prophe
tę: quid apoſtoli ſenſerint: ſed ad ſenſum ſuum incon
grua aptant teſtimonia: quaſi grande ſit: et nō vitio-
ſiſſimum docendi genus: deprauare ſententias: et ad
voluntatem ſuam ſcripturam trahere repugnātem.
Quaſi non legerimus Homerocentonas: et Uergi-
licentonas: ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto
poſſimus dicere chriſtianum: quia ſcripſerit: Jam re virg. ī bu.
dit et virgo: redeunt ſaturnia regna. Jam noua pro- egloga.4.
genies cęlo demittitur alto. Et patrem loquentem
ad filium: Nate meę vires: mea magna potentia ſo- Eneid. 1.
lus. Et poſt verba ſaluatoris in cruce: Talia perſta- Ene.d.z.
bat memorans: fixuſq; manebat. Puerilia ſunt hęc:
et circulatorum ludo ſimilia: docere quod ignores:
immo: vt cum ſtomacho loquar: ne hoc quidem ſcire
quod neſcias. VII.

Jdelicet manifeſtiſſima eſt Geneſis: ī qua Geñ.1.⁊z
de creatura mundi: de exordio generis hu-
mani: de diuiſione terrę: de confuſione lin- Ge.10 ⁊ 11
guarum: de deſcēſione vſq; ad Aegyptum Gene.46.
ſcribitur hebręorum. Patet Exodus cũ decem pla- Exo.9.10.
gis: cum decalogo: cũ myſticis diuiniſq; pręceptis. 11.1z.zo.
In promptu eſt Leuiticus liber: in quo ſingula ſacri
ficia: immo ſingulę pene ſyllabę et veſtes Aaron: et to
tus ordo Leuiticus ſpirant cęleſtia ſacramenta. Nu nume.zz.
meri vero: nonne totius Arithmeticę: et prophetię z3.et.33.
Balaam: et quadragintaduarum per eremum man
ſionum myſteria continent? Deuteronomium vero
ſecunda lex: et euangelicę legis prępfiguratio: nonne
ſic ea habet: quę priora ſunt: vt tamē noua ſint omnia
de veteribus? Hucuſq; Moyſes: hucuſq; pentateu-
chus: quibus quinq; verbis loqui ſe velle apoſtolus in 1.cor.14.d
eccleſia gloriatur. Job exemplar patientię: quę non
myſteria ſuo ſermone complectitur? Proſa incipit: vſq; ad.3.
verſu labitur: pedeſtri ſermone finitur: omneſq; leges ca.et.3.vſ-
dialecticę propoſitione: aſſumptione: confirmatione: q; ad.4z.
concluſione determinat. Singula in eo verba plena ⁊.4z.vſq;
ſunt ſenſibus. Et vt de cęteris ſileam: reſurrectionē ad finem.
corporum ſic prophetat: vt nullus de ea vel manife-
ſtius: vel cautius ſcripſerit: Scio: inquit: ꝙ redem- Job.19 d
ptor meus viuit: et in nouiſſimo die de terra ſurre-
cturus ſum: et rurſum circumdabor pelle mea: et in
carne mea videbo deum: quem viſurus ſum ego ipſe:
et oculi mei conſpecturi ſunt: et non alius. Repoſi-
ta eſt hęc ſpes mea in ſinu meo. Ueniam ad Jeſum
Naue: qui typum domini nō ſolum in geſtis: verum
etiam in nomine prępfert. Tranſit Jordanē: hoſtium Joſue.3
regna ſubuertit: diuiſit terram victori populo: et per Joſue.7.
ſingulas vrbes: viculos: montes: flumina: torrentes vſq;.13.
atq; confinia eccleſię: cęleſtiſq; Jeruſalem ſpiritua- Joſue.14.
lia regna deſcripſit. In Judicum libro: quot prin- vſq;.z3.
cipes populi: tot figurę ſunt. Ruth Moabitis: Eſai.16.a
Eſaię explet vaticinium: dicēs: Emitte agnum do- 1.reg.4.c.

Ibi.31 d. mine dominatorem terrę de petra deſerti ad mon-
z.reg. 8 d tem filię Sion. Samuel in Heli mortuo: et in occi
z.reg. z.a ſione Saul veterem legem abolitā monſtrat. Por
3.regū.3 ro in Sadoc atqꝫ Dauid noui ſacerdotij: nouiqꝫ im
4.reg.z4. 3regū. 1z. perij ſacramenta teſtatur. Malachim: id eſt tertiꝰ ⁊
4.regū 17 quartus Regū liber: a Salomone vſqꝫ ad Iecho-
niā: et a Ieroboam filio Nabath: vſqꝫ ad Oſee: qui
ductus eſt in aſſyrios regnū Iuda: et regnuꝫ deſcri
bit iſrael. Si hiſtoriā reſpicias: v̓ba ſimplicia ſunt:
ſi in literis ſenſum latentē inſpexeris: eccleſię pauci
tas: ⁊ hereticorum contra eccleſiā bella narrantur.
Duodecim prophetę in vnius voluminis anguſtias
coartati: multo aliud: ꝙ ſonāt: in litera pręſigurāt
Oſee.1 Oſee crebro nominat Ephraim: Samariam ioſeph
Oſee.z Iezrahel: ⁊ vxorem fornicariam: ⁊ fornicationis fili
Oſee.3 os: ⁊ adulteram cubiculo clauſam mariti multo tē
pore ſedere viduam: et ſub veſte lugubri viri ad ſe re
ditū pręſtolari. Ioel filius Phatuel: deſcribit ter
Ioelis.1 Ioelis.z ram duodecim tribuum: eruca: brucho: locuſta: ru
Ephe. 1. c bigine vaſtante conſumptā: ⁊ poſt euerſionem prio-
ris populi effuſum iri ſpiritūſanctum: ſuper ſeruos
dei et ancillas: id eſt ſuper centum viginti credenti
um nomina: ⁊ effuſum iri in coenaculū Sion. Qui
centum viginti ab vno vſqꝫ ad quindecim paulatim
et per incrementa ſurgentes quindecim gradnū nu
merum efficiunt: qui in pſalterio myſtice continent.
Amos paſtor: et ruſticus: et roborum mora diſtrin-
Amos.1 z gens: paucis verbis explicari nō poteſt. Quis enim
z digne exprimat tria et quatuor ſcelera Damaſci: et
Gazę: ⁊ Tyri: ⁊ Idumęę: ⁊ filiorū Ammon: ⁊ Mo
Ibidem 4 Ibidē.6 a ab: ⁊ in ſeptimo ⁊ octauo gradu Iudę: ⁊ iſrael. Hic
Ibidē.7 loquitur ad vaccas pingues: quę ſunt in Samarię
Ibidem 8 monte: et ruituram domum maiorē: minoremqꝫ te
ſtatur. Ipſe cernit fictorē locuſtę: ⁊ ſtantē dominuꝫ
ſuper murū litū vel adamantinū: et vncinū pomorū
attrahentem ſupplicia peccatoribus: ⁊ fameꝫ in ter
ra: non famē panis: nec ſitim aquę: ſed audiendi ver
bum dei. Abdias qui interpretatur ſeruus domini:
Abdie ca. vnico pertonat contra Edom: et ſanguineuꝫ terrenumqꝫ
hominē: fratris quoqꝫ Iacob ſemper ęmuluꝫ: haſta
Ione.1 ꝑcutit ſpiritali. Ionas pulcherrima columba nau-
fragio ſuo paſſionē domini prefigurans: mundū ad
Ione 3. poenitentiam reuocat: et ſub nomine Niniue gen-
Miche.5. tibus ſalutem nunciat. Micheas de Moraſthi co-
heres Chriſti vaſtationem annunciat filię latronis
⁊ obſidionē ponit contra eam: quia maxillaꝫ percuſ
Naum.3. ſerit iudicis Iſrael. Naum conſolator orbis incre-
Naum 1 d pat ciuitatē ſanguinum: ⁊ poſt euerſionem illius lo-
quitur: Ecce ſuper montes pedes euangelizantiū: et
Habacu.1 annunciantis pacem. Habacuc luctator fortis: ⁊ ri
Haba.z.a gidus ſtat ſuper cuſtodiam ſuam: ⁊ figit graduꝫ ſu
Ibidē.3.b per munitionem: vt chriſtū in cruce contempletur:
hypallage eſt. ⁊ dicat: Operuit cęlos gloria eius: ⁊ laudis eiꝰ ple-
na eſt terra. Splendor eius vt lux erit: cornua ī ma
nibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. So-
phonias ſpeculator: et arcanorū dei cognitor: audit
clamorem a porta piſcium: et eiulatum a ſecunda:
et contritionem a collibus. Indicit quoqꝫ vlulatū
habitatoribus pilę: quia conticuit omnis populus
Ps. 1z 5. Chanaan: diſperierunt vniuerſi: qui inuoluti erant
Aggei.1 argento. Aggeus feſtiuus et lętus: qui ſeminauit
in lachrimis: vt in gaudio meteret: deſtructū tem-
Aggei z.b plum ędificat: deumqꝫ patrem inducit loquentem:
Adhuc vnum modicumqꝫ: et ego commouebo cę-
lum ⁊ terram: ⁊ mare ⁊ aridam: et mouebo omnes
gentes: ⁊ veniet deſideratus cūctis gentibus. Za-
zacha.3.b ⁊.d. charias memor domini ſui: multiplex in prophetia
zacha.4.a ieſum veſtibus ſordidis indutū: ⁊ lapidē oculorū ſe
Zacha.6 ptē: candelabrūqꝫ aureū cū totidē lucernis: quot ocu
zacha.9.b lis: duas quoqꝫ oliuas a ſiniſtris lampadis cernit: ⁊

a dextris: vt poſt equos nigros: rufos: varios: et al-
bos: ⁊ diſſipatas quadrigas ex Ephraim: ⁊ equum
de Ieruſalem: ⁊ pauperem regē vaticinetur: et prę
dicet ſedentē ſuper pullum filium aſinę ſubiugalis.
Malachias aperte: ⁊ in fine omniū prophetarū: de Malac.1
abiectione iſrael: et vocatione gentium. Non eſt mi
hi ait voluntas in vobis: dicit dominus exercituū:
et munꝰ non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu eñ
ſolis: vſqꝫ ad occaſum: magnū eſt nomē meū in gen
tibus: ⁊ in omni loco ſacrificat̃: ⁊ offert̃ nomini meo
oblatio mūda. Eſaiā: Ieremiā: hezechielē: ⁊ danielē
ꝗs poteſt vel ītelligere: vel exponere? Quorū primꝰ Iere.1.c Iere.13.a
nō ꝓphetiā mihi videtur texere: ſed euangeliū. Se- ca.40 vſqꝫ in finē.
cundꝰ virgā nuceā ⁊ ollā ſuccenſam a facie aquilonis
⁊ pardū ſpoliatum ſuis coloribus: et quadruplex di
uerſis metris nectit alphabetū. Tertius pricipia ⁊
finē tantis habet obſcuritatibus inuoluta: vt apud
Hebręos ipſę partes cum exordio geneſeos ante an
nos triginta non legantur. Quartus vero: qui ⁊ ex Daniel.9
tremus inter quatuor prophetas temporū conſciꝰ: Ibidē 10. 11. 1z.
⁊ totius mundi: philohiſtoricus lapidē pręciſum de Ibidē.z e
monte ſine manibus: et regna omnia ſubuertentem
claro ſermone pronunciat. Dauid Simonides no-
ſter Pindarus ⁊ Alcęus: Flaccꝰ quoqꝫ: Catullus
atqꝫ Serenus chriſtuꝫ lyra perſonat: ⁊ in decachor-
do pſalterio ab inferis excitat reſurgentē. Salomō In prouer
pacificus ⁊ amabilis domini: mores corrigit: natu- In eccle.
rā docet: eccleſiā iungit: et Chriſtū ſanctarumqꝫ nu In canti.
ptiarum dulce canit epithalamium. Heſter in ec- Hester.7
cleſię typo populuꝫ liberat de periculo: ⁊ interfecto
Aman: qui interpretatur iniquitas: partes conuiuij
⁊ diem celebrē mittit in poſteros. Paralipomenon
liber id eſt inſtrumenti veteris epitome tantus ac ta
lis eſt: vt abſqꝫ illo: ſi quis ſcientiā ſcripturaꝝ ſibi vo
luerit arrogare: ſeipſuꝫ irrideat. Per ſingula quip
pe nomina iuncturaſqꝫ verborum: et prętermiſſę in
regum libris tanguntur hiſtorię: et innumerabi-
les explicantur Euangelij queſtiones. Eſdras: et 1.eſdre.3.
Nehemias adiutor videlicet: ⁊ conſolator a domi- Nehe 3 vſqꝫ ad 7.
no: in vnum volumen coartantur: inſtaurant tem-
plum: muros extruunt ciuitatis: omniſqꝫ illa tur-
ba populi redeuntis in patriam: ⁊ deſcriptio ſacer-
dotum: leuitarum: iſraelis: proſelytorum: ac per ſin
gulas familias murorum: ac turrium opera diuiſa:
aliud in cortice pręferūt: aliud in medulla retinent.
Cernis me ſcripturarū amore raptū exceſſiſſe mo-
dū epiſtolę: ⁊ tamen nō impleſſe quod volui. Audi-
uimus tantū quid noſſe: quid cupere debeamus: vt
et nos quoqꝫ poſſimus dicere: Concupiuit aīa mea Pſal.8.
deſiderare iuſtificationes tuas in omni tēpore. Cę
terū illud Socraticū implet̃ in nobis: Hoc tantuꝫ
ſcio: quod neſcio. Tangā ⁊ nouū breuiter teſtamen Canti.6 d
tū. Mattheus: Marcus: Lucas: ⁊ Ioannes qua-
driga domini: ⁊ verū Cherubim: quod interpretat̃
ſciētię plenitudo: per totū corpus oculati ſunt: ſcin
tillę emicant: diſcurrunt fulgura: pedes habent re
ctos: ⁊ in ſublime tendentes terga pennata: ⁊ vbiqꝫ hezech 1.b
volitantia tenent ſe mutuo: ſibiqꝫ perplexi ſunt: ⁊ q̄-
ſi rota in rotam voluuntur: et pergunt: quocūqꝫ eos
flatꝰ ſpiritusſancti perduxerit. Paulus apoſtolus
ad ſeptē ſcribit eccleſias: octaua eñ ad Hebręos a
pleriſqꝫ extra numerū ponitur. Timotheū inſtruit:
ac Titū: ⁊ Philemonē pro fugitiuo famulo depre Collo.4.
catur: ſuper quo melius tacere puto: ꝙ paucam ſcri z.cor.8.
bere. Actus apoſtolorum nudam quidem videntur
ſonare hiſtoriā: et naſcentis eccleſię infantiam texe-
re: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam eſſe
medicum: cuius laus eſt in euangelio: animaduer-
timus pariter omnia verba illius animę languentis
eē medicinam. Iacobus: Petrus: Ioannes: Iu-

das ſeptem epiſtolas ediderūt tam myſticas ꝙ ſuc-
cinctas:et breues pariter ac longas:breues ī verbꝫ:
longas in ſententijs: vt rarus ſit: qui non in earum
cecutiat lectione. Apocalypſis Joannis tot habet
ſacramenta:quot verba. Parum dixi: et pro meri-
to voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſin
eccle. 50. gulis multiplices latent intelligentie. Oro te fra-
ter chariſſime inter hec viuere: iſta meditari: nihil
aliud noſſe: nihil aliud querere: nonne tibi videtur
iam hic in terris regni celeſtis habitaculum? No-
lo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate:7 q̄-
ſi vilitate verborum: que vel vitio interpretum:
vel de induſtria ſic prodita ſunt: vt ruſticam concio
nem facilius inſtruerent: et in vna eademq; ſentē-
tia:aliter doctus:aliter audiret indoctus. Non ſuꝫ
tam petulans 7 hebes: vt hec me noſſe pollicear:et
eorum fructus carpere in terra:quorum radices in
celo fixe ſunt: ſed velle fateor. Sedenti me prefero:
magiſtrum renuens:comiteꝫ ſpondeo. Petenti da
math.7.b tur:pulſanti aperitur:querens inuenit. Diſcamus
Luce.11.b in terris:quorū ſcientia nobꝫ perſeueret in celo. Ob
uijs te manibus excipiam:7 (vt inepte aliquid:ac de
Hermagore tumiditate effutiā) quicquid queſieris
tecum ſcire conabor. Habes hic amantiſſimum tui
fratrem Euſebium:qui litterarū tuarū mihi grati-
am duplicauit:referens honeſtatem morum tuorū:
contemptum ſeculi:fidem amicitie: amorem chriſti
Nam prudentiam: 7 eloquij venuſtatem:etiā abſq;
illo ipſa epiſtola preferebat. Feſtina queſo te: et he-
renti in ſalo nauicule funem magis preſcinde: ꝙ ſol
ue.

VIII.

Nemo renūciaturus ſeculo:bene poteſt vē-
dere:que contempſit vt venderet. Quid-
quid in ſumptus de tuo tuleris:pro lucro
computa. Antiquum dictū eſt: Auaro de-
eſt tam quod habet: ꝙ quod non habet:credenti to-
tus mundus diuitiarum eſt. Infidelis autem etiaꝫ
obolo indiget. Sic viuamus quaſi nil habentes: et
omnia poſſidentes. Victus atq; veſtit⁹ diuitie chri
2.Cor.6 ſtianorū ſunt. Si habes in poteſtate rem tuam ven-
de:ſi non habes proijce. Tollenti tunicā:et pallium
Mat.5.g relinquendum eſt. Scilicet niſi tu ſemper recraſti-
nās:7 diem de die trahēs caute:et pedetentim tuas
poſſeſſiunculas vendideris: non habet chriſtus vn-
de alat pauperes ſuos. Totum deo dedit:qui ſe ob-
Ibidē.4d tulit. Apoſtoli tantū nauem 7 retia reliquerūt. Vi-
Mat.12.d dua duo aera miſit in Gazophylaciū:7 prefert Cre
Luc.21.a. ſi diuitijs. Facile contemnit omnia:qui ſe ſemper co
gitat eſſe moriturum.

Finis

Praefatio ſancti Hierony mi preſbyteri in Pentateuchū moyſi.

Deſiderij mei deſide
ratas accepi epiſtolas:qui quodā
preſagio futurorum cum Danie
le ſortitus eſt nomen:obſecrantꝫ
vt tranſlatum in latinam linguā
de hebraeo ſermone pentateuchū
veſtrorum auribus trāderem. Periculoſum opus
certe 7 obtrectatorum meorum latratibus patens:
qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretū ſuggilla-
tionē noua pro veteribus cudere:7 ita ingeniū qua-
ſi vinum probantes:cum ego ſepiſſime teſtatus ſim
me pro virili portiōe:in tabernaculo dei offerre que
poſſim: nec opes alterius aliorū paupertate foeda-
ri. Quod vt auderem Origenis me ſtudium prouo
cauit:qui editioni antique tranſlationē Theodoti-
onis miſcuit aſteriſco 7 obelo:id eſt ſtella 7 veru om
ne opus diſtinguens: dum aut illuceſcere facit: que
minus ante fuerant:aut ſuperflua queq; iugulat et Math.2.c
confodit:et maxime que euangeliſtarum et Apoſto Ibidē.2.d
lorū autoritas promulgauit. In quibus multa de Joā.19.g
veteri teſtamēto legimus:que in noſtris codicibus Joan.7.f
non habentur. Vt eſt illud: Ex egypto vocaui filiuꝫ 1.cor.2.b
meum. Et quoniam Nazare⁹ vocabitur:et videbūt
in quem conpunxerūt:7 flumina de ventre eius flu-
ent aque viue:et que nec oculus vidit:nec auris au-
diuit: nec in cor hominis aſcendit: que preparauit
deus diligentibus ſe:7 multa alia que proprium ſyn
tagma deſiderāt. Interrogemus ergo eos vbi hec
ſcripta ſunt:7 cum dicere non poterint: de libris he
braicis proferamus. Primum teſtimonium eſt in
Oſee:ſecundum in Eſaia: tertiū in Zacharia: quar Oſee.11.a
tum in Prouerbijs: quintum eque in Eſaia: quod Eſaie.11.a
multi ignorantes Apocryphorum deliramenta ſe- Zach 12.c
ctantur:et hiberas naenias libris authenticis prefe prouer.5.c
runt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iu- Eſa.64.b
dei prudenti factum dicunt eſſe conſilio: Neptole-
meus vnius dei cultor etiam apud hebreos duplicē
diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco
faciebant:quia in Platonis dogma cadere videba-
tur. Deniq; vbicunq; ſacratum aliquid ſcriptura te
ſtatur de patre et filio 7 ſpirituſancto: aut aliter in-
terpretati ſunt:aut omnino tacuerunt:vt et regi ſa
tiſfacerent:et arcanum fidei non vulgarent. Et neſ-
cio quis primus autor ſeptuaginta cellulas Alexan
drie mendacio ſuo extruxerit:quibus diuiſi: eadem
ſcriptitarint: cum Ariſteus eiuſdem Ptolemei hy
peraſpiſtes:7 non multo poſt tempore Joſephus ni
hil tale retulerint:ſed in vna Baſilica congregatos
contuliſſe ſcribant:non propheταſſe. Aliud eſt enim
eſſe vatem:aliud eſt eſſe interpretē. Ibi ſpiritus vē-
tura predicit:hic eruditio et verboruꝫ copia ea que
intelligit transfert. Niſi forte putandus eſt Tulli-
us oeconomicum Xenofontis: et Platonis pytha-
goram: et Demoſthenis pro Cteſiphonte afflatus
Rethorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdē li
bris ꝑ ſeptuagīta interpretes: aliter per Apoſtolos
ſpirituſſanct⁹ teſtimonia texuit: vt qd̄ illi tacuerūt
hi ſcriptū eſſe mentiti ſunt. Quid igitur? Damna-
mus veteres? Minime. Sed poſt prioruꝫ ſtudia in
domo domini quod poſſumus laboramus. Illi iter
pretati ſunt ante aduentum chriſti: et quod neſcie-
bant dubijs protulere ſententijs: nos poſt paſſioneꝫ
et reſurrectionem eius:non tam prophetiam ꝙ hi-
ſtoriam ſcribimus. Aliter em̄ audita:aliter viſa nar
rantur. Quod melius intelligimus:melius 7 profe
rimus. Audi igit̄ emule:obtrectator auſculta. Nō
damno:non reprehendo ſeptuaginta:ſed confiden-
ter cunctis illis apoſtolos prefero. Per iſtorum os 1.cor.12.e
mihi chriſtus ſonat:quos ante prophetas inter ſpi-
ritalia chariſmata poſitos lego:in quibus vltimum
pene gradum interpretes tenent. Quid liuore tor-
queris? Quid imperitorum animos contra me con
citas? Sicubi in tranſlatione tibi videor errare: in-
terroga hebreos: diuerſarū vrbium magiſtros cōſu
le. Quod illi habent de chriſto: tui codices non ha-
bent. Aliud eſt:ſi contra ſe poſtea ab apoſtolis vſur-
pata teſtimonia probauerunt. Et emēdatiora ſunt
exēplaria latina ꝙ greca: Greca ꝙ hebraica. Veruꝫ
hec contra inuidios. Nunc te depcor Deſideri cha
riſſime:vt quia me tantū opus ſubire feciſti:7 a Ge-
neſi exordium capere oratiōibus iuues:quo poſſim
eodem ſpiritu quo ſcripti ſunt libri:in latinum eos
transferre ſermonem.

Finis.

De libꝛis vtriuſqꝫ teſtamẽti

partim reiectis: aut nõ ſine cõtradictiõe admiſſis: partim apocryphis: ex Atha naſio: tametſi mihi ſuſpectus eſt titulus: Eraſmo Roteroda mo interpꝛete.

ITaqꝫ qui libꝛi ſint veteris inſtrumenti: q̃bus recla- matur a nõnullis: iam antea quo qꝫ diximus: videlicet ſapientia Salomonis: ſapientia Ieſu filij Sirach. Pꝛęterea Heſter ⁊ Iu dith ac Tobias. Quibus annumerantur ⁊ hi: Ma chabęoꝛum libꝛi quatuoꝛ: Ptolemaici: Canticum Salomonis: Suſanna. Hi ſunt libꝛi veteris teſta- menti: q̃ recepti ſunt non ſine contradictione. Rur ſus apocryphi: hoc eſt: qui ſecreto habebantur vete- ris inſtrumenti libꝛi: ſunt hi: Enoch: patriarchę: aſ- ſumptio Moyſi: Abꝛaam: Eldad: et Modad: He lię pꝛophetę: Sophonię pꝛophetę: Zacharię: patr Ioannis baptiſtę: Baruch: Habacuc: Hezechiel: ⁊ qui falſo inſcribuntur danieli. Poꝛro noui teſtamẽ ti libꝛi: quibus contradicitur ſunt hi: Itinerarium Petri: itinerarium Ioannis: itinerariũ Thomę: Euangelium ſecundum Thomam: doctrina apo- ſtoloꝛum: libꝛi Clementis: a quibus ſemoti ſunt ac decerpti libꝛi verioꝛes: ac diuini afflatu ſcripti: hi q̃ nunc leguntur: atqꝫ hęc quidẽ omnia ſunt ędita: vti cognoſcerẽtur. Cęterum illi notati ſunt omnes: vt adulterini et reiectitij. Ac ne hoꝛũ quidẽ: maxime Apocryphoꝛũ: vlla certitudo aut vtilitas: pꝛęcipue q̃ pertinent ad nouũ teſtamentũ. Sed omnes: pꝛę- ter illos: qui pꝛimum a veteribus ac doctis patribꝰ recepti ſunt ⁊ compꝛobati: nimirum dignioꝛes ſunt qui occultẽtur: ꝙ legantur. Etiam reliqua illa quę inter Apocrypha numeantur: Euangelia exceptis his quatuoꝛ quę nobis tradita ſunt. Nam quatuoꝛ euangelia nobis diuinitus tradiderũt ſanctę: catho licę et apoſtolicę eccleſię: videlicet euangelium ſecũ dum Mattheum: ſecundum Marcum: ſecundũ Lucam: et ſecundum Ioannem: iuxta pꝛopheticã viſionem quam vidit Hezechiel pꝛopheta de quatu oꝛ cherubim. Vidit enim hic pꝛopheta quatuoꝛ che rubim: Vnum ſimile homini: hoc eſt euangeliũ ſe- cundũ Mattheum. Alterum ſimile vitulo: hoc eſt Euangelium ſecundũ Marcum. Tertiũ ſimile leo ni: hoc eſt euangelium ſecundũ Lucam. Quartum ſimile aquilę: hoc eſt Euangelium ſecundum Ioan nem. Poꝛro pꝛęter hęc quatuoꝛ non eſt aliud vllũ euangelium. Euangelium igitur ſecundum Mat theum deſcriptũ eſt ab ipſo Mattheo hebꝛaica lin gua: atqꝫ ęditum Ieroſolymis. Interpꝛetatus eſt autem Iacobus: qui fuit frater domini iuxta carnẽ qui idem pꝛimus electus eſt a ſanctis apoſtolis epi- ſcopus Ieroſolymitanus. Euangeliũ aũt ſecundũ Marcum dictatum quidem fuit a Petro Apoſto lo Romę: ſed ęditum a beato Marco apoſtolo et ab eodem pꝛędicatum in Alexandria: ęgypto: Pẽ tapoli: et Libya. Cęterum euangelium ſecundum Lucam dictatum quidem fuit ab ipſo Paulo Apo ſtolo: conſcriptum autem et ęditum a beato Luca apoſtolo et medico. Quemadmod et Acta apoſto loꝛum: dictauit quidem Petrus apoſtolus: ſed idẽ Lucas conſcripſit. Euangeli aũt ſecundum Ioan nem pꝛędicatum quidem eſt ab ipſo Ioanne Apo- ſtolo: ⁊ Ieſu dilecto: quũ exularet in Inſula Path mo: ęditum ab eodem Epheſi: per Caium dilectũ et hoſpitem Apoſtoloꝛum: de quo et Paulus Ro- manis ſcribens ait: Salutat vos Caius hoſpes me us: ac totius eccleſię.

Finis.



Liber Geneſeos: Hebraice Breſith. Caput I.

A
Hebrei celos vbiqꝫ pluraliter enūciant.
Hebrei: ⁊ diuiſit īter lucē ⁊ īter tenebras.

IN principio creauit
deus *celum et terrā. Terra autē
erat inanis ⁊ vacua: ⁊ tenebre erāt
ſuper faciem abyſſi: et ſpiritus dei
ferebatur ſuper aquas. Dixitqꝫ de
us: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vi
dit deus lucē ꝙ eſſet bona:* et diui
ſit lucē a tenebris: appellauitqꝫ lucē diē: ⁊ tenebras ap
pellauit noctē. Factūqꝫ eſt veſpe ⁊ factum eſt mane dies
Heb. vnū pro primo frequenter vſurpant.
* vn⁹. Dixitqꝫ de⁹: Fiat firmamētū ī medio aquaꝝ: ⁊ di
uidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū: diui
ſitqꝫ aquas que erant ſub firmamento: ab aq̄s que erāt
ſup firmamentū. Et factum eſt ita. Vocauitqꝫ deus fir
mamētū celū. Et factū eſt veſpere ⁊ factū eſt mane dies
ſecūdus. Dixit vero deus: Congregent̄ aque q̄ ſub celo
ſunt in locū vnū: ⁊ appareat arida. Et factū eſt ita. Et
Heb. Germinet terra germen herbā facientē ⁊c.
vocauit deus aridā: terrā: congregationeſqꝫ aquarū ap
pellauit maria. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū: ⁊ ait: Ger
minet terra *herbā virentem ⁊ facientē ſemen: ⁊ lignū
pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuū: cuius ſe
B
Hebrei vt ſupra.
men in ſemetipſo ſit ſup terraꝫ. Et factū eſt ita. Et ptu
lit terra *herbā virentem: ⁊ facientem ſemen iuxta ge
nus ſuum: lignūqꝫ faciens fructū: ⁊ habens vnūquodqꝫ
ſementem ſꝫm ſpeciem ſuā. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū.
Factūqꝫ eſt veſpe ⁊ factū eſt mane dies terti⁹. Dixit aūt
Pſ. 25.
Heb. vt diuidāt inter diem ⁊ inter noctē.
de⁹: Fiant luminaria in firmamēto celi: ⁊ diuidāt *diē
ac noctem: ⁊ ſint in ſigna ⁊ tempora: ⁊ dies ⁊ annos: vt
luceant in firmamento celi: et illuminent terrā. Et fa
ctū eſt ita. Fecitqꝫ deus duo luminaria magna: lumina
re maius: vt preeſſet diei: ⁊ luminare min⁹: vt preeſſet
Inter lucē ⁊ inter tenebras.
nocti: ⁊ ſtellas: ⁊ poſuit eas in firmamento celi: vt luce
rent ſup terrā: ⁊ preeſſent diei ac nocti: ⁊ diuiderēt* lu
cē ac tenebras. Et vidit de⁹ ꝙ eſſet bonū. Et factū eſt
veſpere ⁊ factū eſt mane dies quartus. Dixit etiā deus:
Producāt aque reptile aīe viuētis: ⁊ volatile volās ſu
Super faciē firmamēti celoꝝ
p terrā *ſub firmamēto celi. Creauitqꝫ deus cete gran
dia: ⁊ oēm animā viuētē atqꝫ motabilē: quā pduxerāt
C
Infr. 20. d
aque ī ſpecies ſuas: ⁊ oē volatile pennatū ſꝫm genus ſu
um. Et vidit de⁹ ꝙ eſſet bonum: benedixitqꝫ eis dicens
Creſcite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete aquas maris: aueſ
qꝫ multiplicent̄ ſup terrā. Et factū eſt veſpere ⁊ factū ē
mane dies quintus. Dixit quoqꝫ deus: Producat ter
ra animā viuentē in genere ſuo: iumenta ⁊ reptilia ⁊ be
ſtias terre ſꝫm ſpecies ſuas. Factūqꝫ eſt ita. Et fecit de⁹
Infra. 5. a
Sap. 2. d.
Eccl. 17. a
Mar. 10. a
beſtias terre iuxta ſpecies ſuas: iumenta ⁊ oīe reptile
terre in omni genere ſuo. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū: ⁊
ait: Faciamus hominem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē no
D
ſtrā: ⁊ preſint piſcibus maris ⁊ volatilib⁹ celi: et beſtijs
vniuerſeqꝫ terre/omniqꝫ reptili quod mouetur in terra.
Et creauit deus hominē ad imaginem ſuā. Ad imagi
nem dei creauit illū: maſculū ⁊ foeminam creauit eos.
Benedixitqꝫ illis deus: ⁊ ait: Creſcite ⁊ multiplicami
ni: ⁊ replete terrā: et ſubijcite eā: ⁊ dominamini piſcib⁹
maris: et volatilibus celi: ⁊ vniuerſis animantibus que
mouentur ſup terram. Dixitqꝫ deus: Ecce dedi vobis
oēm herbā afferētem ſemen ſup terrā: ⁊ vniuerſa ligna
que habent in ſemetipſis ſementem generis ſui: vt ſint
vobis in eſcā: ⁊ cunctis animantib⁹ terre: omniqꝫ volu
cri celi: ⁊ vniuerſis que mouent̄ in terra: ⁊ in quibus eſt
aīa viuens/ vt habeant ad veſcendū. Et factum eſt ita.
Viditqꝫ deus cuncta que fecerat: et erant valde bona.
Et factū eſt veſpere ⁊ factū eſt mane dies ſextus. II

A
Exo 20 b
Heb. 4. b.
Tho. 8. b
Sap. 10. a

IGitur pfecti ſunt celi et terra: ⁊ oīs ornat⁹
eoꝝ. Cōpleuitqꝫ deus die ſeptimo opus ſuū
qđ fecerat: ⁊ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo
ope qđ patrarat. Et benedixit de⁹ diei ſepti
mo: et ſanctificauit illū: q2 in ipſo ceſſauerat ab omi ope
re ſuo: quod creauit deus vt faceret. Iſte ſunt genera
tiones celi ⁊ terre/quando creata ſunt in die quo fecit
dominus deus celum ⁊ terrā: ⁊ omne virgultū agri an
teꝙ oriretur in terra/omnemqꝫ herbā regionis priuſꝙ
germinaret. Non enī pluerat dominus deus ſup terrā
⁊ homo nō erat qui operaret̄ terram: ſed fons aſcende
B
bat e terra: irrigans vniuerſam ſuperficiem terre. For
mauit igit̄ dominus de⁹ hominem de limo terre: ⁊ in
ſpirauit in faciem eius ſpiraculū vite: ⁊ factus eſt homo
in animā viuentem. Plantauerat aūt dominus deus
* paradiſuꝫ voluptatis a principio: in quo poſuit homi
Heb. Paradiſum ī delicijs.
nem quem formauerat. Produxitqꝫ dn̄s deus de hu
mo oīe lignū pulchrū viſu: ⁊ ſuaue ad veſcendū: lignū
etiā vite in medio paradiſi: lignūqꝫ ſcientie boni ⁊ ma
li. Et fluuius egrediebat̄ de loco voluptatis ad irrigā
dū paradiſum: qui inde diuidit̄ in quatuor capita. No
men vni Phiſon. Ipſe eſt qui circuit omnem terrā He
uilah: vbi naſcitur aurū: et aurū terre illius optimū eſt
Ibiqꝫ inuenitur Bdelliū et lapis Onychinus. Et no
He. gihon
men fluuij ſecundi* Geon. Ipſe eſt qui circūit omnem
C
terrā Aethiopie. Nomen vero fluminis tertij Tygris.
Ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius aūt quartus ipſe
eſt Euphrates. Tulit ergo dominus deus hoīem: ⁊ po
ſuit eū in paradiſum voluptatis: vt operaretur ⁊ cuſto
diret illum.* Precepitqꝫ eis: dicens: Ex omni ligno
Heb. pcepitqꝫ dn̄s deus ipſi Adam.
paradiſi comede: de ligno aūt ſcientie boni ⁊ mali ne co
medas. In quocunqꝫ enim die comederis ex eo: morte
morieris. Dixit quoqꝫ dn̄s deus: Non eſt bonum homi
Heb. quaſi ex aduerſo ipſius.
nem ſolū eſſe/faciamus ei adiutoriū* ſimile ſibi. Forma
tis igit̄ dominus deus de humo cunctis animantib⁹
terre: ⁊ vniuerſis volatilibus celi: ⁊ adduxit ea ad Adā
D
vt videret quid vocaret ea. Omne enī quod vocauit Adā
anime viuētis: ipſum eſt nomē eius. Appellauitqꝫ Adā

nominibus ſuis cuncta animantia: ⁊ vniuerſa volatilia
celi: ⁊ omnes beſtias terre. Ade vero nō inueniebat ad
iutor ſimilis eius. Immiſit ergo dominus deus ſopo-
rem in Aadm: cūqȝ obdormiuiſſet: tulit vnam de coſtis
eius: ⁊ repleuit carnem pro ea. Et edificauit dominus
deus coſtā: quam tulerat de Adam: in mulierem: ⁊ ad
duxit eā ad Adā. Dixitqȝ Adā: Hoc nūc os ex oſſibus
meis: ⁊ caro de carne mea. Ob hoc vocabit virago: quo
Nudus et callidior apud hebreos eadem dictio eſt. niam de viro ſumpta eſt. Quāobrem relinquet hō pa-
trem ſuū ⁊ matrem: et adherebit vxori ſue: ⁊ erunt duo
in carne vna. Erat autem vterqȝ *nudus: Adam ſcȝ ⁊
vxor eius: et nō erubeſcebāt. III
A 2. Cor. 11. a Sed ⁊ ſerpēs erat *callidior cūctis animātibꝰ
terre: que fecerat dominꝰ deꝰ. Qui dixit ad
mulierē: Cur precepit vobis deus: vt nō co-
mederetis ex omi ligno paradiſi? Cui reſpō-
dit mulier: De fructu lignorū: que ſunt in paradiſo: ve
ſcimur: de fructu vero ligni: quod eſt in medio paradiſi:
precepit nobis deus ne comederemꝰ: ⁊ ne tāgeremus il
lud: ne forte moriamur. Dixit aūt ſerpēs ad mulierem:
B Nequaq̄ morte moriemini. Scit em̄ deꝰ: ꝙ in quocūqȝ
die comederitis ex eo aperient oculi veſtri: ⁊ eritis ſicut
dii: ſcientes bonū ⁊ malū. Vidit igit mulier: ꝙ bonum
eſſet lignū ad veſcendū: ⁊ pulchrū oculis: aſpectuqȝ de-
lectabile: ⁊ tulit de fructu illiꝰ: et comedit: deditqȝ viro
ſuo. Qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborū. Cūqȝ
cognouiſſent ſe eſſe nudos: conſuerunt folia ficus: ⁊ fe
cerūt ſibi perizomata. Et cū audiſſent vocē domini dei
Hebra. ad aurā diei. deambulantis in paradiſo: ad aurā poſt meridiem: ab
ſcondit ſe Adā ⁊ vxor eius a facie domini dei in medio
ligni paradiſi. Vocauitqȝ dominꝰ deus Adā: ⁊ dixit ei:
Vbi es? Qui ait. Vocem tuā domine audiui in paradi
ſo: ⁊ timui: eo ꝙ nudus eſſem: et abſcōdi me. Cui dixit
dn̄s: Quis enim indicauit tibi ꝙ nudus eſſes: niſi ꝙ ex
ligno: de quo preceperam tibi ne comederes: comedi-
C ſti? Dixitqȝ Adā: Mulier: quā dediſti mihi ſociam: de-
dit mihi de ligno: ⁊ comedi. Et dixit dn̄s deus ad muli
erē: Quare hoc feciſti? Que reſpondit: Serpens dece
pit me: ⁊ comedi. Et ait dominus deus ad ſerpentem:
Quia feciſti hoc: maledictus es inter omnia animātia
⁊ beſtias terre. Super pectus tuū gradieris: ⁊ terram
comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponā in
Heb. cōteres calcaneū: eius supereſt. ter te ⁊ mulierem: *et inter ſemen tuum ⁊ ſemen illius:
ipm̄ cōteret caput tuū: et tu *inſidiaberis calcaneo eiꝰ.
Mulieri quoqȝ dixit: Multiplicabo erūnas tuas ⁊ cō
ceptus tuos. In dolore paries filios: ⁊ ſub viri *poteſta
Heb. ad virū tuū deſiderū tuū. te eris: ⁊ ipſe dominabit tui. Ade vero dixit: Quia audi
ſti vocem vxoris tue: ⁊ comediſti de ligno: ex quo pre-
ceperam tibi: dicens ne comederes: maledicta terra in
opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus
D vite tue. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ come-
des herbas terre. In ſudore vultꝰ tui veſceris pane tuo
donec reuertaris in terrā de qua ſumptus es: qr puluis
es ⁊ in puluerem reuerteris. Et vocauit Adam nomen
vxoris ſue Heua: eo ꝙ mater eſſet cunctorū viuentiū.
Fecit quoqȝ dn̄s deus Ade ⁊ vxori eius tunicas pelliceas:
⁊ induit eos: ⁊ ait dn̄s deus: Ecce Adam quaſi vnus ex
nobis factus eſt: ſciens bonū ⁊ malū. Nunc ergo ne for
te mittat manū ſuam: ⁊ ſumat etiā de ligno vite: ⁊ co-
medat: ⁊ viuat in eternum: emiſit eū dominus deus de
paradiſo voluptatis/ vt operaret terrā de q̄ ſumptus
eſt. Eiecitqȝ Adam: ⁊ collocauit ante paradiſum volu-
ptatis Cherubim: et flammeū gladium atqȝ verſatilē:
ad cuſtodiendam viam ligni vite. IIII
A Adam vero cognouit Heuam vxorē ſuā: que cō
cepit ⁊ peperit Cain: dicēs: Poſſedi hoīem
per deū. Ruſumqȝ peperit fratrē eiꝰ Abel.
Fuit aūt Abel paſtor ouiū: et Cain agricola.
Factū eſt aūt poſt multos dies: vt offerret Cain de fru-
ctibus terre munera dn̄o. Abel quoqȝ obtulit de primo
genitis gregis ſui: ⁊ de adipibꝰ eorū. Et reſpexit dn̄s ad
Abel ⁊ ad munera eius: ad Cain aūt ⁊ ad munera illiꝰ
nō reſpexit. Iratuſqȝ eſt Cain vehemēter: ⁊ cōcidit vul
tus eius. Dixitqȝ dn̄s ad Cain: Quare iratus es: ⁊ cur
cōcidit facies tua? Nonne ſi bene egeris: recipies? Sin
aūt male: ſtatim in foribꝰ peccatū tuū aderit? Sed ſub
te erit appetitꝰ eius: ⁊ tu dominaberis illius. Dixitqȝ B
Cain ad Abel fratrē ſuū: *Egrediamur foras. Cūqȝ Egrediamur foras non eſt in hebraeo.
eſſent ī agro: inſurrexit Cain aduerſus fratrē ſuū Abel
⁊ interfecit eum. Et ait dominꝰ ad Cain: Vbi eſt Abel
frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio. Numquid cuſtos
fratris mei ſum ego? Dixitqȝ ad eū: Quid feciſti? Vox
ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nūc igit
maledictus eris ſup terrā: que aperuit os ſuū: ⁊ ſuſce-
pit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cū operatus fue
ris terrā: nō dabit tibi fructus ſuos. Vagus ⁊ profugꝰ
eris ſup terrā. Dixitqȝ Cain ad dominū: Maior eſt ini
quitas mea: q̄ vt veniā merear. Ecce eiicis me hodie a fa
cie terre: ⁊ a facie tua abſcondar: ⁊ ero vagus ⁊ profugus
in terra. Omnis igit qui inuenerit me: occidet me. Di-
xitqȝ ei dn̄s: *Nequaq̄ ita fiet: *ſed omnis qui occide- Nequaq̄ ita fiet: in hebreo nō habetur. Pro ſed hebraei ꝓpterea.
rit Cain: ſeptuplū punietur. Poſuitqȝ dominus in Ca-
in ſignum: vt nō interficeret eū omnis qui inueniſſet eū.
Egreſſuſqȝ Cain a facie domini: habitauit profugus in
terra ad orientalem plagā Eden. Cognouit aūt Cain C
vxorem ſuā: q̄ concepit ⁊ peperit Enoch. Et edificauit
ciuitatē: vocauitqȝ nomen eiꝰ ex nomine filii ſui Enoch.
Porro Enoch genuit Irad: ⁊ Irad genuit Mahuia
el: ⁊ mahuiael genuit Mathuſael: ⁊ Mathuſael genu
it Lamech: qui accepit duas vxores: nomen vni Ada: ⁊
nomen alteri *Sella. Genuitqȝ Ada Iabel: qui fuit pa Heb. zilla
ter habitantiū in tentoriis atqȝ paſtorū: ⁊ nomē fratris
eius Iubal: ipſe fuit pater canentiū cithara ⁊ organo.
Sella quoqȝ genuit Thubalcain: qui fuit malleator ⁊
faber in cūcta opera eris ⁊ ferri. Soror vero Thubal-
cain Noema. Dixitqȝ Lamech vxoribꝰ ſuis Ade ⁊ Sel
le: Audite vocem meā vxores Lamech: auſcultate ſer
monem meū: quoniā occidi virū in vulnus meū: ⁊ ado-
leſcentulū ī liuore meo. Septuplū vltio dabit de Cain:
de Lamech vero ſeptuagieſſepties. Cognouit quoqȝ ad
huc Adam vxorē ſuā: et peperit filiū: vocauitqȝ nomen
eiꝰ Seth: dicens: Poſuit mihi deꝰ ſemē aliud ꝓ abel:
quē occidit cain. Sed ⁊ Seth natus eſt filius: quē voca
uit Enos. Iſte cepit īuocare nomen dn̄i. V
A Hic eſt liber generatiōis Adā in die qua crea
uit deꝰ hoīem. Ad ſimilitudinē dei fecit illū:
maſculū ⁊ feminā creauit eos: ⁊ bn̄dixit illis:
⁊ vocauit nomen eorū Adam in die quo creati
ſunt. Vixit aūt Adā centū triginta annis: ⁊ genuit filiū ſupra. 1. d. 1 Par. 1 a.
ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuam: vocauitqȝ nomen eius
Seth. Et facti ſunt dies Adā poſtq̄ genuit Seth: octi
gēti anni: genuitqȝ filios ⁊ filias. Et factū eſt omē tēpꝰ
qō vixit Adā: anni nongēti triginta: ⁊ mortuus eſt. Vi
xit quoqȝ Seth centū et quinqȝ annis: ⁊ genuit Enos.
Vixitqȝ Seth poſtq̄ genuit Enos: octingentis ſeptē
annis: genuitqȝ filios ⁊ filias. Et facti ſunt omnes dies
ſeth nongentorū duodecim annorum: ⁊ mortuus eſt.
Vixit vero Enos nonaginta annis: ⁊ genuit Cainam.
Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis B
⁊ genuit filios et filias. Factiqȝ ſunt omnes dies Enos
nongentiquinqȝ anni: et mortuus eſt. Vixit quoqȝ Cai
nam ſeptuaginta annis: ⁊ genuit *Malalehel. Et vixit heb. mahalaleel
Cainam poſtq̄ genuit Malalehel: octingētis quadra
ginta annis: genuitqȝ filios et filias. Et facti ſunt oēs
dies Cainā nongenti decem anni: ⁊ mortuus eſt. Vixit
autē Malalehel ſexaginta quinqȝ annis: et genuit Ia-
red. Et vixit Malalehel poſtq̄ genuit Iared: octin- C
gentis triginta annis: et genuit filios et filias. Et facti
ſunt oēs dies Malalehel octingenti nonagintaquinqȝ
anni: et mortuus eſt. Vixitqȝ Iared centum ſexaginta

duob⁹ annis:⁊ genuit Enoch. Et vixit Iared poſtq̄ ge
nuit Enoch:octigētis annis:⁊ genuit filios ⁊ filias. Et
facti ſunt oēs dies Iared nōgenti ſexaginta duo anni:⁊
Heb. Mathuſalah mortu⁹ eſt. Porro Enoch vixit ſexagintaqꝫ annis:et
genuit Mathuſalē. Et ambulauit Enoch cū deo. Et vi
xit Enoch poſtq̄ꝫ genuit Mathuſalē: trecētis annis:et
genuit filios ⁊ filias. Et facti ſunt oēs dies Enoch trecē
ti ſexaginta quinqꝫ anni:ambulauitqꝫ cū deo:⁊ nō appa
Eccle.44 ruit:q̄a tulit eū deus. Vixitqꝫ Mathuſalē centū octo-
Heb. 11.a. ginta ſeptē annis:et genuit Lamech. Et vixit Mathu
B ſalem poſtq̄ꝫ genuit Lamech: ſeptingentis octoginta
duobus annis: et genuit filios ⁊ filias. Et facti ſunt om
nes dies Mathuſalem nongenti ſexaginta nouem anni
et mortuus eſt. Vixit aūt Lamech centū octoginta du-
obus annis:et genuit filiū: vocauitqꝫ nomen eius Noe
dicens: Iſte conſolabitur nos ab operibus et laboribus
manuū noſtrarū in terra cui maledixit dñs. Vixitqꝫ la
mech poſtq̄ꝫ genuit Noe: quingentis nonagintaquin-
qꝫ annis:⁊ genuit filios ⁊ filias. Et facti ſunt omnes dies
Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptē anni: ⁊ mortu⁹
eſt. Noe vero cū quingētoꝝ eſſet annorū:genuit Sem:
Cam ⁊ Iaphet. VI

A Cumqꝫ coepiſſent hoīes multiplicari ſup ter-
rā:et filias ſibi procreaſſent:vidētes filij dei fi
lias hoīm q̄ eſſent pulchre:acceperūt ſibi vxo
res ex oīb⁹ quas elegerāt. Dixitqꝫ deus: Nō
permanebit ſpūs meus in homine in eternū: q2 caro eſt.
Eruntqꝫ dies illi⁹ cētū viginti annoꝝ. Gigātes aūt erāt
ſuper terram in diebus illis. Poſtq̄ eñ ingreſſi ſunt fi-
lij dei ad filias hominū:illeqꝫ genuerunt:iſti ſunt poten
B tes:a ſeculo viri famoſi. Vidēs aūt deus:q̄ multa mali
tia hominū eſſet in terra:⁊ cuncta cogitatio cordis in-
Et praecauens in futurū:in hebraeo non habetur. tenta eſſet ad malū omī tempore:poenituit eū q̄ homi-
nē feciſſet in terra.*Et praecauens in futurū: et tactus
dolore cordis intrinſecus:Delebo(inquit)hominē quē
creaui a facie terre:ab hoīe vſqꝫ ad animantia:a reptili
cus ad manēdum? Que reſpondit: Filia ſum Bathue-
lis filij Nachor:quē peperit ei Melcha. Et addidit: di
cens: Palearum quoqꝫ ⁊ foeni plurimū eſt apud nos:⁊
locus ſpacioſus ad manēdū. Inclinauit ſe homo ⁊ ado
rauit dominum: dicēs: Benedictus dominus deus do C
mini mei Abraam:qui non abſtulit miſericordiam ⁊ ve-
ritatem ſuam a domino meo:⁊ recto itinere me perdu-
xit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaqꝫ puel
la:et nunciauit in domum matris ſue oīa que audie-
rat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban: D
qui feſtinꝰ egreſſus eſt ad hominē: vbi erat fons. Cūqꝫ
vidiſſet inaures et armillas in manibꝰ ſororis ſue:et au
diſſet cuncta verba referentis: hec locutus eſt mihi ho-
mo: venit ad virum: qui ſtabat iuxta camelos: et prope
fontē aque: dixitqꝫ ad eū: Ingredere bñdicte dñi. Cur
foris ſtas? Preparaui domū ⁊ locū camelis tuis. Et in
troduxit eū ī hoſpitiū:ac deſtrauit camelos:deditqꝫ pa-
leas et foenū:⁊ aquā ad lauādos pedes camelorum:⁊ viro-
rū:q̃ venerāt cū eo. Et appoſitꝰ eſt in conſpectu eius pa
nis. Qui ait: Non comedā donec loq̃r ſermones meos.
Reſpōdit ei: Loquere. At ille. Seruus (inq̃t) Abraam
ſum. Et dominꝰ bñdixit domino meo valde: et magni-
ficatus eſt:et dedit ei oues et boues:argentum et aurū:
ſeruos et ancillas:camelos et aſinos. Et peperit Sara
vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua:
deditqꝫ illi oīa que habuerat. Et adiurauit me domi-

nus meus: dicens: Non accipies vxorẽ filio meo de filia
ſup. 21. a. bus Chananeorũ: ĩ quoꝝ terra habito: ſed ad domum
patris mei perges: ⁊ de cognatione mea accipies vxorẽ
ſup. eod. a filio meo. Ego vo reſpondi dño meo: Quid ſi noluerit
E venire mecum mulier? Dominus (ait) in cuius conſpe-
ctu ambulo: mittet angelum ſuum tecum: ⁊ diriget vi-
am tuã: accipieſqꝫ vxorem filio meo de cognatione mea
⁊ de domo patris mei. Innocens eris a maledictione
mea: cũ veneris ad proximos meos: ⁊ nõ dederint tibi.
Veni ergo hodie ad fontẽ aquę: ⁊ dixi: Domine de⁹ do
mini mei Abraam: ſi direxiſti viam meã in qua nũc am-
bulo: ecce ſto iuxta fontem aquę: ⁊ virgo quę egredieť
ad hauriendã aquã audierit a me: Da mihi pauxillum
aquę ad bibendum de hydria tua: ⁊ dixerit mihi: Et tu
bibe: ⁊ camelis tuis hauriam: ipſa eſt mulier quã prępa
rauit dominus filio domini mei. Cũqꝫ hęc tacitus me-
cum voluerem: apparuit Rebecca veniens cum hydria
quam portabat in ſcapula: deſcenditqꝫ ad fontẽ ⁊ hau-
ſit aquã. Et aio ad eam: Da mihi paululũ bibere. Quę
feſtinans depoſuit hydriam de humero: ⁊ dixit mihi: Et
tu bibe: ⁊ camelis tuis tribuã potum. Bibi: ⁊ adaqua-
uit camelos. Interrogauiqꝫ eã ⁊ dixi: Cuius es filia?
F Quę rñdit: Filia Bathuelis ſum: filij Nachor: quẽ pe-
perit ei Melcha. Suſpendi itaqꝫ inaures ad ornandã
faciem eius: ⁊ armillas poſui in manibus eius: pronuſ-
qꝫ adoraui dominum: benedicens domino deo domini
mei Abraam: qui perduxit me recto itinere: vt ſumerẽ
filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrẽ ſi faci-
tis miſericordiam ⁊ veritatem cum domino meo: indi-
cate mihi: ſin autẽ aliud placet: ⁊ hoc dicite mihi: vt va-
dam ad dexteram ſiue ad ſiniſtram. Reſpõderunt La-
ban ⁊ Bathuel: A domino egreſſus eſt ſermo: non poſ-
ſumus extra placitum eius quicquã aliud loqui tecum.
En rebecca coram te eſt: tolle eam ⁊ proficiſcere: ⁊ ſit vx
or filij domini tui: ſicut locutus eſt dominus. Quod cũ
audiſſet puer Abraam: procidens adorauit in terrã do
minum. Prolatiſqꝫ vaſis argenteis: ⁊ aureis: ac veſti-
bus: dedit ea Rebeccę pro munere. Fratribus quoqꝫ ei⁹
⁊ matri dona obtulit. Initoqꝫ conuiuio veſcentes pari
G ter ⁊ bibentes: manſerunt ibi. Surgens autem mane:
locutus eſt puer: Dimittite me: vt vadã ad dominum
meũ. Reſponderuntqꝫ frater eius et mater: Maneat
puella ſaltem decem dies apud nos: et poſtea proficiſce
tur. Nolite: ait: me retinere: quia dominus direxit vi-
am meam: dimittite me: vt pergam ad dominum me-
um. Et dixerunt: Vocemus puellam: et quęramus ip-
ſius volũtatem. Cumqꝫ vocata veniſſet: ſciſcitati ſunt:
Vis ire cũ homine iſto? Quę ait: Vadam. Dimiſerũt
ergo eam: et Delboram nutricem illius: ſeruumqꝫ A-
braam: et comites eius imprecãtes proſpera ſorori ſuę:
atqꝫ dicentes: Soror noſtra es: creſcas in mille milia: ⁊
poſſideat ſemen tuũ portas inimicorum ſuorum. Igi-
tur Rebecca ⁊ puellę illius aſcẽſis camelis ſecutę ſunt
virum: qui feſtinus reuertebatur ad dominum ſuum.
Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viam quę
ducit ad puteum: cuius nomen eſt viuentis et vidẽtis.
Habitabat enim in terra Auſtrali: ⁊ egreſſus fuerat ad
meditandum in agro: inclinata iam die. Cumqꝫ eleuaſ
ſet oculos: vidit camelos veniẽtes procul. Rebecca quo
qꝫ conſpecto Iſaac: deſcendit de camelo: et ait ad pue-
rum: Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occur-
ſum nobis? Dixitqꝫ ei: Ipſe eſt dominus meus. At illa
tollens cito pallium ſuum: operuit ſe. Seruus autem
cuncta quę geſſerat: narrauit domino ſuo Iſaac. Qui
introduxit eã in tabernaculũ Sarę matris ſuę: et acce-
pit eã vxorẽ. Et in tantum dilexit eã: vt dolorẽ q̃ ex mor
te matris eius acciderat: temperaret. XXV
A ABraam vo aliã duxit vxorẽ nomine Cethu
rã: quę peperit ei Zamran: ⁊ Jecſan: ⁊ Ma
dan ⁊ Madian: ⁊ Jeſboch: et Sue. Jecſan
quoqꝫ genuit Saba ⁊ Dadan. Filij Dadan fuerũt Aſſu
rim: ⁊ Latuſim: ⁊ Laomim. At vo ex Madian ortus
eſt Epha et Epher ⁊ Enoch et Abida et Heldaa. Oẽs
hi filij Cethurę. Deditqꝫ Abraam cuncta q̃ poſſederat
Iſaac: filijs aũt cõcubinarũ largit⁹ eſt munera. Et ſepe
rauit eos ab Iſaac filio ſuo: dũ adhuc ipſe viueret ad pla
gã orientalẽ. Fuerunt autem dies vitę Abraę centũ ſe-
ptuagintaquinqꝫ anni: ⁊ deficiẽs mortu⁹ eſt in ſenectu
te bona: profectę etatis et plenus dierũ: congregatuſqꝫ
eſt ad populũ ſuũ. Et ſepelierunt eũ Iſaac et Iſmael B
filij ſui in ſpelunca duplici: quę ſita eſt in agro Ephron
filij Seor Ethei e regione Mambre: quã emerat a fi-
lijs Heth. Ibi ſepultus eſt ipſe ⁊ Sara vxor eius. Et
poſt obitũ illius benedixit deus Iſaac filio eius: qui ha
bitabat iuxta puteum nomine viuentis ⁊ videntis. Hę
ſunt generatiões Iſmael filij Abrae: quem peperit ei
Agar Aegyptia famula Sarę: et hęc nomina filioꝝ ei⁹
in vocabulis ⁊ generationibus ſuis. Primogenit⁹ Iſ 1.par. 1.b
maelis Nabaioth: deinde Cedar et Adbeel et Mab- al's itar
ſam: Maſma quoqꝫ et Duma ⁊ Maſa: Adar et The- al's itur
ma et Jatur ⁊ Naphis et Cedma. Iſti ſunt filij Iſ-
mael: ⁊ hęc nomina p caſtella ⁊ oppida eoꝝ: duodecim
principes tribuũ ſuarũ. Et facti ſunt anni vitę Iſmae
lis centũ triginta ſeptẽ: deficienſqꝫ mortuus eſt: ⁊ appo
ſit⁹ ad populũ ſuũ. Habitauit aũt ab Euilah vſqꝫ Sur:
quę reſpicit Aegyptũ introeuntib⁹ Aſſyrios. Corã cun C
ctis fratrib⁹ ſuis obijt. Hę quoqꝫ ſunt generatiões Iſa
ac filij Abraã. Abraam genuit Iſaac: qui cũ q̃draginta
eſſet annoꝝ duxit vxorẽ Rebeccã filiã Bathuelis Sy-
ri de Meſopotamia ſororem Laban. Deprecatuſqꝫ eſt
Iſaac dominũ p vxore ſua: eo ꝙ eſſet ſterilis. Qui exau
diuit eũ: ⁊ dedit cõceptũ rebeccę: ſed collidebanť in vte
ro eius paruuli. Quę ait: Si ſic mihi futuꝝ erat: q̃d ne
ceſſe fuit concipere? Perrexitqꝫ Rebecca vt cõſuleret
dominũ: q̃ reſpondens ait: Duę gẽtes ſunt in vtero tuo Rom. 5.b
⁊ duo populi ex ventre tuo diuidenť: populuſqꝫ popu-
lũ ſuperabit: ⁊ maior ſeruiet minori. Iã tempus pari-
endi aduenerat: ⁊ ecce gemini in vtero eius repti ſunt.
Qui pmus egreſſus eſt rufus erat: et tot⁹ in morẽ pel-
lis hiſpidus: vocatũqꝫ eſt nomen ei⁹ Eſau. Protinus Roma. 9 e
alter egrediens plantã fratris tenebat manu: ⁊ idcirco
appellauit eum Jacob. Sexagenarius erat Iſaac quã
do nati ſunt paruuli. Quibus adultis fact⁹ eſt Eſau vir D
gnarus venandi ⁊ hõ agricola. Jacob autẽ vir ſimplex ioſue. 25 a
habitabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau: eo ꝙ Oſee. 12 a
de venationib⁹ illius veſcereť: ⁊ Rebecca diligebat Ja Abdie. 1. a
cob. Coxit aũt Jacob pulmentũ: ad quem cũ veniſſet
Eſau de agro laſſus: ait: Da mihi de coctione hac rufa:
qꝛ oppido laſſus ſum. Quã ob cauſam vocatũ eſt nomẽ
eius Edom. Cui dixit Jacob: Vende mihi pmogeni-
ta tua. Ille reſpondit: En morior q̃d mihi pderunt pri
mogenita? Ait iacob: Jura ergo mihi. Jurauit ei eſau:
⁊ vendidit primogenita: ⁊ ſic accepto pane ⁊ lentis edu
lio comedit ⁊ bibit: ⁊ abijt: paruipendens ꝙ primoge-
nita vendidiſſet. XXVI
ORta aũt fame ſup terrã poſt eã ſterilitatẽ: q̃
accĩderat in diebus Abraam: abijt Iſaac ad A
Abimelech regẽ Paleſtinoꝝ in Gerara. Ap
paruitqꝫ ei dñs: ⁊ ait: Ne deſcendas in Aegy
ptũ: ſed q̃eſce in terra: *quã dixero tibi: ⁊ peregrinare in Heb. quã dixi tibi.
ea: eroqꝫ tecũ: ⁊ bñdicã tibi. Tibi eñ ⁊ ſemini tuo dabo
vniuerſas regiões has: cõplens iuramentũ qd ſpopõdi
Abraam patri tuo: et multiplicabo ſemen tuũ: ſicut ſtel
las caeli. Daboqꝫ poſteris tuis vniuerſas regiões has: B
⁊ benedicenť ĩ ſemine tuo oẽs gẽtes terrę: eo ꝙ obedie- Rom. 4. b
rit Abraam voci meę: ⁊ cuſtodierit precepta ⁊ mãdata
mea: ⁊ ceremonias legeſqꝫ ſeruauerit. Mãſit itaqꝫ Iſa
ac in Geraris. Qui cũ interrogareť a viris loci illi⁹ ſup
vxore ſua: rñdit: Soror mea eſt. Timuerat eñ cõfiteri
ꝙ ſibi eſſet ſociata ꝯiugio: reputãs ne forte interficerẽt

eū ꝓpter illius pulchritudinē. Cūqꝫ pertranſiſſent di-
es plurimi: ⁊ ibidem moraref: ꝓſpiciēs abimelech rex
C Paleſtinoꝝ per feneſtrā: vidit eū iocantem cū Rebec-
ca vxore ſua: ⁊ accerſito eo ait: Perſpicuum eſt ꝙ vxor
tua ſit: cur mentitus es eā ſororē tuā eſſe? Reſpondit:
Timui ne morerer ꝓpter eā. Dixitqꝫ Abimelech: Qua
re impoſuiſti nobis? Potuit coire ꝗſpiā de populo cū
vxore tua: ⁊ induxeras ſup nos grande peccatū. Pre
cepitqꝫ omni populo dicēs: Qui tetigerit hominis hu
ius vxorem: morte morief. Seminauit autē Iſaac in
terra illa: et inuenit in ipſo anno centuplū: benedixitqꝫ
ei dominus: ⁊ locupletatus eſt homo: ⁊ ibat ꝓficiēs at
qꝫ ſuccreſcens: donec magnus vehementer effectus eſt:
habuitqꝫ poſſeſſiones ouiū ⁊ armentoꝝ ⁊ familię pluri
mū. Ob hęc inuidentes ei Paleſtini: om̄es puteos ꝗs
foderant ſerui patris illius Abraam: illo tempore ob-
ſtruxerūt: implētes humo: in tantū vt ipſe Abymelech
diceret ad Iſaac: Recede a nobis: quoniā potentior no
D bis factꝰ es valde. Et ille diſcedēs vt veniret ad torren
tē Gerare: habitaretqꝫ ibi: rurſum fodit alios puteos
quos foderāt ſerui patris ſui Abraam: ⁊ quos illo mor
tuo olim obſtruxerāt Philiſtijm. Appellauitqꝫ eos iiſ
dem nominibꝰ quibꝰ ante pater vocauerat. Foderunt-
qꝫ in torrente ⁊ repererunt aquā viuā. Sed et ibi iurgi
um fuit paſtoꝝ Gerare aduerſus paſtores Iſaac dicē
tiū: Noſtra eſt aqua. Quāobrem nomen putei ex eo qđ
E acciderat vocauit calumniā. Foderunt aūt ⁊ alium: et
pro illo quoqꝫ rixati ſunt: appellauitqꝫ eū inimicitias.
Profectus inde fodit aliū puteū: pro quo nō contende
rūt. Itaqꝫ vocauit nomen eius latitudo: dicens: Nūc
dilatauit nos dominus: ⁊ fecit creſcere ſup terrā. Aſcē
dit autem Iſaac ex illo loco in Berſabee: vbi apparuit
ei dominus in ipa nocte dicēs: Ego ſum deus Abraam
patris tui: noli timere: quia ego tecū ſum. Benedicā ti
bi: ⁊ multiplicabo ſemen tuū ꝓpter ſeruū meum Abra-
F am. Itaqꝫ ędificauit ibi altare domino: ⁊ inuocato no
mine domini extendit tabernaculum: pręcepitqꝫ ſer-
uis ſuis: vt foderent puteum. Ad quē locū cū veniſſent
de Geraris Abymelech ⁊ Ochozath amicꝰ illiꝰ ⁊ Phi
col dux militū: locutus eſt eis Iſaac: Quid veniſtis ad
ſupra. 21. c me hominem quē odiſtis ⁊ expuliſtis a vobis? Qui re-
Iudi. 11. a ſponderunt: Vidimus tecum eſſe dn̄m: et idcirco nos
diximus: Sit iuramētum int nos: et ineamus foedus
vt nō facias nobis ꝗcquā mali: ſicut et nos nihil tuoꝝ
attigimus: nec fecimus quod te lederet: ſed cū pace di-
G miſimus auctū benedictiōe domini. Fecit ergo eis con
uiuium: et poſt cibum et potū ſurgentes mane iuraue-
runt ſibi mutuo: dimiſitqꝫ eos Iſaac pacifice in locum
ſuum. Ecce autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac an-
nunciantes ei de puteo quem foderant: atqꝫ dicentes:
Inuenimus aquam. Unde appellauit eum abundan-
tiam: ⁊ nomen vrbi impoſitū eſt Berſabee vſqꝫ in pre-
ſentem diem. Eſau vero quadragenarius duxit vxores
duas: Iudith filiam Beeri Ethei: ⁊ Baſemath filiam
Helon eiuſdem loci: quę ambę offenderant animum
Iſaac et Rebeccę. XXVII.
A SEnuit aūt Iſaac: ⁊ caligauerūt oculi eiꝰ: ⁊ vi
Heb. 11. a. dere nō poterat: vocauitqꝫ Eſau filiū ſuū ma
iorē: ⁊ dixit ei: Fili mi. Qui reſpōdit: Adſum.
Cui pater: Uides (inꝗt) ꝙ ſenuerim: ⁊ igno-
rē diē mortis meę. Sume arma tua pharetrā et arcū:
⁊ egredere foras. Cūqꝫ venatu aliꝗd apprehēderis: fac
mihi inde pulmentū: ſicut velle me noſti: et affer vt co-
medā: ⁊ benedicat tibi aīa mea antequā moriar. Quod
cū audiſſet Rebecca: et ille abijſſet in agrū: vt iuſſionē
patris ipleret: dixit filio ſuo Iacob: Audiui patrē tuū
loquentem cum Eſau fratre tuo: et dicentem ei: Affer
B mihi de venatione tua: et fac cibos vt comedā: et bene-
dicam tibi coram domino antequā moriar. Nunc ergo
fili mi acquieſce cōſilijs meis: et pergēs ad gregē affer
mihi duos hoedos optimos: vt faciam ex eis eſcas pa-
tri tuo: quibus libenter veſcitur: quas cum intuleris et
comederit: benedicat tibi priuſquā moriaf. Cui ille re
ſpondit: Noſti ꝙ Eſau frater meus homo piloſus ſit:
et ego lenis: ſi attrectauerit me pater meus et ſenſerit
timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere: et inducat ſup
me maledictionem pro benedictiōe. Ad quē mater: In C
me ſit: ait: iſta maledictio fili mi: tantū audi vocē meā:
et pergens affer quę dixi. Abijt ⁊ attulit: deditqꝫ matri
Parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrem illius: ⁊
veſtibꝰ Eſau valde bonis: quas apud ſe habebat domi:
induit eum: pelliculaſqꝫ hoedorū circūdedit manibus
et colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmentū: et panes ꝗs
coxerat: tradidit. Quibꝰ illatis dixit: Pater mi. At il-
le reſpondit: Audio: quis es tu fili mi? Dixitqꝫ Iacob:
Ego ſum primogenitus tuus Eſau: feci ſicut pręcepi
ſti mihi: ſurge: ſede et comede de venatione mea: vt be-
nedicat mihi anima tua. Rurſumqꝫ Iſaac ad filium ſu
um: Quomodo inquit tā cito inuenire potuiſti fili mi?
Qui reſpōdit: Uoluntas dei fuit: vt cito occurreret mi
hi quod volebā. Dixitqꝫ Iſaac: Accede huc: vt tangā te
fili mi: et probem vtrū tu ſis filius meꝰ Eſau: an nō. Ac
ceſſit ille ad patrē: et palpato eo: dixit Iſaac: Uox qui
dem vox Iacob eſt: ſed manus: manus Eſau ſunt. Et
nō cognouit eum: quia piloſę manus ſimilitudinē ma
ioris expreſſerant. Benedicens ergo illi: ait: Tu es fili
us meꝰ Eſau? Reſpondit: Ego ſum. At ille: Affer mi-
hi: inquit: cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat ti
bi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet: obtulit
ei etiā vinū. Quo hauſto: dixit ad eū: Accede ad me: et Heb. 11. d.
da mihi oſculum fili mi. Acceſſit: et oſculatus eſt eum. D
Statimqꝫ vt ſenſit veſtimentorū illiꝰ fragrantiā: bene-
dicēs illi: ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni:
cui benedixit dominus. Det tibi deus de rore cęli: et de
pinguedine terrę abundantiā frumenti: vini: et olei: et
ſeruiāt tibi populi: et adorent te tribus. Eſto dominꝰ
fratrū tuorū: et incuruenf ante te filij matris tuę. Qui
maledixerit tibi: ſit ille maledictus: ⁊ qui benedixerit ti E
bi: benedictionibus repleatur. Uix Iſaac ſermonē im-
pleuerat: et egreſſo Iacob foras: venit Eſau: coctoſqꝫ
de venatione cibos intulit patri: dicens: Surge pater
mi: et comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi
anima tua. Dixitqꝫ illi Iſaac: Quis enim es tu? Qui re
ſpondit: Ego ſum filius tuꝰ primogenitus Eſau. Ex-
pauit Iſaac ſtupore vehementi: et vltra ꝙ credi poteſt
admirans: ait: Quis igitur ille eſt: qui dudum captam
venationē attulit mihi: ⁊ comedi ex omnibꝰ prius: ꝙ tu F
venires? Benedixiqꝫ ei: et erit benedictꝰ. Auditis eſau
ſermonibus patris: irrugijt clamore magno: et cōſter
natus ait: Benedic etiā et mihi pater mi. Qui ait: Ue
nit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedicti
onem tuam. At ille ſubiunxit: Iuſte vocatū eſt nomen
eius Iacob: ſupplātauit em̄ me: en altera vice. Primo
genita mea ante tulit: et nunc ſecūdo ſurripuit benedi
ctionē. Rurſumqꝫ ad patrē: Nunquid non ſeruaſti ait
et mihi benedictionē? Reſpondit Iſaac: Dominū tuū
illū conſtitui: et omnes fratres ſuos ſeruituti eius ſub-
iugaui. Frumēto et vino et oleo ſtabiliui eū: et tibi poſt
hęc fili mi vltra quid faciā? Cui Eſau: Num vnam (in- Heb. 12. c.
quit) tantū benedictionē habes pater? Mihi quoqꝫ ob
ſecro vt benedicas. Cūqꝫ eiulatu magno fleret: motus
Iſaac dixit ad eum: In pinguedine terrę et in rore cęli 4. Reg. 8.
deſuper erit benedictio tua. Uiues in gladio ⁊ fratri tuo
ſeruies: tempuſqꝫ veniet: cum excutias et ſoluas iugū Abdie. 1. a
eius de ceruicibꝰ tuis. Oderat ergo ſemp Eſau Iacob G
pro benedictiōe qua bn̄dixerat ei pater: dixitqꝫ in corde
ſuo: Uenient dies luctus patris mei: et occidam Iacob
fratrē meū. Nūciata ſunt hęc Rebeccę. Quę mittens
et vocās iacob filiū ſuū: dixit ad eum: Ecce Eſau frater
tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fili mi: audi vo

cem meã:et conſurgens fuge ad Laban fratrem meuz
in Aram: habitabiſq; cuz eo dies paucos: donec requie
ſcat furor fratris tui:et ceſſet indignatio eius: obliui-
ſcaturq; eorũ que feciſti in eũ: poſtea mittã: et adducã
te inde huc. Cur vtroq; orbabor filio in vno die? Dixit-
q; Rebecca ad Iſaac: Tedet me vitę meę propter filias
Heth: ſi acceperit Jacob vxorem de ſtirpe huius ter-
rę: nolo viuere. XXVIII

A Vocauit itaq; Iſaac Jacob:et benedixit eũ:
pręcepitq; ei: dicens: Noli accipere coniu-
gem de genere Chanaan:ſed vade ⁊ profici-
ſcere in Meſopotamiam Syrię ad domum
Bathuel patris matris tuę:et accipe tibi inde vxorem
de filiabus Laban auunculi tui:deus autem omnipo-
tens benedicat tibi:et creſcere te faciat atq; multipli-
cet:vt ſis in turbas populorum:et det tibi benedictio-
nes Abrahę:et ſemini tuo poſt te:vt poſſideas terrã pe-
B regrinationis tuę: quã pollicit⁹ eſt auo tuo. Cumq; di
miſiſſet eum Iſaac: profectus ꝑuenit in Meſopotami
am Syrie ad Laban filium Bathuel Syri:fratrẽ Re
beccę matris ſuę. Videns autem Eſau:ꝙ benedixiſſet
pater ſuus Jacob: et miſiſſet eũ in Meſopotamiã Sy
rię:vt inde vxorẽ duceret:et poſt benedictionẽ pręcepiſ
ſet ei:dicens: Non accipies vxorẽ de filiabus Chanaan:
quodq; obediens Jacob parẽtibus ſuis iſſet in ſyriam:
probans quoq;:ꝙ non libenter aſpiceret filias Chana-
an pater ſuus: iuit ad Iſmaelem:⁊ duxit vxorẽ abſq;
his quas prius habebat: Melech filiam Iſmael filij
Abraam ſororem Nabaioth. Igitur egreſſus Jacob d̃
Berſabee: pergebat Haran. Cũq; veniſſet ad quendã
locũ:⁊ vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitũ: tulit
de lapidibus qui iacebant:⁊ ſupponens capiti ſuo dor-
C miuit in eodẽ loco. Viditq; in ſomnis ſcalam ſtantẽ ſu-
per terrã:⁊ cacumen illius tangẽs cęlũ:angelos quoq;
dei aſcendentes ⁊ deſcendentes per eam:⁊ dominũ inni
xũ ſcalę dicentẽ ſibi: Ego ſum domin⁹ deus Abraam pa
tris tui:et deus Iſaac. Terrã in qua dormis: tibi dabo
et ſemini tuo:eritq; ſemen tuũ quaſi puluis terrę. Dila
taberis ad orientem ⁊ occidentẽ: ⁊ ſeptentrionẽ ⁊ meri
diẽ:⁊ benedicentur in te ⁊ in ſemine tuo cunctę tribus
terrę. Et ero cuſtos tuus quocunq; perrexeris:⁊ redu
cam te in terram hanc:nec dimittã niſi compleuero vni
uerſa quę dixi. Cũq; euigilaſſet iacob de ſomno ait: Ve
D re dñs eſt in loco iſto:⁊ ego neſciebaz. Pauenſq;: ꝙ̃ ter
ribilis eſt:inquit:locus iſte:non eſt hic aliud niſi dom⁹
dei:⁊ porta cęli. Surgens ergo Jacob mane tulit la-
pidẽ:quẽ ſuppoſuerat capiti ſuo: ⁊ erexit in titulũ:fun
dens oleum deſuper. Appellauitq; nomen loci Bethel
Sap.10.b quę prius Luſa vocabat̃. Vouit etiã votum:dicens: Si
fuerit domin⁹ mecũ:⁊ cuſtodierit me in via per quã ego
ambulo:⁊ dederit mihi panẽ ad veſcendũ:⁊ veſtimentũ
ad induendũ: reuerſuſq; fuero ꝓſpere ad domũ patris
mei:erit mihi domin⁹ in deũ:⁊ lapis iſte quẽ erexi in ti-
tulũ:vocabit̃ domus dei: cunctorũq; que dederis mihi
decimas offerã tibi. XXIX

A Profectus ergo Jacob: venit in terram ori-
entalem:⁊ vidit puteum in agro: tres quoq;
greges ouiuz accubantes iuxta eum. Nam
ex illo adaquabantur pecora:⁊ os eius gran
di lapide claudebatur. Moriſq; erat vt cunctis ouib⁹
congregatis deuoluerent lapidem: ⁊ refectis gregi-
bus rurſum ſup os putei ponerẽt. Dixitq; ad paſtores
Fratres: vnde eſtis? Qui reſpõderũt: De Haran. quos
interrogans: Nunquid:ait: noſtis Laban filium Na-
chor? Dixerunt: Nouimus. Sanus ne eſt? inquit. Va-
let:inquiunt: et ecce Rachel filia eius venit cum grege
B ſuo. Dixitq; Jacob: Adhuc multũ diei ſupereſt: nec eſt
tempus vt reducantur ad caulas greges:date ante po-
tũ ouibus:et ſic eas ad paſtũ reducite. Qui rñderunt:
Nõ poſſumus: donec oĩa pecora congregentur:⁊ amo

ueamus lapidẽ de ore putei:vt adaquem⁹ greges. Ad-
huc loquebantur:et ecce Rachel veniebat cum ouibus
patris ſui:nã gregẽ ipſa paſcebat. Quã cũ vidiſſet Ja-
cob:et ſciret conſobrinã ſuã: ouesq; Laban auũculi ſui:
amouit lapidem quo puteus claudebatur:et adaquato
grege oſculatus eſt eã. Et eleuata voce fleuit:et indica- C
uit ei: ꝙ frater eſſet patris ſui:⁊ filius rebeccę. At illa fe
ſtinans nunciauit patri ſuo. Qui cũ audiſſet veniſſe Ja
cob filiũ ſororis ſuę:occurrit obuiã ei:complexuſq; eum
et in oſcula ruens:duxit in domũ ſuã. Auditis aũt cau-
ſis itineris rñdit: Os meũ es:⁊ caro mea. Et poſtꝙ̃ im D
pleti ſunt dies menſis vnius dixit ei: Num q2 frater me
us es:gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias?
Habebat vo duas filias: nomen maioris* Lia: minor Heb.Lea.
vero appellabat̃ Rachel. Sed Lia lippis erat oculis:
Rachel decora facie: ⁊ venuſto aſpectu:quam diligens
Jacob ait: Seruiã tibi ꝓ Rachel filia tua minore ſeptẽ
annis. Reſpondit Laban: Melius eſt: vt tibi eaz dem
ꝙ̃ alteri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Jacob ꝓ
Rachel ſeptẽ annis:⁊ videbãtur illi pauci dies prę amo
ris magnitudine. Dixitq; ad Laban: Da mihi vxorem
meam:q2 iã tempus impletũ eſt:vt ingrediar ad illam. E
Qui vocatis multis amicor turbis ad conuiuiũ: fecit
nuptias:⁊ veſpere Liam filiã ſuã introduxit ad eũ:dãs
ancillã filię ſuę Zelpham noĩe. Ad quã cũ ex more iacob
fuiſſet igreſſus:facto mane vidit Liam. Et dixit ad ſo
cerũ ſuũ: Quid eſt qđ facere voluiſti? nonne pro Rachel
ſeruiui tibi? q̃re impoſuiſti mihi? Reſpõdit Labã: Nõ Joan.6.d
eſt in loco noſtro conſuetudinis:vt minores ante trada
mus ad nuptias. Imple hebdomadã dierũ huius copu
lę:⁊ hãc quoq; dabo tibi pro tẽpore quo ſeruitur⁹ es mi
hi ſeptem annis alijs. Acquieuit placito:⁊ hebdomada F
tranſacta Rachel duxit vxorẽ: cui pater ſeruã Balam
tradiderat. Tandẽq; potitus optatis nuptijs: amorez
ſequentis priori prętulit:ſeruiens apud eũ ſeptẽ annis
alijs. Videns aũt dñs ꝙ deſpiceret Liam:aperuit vuluã
eius:ſorore ſterili ꝑmanente. Quę conceptũ genuit fili
um:vocauitq; nomen eius Ruben:dicens: Vidit dñs
humilitatem meã:nunc amabit me vir meus. Rurſum
q; cõcepit ⁊ peperit filium:⁊ ait: Quoniã vidit me dñs G
haberi contemptui:dedit etiã iſtũ mihi. Vocauitq; no 1.Para.
men eius Simeon. Concepitq; tertio:⁊ genuit aliũ fili 12.a.
um:dixitq;: Nunc quoq; copulabit̃ mihi maritus me⁹
eo ꝙ pepererim ei tres filios:⁊ idcirco appellauit nomẽ
eius Leui. Quarto concepit ⁊ peperit filiũ:⁊ ait: Mo
do confitebor domino. Et ob hoc vocauit eum Judam:
ceſſauitq; parere. XXX

A Cernẽs aũt Rachel:ꝙ infoecũda eſſet:ĩuidit
ſorori ſuę:⁊ ait marito ſuo: Da mihi liberos:
alioq̃ moriar. Cui irat⁹ rñdit iacob: Num ꝓ
deo ego ſuz:q̃ priuauit te fructu vẽtris tui? At illa: Ha
beo:ĩquit:famulã Balã: ingredere ad illã: vt pariat ſu
per genua mea/⁊ habeam ex illa filios. Deditq; illi Ba
lam in coniugiũ. Quę ingreſſo ad ſe viro concepit:⁊ pe
perit filiũ. Dixitq; Rachel: Judicauit mihi dñs: ⁊ ex-
audiuit vocez meã:dans mihi filiũ:⁊ idcirco appellauit
nomen eius Dan. Rurſumq; Bala concipiens peperit
alterum:pro q̃ ait rachel: Comparauit me dñs cũ ſoro
re mea:⁊ inualui. Vocauitq; eum Neptali. Sentiens
Lia ꝙ parere deſijſſet: Zelpham ancillã ſuã marito tra
didit. Quę poſt cõceptũ ędente filiũ dixit: Feliciter. Et
idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoq; Zel- B
pha alterum. Dixitq; Lia: Hoc pro beatitudine mea:
beatã quippe me dicent oẽs mulieres. Propterea ap-
pellauit eũ Aſer. Egreſſus aũt Ruben tempore meſſis
triticeę in agrũ: reperit mãdragoras:quas matri Lię
detulit. Dixitq; Rachel: Da mihi partẽ de mandrago
ris filij tui. Illa reſpondit: Parũ ne tibi videtur:ꝙ prę
ripueris maritũ mihi:niſi etiã mãdragoras filij mei tu
leris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro man-

dragoꝛis filij tui. Redeuntiqꝫ ad veſperam Jacob de
agro: egreſſa eſt in occurſum eius Lia: ⁊ ait: Ad me: in-
quit: intrabis: quia mercede conduxi te pꝛo mandrago
ris filij mei. Doꝛmiuitqꝫ cum ea nocte illa: et exaudiuit
deus pꝛeces eius: cōcepitqꝫ et peperit filium quintum:
C et ait: Dedit deus mercedem mihi: quia dedi ancillam
meā viro meo. Appellauitqꝫ nomē eius Jſachar. Rur-
ſum Lia concipiens peperit ſextum filium: ⁊ ait: Dota
uit me deus dote bona: etiam hac vice mecum erit ma-
ritus meus: eo ꝙ genuerim ei ſex filios. Et idcirco ap-
D pellauit nomen eius Zabulon. Poſt quem peperit fi-
liam nomine Dinā. Recoꝛdatus quoqꝫ dominus Ra-
chelis: exaudiuit eā: et aperuit vuluam eius: que conce-
pit: et peperit filium: dicēs: Abſtulit deus oppꝛobꝛium
meū. Et vocauit nomen illius Joſeph: dicens: Addat
mihi dominus filium alterum. Nato aūt Joſeph: dixit
.reg. 11.d Jacob ſocero ſuo: Dimitte me: vt reuertar in patriam
meam: ⁊ ad terrā meā: da mihi vxoꝛes: ⁊ liberos meos:
pꝛo quibꝰ ſeruiui tibi: vt abeā. Tu vero noſti ſeruitutē:
qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban: Jnueni gratiā in con-
ſpectu tuo: experimēto didici: ꝗa benedixerit mihi deꝰ
pꝛopter te. Cōſtitue mercedem tuā: quā dem tibi. At il
le reſpōdit: Tu noſti quomodo ſeruierim tibi: et quāta
in manibꝰ meis fuerit poſſeſſio tua. Modicū habuiſti
anteꝗ̄ venirē ad te: ⁊ nūc diues effectus es: benedixitqꝫ
tibi deus ad introitū meū. Juſtū eſt igitur: vt aliquādo
pꝛouideā etiā domui mee. Dixitqꝫ Labā: Quid tibi da
E bo? At ille ait: Nihil volo: ſed ſi feceriſ quod poſtulo: ite
rum paſcā: et cuſtodiā pecoꝛa tua. Gyra omnes greges
tuos: et ſepara cunctas oues varias: et ſparſo vellere: et
quodcunqꝫ fuluum: et maculoſum: variūqꝫ fuerit: tā in
ouibꝰ ꝗ̄ ī capꝛis: erit merces mea. Reſpōdebitqꝫ mihi
cras iuſtitia mea: quādo placiti tēpus aduenerit coꝛam
te: ⁊ omnia que nō fuerint varia: ⁊ maculoſa: ⁊ fulua: tā
in ouibꝰ ꝗ̄ in capꝛis: furti me argues. Dixitqꝫ Laban:
Gratū habeo quod petis. Et ſeparauit ī die illa capꝛas
⁊ oues: hircos et arietes varios: atqꝫ maculoſos. Cun-
ctum autem gregē vnicoloꝛem: id eſt albi aut nigri vel-
leris: tradidit in manu filioꝛum ſuoꝝ: ⁊ poſuit ſpacium
itineris trium dierum inter ſe et generū: qui paſcebat
reliquos greges eius. Tollēs ergo Jacob virgas popu
leas virides: ⁊ amygdalinas: et ex platanis: ex parte de-
coꝛticauit eas. Detractiſqꝫ coꝛticibus in his que ſpolia
ta fuerāt: cādoꝛ apparuit: illa vero que integra fuerāt:
viridia permanſerūt: atqꝫ in hūc modū coloꝛ effectꝰ eſt
varius. Poſuitqꝫ eas in canalibꝰ: vbi effundebat aqua:
F vt cum veniſſent greges ad bibendum: ante oculos ha-
berent virgas: et in aſpectu earum cōciperent. Factūqꝫ
eſt: vt in ipſo caloꝛe coitus oues intuerentur virgas: et
parerēt maculoſa: ⁊ varia: ⁊ diuerſo coloꝛe reſperſa. Di
uiſitqꝫ gregē Jacob: ⁊ poſuit virgas in canalibus ante
oculos arietū. Erāt aūt alba et nigra queqꝫ Laban: ce-
tera vero Jacob ſeparatis īter ſe gregibꝰ. Jgitur quā-
do pꝛimo tēpoꝛe aſcendebant oues: ponebat iacob vir-
gas in canalibus aquarū ante oculos arietū et ouiū: vt
in earū cōtemplatione conciperent. Quando vero ſero-
tina admiſſura erat: et cōceptus extremus: nō ponebat
eas. Factaqꝫ ſunt ea que erant ſerotina Laban: et que
pꝛimi tempoꝛis Jacob. Ditatuſqꝫ eſt homo vltra mo-
dum: ⁊ habuit greges multos: ancillas ⁊ ſeruos: came
los ⁊ aſinos.

XXXI.

A Poſtꝗ̄ aūt audiuit verba filioꝝ Laban dicen
tium: Tulit Jacob oīa que fuerūt patris
noſtri: ⁊ de illiꝰ facultate ditatus: factus eſt
inclytus: animaduertit quoqꝫ faciē Laban:
ꝙ nō eſſet erga ſe: ſicut heri: ⁊ nudiuſtertius: maxime di
cente ſibi dn̄o: Reuertere in terrā patrū tuoꝝ: ⁊ ad ge
nerationem tuā: eroqꝫ tecū. Miſit ⁊ vocauit Rachel: ⁊
Liam ī agrū: vbi paſcebat greges: dixitqꝫ eis: Video fa
ciē patris veſtri: ꝙ nō ſit erga me: ſicut heri ⁊ nudiuſter
tius. Deꝰ aūt patriſ mei fuit mecū: ⁊ ipſe noſtis: ꝙ totis
viribꝰ meis ſeruierī patri veſtro. Sed ⁊ pater veſter cir-
cumuenit me: ⁊ mutauit mercedē meā decē vicibꝰ: ⁊ ta-
men nō dimiſit eū deꝰ: vt noceret mihi. Si quādo dixit:
Varie erūt mercedes tue: pariebāt omnes oues varios
foetus. Quādo vero ecōtrario ait: Alba queqꝫ accipies
pꝛo mercede: oēs greges alba pepererūt. Tulitqꝫ deus B
ſubſtantiam patris veſtri: et dedit mihi. Poſtꝗ̄ eñi con
ceptus ouium tēpus aduenerat: leuaui oculos meos: ⁊
vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper foeminas: va-
rios et maculoſos: ⁊ diuerſoꝝ coloꝝ. Dixitqꝫ angelus
domini ad me in ſomnis: Jacob. Et ego reſpondi: Ad-
ſum. Qui ait: Leua oculos tuos: ⁊ vide vniuerſos maſ-
culos aſcendentes ſuper foeminas: varios: maculoſos:
atqꝫ reſperſos. Vidi enim omnia que fecit tibi Laban. ſup. 28.d.
Ego ſum deus Bethel: vbi vnxiſti lapidem: ⁊ votū vo- īfra.32.c.
uiſti mihi. Nunc ergo ſurge: ⁊ egredere de terra hac: re
uertens in terrā natiuitatis tue. Reſpōderuntqꝫ Ra-
chel et Lia: Nūquid habemꝰ reſidui quicꝗ̄ in facultati
bus: ⁊ hereditate domꝰ patris noſtri? Nōne quaſi alie-
nas reputauit nos: ⁊ vēdidit: comeditqꝫ pꝛeciū noſtrū?
Sed deꝰ tulit opes patris noſtri: ⁊ eas tradidit nobis: C
ac filijs noſtris: vnde omnia que pꝛecepit tibi dn̄s: fac.
Surrexit itaqꝫ Jacob: et īpoſitis liberis: ac cōiugibus
ſuis ſuper camelos: abijt. Tulitqꝫ oēm ſubſtantiā ſuā: ⁊
greges: ⁊ quicquid in Meſopotamia acquiſierat: per-
gens ad Jſaac patrē ſuū in terram Chanaan. Eo tēpo
re ierat Laban ad tōdendas oues: et Rachel furata eſt
idola patris ſui. Noluitqꝫ Jacob cōfiteri ſocero ſuo ꝙ
fugeret. Cūqꝫ abijſſet: tam ipſe ꝗ̄ oīa que iuris ſui erāt:
⁊ amne trāſmiſſo pergeret cōtra montē Galaad: nūcia
tum eſt Laban die tertio: ꝙ fugeret Jacob. Qui aſſum
ptis fratribꝰ ſuis: perſecutus eſt eū diebus ſeptē: ⁊ com
pꝛehendit eū in mōte Galaad. Viditqꝫ in ſomnis dicen D
tem ſibi dominū: Caue ne quicꝗ̄ aſpere loquaris cōtra
Jacob. Jāqꝫ Jacob extēderat in mōte tabernaculum.
Cūqꝫ ille conſecutus fuiſſet eū cū fratribꝰ ſuis: in eodē
monte Galaad fixit tentoꝛiū. Et dixit ad Jacob: Qua-
re ita egiſti: vt clā me abigeres filias meas quaſi capti-
uas gladio? Cur ignoꝛante me fugere voluiſti: nec indi
care mihi: vt pꝛoſequerer te cū gaudio: ⁊ cāticis: ⁊ tym-
panis: ⁊ cytharis? Nō es paſſus: vt oſcularer filios me- 2 reg.13.e
os ⁊ filias? Stulte operatus es: ⁊ nūc ꝗdem valet manꝰ 1.par.6.c.
mea reddere tibi malum: ſed deus patris tui heri dixit
mihi: Caue ne loquaris cōtra Jacob quicꝗ̄ durius. Et
ſi ad tuos ire cupiebas: et deſiderio erat tibi domus pa-
tris tui: cur furatus es deos meos? Reſpondit Jacob:
Quod inſcio te pꝛofectus ſum: timui ne violenter aufer
res filias tuas. Quod aūt furti me arguis: apud quē-
cunqꝫ inueneris deos tuos: necetur coꝛam fratribꝰ no-
ſtris. Scrutare quicquid tuoꝝ apud me inueneris: au- E
fer. Hec dicēs: ignoꝛabat ꝙ Rachel furata eſſet idola.
Jngreſſus itaqꝫ Laban tabernaculum Jacob: et Lie:
⁊ vtriuſqꝫ famule: ⁊ nō inuenit. Cūqꝫ intraſſet tentoꝛiū
Rachelis: illa feſtinās abſcōdit idola ſubter ſtramenta
cameli: ⁊ ſedit deſuper: ſcrutātiqꝫ oīe tentoꝛiū: et nihil
inuenienti: ait: Ne iraſcatur dominus meus: ꝙ coꝛā te
aſſurgere neqo: ꝗa iuxta cōſuetudinē foeminarū nūc ac
cidit mihi. Sic deluſa ſollicitudo querētiſ eſt. Tumēſqꝫ
Jacob cū iurgio ait: Quā ob culpā meā: et ob qd̄ pctm̄
meū ſic exarſiſti poſt me: et ſcrutatus es oēm ſupellecti
lem meam? Quid inueniſti de cuncta ſubſtātia domus
tue? Pone hic coꝛā fratribus meis: et fratribus tuis: ⁊
iudicēt īter me ⁊ te. Jdcirco vigīti annis fui tecū: oues
tue ⁊ capꝛe ſteriles non fuerūt: arietes gregis tui nō co F
medi: nec captū a beſtia oſtēdi tibi: ego damnū oīe red
debam: quicquid furto perierat: a me exigebas: die no-
ctuqꝫ eſtu vrgebar: ⁊ gelu: fugiebatqꝫ ſomnus ab oculis
meis. Sicqꝫ p vigīti annos ī domo tua ſeruiui tibi: ꝗtu Sup.29.c
oꝛdecim pꝛo filiabꝰ: ⁊ ſex pꝛo gregibꝰ tuis. Jmmutaſti

quoqꝫ mercedem meam decē vicibus. Niſi deus patr̄
mei Abꝛaā ⁊ timoꝛ Iſaac affuiſſet mihi: foꝛſitan modo
nudum me dimiſiſſes. afflictionē meam ⁊ laboꝛē manu
um meaꝝ reſpexit dn̄s: et arguit te heri. Reſpondit ei
Labā: Filię meę ⁊ filij ⁊ greges tui: ⁊ om̄ia quę cernis
mea ſunt: quid poſſum facere filijs et nepotibus meis?
Veni ergo et ineamus foedus: vt ſit teſtimonium inter
me et te. Tulit itaqꝫ Jacob lapidem: ⁊ erexit illū in ti-
tulum: dixitqꝫ fratribus ſuis: Afferte lapides. Qui cō-
gregantes fecerunt tumulum: comederuntqꝫ ſuper eū
Quē vocauit Laban tumulum teſtis: ⁊ Jacob aceruū
teſtimonij: vterqꝫ iuxta pꝛopꝛietatē lingue ſuę. Dixit-
qꝫ Laban: Tumulus iſte erit teſtis īter me ⁊ te hodie:
⁊ idcirco appellatum eſt nomen eius Galaad: id eſt tu-
G mulus teſtis. Et adiecit Laban: Intueatur ⁊ iudicet
dominus inter nos quando receſſerimus a nobis: ſi af-
flixeris filias meas: et ſi ītroduxeris alias vxoꝛes ſuper
eas. Nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſqꝫ deo: q̄ pꝛę-
ſens reſpicit. Dixitqꝫ rurſus ad Jacob: En tumulus
hic ⁊ lapis quē erexi inter me et te: teſtis erit. Tumul⁹
inquā iſte et lapis ſint in teſtimoniū: ſi aūt ego trāſiero
illū pergēs ad te: aut tu pꝛęterieris malū mihi cogitās
Deus Abꝛaā ⁊ deus Nachoꝛ iudicet inter nos: de⁹ pa-
tris eoꝝ. Iurauit ergo Jacob ꝑ timoꝛē patris ſui Iſa
ac: immolatiſqꝫ victimis in monte: vocauit fratres ſu-
os vt ederent panem. Qui cū comediſſent: manſerunt
ibi. Laban vero de nocte cōſurgēs: oſculat⁹ eſt filios et
filias ſuas: et benedixit illis: reuerſuſqꝫ eſt in locū ſuū.

XXXII.

A Jacob aūt abijt in itinere quod
ceperat: fuerūtqꝫ ei obuiā angeli dei: quos
cū vidiſſet: ait: Caſtra dei ſunt hęc. Et appel
lauit nomē loci illius* Mahanaim: id eſt ca-
ſtra. Miſit aūt ⁊ nuncios ante ſe ad Eſau fratrē ſuum
in terrā Seir in regione Edom: pꝛęcepitqꝫ eis dicens:
Sic loquimini domino meo Eſau: Hęc dicit frater tu
B us Jacob: Apud Laban peregrinatus ſum: et fui vſqꝫ
in pꝛęſentē diē: Habeo boues ⁊ aſinos ⁊ oues ⁊ ſeruos
⁊ ancillas: mittoqꝫ nunc legationē ad dominū meū: vt
inueniā gratiā in cōſpectu tuo. Reuerſiqꝫ ſunt nuncij
ad Jacob: dicētes: Venimus ad Eſau fratrē tuum: et
ecce pꝛoperat in occurſum tibi cum quadringentis vi-
ris. Timuit Jacob valde: ⁊ perterritus diuiſit populū
qui ſecū erat: greges quoqꝫ ⁊ oues ⁊ boues ⁊ camelos ī
duas turmas: dicens: Si venerit Eſau ad vnā turmā ⁊
percuſſerit eam: alia turma quę reliqua eſt: ſaluabitur.
C Dixitqꝫ Jacob: Deus patris mei Abꝛaam: ⁊ deus pa-
tris mei Iſaac: domine qui dixiſti mihi: Reuertere in
terram tuam: et in locum natiuitatis tuę: et benefaciā
tibi: minoꝛ ſum cunctis miſerationibus tuis: ⁊ verita-
ſup. 31.b. He. feciſti te tua quam* expleſti ſeruo tuo. In baculo tuo trāſiui
Ioꝛdanē iſtū: ⁊ nunc cū duabus turmis regredioꝛ: E-
rue me de manu fratris mei Eſau: quia valde eū timeo
ne foꝛte veniens: percutiat matrē cū filijs. Tu locutus
es quod benefaceres mihi: et dilatares ſemen meū ſicut
arena maris: quę pꝛę multitudine numerari nō poteſt
Cūqꝫ doꝛmiſſet ibi nocte illa: ſeparauit de his quę ha-
D bebat munera Eſau fratri ſuo: capꝛas ducētas: hircos
viginti: oues ducentas: arietes viginti: camelos foetas
cum pullis ſuis trigīta: vaccas quadraginta: et tauros
viginti: aſinas viginti: et pullos earū decem. Et miſit
per manus ſeruoꝛum ſuoꝛū ſingulos ſeoꝛſum greges:
dixitqꝫ pueris ſuis: Antecedite me: et ſit ſpacium inter
gregem ⁊ gregem. Et pꝛęcepit pꝛioꝛi: dicens: Si obui
um habueris fratrem meum Eſau: ⁊ īterrogauerit te:
cuius es? aut quo vadis? aut cuius ſunt iſta quę ſeque-
E ris? reſpondebis: Serui tui Jacob: munera miſit do-
mino ſuo Eſau: ipſe quoque poſt nos venit. Similiter
dedit mandata ſecundo et tertio: ac cunctis qui ſeque
bantur greges: dicens: Hiſdem verbis loquimini ad
Eſau cum inueneritis eum: et addetis: Ipſe quoqꝫ ſer
uus tuus Jacob iter noſtrum inſequitur: Dixit enim:
Placabo illum muneribus quę pꝛęcedunt: ⁊ poſtea vi
debo illum: foꝛſitan pꝛopiciabitur mihi. Pꝛęceſſerunt
itaque munera ante eum: ipſe vero manſit nocte illa in
caſtris. Cumqꝫ mature ſurrexiſſet: tulit duas vxoꝛes F
ſuas et totidem famulas cum vndecim filijs: et tranſi-
uit vadum Jaboch. Traductiſqꝫ omnibus quę ad ſe ꝑ
tinebant: manſit ſolus. Et ecce vir luctabatur cum eo
vſqꝫ mane: qui cum videret quod eum ſuperare nō poſ Oſee.12a
ſet: tetigit neruum femoꝛis eius: ⁊ ſtatim emarcuit. Di
xitqꝫ ad eum: Dimitte me: iam enim aſcendit auroꝛa.
Reſpondit: Non dimittam te: niſi benedixeris mihi.
Ait ergo: Quod nomē eſt tibi? Reſpondit: Jacob. At infra.35 b
ille: Nequaquā inquit Jacob appellabitur nomen tu-
um: ſed Iſrael. Quoniam ſi contra deum foꝛtis fuiſti:
quanto magis contra homines pꝛęualebis? Interro- G
gauit eū Jacob: Dic mihi quo appellaris nomine? Re
ſpondit: Cur quęris nomen meum quod eſt mirabile?
Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitqꝫ Jacob no-
men loci illius Phanuel: dicens: Vidi dominum fa- Iud.13.c.
cie ad faciem: et ſalua facta eſt anima mea. Oꝛtuſque
eſt ei ſtatim ſol poſtq̄ tranſgreſſus eſt Phanuel. Ipſe
vero claudicabat pede. Quam ob cauſam nō comedūt
neruum filij Iſrael: qui emarcuit in femoꝛe Jacob vſ-
qꝫ in pꝛęſentem diem: eo quod tetigerit neruum femo-
ris eius: et obſtupuerit.

XXXIII.

Leuans autem Jacob oculos ſuos: vidit ve
nientē Eſau: et cū eo quadringentos viros. A
Diuiſitqꝫ filios Lię et Rachel: ambarumqꝫ
famularum: et poſuit vtramqꝫ ancillam: ⁊ li
beros earum in pꝛincipio: Liam vero: et filios eius in
ſecūdo loco: Rachel autem: ⁊ Joſeph nouiſſimos. Et
ipſe pꝛogrediens adoꝛauit pꝛonus in terrā ſepties: do-
nec appꝛopinquaret frater eius. Currens itaqꝫ Eſau B
obuiam fratri ſuo: amplexatus eſt eum: ſtringenſqꝫ col
lum eius: et oſculans fleuit: leuatiſqꝫ oculis vidit muli
eres et paruulos earum: et ait: Quid ſibi volunt iſti: et
ſi ad te pertineāt? Reſpondit: Paruuli ſunt quos do
nauit mihi deus ſeruo tuo. Et appꝛopinquantes ancil
lę et filij earum incuruati ſunt. Acceſſit quoqꝫ Lia cū
pueris ſuis: ⁊ cū ſimiliter adoꝛaſſent: extremi Joſeph
et Rachel adoꝛauerūt. Dixitqꝫ Eſau: Quę nam ſunt
iſtę turmę: quas obuiam habui? Reſpondit: Vt inue
nirem gratiam coꝛam domino meo. At ille ait: Habeo
plurima frater mi: ſint tua tibi. Dixit Jacob: Noli ita
obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis: accipe mu
nuſculum de manibus meis. Sic enim vidi faciem tu- C
am: quaſi viderim vultum dei: eſto mihi pꝛopitius: et 2.reg.19c
ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi: et quam do- 1.reg.15.c
nauit mihi deus: tribuens omnia. Vix fratre com- heſter 15 d
pellente ſuſcipiens ait: Gradiamur ſimul: eroqꝫ ſoci
us itineris tui. Dixitqꝫ Jacob: Noſti domine mi: q̄d
paruulos habeam teneros: et oues et boues foetas me
cū: quas ſi plus ambulando fecero laboꝛare: moꝛiētur
vna die cūcti greges. Pꝛęcedat dominus meus ante
ſeruum ſuum: et ego ſequar paulatim veſtigia eius: ſi
cut videro paruulos meos poſſe: donec veniam ad do
minum meum in Seir. Reſpondit Eſau: Oꝛo te: vt D
de populo qui mecū eſt: ſaltem ſocij remaneant vię tuę
Non eſt (inquit) neceſſe: hoc vno tantum indigeo: vt i-
ueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi. Reuer-
ſus eſt itaqꝫ illo die Eſau itinere quo venerat in Seir:
⁊ Jacob venit in Socoth: vbi ędificata domo ⁊ fixis tē
toꝛijs: appellauit nomē loci illius Socoth: id eſt taber
nacula. Tranſiuitqꝫ in ſalē vꝛbē Sichimoꝛū: quę eſt in
terra Chanaan: poſtq̄ reuerſus eſt de Meſopotamia
Syrię: et habitauit iuxta oppidum: emitqꝫ partē agri
in qua fixerat tabernacula: a filijs Emoꝛ patris Sichē
centum agnis: ⁊ erecto ibi altari: inuocauit ſuper illud
foꝛtiſſimum deum Iſrael.

XXXIIII.

A he.hamor Egreſſa eſt aūt Dina filia Lię: vt videret mu-
lieres regionis illius. Quā cum vidiſſet Si
chem filius* Emor Eueī princeps terrę illi-
us adamauit eam: ⁊ rapuit et dormiuit cum
illa: vi opprimēs virginem. Et conglutinata eſt anima
eius cum ea: triſtemqꝫ deliniuit blanditijs: et pergens
ad Emor patrem ſuum: accipe inquit mihi puellā hāc
coniugē. Quod cū audiſſet Jacob: abſentibus filijs: ⁊
in paſtu pecoꝝ occupatis: ſiluit donec redirent. Egreſ
ſo autē Emor patre Sichem: vt loqueretur ad Jacob
ecce filij eius veniebant de agro: auditoqꝫ quod accide
rat: irati ſunt valde: eo quod foedam rem operatus eſ-
ſet in Jſrael: et violata filia Jacob rem illicitam perpe
B traſſet. Locutus eſt itaqꝫ Emor ad eos: Sichem filij
mei adhęſit anima filię veſtrę: date eam illi vxorem: et
iungamus viciſſim cōnubia. Filias veſtras tradite no-
bis: et filias noſtras accipite: et habitate nobiſcū. Ter-
ra in poteſtate veſtra eſt: exercete: negociamini: et poſ-
ſidete eam. Sed et Sichem ad patrem et ad fratres ei
us ait: Jnueniam gratiā coram vobis: et quęcunqꝫ ſta
tueris dabo Augete dotem: et munera poſtulate: et li-
benter tribuam quod petieritis: tantum date mihi pu
ellam hanc vxorem. Reſponderunt filij Jacob Sichē
et patri eius in dolo ſęuientes ob ſtuprum ſororis. Nō
poſſumus facere quod petitꝭ: nec dare ſororem noſtrā
homini incircumciſo: quod illicitum et nefarium eſt
apud nos. Sed in hoc valebimus foederari. Si volue-
ritis eſſe ſimiles noſtri: et circuncidatur in vobis om-
nis maſculini ſexus: tunc dabimus et accipiemus mu
tuo filias veſtras ac noſtras: et habitabimus vobiſcum
erimuſqꝫ vnus populus. Si aūt circuncidi nolueritis
tollemus filiam noſtram et recedemus. Placuit obla-
C tio eorum Emor: ⁊ Sichem filio eius: nec diſtulit ado
leſcens: quin ſtatim quod petebatur expleret. Amabat
enim puellam valde: et ipſe erat inclytus ī omni domo
patris ſui. Jngreſſiqꝫ portam vrbis locuti ſunt ad po-
pulum: Viri iſti pacifici ſunt: et volunt habitare nobiſ
cum. Negocientur in terra et exerceant eam: quę ſpa-
cioſa et lata cultoribus indiget. Filias eorum accipie-
mus vxores: et noſtras illis dabimus. Vnū eſt: quo diſ
ferꝭ tantū bonū. Si circuncidamus maſculos noſtros
ritū gentis imitantes: ⁊ ſubſtantia eoꝝ ⁊ pecora: ⁊ cun
cta quę poſſident: noſtra erunt. Tantū in hoc acquieſ-
camus ⁊ habitantes ſimul vnū efficiamus populū. Aſ-
ſenſiqꝫ ſunt omnes: circumciſis cunctis maribus. Et
D ecce die tertio quando grauiſſimus vulnerū dolor eſt:
arreptis duo filij Jacob: Simeon ⁊ Leui fratres Di-
nę gladijs ingreſſi ſunt vrbem cōfidenter: interfectiſqꝫ
omnibus maſculis: Emor ⁊ Sichē pariter necauerūt:
tollentes Dinā de domo Sichē ſororē ſuā. Quibus e-
greſſis irruerunt ſup occiſos cęteri filij Jacob: et depo
pulati ſunt vrbē in vltionē ſtupri: oues eoꝝ ⁊ armenta
⁊ aſinos: cunctaqꝫ vaſtātes quę in domibus et in agris
erāt. Paruulos quoqꝫ eoꝝ ⁊ vxores duxerūt captiuas
Quibus perpetratis audacter Jacob dixit ad Sime-
on ⁊ leui: Turbaſtis me: ⁊ odioſum feciſtis me Chana
nęis ⁊ Pherezęis habitatoribus terrę hui⁹. Nos pau
ci ſumus: illi congregati percutient me: et delebor ego
et domus mea. Reſponderunt: Nunquid vt ſcorto ab
uti debuere ſorore noſtra? XXXV.
A Jnterea locutus eſt deus ad Jacob: Surge
⁊ aſcēde Bethel: ⁊ habita ibi: facqꝫ altare deo
qui apparuit tibi: quādo fugiebas Eſau fra
trē tuū. Jacob vero cōuocata omī domo ſua
ait: Abijcite deos alienos qui ī medio veſtri ſunt: ⁊ mū
damini: ac mutate veſtimenta veſtra. Surgite et aſcen
damus in Bethel: vt faciamus ibi altare domino: qui
exaudiuit me in die tribulatiōis meę: et ſocius fuit iti-
neris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos
habebant: et inaures quę erant in auribus eoꝝ. At ille
infodit eas ſubter terebinthū: quę eſt poſt vrbē Sichē.
Cumqꝫ profecti eſſent: terror dei inuaſit omēs per cir
cuitum ciuitates: ⁊ non ſunt auſi perſequi recedentes.
Venit igitur Jacob Luzan: quę eſt in terra Chanaan
cognomento Bethel: ipſe ⁊ omnis populus cū eo: ędi
ficauitque ibi altare: ⁊ appellauit nomen loci illius do
mus dei. Jbi em̄ apparuit ei deus cum fugeret fratrē
ſuū. Eodem autē tempore mortua eſt Delbora nutrix B
Rebeccę: et ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quer
cum: vocatumqꝫ eſt nomen loci illius quercus fletus.
Apparuit autē iterum deus Jacob poſtqꝫ reuerſus eſt Jacob ſupplantat
de Meſopotamia Syrię: ⁊ venit in Bethel: benedixit
qꝫ ei dicens: Nō vocaberis vltra Jacob: ſed Jſrael erit
nomen tuū. Et appellauit eum Jſrael: dixitqꝫ ei: Ego Israel videns deum
deus omnipotens: Creſce et multiplicare: gentes ⁊ po vel videns deum
puli nationum ex te erunt: reges de lumbis tuis egre-
dientur: terramqꝫ quam dedi Abraam et Jſaac: dabo
tibi ⁊ ſemini tuo poſt te: et receſſit ab eo. Jlle vero erexit
titulum lapidem in loco quo locutus fuerat ei deus: li- C
bans ſuper eum libamina: et effundens oleum: vocanſ Heb. eo ꝙ
qꝫ nomē loci illius* Bethel. Egreſſus autem inde: ve locut⁹ fu-
nit * verno tempore ad terram quę ducit Ephratam. iſſet illic
Jn qua cum parturiret Rachel: ob difficultatē par- cū eo deus
tus periclitari coepit. Dixitqꝫ ei obſtetrix: Noli time- He Egreſ
re: quia et hunc habebis filium. Egrediente autem a- ſus eſt aūt
nima prę dolore: et imminente iam morte: vocauit no e bethel: e-
men filij ſui Bennoni: *id eſt filius doloris mei. Pater ratqꝫ ſtadi
vero appellauit eum Beniamin: * id eſt filius dextrę: um adhuc
Mortua eſt ergo Rachel: et ſepulta eſt in via quę du itineꝛ ad p
cit Ephratam: hęc eſt Bethlem. Erexitqꝫ Jacob titu- gēdum in
lum ſuper ſepulchrum ei⁹: Hic eſt titulus monumēti ephrata.
Rachel vſqꝫ in pręſentem diem. Egreſſus inde fixit ta interpres
bernaculum ſuū trans turrem gregis. Cumqꝫ habita addidit de
ret in illa regione: abijt Rubē: et dormiuit cum Bala ſuo qd ſig
concubina patris ſui*. Quod illum minime latuit. E nificet be
rāt autem filij Jacob duodecim. Filij Lię: primogeni- noni ⁊ beni
tus Ruben et Simeon ⁊ Leui et Judas ⁊* Jſaſchar amin.
et Zabulon. Filij Rachel: Joſeph et Beniamin. Filij D
Balę ancillę Rachelis: Dan et Nephthali. Filij Zel- He. reſci
phę ancillę Lię: Gad et Aſer. Hi ſunt filij Jacob q̄ na uit Jſrael
ti ſunt ei ī Meſopotamia Syrię. Venit etiā Jacob ad Jſaſchar
Jſaac patrē ſuū in Mābre ciuitatē* Arbee: hęc eſt he-
bron: in q̄ peregrinatus eſt Abraā et Jſaac. Et cōpleti Heb. arba
ſunt dies Jſaac centū octogita annoꝝ cōſumptuſqꝫ ę-
tate mortu⁹ eſt: ⁊ appoſitus eſt populo ſuo ſenex ⁊ ple-
n⁹ dieꝝ: ⁊ ſepelierūt eū Eſau ⁊ Jacob filij ſui. XXXVI
Hę ſunt aūt generationes Eſau: ipſe eſt Edō
Eſau accepit vxores ſuas de filiab⁹ Chanaā: B
Ada filiā Elon Ethęi: ⁊ Olibama filiā Anę
filij Sebeō Eueī: Baſemath quoqꝫ filiā Jſ
mahel ſororē Nabaioth. Peperit aūt Ada* Heliphaz Heb. ipſi
Baſemath genuit Rahuel: Olibama genuit iehus ⁊ Eſau.
* Jhelom ⁊ Chore. Hi filij Eſau q̄ nati ſunt ei in terra Heb. iaha
Chanaan. Tulit aūt Eſau vxores ſuas ⁊ filios ⁊ filias lom.
et omnem animam domus ſuę ⁊ ſubſtantiā et pecora: ⁊
cuncta quę habere poterat in terra Chanaan: et abijt ī
alterā regionē. Receſſitqꝫ a fratre ſuo Jacob. Diuites B
enim erāt valde: et ſimul habitare non poterant: nec ſu
ſtinebat eos terra peregrinationis eorum prę multitu
dine gregum. Habitauitqꝫ Eſau ī mōte Seir: ipſe eſt ſupra. 12 b
Edom. Hę autem ſunt generatiōes Eſau patris E-
dom in monte Seir: et hęc nomina filiorum eius. He-
liphaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quoqꝫ fili⁹ Ba-
ſemath vxoris eius. Fueruntqꝫ Heliphaz filij Themā:
Omar: * Sephua: et Gathan et Chenez. Erat autem He. zepho
Thamna cōcubina Heliphaz filij Eſau: quę peperit ei
Amelec. Hi ſunt filij Ada vxoris Eſau. Filij autē Ra-
huel: Nahath ⁊ Zara: Zēma ⁊ meza. Hi fuerūt filij Ba
ſemath vxoris Eſau. Jſti quoqꝫ erāt filij Olibama fi-
lię Anę filij Sebeō vxoris Eſau: q̄s genuit ei Jehus et

Jhelon et Choꝛe. Hi duces filioꝛum Eſau. Filij He-
liphaz pꝛimogeniti Eſau dux Theman: dux Omar:
dux Sephua: dux Cenez: dux Choꝛe: dux Gathā dux
Amelech. Hi filij Heliphaz in terra Edom: et hi filij A
da. Hi quoqꝫ filij Rahuel filij Eſau dux Naath: dux
Zara: dux Zemma: dux Meza. Hi autem duces Ra
huel in terra Edom: Iſti filij Baſemath vxoꝛis Eſau.
C Hi autē filij Olibama vxoꝛis Eſau: dux Jehus: dux
Jhelon: dux Choꝛe. Hi duces Olibama filij Anę vx-
oꝛis Eſau. Iſti ſunt filij Eſau: et hi duces eoꝛum: ipſe
eſt Edom. Iſti ſunt filij Seir Hoꝛrei habitatoꝛis ter-
rę: Lothan et Sobal et Sebeon et Ana et Diſon ⁊ E
zer ⁊ Diſan. Hi duces Hoꝛrei filij Seir ī terra Edom
Facti ſunt autem filij Lothan Hoꝛrei et Eman. Erat
autem ſoꝛoꝛ Lothan Thamna. Et iſti filij Zobal Al-
uan et Mandath et Hebal ⁊ Sepho et Onam. Et hi
filij Sebeon Aia et Ana. Iſte eſt Ana qui īuenit aquas
calidas ī ſolitudine: cū paſceret aſinas Sebeon patris
ſui. Habuitqꝫ filium Diſan ⁊ filiam Olibama. Et iſti
D filij Diſan: Hamdan et Eſban et Hiethran et Charā.
Hi quoqꝫ filij Ezer: Balaan et Zeuan et Achan. Ha-
buit autem filios Diſan: Hus: et Aran. Hi duces hoꝛ
reoꝛum: dux Lothan: dux Sobal: dux Sebeon: dux A
na: dux Diſon: dux Ezer: dux Diſan. Iſti duces Hoꝛ-
reoꝛum qui imperauerunt in terra Seir. Reges au-
tem qui regnauerunt in terra Edom: anteq̄ haberent
regem filij Iſrael: fuerunt hi: Balach filius Beoꝛ: no-
menqꝫ vꝛbis ei⁹ Denaba. Moꝛtuus eſt autem Bala-
ch: et regnauit pꝛo eo Jobab fili⁹ Zarę de Boſra. Cū-
qꝫ moꝛtuus eſſet Jobab: regnauit ꝓ eo Huſam de ter
ra Themanoꝛū. Hoc quoqꝫ mortuo regnauit pꝛo eo
Adad filius Badad: qui percuſſit Madian in regione
Moab: et nomen vꝛbis eius Auith. Cumqꝫ moꝛtuus
eſſet Adad: regnauit ꝓ eo Semla de maſerecha. Hoc
quoqꝫ moꝛtuo: regnauit pꝛo eo Saul de fluuio Ro-
both. Cumqꝫ et hic obijſſet: ſucceſſit in regnum Baal
hanan filius Achoboꝛ. Iſto quoqꝫ moꝛtuo: regnauit ꝓ
eo Adad: nomēqꝫ vꝛbis eius Phou. Et appellabatur
vxoꝛ eius Meetabel: filia Matred filię Mizaab. Hęc
ergo nomina ducū Eſau in cognatiōibus ⁊ locis et vo
cabulis ſuis: dux Thamna: dux Aluha: dux Jetheth:
dux Olibama: dux Ela: dux Phinon: dux Chenez:
dux Theman: dux Mabſar: dux Magdiel: dux Hirā:
hi duces Edom habitātes in terra imperij ſui: ipſe eſt
Eſau pater Idumęoꝛ. Habitauit aūt Jacob in terra
Chanaā: in qua pater ſuus peregrinatus eſt: ⁊ hę ſunt
generationes eius.

XXXVII

A Joſeph cū ſeptēdecim eſſet annoꝛū: paſcebat
gregē cū fratribus ſuis adhuc puer: ⁊ erat cū
filijs Balę: ⁊ Zelphe vxoꝛū patris ſui: *accu
ſauitqꝫ fratres ſuos apud patrē crimīe peſſi
mo. Iſrael autē diligebat Joſeph ſuper om̄es filios ſu-
os: eo quod ī ſenectute genuiſſet eum: fecitqꝫ ei tunicā
polymitam. Uidētes autem fratres eius quod a patre
plus cunctis filijs amaretur: oderant eū: nec poterant
ei quicq̄ pacifice loqui. Accidit: vt viſum ſomnium re-
B ferret fratrib⁹ ſuis: quę cauſa maioꝛis odij ſeminariū
fuit. Dixitqꝫ Joſeph fratribus ſuis: Audite ſomnium
meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos *ī
agro: ⁊ quaſi ꝯſurgere manipulū meū ⁊ ſtare: veſtroſqꝫ
manipulos circunſtātes adoꝛare manipulū meū. Re
ſponderūt fratres eius: Nunquid rex noſter eris? aut
ſubijciemur ditiōi tuę? Hęc ergo cauſa ſomnioꝝ atqꝫ
ſermonū inuidię ⁊ odij fomitē miniſtrauit. Aliud quo
qꝫ vidit ſomniū: quod narrās fratribus: ait: Uidi per
ſomniū quaſi ſolē ⁊ lunā: ⁊ ſtellas vndecim adoꝛare me.
Quod cū patri ſuo: ⁊ fratribus retuliſſet: īcrepauit eū
C pater ſuus: ⁊ dixit ei: Quid ſibi vult hoc ſomniū quod
vidiſti? Nū ego: et mater tua: et fratres tui adoꝛabim⁹
te *ſuper terrā? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater
vero rem tacitus cōſyderabat. Cumqꝫ fratres illius in
paſcendis gregibus patris moꝛarentur in Sichem: di
xit ad eum Iſrael: *Fratres tui paſcunt oues in Sich
imis: veni mittam te ad eos. Quo reſpondente: pꝛęſto
ſum: ait: vade: et vide ſi cuncta pꝛoſpera ſint erga fra-
D tres tuos ⁊ pecoꝛa: ⁊ renuncia mihi quid agatur. Miſ
ſus de valle Hebꝛon: venit in Sichem: inuenitqꝫ eum
vir errantem in agro: et interrogauit quid quęreret.
At ille reſpondit: Fratres meos quęro: indica mihi v-
bi paſcant *greges. Dixitqꝫ ei vir: Receſſerunt de lo
co iſto: audiui autem eos dicētes: eamus in Dothain.
Perrexit itaqꝫ Joſeph poſt fratres ſuos: et īuenit eos
in Dothaim. Qui cum vidiſſent eum pꝛocul: anteq̄ ac
cederet ad eos: cogitauerunt illum occidere: et mutuo
loquebantur: *Ecce ſomniatoꝛ venit: venite occida-
mus eum: et mittamus in ciſternam *veterem: dice-
E muſqꝫ: fera peſſima deuoꝛauit eum: et tunc apparebit
quid illi pꝛoſint ſomnia ſua. Audiens autem hęc Ru-
ben: *nitebatur liberare eum de manibus eoꝛum: ⁊ di-
cebat: Non interficiamus animam eius: *ne effunda
tis ſanguinem: ſed pꝛoijcite eum in ciſternam *veterē
quę eſt in ſolitudine: manuſqꝫ veſtras ſeruate innoxias
Hoc autem dicebat: volēs eripere eum de manibus eo
rum: et reddere patri ſuo. Confeſtim igitur vt perue-
nit ad fratres ſuos: nudauerunt eū tunica talari: ⁊ po-
lymita: miſerūtqꝫ eū in ciſternā veterē: quę nō habebat
aquā. Et ſedentes vt comederēt panē: *⁊ eleuatis ocu
lis viderūt Iſmaelitas viatoꝛes venire de Galaad: et
camelos eoꝛū poꝛtantes aromata: et reſinam: et ſtactē
*in Aegyptū. Dixit ergo Judas fratrib⁹ ſuis: Quid
nobis pꝛodeſt: ſi occiderimus fratrem noſtrum: et ce-
lauerimus ſanguinem ipſius? *Melius eſt vt venun-
detur Iſmaelitis: et manus noſtrę non polluantur:
F frater enim: ⁊ caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſer
monibus illius: et pꝛętereuntibus viris Madianitis
negociatoꝛibus: extrahentes eum de ciſterna: vendide
runt eum Iſmaelitis viginti argenteis: qui duxerūt
eum in Aegyptum. Reuerſuſqꝫ Ruben ad ciſternam:
non inuenit *puerum: et ſciſſis veſtibus pergens ad fra
tres ſuos: ait: Puer non comparet: et ego quo ibo? *
Tulerunt autem tunicam eius: ⁊ in ſanguinem hoedi
quē occiderant: tinxerunt: mittentes qui ferrent ad pa
trē: ⁊ dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrum tunica fi
lij tui ſit: an non. Quā cum cognouiſſet pater: ait: Tu
nica filij mei eſt: fera peſſima comedit eum: beſtia deuo
rauit Joſeph: ſciſſiſqꝫ veſtibus: īdutus eſt cilicio: lugēs
filiū ſuum multo tempoꝛe. Cōgregatꝭ autem cunctis
G liberis eius: vt lenirent doloꝛem patris: noluit cōſola-
tionem accipere: ſed ait: Deſcendā ad filiū meū lugens
in infernū. Et illo perſeuerāte in fletu: Madianitę vē-
diderūt Joſeph in Aegypto Putiphari eunucho pha
raonis magiſtro *militum.

XXXVIII

A Eodem tempoꝛe deſcendens Judas a fratri
bus ſuis: diuertit ad virum Odolamit ē: no
mīe Hyra: viditqꝫ ibi Judas filiā hoīs Cha
nanęi: vocabulo Sue: ⁊ accepta vxoꝛe: ingreſ
ſus eſt ad eam: quę concepit: et peperit filiū: et vocauit
nomē eius Her. Rurſumqꝫ concepto foetu: natū fili
um vocauit Onan. Tertium quoqꝫ peperit: quē appel
lauit Sela: quo nato: parere vltra ceſſauit. Dedit aūt
Judas vxoꝛē pꝛimogenito ſuo Her: nomīe Thamar
B Fuit quoqꝫ her pꝛimogenitus Judę neq̄ in conſpectu
domini: ⁊ ideo ab eo occiſus eſt. Dixit ergo Judas ad
Onan filium ſuum: Ingredere ad vxoꝛē fratris tui: et
ſociare illi: vt ſuſcites ſemen fratri tuo: Ille ſciens non
naſci *ſibi filios: īntroiens ad vxoꝛē fratris ſui: ſemē fun
debat in terram: ne liberi fratris nomine naſcerentur*
Et idcirco percuſſit eū dn̄s: eo quod rem deteſtabilem
faceret. Quamobrē dixit Judas Thamar nurui ſuę:
Eſto vidua in domo patris tui: donec creſcat Sela fili

Marginal notes:

heb. et detulit Joſeph famā eoꝝ malā ad patrem ſuum.

heb. in medio agri.

Id eſt, pꝛi in terram.

Tacitus abundat. i. Reg. 3. e

hebꝛai. an non fratres tui ⁊c

he. greges abundat.

mat. 21. d

marc. 12 a

luce. 20. a

heb. Ecce dn̄s ſomnioꝛum huc venit.

he. aliquā

heb. liberauit eum.

he. dixitqꝫ Ruben ad eos nō effundatis.

heb. hanc

heb. viderūt comitatū iſmaelitarū venientē de ⁊c

heb. pergētes ad deſcendēdū ī aegyptū

he. venite venundemus eum.

he. manus noſtre nō ſint in eū. i. nō inijciamus.

he. ioſeph in ciſterna

heb. occiderūt autē hircum caprarum: ⁊ tinxerunt tunicā in ſanguine.

Hoc capite pene nuſqꝫ reſpōdit verbū verbo.

he. lanioꝝ

ſue pater.

Subītelli ge: ſed fratri.

Et diſplicuit ī oculis dn̄i. q̄ pꝛopter ⁊ hūc occidit.

us meus. Timebat enim: ne et ipſe moreretur: ſicut fra
tres eius. Que abijt: et habitauit in domo patris ſui.
C Euolutis autē multis diebus: mortua eſt filia Sue: v-
xor Jude. Qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta: aſcē-
debat ad tonſores ouium ſuarum: ipſe et Hiras opilio
gregis Odollanita ī Thamnas: Nunciatūqꝫ eſt Tha
mar: quod ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad ton-
dendas oues. Que depoſitis viduitatꝭ veſtibꝰ: aſſum-
pſit * teriſtrum: et mutato habitu ſedit ī biuio itineris:
Peplum
quod ducit Thamnam: eo quod creuiſſet Sela: et non
cum accepiſſet maritū. Quam cum vidiſſet Judas: ſu-
ſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſu
um: * ne agnoſceretur: ingrediensqꝫ ad eam ait: Dimit
Ne agnoſceretur: abundat.
te me: vt coeam tecum. Neſciebat enī quod nurus ſua
eſſet. Qua reſpondente: quid dabis mihi: vt fruaris cō-
D cubito meo? dixit: Mittam tibi hoedum de gregibus.
Rurſumqꝫ illa dicente: * Patiar quod vis: ſi dederis
Patiar quod vis: abūdat.
mihi arrhabonem: donec mittas quod polliceris. Ait
Judas: Quid vis tibi pro arrhabone dari? Reſpondit
Annulum tuum: et armillam: et baculum quem manu
Heb. Dedit igitur ei: ⁊ igreſſus eſt ad eā: ⁊ cōcepit ex eo.
tenes. * Ad vnum igitur coitum mulier concepit: et ſur
gens abijt: depoſitoque habitu quem ſumpſerat: induta
eſt viduitatis veſtibus. Miſit autem Judas hoedum
per paſtorem ſuum Odollamitem: vt reciperet pignus:
qđ dederat mulieri. Qui cū non inueniſſet eam: interro
Heb. Meretrix.
gauit homines loci illius: Ubi eſt * mulier: que ſedebat
in biuio? Reſpondentibus cunctis: non fuit in loco iſto
meretrix: reuerſus eſt ad Judam: et dixit ei: Non inue
ni eam: ſed ⁊ homines loci illius dixerunt mihi: nunquā
He. modo nō ſiamus ludibrio.
ſediſſe ibi ſcortum. Ait Judas: Habeat ſibi. * Certe mē
dacij arguere nos non poterit. Ego miſi hoedum: quē
promiſeram: et tu non inueniſti eam. Ecce autem poſt
tres menſes nunciauerūt Jude: dicentes: fornicata eſt
He. Et ecce cōcepit ex fornicationibus.
Thamar nurus tua: * et videtur vterus illius intumeſ
cere. Dixitqꝫ Judas: Producite eam: vt comburatur.
Que cum duceretur ad poenam: miſit ad ſocerum ſuū:
dicens: De viro cuius hec ſunt: concepi. Cognoſce cui
us ſit annulus: et armilla: et baculus. Qui agnitis mu
neribus: ait: Juſtior me eſt: quia non tradidi eam Sela
filio meo: attamē vltra non cognouit eam. Jnſtante au
tem partu: apparuerunt gemini ī vtero eius: atqꝫ in ip
ſa effuſione infantium vnus protulit manum: in qua ob
ſtetrix ligauit coccinum: dicens: Jſte egredietur prior.
Jllo vero retrahēte manum: egreſſus eſt alter. Dixitqꝫ
Heb. quare rupiſti ſup te maceriam.
mulier *: Quare diuiſa eſt ꝓpter te maceria? Et ob hāc
cauſam vocauit nomen eius Phares. Poſtea egreſſus
eſt frater eius: in cuius manu erat coccinum: quē appel
He. zarab
lauit Zaram. XXXIX

A
Gitur Joſeph ductus eſt in Aegyptum: emit
qꝫ eum Putiphar eunuchus Pharaōis: pri
Laniorū
ceps * exercitus ſui: vir Aegyptius de manu
Hiſmaelitarum: a quibus perductus erat il-
luc. Fuitqꝫ dominus cū eo: et erat vir in cunctis proſpe
re agens. Habitauitqꝫ in domo domini ſui Aegyptij: q̄
optime nouerat dominum eſſe cum eo: ⁊ omnia que ge
reret: ab eo dirigi ī manu illius. Jnuenitqꝫ Joſeph gra
He. Et cōſtituit eū ſup domū ſuā ⁊ oīa q̄ hēbat tradidit ei in manū eiuſ. Et factū ē poſtq̄ cōſtituit eū ſup domū ſuā ⁊ ſup oīa q̄ hēbat. Benedix. ⁊c.
tiam coram domino ſuo: ⁊ miniſtrabat ei: * a quo prepo
ſitus omnibus gubernabat creditam ſibi domū: et vni-
uerſa que ei tradita fuerant. Benedixitqꝫ dominus do-
mui Aegyptij propter Joſeph: et multiplicauit tam in
edibus quam in agris cunctam eius ſubſtantiam: ⁊ di-
miſit oīa que habebat in manu Joſeph. Nec quicq̄ ali-
ud nouerat: niſi panē quo veſcebatur. Erat aūt Joſeph
pulchra facie: et decorus aſpectu. Poſt multos itaqꝫ di
es iniecit domina ſua oculos ſuos in Joſeph: ⁊ ait: Dor
Heb. Qui renuit.
mi mecū: * Qui nequaq̄ acquieſcens operi nefario: dixit
ad vxorē domini ſui: Ecce dominus meus omnibus mi
hi traditis: ignorat quid habeat in domo ſua: et omnia
que habet tradidit ī manum meam: nec quicq̄ eſt quod
non in mea ſit poteſtate: vel non tradiderit mihi: preter
te: quia vxor eius es. Quomodo ergo poſſum hoc ma-
gnum malum facere: et peccare in dominum meū? Hu
aꝗ. deum.
iuſcemodi verbis per ſingulos dies loquebatur mulier:
C
et moleſta erat adoleſcenti: et ille recuſabat ſtuprū. Acci
dit autem quadam die: vt intraret Joſeph domum: * et
Heb. vt opus ſuum faceret. Et nemo virorū erat domi. He. ⁊ fugit ſet foras. heb. viros
operis quippiam abſqꝫ arbitris faceret: et illa apprehen
ſa lacinia veſtimenti eius diceret: Dormi mecū. Qui re
licto ī manu eius pallio: fugit: ⁊ egreſſus eſt * foras. Cū
qꝫ vidiſſet mulier: ꝙ reliquiſſet veſtē in manibus ſuis * et
ſe eſſe contemptā: vocauit ad ſe homines domus ſue: et
ait ad eos: En ītroduxit virum Hebreum: vt illuderet
nobis. Jngreſſus eſt ad me: vt coiret mecum. Cūqꝫ ego
ſucclamaſſem: ⁊ audiſſet vocem meam: reliquit pallium
quod tenebā: et fugit foras. Jn argumentum ergo fidei
retentum pallium oſtendit marito reuertenti domū: et
D
ait: Jngreſſus eſt ad me ſeruus Hebreus: quem addu-
xiſti: vt illuderet mihi. Cumqꝫ audiſſet me clamare: reli
quit pallium quod tenebam: ⁊ fugit foras. His auditis
dominus: et nimiū credulus verbis coniugis: iratus eſt
valde: tradiditqꝫ Joſeph in carcerē: vbi vincti regis cu-
ſtodiebantur: et erat ibi clauſus. Fuit autē dominus cū
Joſeph: et miſertus eſt illius: et dedit ei gratiā in cōſpe
ctu principis carceris. Qui tradidit ī manu illiꝰ vniuer
ſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: et quicq̄d fiebat:
ſub ipſo erat: nec nouerat aliq̄d cūctis ei creditis. Dñs
enī erat cū illo: ⁊ oīa opera eius dirigebat. XL.

A
He. duo eunuchi abūdat.
He. iratuſqꝫ Pharao contra duos eunuchos: principē pincernarū et cōtra principē piſtorū
H
Js itaqꝫ geſtis accidit vt peccarēt duo eunu-
chi: pincerna regis Aegypti: ⁊ piſtor domino
ſuo. * Jratuſqꝫ contra eos Pharao (nam al-
ter pincernis preerat: alter piſtoribus) miſit
eos in carcerem principis militum: in quo erat vinctus
et Joſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Joſeph: qui
et miniſtrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat: et
illi in cuſtodia tenebantur. Uideruntqꝫ ambo ſomniū
nocte vna: iuxta interpretationem congruam ſibi. Ad
quos cū introiſſet Joſeph mane: et vidiſſet eos triſtes
ſciſcitatus eſt eos: dicēs: Cur triſtior eſt hodie ſolito fa-
B
cies veſtra? Qui reſponderunt: Somnium vidimus: et
non eſt qui interpretetur nobis. Dixitqꝫ ad eos Joſeph
Nunquid non dei eſt interpretatio? Referte mihi quid
videritis. Narrauit prior prepoſitus pincernarū ſomni
um ſuum. Uidebam coram me vitem: in qua erant tres
propagines creſcere paulatim in gemmas: ⁊ poſt flores
vuas matureſcere: calicemqꝫ Pharaonis ī manu mea.
Tuli ergo vuas: et expreſſi in calicem quem tenebam: ⁊
C
tradidi poculum Pharaoni. Reſpondit Joſeph: Hec
eſt interpretatio ſomnij. Tres propagines: tres adhuc
dies ſunt: poſt quos recordabitur Pharao miniſterij
tui: et reſtituet te in gradum priſtinum: dabiſque ei ca
licem iuxta officium tuum: ſicut ante facere conſueue-
ras. Tantum memento mei: cum tibi bene fuerit: et
facies mecum miſericordiam: vt ſuggeras Pharaoni:
vt educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum
de terra Hebreorum: et hic innocens in lacum miſſus
ſum. Uidens piſtorum magiſter: quod prudenter ſom
nium diſſoluiſſet: ait: Et ego vidi ſomnium: quod tria
caniſtra farine haberem ſuper caput meum: et in vno
caniſtro: quod erat excelſius portare me putabam om-
D
nes cibos qui fiunt arte piſtoria: aueſqꝫ comedere ex eo.
Reſpōdit Joſeph: Hec eſt interpretatio ſomnij. Tria
caniſtra: tres adhuc dies ſunt: poſt quos auferet Pha
rao caput tuum: ac ſuſpendet te in cruce: et lacerabunt
volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalicius
Pharaonis erat: qui faciēs grande conuiuium pueris
ſuis: recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum
He. quēadmodum īterꝑtatus fuerat ipſis ioſeph.
et piſtorum principis: reſtituitqꝫ alterum in locum ſu-
um: vt porrigeret ei poculum: alterum ſuſpendit in pa
tibulo: * vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen *

ſuccedentib⁹ pſperis: ꝓpoſitus pincernaꝝ non recorda
tus eſt Joſeph: ſed oblitus eſt iterꝑtis ſui. XLI.

A Heb. ſuccedentibus proſperis abundat. heb. poſt finem duoꝝ dierum. he. ſtabāt.

Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium.
Putabat ſe ſtare ſuper fluuium: de quo aſcē
debant ſeptē boues pulchre et craſſe nimis:
et paſcebātur in locis paluſtribus. Alie quo
q; ſeptem emergebant de flumine foede confecteq; ma-
cie: et * paſcebantur in ipſa amnis ripa: in locis virenti-
bus: deuorauerunt q; eas: quarum mira ſpecies et ha-
bitudo corporum erat. Expergefactus Pharao rur-
ſum dormiuit: et vidit alterum ſomnium. Septem ſpi
ce pullulabāt ī culmo vno: plene atq; formoſe: alie quo-
q; totidem ſpice tenues: et percuſſe vredine oriebantur
deuorātes omnem priorum pulchritudinem. Euigi-
B lans Pharao poſt quietem: et facto mane pauore per-
territus: miſit ad omnes coniectores Aegypti cunctoſ-
q; ſapientes: et accerſitis narrauit ſomnium: nec erat
qui interpretaretur. Tunc demum reminiſcens pincer

heb. peccati mei recordor hodie.

narum magiſter: ait: * Cōfiteor peccatum meum. Ira
tus rex ſeruis ſuis: me et magiſtrum piſtorum retrudi
iuſſit in carcerem principis militum: vbi vna nocte vter
q; vidimus ſomnium: preſagium futurorum. Erat ibi
puer Hebreus eiuſdem ducis militū famulus: cui nar-

Heb. et interꝑtatus eſt nobis ſomnia noſtra: cuiq; iuxta ſomniū ſuū interꝑtatus eſt. Et quēadmodū interpretatus eſt: ita & factū eſt ego eīn &c.

rantes ſomnia: * audiuimus quicquid poſtea rei pro-
bauit euentus. Ego enim redditus ſum officio meo: et
ille ſuſpenſus eſt in cruce. Protinus ad regis imperiū
eductum de carcere Joſeph totonderunt: ac veſte mu-
tata obtulerunt ei. Cui ille ait: * Vidi ſomnia: nec eſt
qui ediſſerat que * audiui te ſapiētiſſime coniicere. Re
ſpondit Joſeph: Abſq; me deus reſpondebit proſpera
Pharaoni. Narrauit ergo Pharao que viderat. Pu
tabam me ſtare ſuper ripam fluminis: et ſeptem bo-
ues de amne conſcendere: pulchras nimis: et obeſis car
nibus: que in paſtu paludis virecta carpebant. Et ecce
C aſſequebantur alie ſeptem boues: intantum deformes

Heb. audiui de te audiat (Joſeph) ſomnium et interpretabitur illud.

et macilente: vt nunquam tales in terra Aegypti vide
rim. Que deuoratis et conſumptis prioribus: nullum
ſaturitatis dedere veſtigium: ſed ſimili macie et ſqua-
lore torpebant. Euigilans rurſus ſopore depreſſus:
vidi ſomnium. Septem ſpice pullulabant in culmo v-
no plene atq; pulcherrime. Alie quoq; ſeptem tenu-
es et percuſſe vredine: oriebantur e ſtipula: que prio-
rum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui conie-
ctoribus ſomnium: et nemo eſt qui ediſſerat. Reſpon
dit Joſeph: Somnium regis vnum eſt. Que facturus
eſt deus: oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchre &
D ſeptē ſpice plene: ſeptem vbertatis anni ſunt: eandemq;
vim ſomnij comprehendunt. Septem quoq; boues te-
nues atq; macilente: que aſcēderunt poſt eas: & ſeptem
ſpice tenues: et vento vrente percuſſe: ſeptem anni futu
re ſunt famis: qui hoc ordine complebūtur. Ecce ſeptē
anni venient fertilitatis magne in vniuerſa terra Aegy-
pti: quos ſequentur ſeptem anni alij tāte ſterilitatis: vt
obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Conſum
ptura eſt enim fames omnem terrā: et vbertatis magni
tudinē perditura eſt inopie magnitudo. Quod autem
vidiſti ſecundo: ad eandem rem pertinens ſomnium fir
mitatis indicium eſt: eo ꝙ fiat ſermo dei: et velocius im
pleatur. Nunc ergo prouideat rex virum ſapientem et
induſtrium: et preficiat eum terre Aegypti: qui con-
ſtituat prepoſitos per cunctas regiones: et quintam
partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis: qui
iam nunc futuri ſunt: congreget in horrea: et omne
frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur: ſer-
ueturq; in vrbibus: et preparetur future ſeptem anno-
rum fami: que oppreſſura eſt Aegyptum: et non con-
ſumetur terra inopia. Placuit Pharaoni conſilium
et cunctis miniſtris eius. Locutuſq; eſt ad eos: Num
E inuenire poterimus talem virum: qui ſpiritu dei ple-
nus ſit? Dixit ergo ad Joſeph: Quia oſtendit tibi de-
us omnia que locutus es: nunquid ſapientiorem et con
ſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum me
am: et ad tui oris imperium cunctus populus obediet.
Vno tantum regni ſolio precedam te. Dixitq; rurſus
Pharao ad Joſeph: Ecce cōſtitui te ſuper vniuerſam
terram Aegypti. Tulitq; annulum de manu ſua: et de-
dit eum in manu eius: veſtiuitq; eum ſtola byſſina: & col
lo torquem auream circumpoſuit. Fecitq; eum aſcen-
dere ſuper currū ſuum ſecundum: clamante precone:
vt oēs corā eo genuflecterent: et prepoſitū eſſe ſcirent
vniuerſe terre egypti. Dixit quoq; rex Aegypti ad Jo-
ſeph: Ego ſum Pharao: abſq; tuo imperio non moue- F
bit quiſꝙ manū aut pedem in omni terra Aegypti. Ver
titq; nomen eius: et vocauit eum lingua Aegyptiaca *
ſaluatorem mundi. Deditq; illi vxorem Aſſenath filiam
Putipharis ſacerdotis heliopoleos. Egreſſus eſt ita-
q; Joſeph ad terram Aegypti. Triginta autem anno-
rum erat: quādo ſtetit in conſpectu regis Pharaonis:
et circumiuit omnes regiones Aegypti. Venitq; ferti-

heb. Zophnath paaneab: non ſignificat ſaluatorē mundi.

litas ſeptem annorum: et in manipulos redacte ſege-
tes congregate ſunt in horrea Aegypti. Omnis etiam
frugum abundantia in ſingulis vrbibus cōdita eſt. Tā
taq; fuit abundantia tritici: vt arene maris coequare-
tur: et copia menſuram excederet. Natiq; ſunt Joſeph
filij duo: anteꝙ veniret fames: quos peperit ei Aſſenath
filia Putipharis ſacerdotis Heliopoleos. Vocauitq; infra. 46 c
G nomen primogeniti Manaſſes: dicens: Obliuiſci me
fecit deus omnium laborum meorum: et domuȝ patris
mei. Nomen quoq; ſecūdi appellauit Ephraim: dicēs:
Creſcere me fecit deus in terra paupertatis mee. Igi-
tur tranſactis ſeptem vbertatis annis: qui fuerant in
Aegypto: coeperunt venire ſeptem anni inopie: quos
predixerat Joſeph: et in vniuerſo orbe fames preua-
luit. In cuncta autem terra Aegypti * fames erat: qua heb. cibus
eſuriente clamauit populus ad Pharaonem alimenta
petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Joſeph: et quic
quid ipſe vobis dixerit: facite. Creſcebat autem quoti-
die fames in omī terra: aperuitq; Joſeph vniuerſa hor-
rea: et vendebat Aegyptijs. Nam et illos oppreſſerat
fames: omneſq; prouincie veniebant in Aegyptum: vt
emerent eſcas: et malum inopie temperarent. XLII.

A heb. vidēs Hebra. ſit.

Videns * autem Jacob: ꝙ alimenta vende-
rentur in Aegypto: dixit filijs ſuis: Quare
negligitis? Audiui ꝙ triticum * venundetur
in Aegypto. Deſcendite et emite nobis ne-
ceſſaria: vt poſſimus viuere: et * conſumamur ino- heb. & non moriamur
pia. Deſcēdentes igitur fratres Joſeph decem: vt eme-
rent frumenta in Aegypto: Beniamin domi retento a
Jacob: qui dixerat fratribus eius: * ne forte in itinere
quicꝙ patiatur mali: ingreſſi ſunt terram Aegypti cum

heb. ne forte cōtingat ei mors.

B alijs qui pergebant ad emendum. Erat autem fames
in terra Chanaan: et Joſeph erat princeps in terra egy
pti: atq; ad eius nutum frumenta populis vendeban-
tur. Cūq; adoraſſent eū fratres ſui: et agnouiſſet eos:
quaſi ad alienos durius loquebatur: interrogans eos:
Vnde veniſtis? Qui reſpōderunt: De terra Chanaan:
vt emamus victui neceſſaria. Et tamen fratres ipſe co
gnoſcens: non eſt cognitus ab eis. Recordatuſq; ſom
niorum que aliquando viderat: ait ad eos: Explorato-
res eſtis: vt videatis infirmiora terre veniſtis. Qui
dixerunt: Non eſt ita domine: ſed ſerui tui venerunt:
vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſumus. * Pa
cifici venimus: nec quicquam famuli tui machinan-
tur mali. Quibus ille reſpondit: Aliter eſt. Immu-
nita terre huius conſiderare veniſtis. At illi dixerunt:
Duodecim: inquiunt: fratres ſerui tui ſumus: filij viri

Probi ſumus: et nō fuerūt ſerui tui exploratores.

C vnius in terra Chanaan. Minimus cum patre noſtro
eſt: et alius non eſt ſuper. Hoc eſt: ait: quod locutus

ſum: Exploratores eſtis. Jam nunc experimentum ve-
ſtri capiam. Per ſalutem Pharaonis non egredie-
mini hinc: donec veniat frater veſter minimus. Mit-
tite ex vobis vnum: vt adducat eū: vos autem eritis in
D vinculis: donec probentur quę dixiſtis: vtrum vera an
falſa ſint. Alioquin per ſalutem Pharaonis explorato-
res eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodię tribus diebus.
Die autem tertio eductis de carcere: ait: Facite quę di-
xi: ⁊ viuetis. Deum enim timeo. Si pacifici eſtis: frater
veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite: et ferte
frumenta quę emiſtis in domos veſtras: et fratrem ve-
ſtrum minimū ad me adducite: vt poſſim veſtros pro-
bare ſermones: ⁊ non moriamini. Fecerunt vt dixerat:
et locuti ſunt adinuicem: Merito hęc patimur: quia
peccauimus in fratrem noſtrum: vidētes anguſtias ani
E mę illius: dum deprecaretur nos: et nō audiuimus: id-
iſra. 34. g circo venit ſuper nos iſta tribulatio. E quib⁹ vnus Ru
ben ait: Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in pue
rum: et non audiſtis me? En ſanguis eius exquiritur.
Neſciebant autem ꝙ intelligeret Joſeph: eo ꝙ per in-
terpretem loqueretur ad eos. Auertitqȝ ſe parumper: ⁊
fleuit: ⁊ reuerſus locutus eſt ad eos. Tollenſqȝ Syme-
on: et ligans illis pręſentibus: iuſſit miniſtris: vt imple
rent eorum ſaccos tritico: et reponerent pecunias ſin-
gulorum in ſaccis ſuis: datis ſupra cibarijs in via. Qui
fecerunt ita. At illi portātes frumēta in aſinis ſuis pro-
F fecti ſunt. Apertoqȝ vnus ſacco vt daret iumento pabu-
lum in diuerſorio: contemplatus pecuniam in ore ſaccu
li: dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia: en ha
betur in ſacco. Et obſtupefacti turbatiqȝ mutuo: dixe-
runt: Quidnam eſt hoc: quod fecit nobis deus? Vene-
runtqȝ ad Jacob patrem ſuū in terra Chanaan: et nar
rauerunt ei omnia quę accidiſſent ſibi: dicentes: Locu-
ſup. eodē tus eſt nobis dominus terrę durę: et putauit nos explo
ratores eſſe prouincię. Cui reſpondimus: Pacifici ſu
mus: nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres
vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper: minimus
cum patre noſtro eſt in terra Chanaan. Qui ait nobis:
Sic probabo ꝙ paſici ſitis. Fratrem veſtrum vnum di-
mittite apud me: et cibaria domibus veſtris neceſſaria
ſumite: et abite. Fratremqȝ veſtrum minimum adduci-
G te ad me: vt ſciam ꝙ non ſitis exploratores: et iſtum qui
tenetur in vinculis: recipere poſſitis: ac deinceps quę
vultis: emendi habeatis licentiam. His dictis cum fru
menta effunderent: ſinguli repererunt in ore ſaccorum
ligatas pecunias: exterritiſqȝ ſimul omnibus: dixit pa-
ter Jacob: Abſqȝ liberis me eſſe feciſtis: Joſeph non eſt
ſuper. Simeon tenetur in vinculis: et Beniamin aufe-
retis: in me hęc omnia mala reciderunt. Cui reſpon-
dit Ruben: Duos filios meos interfice: ſi non reduxe-
ro illum tibi. Trade illū in manu mea: ego eū tibi reſti
tuam. At ille: Non deſcendet: inquit: filius meus vobiſ
cum: frater eius mortuus eſt: et ipſe ſolus remanſit. Si
A quid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quam pergi-
tis: deducetis canos meos cū dolore ad inferos. XLIII

Nterim fames omnem terram vehementer
premebat: conſumptiſqȝ cibis quos ex Aegy
pto detulerāt: dixit iacob ad filios ſuos: Re-
uertimini: et emite nobis pauxillum eſcarū.
Reſpondit Judas: Denunciauit nobis vir ille ſub at-
teſtatione iuriſiurandi: dicens: Non videbitis faciem
meam: niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vo
Heb. cibū. biſcum. Si ergo vis eum mittere nobiſcum: pergemus
iſra. 44. e pariter et ememus tibi * neceſſaria. Si autem non vis:
B non ibimus. Vir enim: vt ſępe diximus: denūciauit no
He. quare bis: dicens: Non videbitis faciem meam abſqȝ fratre ve
maleſeciſ- ſtro minimo. Dixit eis Iſrael: * In meam hoc feciſtis
tis mihi: miſeriam: vt indicaretis ei alium habere vos fratrem.
vt ⁊c. At illi reſponderunt: Interrogauit nos homo per or-
dinem noſtram progeniem: ſi pater viueret: ſi habere-
mus fratrem. Et nos reſpondimus ei conſequenter iu-
xta id qđ fuerat ſciſcitatus. Nunquid ſcire poteramus
ꝙ dicturus eſſet: adducite fratrem veſtrum vobiſcum?
Judas quoqȝ dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum:
vt proficiſcamur et poſſimus viuere: ne moriamur nos
et paruuli noſtri. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea
require illum. Niſi reduxero ⁊ reddidero eum tibi: ero iſra. 44. g
peccati reus in te omni tempore. Si non interceſſiſſet
dilatio: iam vice altera veniſſemus. Igitur iſrael pater C
eorum dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt: facite quod vul-
tis. Sumite de optimis terrę frugibus in vaſis veſtris:
et deferte viro munera modicum reſinę ⁊ mellis et ſto-
racis: ſtactes et terebinthi et amygdalarum: pecuniāqȝ
duplicem ferte vobiſcum: et illam quā inueniſtis in ſac-
culis: reportate: ne forte errore factum ſit. Sed et fra-
trem veſtrum tollite: et ite ad virum. * Deus aūt meus Heb. deus
omnipotens faciat vobis eum placabilem: et remittat ſadai da-
vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet in vinculis: et bit vobis
hunc Beniamin. Ego autem quaſi orbatus abſqȝ libe- miſericor
ris ero. Tulerunt ergo viri munera et pecuniam dupli diā in con
cem: et Beniamin: deſcenderuntqȝ in Aegyptum: et ſte ſpectu viri
D
terūt coram Joſeph. Quos cum ille vidiſſet: et Benia
min ſimul: pręcepit diſpenſatori domus ſuę dicens: In-
troduc viros domum: et occide victimas: et inſtrue cō
uiuium: quoniam hodie mecum ſunt comeſturi meri-
die. Fecit ille quod ſibi fuerat imperatum: et introdu-
xit viros domū. Ibiqȝ exterriti: dixerunt mutuo: Pro
pter pecuniā quam retulimus prius in ſaccis noſtris:
introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniam: et
violenter ſubijciat ſeruituti et nos: et aſinos noſtros. E
Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſa- ſup. 42. b.
torem locuti ſunt: Oramus domine: vt audias nos: iā
ante deſcendimus vt emeremus eſcas: quibus emptis:
cum veniſſemus ad diuerſorium: aperuimus ſaccos no
ſtros: et inuenimus pecuniā in ore ſaccorū: quam nunc
eodem pondere reportauimus: ſed et aliud attulimus
argentum: vt emamus quę nobis neceſſaria ſunt. Non
eſt in noſtra cōſcientia: quis poſuerit eam in marſupijs
noſtris. At ille reſpondit: Pax vobiſcum: nolite time-
re: deus veſter: et deus patris veſtri dedit vobis theſau-
ros in ſaccis veſtris: nam pecuniam quā dediſtis mihi: F
probatam ego habeo. Eduxitqȝ eos ad Symeon: ⁊ in-
troductis domum: attulit aquam: et lauerunt pedes
ſuos: deditqȝ pabulum aſinis eorum. Illi vero parabāt
munera: donec ingrederetur Joſeph meridie: audie-
rant enim: ꝙ ibi comeſturi eſſent panem. Igitur ingreſ
ſus eſt Joſeph domum ſuam: obtuleruntqȝ ei munera:
tenētes in manibus ſuis: et adorauerunt ei proni in ter
ram. At ille clementer reſalutatis eis: interrogauit eos
dicēs: Sanus ne eſt pater veſter ſenex: de quo dixeratis
mihi? adhuc viuit? Qui reſponderunt: Soſpes eſt ſer- ſup. 29. a.
uus tuus pater noſter: adhuc viuit. Et incuruati ado-
rauerunt eum. Attollens autem Joſeph oculos: vidit
Beniamin fratrem ſuum vterinum: et ait: Iſte eſt fra-
ter veſter paruulus: de quo dixeratis mihi? Et rurſum: In domū
Deus: inquit: miſereatur tui fili mi. Feſtinauitqȝ * in do ſu pereſt.
G
mum: quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre
ſuo: et erumpebant lachrymę: et introiens cubiculum
fleuit. Rurſumqȝ lota facie egreſſus: continuit ſe ⁊ ait:
Ponite panes: quibus appoſitis: ſeorſum Joſeph: ⁊ ſe
orſum fratribus: Aegyptijs quoqȝ: qui veſcebantur: ſi-
mul ſeorſum. Illicitū eſt enim Aegyptijs comedere cū
Hebręis: et prophanum putant huiuſcemodi conui-
uium. Sederunt coram eo primogenitus iuxta pri-
mogenita ſua: et minimus iuxta ętatem ſuam: et mira
bantur nimis: ſumptis partibus quas ab eo acceperāt.
Maiorqȝ pars venit Beniamin: ita vt quinqȝ partibus
excederet: biberuntqȝ: ⁊ inebriati ſunt cum eo. XLIIII.

A Precepit autem Ioſeph diſpēſatori domus
ſuę: dicens: Imple ſaccos eoꝝ frumēto:
quantum poſſunt capere: et pone pecuniam
ſingulorū in ſummitate ſacci. Cyphum au-
tem meum argenteum: et precium quod dedit tritici:
pone in ore ſacci iunioris. Factumqꝫ eſt ita. Et orto ma
ne: dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. Iamqꝫ vrbem exierant:
et proceſſerant paululum: tunc Ioſeph accerſito diſpen
ſatore domus: ait: Surge (inquit) et perſequere viros:
et apprehēſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bo
no? * Cyphus quem furati eſtis: ipſe eſt in quo bibit do
minus meus: et in quo augurari ſolet: peſſimam rem fe
ciſtis. Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehenſis per ordinem
locutus eſt verba hęc. Qui reſponderunt: Quare ſic lo
quitur dominus noſter: vt ſerui tui tātum flagitij com-
miſerint? Pecuniam quam inuenimus in ſummitate
B ſaccorum: reportauimus ad te de terra Chanaan. Et
quomodo conſequens eſt: vt furati ſimus de domo do-
mini tui aurum vel argentum? Apud quemcunqꝫ fue-
rit inuētum ſeruorum tuorum quod quęris: moriatur:
C et nos erimus ſerui domini noſtri. Qui dixit eis: Fiat
iuxta veſtram ſententiam. Apud quemcunqꝫ fuerit in-
uentum: ipſe ſit ſeruus meus: vos autem eritis innoxij.
Itaqꝫ feſtinato deponentes in terrā ſaccos: aperuerunt
ſinguli. Quos ſcrutatus incipiens a maiore vſqꝫ ad mi-
nimum: inuenit Cyphum in ſacco Beniamin. At illi
ſciſſis veſtibus: oneratiſqꝫ rurſum aſinis: reuerſi ſunt in
D oppidū. Primuſqꝫ Iudas cum fratribus ingreſſus eſt
ad Ioſeph. Necdum enim de loco abierat: omneſqꝫ an
te eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait:
Cur ſic agere voluiſtis? An ignoratis: ꝙ non ſit ſimilis
mei in augurandi ſcientia? Cui Iudas: Quid reſpon-
debimus: inquit: domino meo? vel quid loquemur: aut
quid iuſte poterimus obtendere? Deus inuenit iniquita
tem ſeruorum tuorum: en omnes ſerui ſumus domini
mei: et nos: et apud quē inuentus eſt cyphus. Reſpon
ditqꝫ Ioſeph: Abſit a me vt ſic agam: qui furatus eſt cy-
phum: ipſe ſit ſeruus meꝰ: vos autem abite liberi ad pa-
trem veſtrum. Accedens autem propius Iudas: confi
dēter ait: Oro domine audi me: vt loquatur ſeruꝰ tuus
verbū in auribus tuis: et ne iraſcaris famulo tuo: tu es
E enim poſt Pharaonem dominus meus. Interrogaſti
prius ſeruos tuos: habetis patrem aut fratrē? Et nos
reſpondimus tibi domino meo: Eſt nobis pater ſenex:
et puer paruulus: qui in ſenectute illius natꝰ eſt: cuius
vterinus frater mortuus eſt: et ipſum ſolum habet ma-
ter ſua: pater vero tenere diligit eum. Dixiſtiqꝫ ſeruis
tuis: Adducite eum ad me: et ponam oculos meos ſu-
per illum. Suggeſſimus tibi domino meo: non poteſt
puer relinquere patrem ſuum: ſi enim illum dimiſerit:
moritur. Et dixiſti ſeruis tuis: Niſi venerit frater ve-
ſter minimus vobiſcum: non videbitis amplius faciem
meam. Cum ergo aſcēdiſſemus ad famulum tuum pa
F trem noſtrum: narrauimus ei omnia que locutus eſt do-
minus meus. Et dixit pater noſter: Reuertimini: et
emite nobis parum tritici. Cui diximus: Ire non poſ-
ſumus: ſi frater noſter minimus deſcenderit nobiſcum:
proficiſcemur ſimul: alioquin illo abſente: nō audemus
videre faciem viri. Ad quę ille reſpondit: Vos ſcitis: ꝙ
duos filios genuerit mihi vxor mea. Egreſſus eſt vnꝰ: ⁊
dixiſtis: beſtia deuorauit eum: ⁊ huculqꝫ non comparet:
G ſi tuleritis et iſtum: et aliquid ei in via contigerit: dedu
cetis canos meos cū moerore ad inferos. Igitur ſi in-
trauero ad ſeruum tuum patrem noſtrum: et puer de-
fuerit: cum anima illius ex huius anima dependeat: vi-
deritqꝫ eum non eſſe nobiſcum: morietur: et deducent
famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego pro-
prie ſeruus tuus ſim: qui in meam hunc recepi fidem:
et ſpoſpondi dicens: Niſi reduxero eum: peccati reus

He. an nō hic eſt quo bibit dñs meus. Interpres copioſius explicauit.

ſup.43.a.

ſup.37.d.

ſup.43.b

ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaqꝫ ſer
uus tuus pro puero in miniſterio domini mei: et puer
aſcendat cum fratribus ſuis. Non enim poſſum redire
ad patrem abſente puero: ne calamitatis quę oppreſſu-
ra eſt patrem meum: teſtis aſſiſtam.

XLV.

Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph multis A
coram aſtantibus: vnde precepit vt egrede-
rentur cuncti foras: et nullus intereſſet alie-
nus agnitioni mutuę. Eleuauitqꝫ vocem cū
fletu: quam audierunt Aegyptij: omniſqꝫ domus Pha-
raonis: ⁊ dixit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph. Adhuc
pater meus viuit? Non poterant reſpōdere fratres ni- B
mio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: Accedi-
te: inquit: ad me. Et cum acceſſiſſent prope: Ego ſum:
ait: Ioſeph frater veſter: quē vendidiſtis in Aegyptum.
Nolite pauere: neqꝫ vobis durum eſſe videatur: ꝙ ven-
didiſtis me in his regionibus. Pro ſalute enī veſtra mi
ſit me deus ante vos in Aegyptum. Biennium eſt enim
ꝙ coepit fames in terra eſſe: ⁊ adhuc quinqꝫ anni reſtāt:
quibus nec arari poterit: nec meti. Premiſitqꝫ me deꝰ:
vt reſeruemini ſuper terram: ⁊ eſcas ad viuendum habe
re poſſitis. Non veſtro conſilio: ſed dei voluntate huc
miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis: et
dominum vniuerſę domus eius: ac principem in omni C
terra Aegypti. Feſtinate: ⁊ aſcendite ad patrem meum:
et dicetis ei: Hęc mandat filius tuus Ioſeph. Deus fe
cit me dominum vniuerſę terrę Aegypti. Deſcende ad
me: ne moreris: et habitabis in terra Ieſſen: eriſqꝫ iuxta
me tu: et filij tui: et filij filiorum tuorum: oues tuę: et ar
menta tua: et vniuerſa quę poſſides: ibiqꝫ te paſcam. D
Adhuc enim quinqꝫ anni reſidui ſunt famis: ne et tu pe-
reas: et omnis domus tua: et omnia quę poſſides. En
oculi veſtri: et oculi fratris mei Beniamin vident: ꝙ os
meum loquatur ad vos. Nūciate patri meo vniuerſam
gloriam meam: * et cuncta quę vidiſtis in Aegypto.
Feſtinate et adducite eum ad me. Cumqꝫ amplexatus
recidiſſet in collū Beniamin fratris ſui: fleuit: illo quo-
qꝫ ſimiliter flente ſuper collum eius: oſculatuſqꝫ eſt Io
ſeph omnes fratres ſuos: et plorauit ſuper ſingulos. E
Poſt quę auſi ſunt loqui ad eum. Auditumqꝫ eſt: et ce-
lebri ſermone vulgatum in aula regis: venerunt fratres
Ioſeph. Et gauiſus eſt Pharao: atqꝫ omnis fami-
lia eius. Dixitqꝫ ad Ioſeph: vt imperaret fratribꝰ ſuis:
dicens: Onerantes iumenta: ite in terram Chanaan: ⁊
tollite inde patrem veſtrum et cognationem: et venite
ad me: et ego dabo vobis omnia bona Aegypti: vt co-
medatis medullam terrę. Precipe etiā vt tollant plau
ſtra de terra Aegypti: ad ſubuectionem paruulorū ſuo- F
rum ac coniugum: et dicite: Tollite patrem veſtrum:
et properate quantocyus veniētes: nec dimittatis quic-
q̃ de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Aegypti ve-
ſtrę erunt. Feceruntqꝫ filij Iſrael: vt eis mandatum fue
rat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra: ſecundum Pha-
raonis imperium: et cibaria in itinere. Singulis quo-
qꝫ proferri iuſſit binas ſtolas. Beniamin vo dedit tre-
centos argenteos cum quinqꝫ ſtolis optimis: tantun-
dem pecunię et veſtium mittens patri ſuo: addens ei aſi
nos decem: qui ſubueherent ex omnibus diuitijs Aegy-
pti: et totidem aſinas: triticum in itinere paneſqꝫ por- G
tantes. Dimiſit ergo fratres ſuos: et proficiſcentibus
ait: Ne iraſcamini in via. Qui aſcēdentes ex Aegypto:
venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Iacob:
et nunciauerunt ei: dicentes: Ioſeph filius tuus viuit:
et ipſe dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito
Iacob quaſi de graui ſomno euigilans: tamen non cre
debat eis. Illi econtra referebant omnem ordinem rei.
Cumqꝫ vidiſſet plauſtra et vniuerſa quę miſerat: reui-
xit ſpiritus eius: et ait: Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph
filius meus viuit: vadā ⁊ videbo illū anteq̄ moriar.

ſup.42.c. et.43.g.

infra.50.c

Et cuncta quae vidiſtis ſupeſt

A Profectuſqꝫ Iſrael cum omnibus XLVI.
que habebat: venit ad puteum iuramenti: et
mactatis ibi victimis deo patris ſui Iſaac:
audiuit eum per viſionem nocte vocātem ſe:
⁊ dicentem ſibi: Jacob Jacob. Cui reſpondit: Ecce ad-
ſum. Ait illi deus: Ego ſum fortiſſimus deus patris tui
noli timere: ſed deſcende in Aegyptum: quia in gentem
magnam faciam te ibi. Ego deſcendam tecum illuc: et
ego inde adducam te reuertentem. Joſeph quoqꝫ po-
net manus ſuas ſup oculos tuos. Surrexit Jacob ma-
ne a puteo iuramenti: tuleruntqꝫ eum filij cum paruu-
lis ⁊ vxoribus ſuis ī plauſtris: que miſerat Pharao ad
portandum ſenē: ⁊ omnia que poſſederat in terra Cha
naan. Veniṫqꝫ in Aegyptum cum omni ſemine ſuo: filij
eius ⁊ nepotes: filie ⁊ cūcta ſimul progenies. Hec ſunt
autem nomina filiorum Iſrael: qui ingreſſi ſunt in Ae-
*Jacob gyptum: *ipſe cum liberis ſuis. Primogenitus Rubē.
Exo. 1. a. Filij Ruben: Enoch ⁊ Phallu ⁊ Eſron ⁊ Charmi. Fi-
et. 6. b. lij Symeon: Jemuhel ⁊ Jamin ⁊ Ahod ⁊ Jachim et ſa
Numeri har ⁊ Saul: filius Chananitidis. Filij Leui: Gerſon ⁊
26. a. Caath ⁊ Merari. Filij Juda: Her ⁊ Onan et Sela et
1 para. 6. a Phares ⁊ Zara. Mortui ſunt autem Her ⁊ Onan in
terra Chanaan. Natiqꝫ ſunt filij Phares: Eſron ⁊ A-
Iſaſchar mul. Filij* Iſaſchar: Thola ⁊ Phua ⁊ Jobab ⁊ Sem-
ron. Filij Zabulon: Sareth et Chelon et Jahelel. Hi fi
Leae. lij* Lie: quos genuit in Meſopotamia Syrie cum Di
na filia ſua. Omnes anime filiorum eius et filiarum tri
ginta tres. Filij Gad: Sephion et Aggi et Eſebon et ſu
ni et Heri et Arodi et Areli. Filij Aſer: Jemna ⁊ Jeſua
et Jeſui et Beria: Sara quoqꝫ ſoror eorum. Filij Be-
ria: Heber et Melchiel. Hi filij Zelphe: quā dedit La
ban Lie filie ſue: et hos genuit Jacob ſedecim animas.
Filij Rachel vxoris Jacob: Joſeph et Beniamin. Na-
C tiqꝫ ſunt Joſeph filij ī terra Aegypti: quos genuit ei A-
ſaneth filia putipharis ſacerdotis Heliopoleos: Ma-
naſſes: et Ephraim. Filij Beniamin: Bela ⁊ Bechor et
Aſbel ⁊ Gera ⁊ Naaman ⁊ Echi ⁊ Jethros ⁊ Roſmo-
phim ⁊ Ophim ⁊ Ared. Hi filij Rachel: q̊s genuit Ja-
cob: omnes anime quatuordecim. Filij Dan: Huſim. Fi
He. Neph lij Nephthali: Jaſiel et Guni et Jeſer et Syllem. Hi fi
thali. lij Bale: quam dedit Laban Racheli filie ſue: ⁊ hos ge
nuit Jacob: oīēs anime ſeptem. Cuncteqꝫ anime: que
ingreſſe ſunt cum Jacob in Aegyptū: ⁊ egreſſe ſunt de
foemore illius: abſqꝫ vxoribus filiorū eius ſexaginta ſex.
Filij autem Joſeph qui nati ſunt ei ī terra Aegypti: ani-
deute. 10. d me due. Oēs anime domus Jacob que ingreſſe ſunt
in Aegyptum: fuere ſeptuaginta. Miſit autem Jacob
Judam ante ſe ad Joſeph in Aegyptum: vt nunciaret
he. goſſen ei: ⁊ ille occurreret in* Jeſſen. Quo cū perueniſſet: iun-
cto Joſeph curru ſuo: aſcendit obuiam patri ad eūdem
locū: videnſqꝫ eum irruit ſuper collum eius: ⁊ inter am-
D plexus fleuit. Dixitqꝫ pater ad Joſeph: Jam letus mo
riar: quia vidi faciem tuam: et ſuperſtitem te relinquo.
At ille locutus eſt ad fratres ſuos: ⁊ ad omnem domū
patris ſui: Aſcendam ⁊ nunciabo Pharaoni: dicāqꝫ ei:
Fratres mei et dom⁹ patris mei qui erant in terra Cha
naan venerūt ad me: ⁊ ſunt viri paſtores ouium: curāqꝫ
habent alendorum gregum. Pecora ſua ⁊ armenta: et
omnia que habere potuerūt: adduxerunt ſecum. Cūqꝫ
vocauerit vos ⁊ dixerit: quod eſt opus veſtrū? Reſpon-
debitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui: ab infantia no-
ſtra vſqꝫ in preſens: ⁊ nos ⁊ patres noſtri. Hec aūt dice-
tis: vt habitare poſſitis in terra Jeſſen: quia deteſtātur
Aegyptij omnes paſtores ouium. XLVII.
A Ingreſſus ergo Joſeph nūciauit Pharaoni
dicēs: Pater meus ⁊ fratres: oues eorū ⁊ ar
menta ⁊ cuncta que poſſident: venerūt de ter
ra Chanaan: ⁊ ecce cōſiſtunt in terra Jeſſen.
Extremos quoqꝫ fratrū ſuorū quinqꝫ viros ſtatuit corā
rege: quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Re

ſpōderunt: Paſtores ouiū ſumus ſerui tui: ⁊ nos ⁊ pa-
tres noſtri. Ad peregrinandū in terrā tuā venimus: qm̄ B
nō eſt herba gregib⁹ ſeruorū tuorū: ingraueſcēte fame in
terra Chanaan.* Petimuſqꝫ vt eſſe nos iubeas ſeruos
tuos in terra Jeſſen. Dixit itaqꝫ rex ad Joſeph: Pater Hebra. Et
tuus ⁊ fratres tui venerūt ad te. Terra Aegypti in con nunc obſe
ſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare: et trade cro habita
eis terrā Jeſſen. Quod ſi noſti ī eis eſſe viros īduſtrios: bimus in
cōſtitue illos magiſtros pecorum meorū. Poſt hec in- terra goſ-
troduxit Joſeph patrē ſuū ad regē: ⁊ ſtatuit eū corā eo. ſen.
Qui benedicens illi: ⁊ interrogat⁹ ab eo: quot ſunt dies
annorū vite tue? Reſpōdit: Dies peregrinationis vite
mee centū triginta annorū ſunt: parui ⁊ mali: ⁊ nō per- C
uenerunt vſqꝫ ad dies patrum meorū: quibus peregrina
ti ſunt. Et benedicto rege egreſſus eſt foras. Joſeph ve
ro patri ⁊ fratribus ſuis dedit poſſeſſionē in Aegypto:
in optimo terre loco Rameſſes: vt preceperat pharao:
⁊ alebat eos omnemqꝫ domum patris ſui prebens ciba
ria ſingulis. In toto eñ orbe panis deerat: et oppreſſe-
rat fames terram: maxime Aegypti et Chanaan. E qui
bus omnem pecuniam congregauit pro venditione fru
mēti: ⁊ intulit eam in erarium regis. Cumqꝫ defeciſſet
emptionibus precium: venit cuncta Aegyptus ad Jo-
ſeph: dicens: Da nobis panes. Quare morimur corā te D
deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit: Adducite pe
cora veſtra: ⁊ dabo vobis pro eis cibos: ſi precium nō ha
betis. Que cū adduxiſſent: dedit eis alimēta pro equis
⁊ ouibus ⁊ bobus ⁊ aſinis: ſuſtētauitqꝫ eos illo anno ꝓ
cōmutatione pecorum. Venerunt quoqꝫ anno ſecundo
⁊ dixerunt ei: Non celamus dominum noſtrum: ꝙ defi
ciente pecunia pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt:
ꝙ abſqꝫ corporib⁹ ⁊ terra nihil habeam⁹. Cur ergo mo
rimur te vidēte? Et nos ⁊ terra noſtra tui erim⁹. Eme E
nos in ſeruitutem regiam: et prebe ſemina: ne pereunte
cultore redigatur terra in ſolitudinē. Emit igitur Jo-
ſeph omnem terram Aegypti vendentibus ſingulis poſ
ſeſſiones ſuas pre magnitudine famis. Subiecitqꝫ eam
Pharaoni: ⁊ cunctos populos eius a nouiſſimis termi
nis Aegypti vſqꝫ ad extremos fines eius: preter terram
ſacerdotum: que a rege tradita fuerat eis: quibus et ſta
tuta cibaria ex horreis publicis prebebantur: et idcirco
nō ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo
Joſeph ad populos: En vt cernitis ⁊ vos ⁊ terrā veſtrā F
pharao poſſidet: accipite ſemina: ⁊ ſerite agros: * vt fru vt fru. ha
ges habere poſſitis. Quintā partem regi dabitis: qua- bere poſſi.
tuor reliquas permitto vobis in ſementem: ⁊ in cibū fa- ſupereſt.
milijs ⁊ liberis veſtris. Qui reſpōderunt: Salus noſtra
in manu tua eſt. Reſpiciat nos tantū dominus noſter:
⁊ leti ſeruiemus regi.* Ex eo tēpore vſqꝫ in preſentē diē
in vniuerſa terra Aegypti: regib⁹ quinta pars ſoluit: et
factū eſt quaſi in legē: abſqꝫ terra ſacerdotali: que libera
ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Iſrael in Aegy G
pto: id eſt in terra Jeſſen: ⁊ poſſedit eam: auctuſqꝫ eſt ⁊
multiplicatus nimis: et vixit in ea decē ⁊ ſeptem annis.
Factiqꝫ ſunt omnes dies vite illius centū quadraginta
ſeptē annorū. Cūqꝫ appropinquare cerneret diē mortis
eius: vocauit filiū ſuū Joſeph: ⁊ dixit ad eum: Si inueni
gratiā ī cōſpectu tuo: pone manū tuā ſub foemore meo:
et facies mihi miſericordiā ⁊ veritatē: vt nō ſepelias me
in Aegypto: ſed dormiā cū patribus meis: ⁊ auferas me ſup. 24. a
de terra hac: cōdaſqꝫ in ſepulchro maiorū meorū. Cui re
ſpōdit Joſeph: Ego faciā qd̄ iuſſiſti. Et ille: Jura ergo
inquit mihi. Quo iurante adorauit Iſrael dominum:
conuerſus ad lectuli caput. XLVIII
His itaqꝫ trāſactis nūciatū eſt ioſeph: ꝙ egro
taret pr̄ ſu⁹. Qui aſſumptis duob⁹ filijs: ma
naſſe ⁊ Ephraim ire perrexit. Dictūqꝫ eſt ſeni:
Ecce fili⁹ tu⁹ Joſeph venit ad te. Qui cōfor
tatus ſedit ī lectulo. Et īgreſſo ad ſe ioſeph: ait: De⁹ oī-
potēs apparuit mihi ī luza: q̄ eſt ī terra chanaā: bn̄dixitqꝫ

mihi: ⁊ ait: Ego te augebo ⁊ multiplicabo: et faciã te in
turbas pploꝝ. Daboqꝫ tibi terrã hãc: et ſemini tuo poſt
te in poſſeſſionẽ ſempiternã. Duo ꝗ filij tui: q̃ nati ſunt
tibi in terra Aegypti: anteq̃ huc venirem ad te: mei erũt
Ephraim et Manaſſes: ſicut Ruben et Symeon re-
putabũtur mihi. Reliquos autem quos genueris poſt
eos: tui erunt: et nomine fratrum ſuorum vocabuntur
B in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim quando veniebam
de Meſopotamia: mortua eſt Rachel in terra Cha-
naan in ipſo itinere.* Eratqꝫ vernum tempus. Et in-
Heb. cum adhuc reſtaret ſtadium itineris ad pergẽdum in efratam.
grediebar Ephratam: et ſepeliui eam iuxta viam E-
phrate: que alio nomine appellatur Bethleem. Vidẽs
autem filios eius dixit ad eum: Qui ſunt iſti? Reſpon-
dit: Filij mei ſunt: quos donauit mihi dominus in hoc
loco. Adduc (inquit) eos ad me: vt benedicam illis.
Oculi enim Iſrael caligauerant pre nimia ſenectute: et
clare videre non poterat. Applicitoſqꝫ ad ſe deoſcula-
tus et circumplexus eſt eos: dixit ad filium ſuum: Non
ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi deus
ſemen tuum. Cumqꝫ tuliſſet eos Ioſeph de gremio pa
tris: adorauit pronus in terram: et poſuit Ephraim ad
dexteram ſuam: id eſt ſiniſtram Iſrael. Manaſſen ve-
ro in ſiniſtra ſua ad dexteram ſcilicet patris: applicuit-
C qꝫ ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram:
poſuit ſuper caput Ephraim iunioris fratris: ſiniſtram
autem ſuper caput Manaſſe: qui maior natu erat: com
mutans manus. Benedixitqꝫ Iacob filijs Ioſeph: et
ait: Deus in cuius conſpectu ambulauerũt patres mei
Abraam et Iſaac: deus qui paſcit me ab adoleſcentia
mea vſqꝫ in preſentem diem. Angelus qui eruit me de
cunctis malis: benedicat pueris iſtis: et inuocetur ſu-
per eos nomen meum: nomina quoqꝫ patrum meorum
Abraam et Iſaac: et creſcant in multitudinem ſuper
D terram. Videns autem Ioſeph: ꝙ poſuiſſet pater ſuus
dextram manum ſuper caput Ephraim: grauiter acce-
pit. Et apprehenſam manum patris leuare conatus eſt
de capite Effraim: et transferre ſuper caput Manaſſe.
Dixitqꝫ ad patrem: Non ita conuenit pater: quia hic
eſt primogenitus. Pone dexterã tuã ſuper caput eius.
Qui renuens ait: Scio fili mi: ſcio: et iſte quidem erit in
populos: ⁊ multiplicabitur. Sed frater eius iunior ma
ior erit illo: et ſemen illius creſcet in gentes. Benedi-
xitqꝫ eis in tempore illo: dicens: In te benedicetur I-
ſrael: atqꝫ dicetur: Faciat tibi deus ſicut Effraim: et ſi-
cut Manaſſe. Conſtituitqꝫ Effraim ante Manaſſen.
Et ait ad Ioſeph filium ſuum: En ego morior: et erit
deus vobiſcũ: reducetqꝫ vos ad terram patrum veſtro-
rum. Do tibi partẽ vnam extra fratres tuos: quam tu-
li de manu Amorrei in gladio et arcu meo. XLIX.

Vocauit autem Iacob filios ſuos: et ait eis:
A Congregamini: vt annunciem que ventura
ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congrega-
mini: et audite filij Iacob: audite Iſrael pa-
trem veſtrum. Ruben primogenitus meus: tu fortitu-
Heb. potior offerendo.
do mea: et principium doloris mei. * Prior in donis:
maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua. Non creſcas:
Vaſa iniquitatis ĩ habitationibus eoꝝ.
quia aſcendiſti cubile patris tui: et maculaſti ſtratum
eius. Simeon et Leui fratres * vaſa iniquitatis bel-
lantia. In conſilium eorum non veniat anima mea: et
in coetu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo
occiderunt virum: et in voluntate ſua ſuffoderunt mu-
rum. Maledictus furor eorum: quia pertinax: et indi-
B gnatio eorum: quia dura. Diuidam eos in Iacob: et
diſpergã eos in Iſrael. Iuda te laudabunt fratres tui.
Manus tue in ceruicibus inimicorum tuorum: ado-
rabũt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad pre-
dam fili mi aſcẽdiſti: requieſcens accubuiſti vt leo: ⁊ qua
ſi leena: quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrum
de Iuda: et dux de foemore eius: donec veniat qui mit-
Et ipſi obedient ppli.
tendus eſt: * et ipſe erit expectatio gentium. Ligans

ad vineam pullum ſuum: et ad vitem o fili mi aſinam
ſuam. Lauauit in vino ſtolam ſuam: et in ſanguine vue
pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino: ⁊ den
tes eius lacte cãdidiores. Zabulon in littore maris ha-
bitabit: et in ſtatione nauium pertingens vſqꝫ ad Si-
donem. Iſſachar aſinus * fortis accubans inter termi- Heb. Onerarius.
nos: vidit requiem ꝙ eſſet bona: et terram ꝙ optima: ⁊
ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum: factuſqꝫ eſt
tributis ſeruiens. Dan iudicabit populum ſuum: ſicut C
et alia tribus in Iſrael. Fiat Dan coluber in via: et ce-
raſtes in ſemita: mordens vngulas equi: vt cadat aſcen
ſor eius retro. Salutare tuũ expectabo domine. Gad
accinctus preliabitur ante eum: et ipſe accingetur re-
trorſum. Aſer pinguis panis eius: et prebebit delitias
regibus. Nephthali ſeruus emiſſus: et dans eloquia
pulchritudinis. Filius accreſcens Ioſeph: filius accre-
ſcens et decorus aſpectu. Filie diſcurrerunt ſuper mu-
rum: ſed exaſperauerunt eum: et iurgati ſunt: inuide-
runtqꝫ illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius:
et diſſoluta ſunt vincula brachiorum et manuum illius
per manus potentis Iacob. Inde paſtor egreſſus eſt
lapis Iſrael. Deus patris tui erit adiutor tuus: ⁊ omni-
potens benedicet tibi benedictionibus celi deſuper: be-
nedictionibus abyſſi iacentis deorſum: benedictionibus D
vberum et vulue. Benedictiones patris tui conforta-
te ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret de
ſiderium collium eternorum. Fiant in capite Ioſeph:
et in vertice Nazarei inter fratres ſuos. Beniamin lu-
pus rapax: mane comedet predam: et veſpere diuidet
ſpolia. Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim. Hec
locutus eſt eis pater ſuus: benedixitqꝫ ſingulis benedi-
ctionibus proprijs: et precepit eis: dicens: Ego congre
gor ad populum meũ. Sepelite me cũ patribus meis sup. 25. c. Duplici abundat.
in ſpelunca * duplici: que eſt in agro Ephron Ethei cõ
tra Mambre in terra Chanaan: quam emit Abram cũ
agro ab Ephron Etheo in poſſeſſionem ſepulchri. Ibi
ſepelierunt eum: et Saram vxorem eius. Ibi ſepultus
eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi et Lia condita Heb. poſſeſſio agri et ſpeluncae: quae eſt ĩ eo: eſt a filiis Heth.
iacet.* Finitiſqꝫ mandatis quibus filios inſtruebat: col
legit pedes ſuos ſuper lectulum: ⁊ obijt: appoſituſqꝫ eſt
ad populum ſuum. L

Quod cernens Ioſeph: ruit ſuper faciem pa-
tris flẽs: ⁊ deoſculans eum. Precepitqꝫ ſer- A
uis ſuis medicis: vt aromatibus cõdirent pa
trem. Quibus iuſſa explentibus: tranſierũt
quadraginta dies. Iſte quippe mos erat cadauerũ con
ditorum. Fleuitqꝫ eum Aegyptus ſeptuaginta diebus.
runt eos: deſcenderūt in profundū quaſi lapis. Dextera
tua domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua
B domine percuſſit inimicū: et in multitudine glorie tue
depoſuiſti aduerſarios noſtros. Miſiſti iram tuam que
deuorauit eos ſicut ſtipulā: et ī ſpiritu furoris tui cōgre
Heb. ſicut gate ſunt aque. Stetit vnda fluēs* ⁊ cōgregati ſunt ab
moles. yſſi in medio mari. Dixit inimicus: Perſequar et cōpre
hēdā: ⁊ diuidā ſpolia: implebit aīa mea. Euaginabo gla
diū meū: interficiet eos manus mea. Flauit ſpūs tuus ⁊
opuit eos mare: ſubmerſi ſunt q̄ſi plūbū in aq̄s vehemen
tibꝰ. Quis ſimilis tui in fortibus domine? Quis ſimilis
tui? Magnificus in ſanctitate: terribibilis atqꝫ laudabi
lis: faciens mirabilia. Extendiſti manum tuam: et deuo
rauit eos terra. Dux fuiſti in miſericordia tua populo
quem redemiſti. Et portaſti eum in fortitudine tua: ad
habitaculum ſanctum tuum. Aſcenderunt populi et ira
ti ſūt: dolores obtinuerāt habitatores Philiſtijm. Tūc
cōturbati ſūt pricipes Edō: robuſtos Moab obtinuit
C tremor: obriguerūt oēs habitatores Chanaan. Irruat
ſup eos formido: ⁊ pauor ī magnitudine brachij tui. Fi-
ant imobiles q̄ſi lapis: donec ptrāſeat populus tuꝰ dn̄e:
donec ptrāſeat populus tuus iſte quē poſſediſti. Intro
duces eos: ⁊ plantabis ī mōte hereditatis tue: firmiſſio
habitaculo tuo q̄ operatus es dn̄e: Sanctuariū tuū dn̄e: q̄
firmauerūt manꝰ tue. Dn̄s regnabit ī eternum ⁊ vltra.
Ingreſſus eſt enī eques pharao cū curribꝰ et eq̄tibus ei
us ī mare: ⁊ reduxit ſup eos dn̄s aq̄s maris. Filij aūt Iſ supra eo.
rael ambulauerūt p ſiccū in medio eiꝰ. Sūpſit ergo ma
ria pphetiſſa ſoror Aarō tympanū ī manu ſua: egreſſeqꝫ D
ſunt oēs mulieres poſt eā cū tympanis ⁊ choris: q̄bus p
cinebat: dicēs: cantemꝰ dn̄o: Glorioſe enī magnificatus
eſt: equū et aſcēſorē eiꝰ deiecit ī mare. Tulit aūt moyſes
iſrael de mari rubro: ⁊ egreſſi ſunt ī deſertū Sur. Ambu
lauerūtqꝫ tribꝰ diebꝰ p ſolitudinē: ⁊ nō inueniebāt aquā.
Et venerūt in marath: nec poterāt bibere aq̄s de marat
eo q̄ eſſent amare. Unde et cōgruū loco nomē īpoſuit:
vocās illud marath: id eſt amaritudinē. Et murmura-
uit pplꝰs cōtra Moyſen: dicens: Quid bibemꝰ? At ille
clamauit ad dn̄m: q̄ oſtēdit ei lignū: qd cū miſiſſet in a-
quas: in dulcedinē verſe ſunt. Ibi cōſtituit ei p̄cepta: at
qꝫ iudicia: ⁊ ibi tētauit eum dicēs: Si audieris vocē dn̄i
dei tui: ⁊ qd rectū eſt corā eo feceris: ⁊ obedieris mādā-
tis eius: cuſtodieriſqꝫ oīa p̄cepta illius: cunctū languo-
rē quē poſui in Aegypto: nō inducā ſup te. Ego enī ſum
dn̄s deus ſaluator tuus. Uenerūt aūt in Helim filij Iſ-
rael: vbi erāt duodecim fontes aquaꝝ: ⁊ ſeptuaginta pal
me: ⁊ caſtrametati ſunt iuxta aquas. XVI

A Profectiqꝫ ſunt de Helim: et venit oīs mul-
titudo filioꝝ Iſrael in deſertū Sin: qd eſt in
ter Helim et Sinai: quintodecimo die men
ſis ſecūdi: poſtq̄ egreſſi ſunt de terra Aegyp
ti. Et murmurauit oīs cōgregatio filioꝝ Iſrael contra
Moyſen ⁊ Araon ī ſolitudine. Dixerūtqꝫ filij Iſrael ad
eos: Utinā mortui eſſemus p manū dn̄i in terra Aegy-
pti: q̄ndo ſedebamus ſup ollas carniū: ⁊ comedebamus
panē in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertū iſtud:
vt occideretis omnē multitudinē fame? Dixit autē do B
minus ad moyſen: Ecce ego pluā vobis panes de celo:
egrediatur populus: ⁊ colligat que ſufficiunt per ſingu
los dies: vt tentē eum vtrū ambulet in lege mea: an nō.
Die autem ſexto parent: qd inferant: ⁊ ſit duplū quā col
ligere ſolebant per ſingulos dies. Dixeruntqꝫ Moyſes
et Aaron ad oēs filios Iſrael: Ueſpere ſcietis: q̄ domi-
nus eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitis glo
riā dn̄i: audiui enī murmur veſtrū cōtra dominū. Nos
vero quid ſumꝰ: quia muſſitaſtis cōtra nos? Et ait moy
ſes: Dabit vobis dominꝰ veſpere carnes edere: et mane
panes in ſaturitate: eo q̄ audierit murmurationes ve- C
ſtras: quibus murmurati eſtis cōtra eum: nos enī quid
ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrū: ſed cōtra do-
minū. Dixit quoqꝫ Moyſes ad Aaron: Dic vniuerſe cō
gregatiōi filiorū Iſrael: accedite corā dn̄o: audiuit enī
murmur veſtrum. Cumqꝫ loqueretur Aaron ad omnē
coetum filiorum Iſrael: reſpexerūt ad ſolitudinem. Et
ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus eſt autē
dominus ad Moyſen: dicens: Audiui murmuratiōes
filiorū Iſrael: loquere ad eos: Ueſpere comedetis car-
nes: et mane ſaturabimini panibus: ſcietiſqꝫ q̄ ego ſum
dominus deus veſter. Factum eſt ergo veſpere: et aſcen
dens coturnix: cooperuit caſtra: mane quoqꝫ ros iacuit
p circuitū caſtorū. Cumqꝫ operuiſſet ſuperficiē terre: D
apparuit in ſolitudine minutum: ⁊ quaſi pilo tuſum in
ſimilitudine pruine ſuper terrā. Quod cū vidiſſent filij Interpreſ
iſrael: dixerūt ad īuicē manhu?* Quod ſignificat: q̄d eſt addidit.
hoc? Ignorabāt enī quid eſſet. Quibꝰ ait moyſes: Iſte
eſt panis quē dominus dedit vobis ad veſcēdū. Hic eſt
ſermo: quē precepit vobis dominꝰ: Colligat vnuſquiſqꝫ
ex eo quantū ſufficit ad veſcendū. Gomor p ſingula ca-
pita: iuxta numerū animarū veſtrarū: que habitāt in ta-
bernaculo tolletis. Feceruntqꝫ ita filij Iſrael: et college
runt: alius plus: alius minus: ⁊ menſi ſunt ad menſurā
Gomor. Nec qui plus collegerat: habuit amplius: nec
qui minus parauerat: reperit minꝰ: ſed ſinguli iuxta id:
qd edere poterāt: cōgregauerūt. Dixitqꝫ moyſes ad cos E

Nullus relinquat ex eo ī mane. Qui nō audierūt eū: ſed
dimiſerūt quidā ex eis vſqꝫ mane: ⁊ ſcatere coepit vermi
bus: atqꝫ cōputruit. Et iratus eſt contra eos Moyſes.
Colligebāt aūt mane ſinguli: quantū ſufficere poterat
ad veſcēdū. Cūqꝫ incaluiſſet ſol: liqueſiebat. In die aūt
ſexto collegerūt cibos duplices: id eſt duo Gomoꝛ ꝑ ſin
gulos hoīes. Venerūt aūt oēs pꝛincipes multitudinis:
F ⁊ narrauerūt moyſi. Qui ait eis: Hoc eſt qd̄ locutus eſt
dn̄s: Requies ſabbati ſanctificata eſt dn̄o. Cras qd̄cunqꝫ
operādū eſt: facite: ⁊ que coquēda ſunt: coquite: quicqd̄
aūt reliquū fuerit: reponite vſqꝫ in mane. Repoſuerunt
qꝫ ita vt p̄ceperat moyſes: et nō cōputruit: neqꝫ vermis
inuentus eſt ī eo. Dixitqꝫ Moyſes: Comedite illud ho
die: qꝛ ſabbatū eſt dn̄o: non inuenieꝛ hodie in agro. Sex
diebus colligite: in die aūt ſeptimo ſabbatū eſt dn̄i: idcir
co nō inuenieꝛ. Venitqꝫ ſeptima dies: ⁊ egreſſi de pplō
vt colligerēt: nō inuenerūt. Dixit aūt dn̄s ad Moyſen:
G Vſque quo nō vultis cuſtodire mādata mea: ⁊ legē me-
am? Videte ꝙ dominus dederit vobis ſabbatū: et pꝛop
ter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat
Hebr. ſub tecto ſuo. vnuſqſqꝫ* apud ſemetipſum: et nullus egrediaꝛ de loco
ſuo die ſeptimo: ⁊ ſabbatizabit populus die ſeptimo. Ap
pellauitqꝫ domus Iſrael nomen eius man: qd̄ erat: qua
ſi ſemē coriandri albū: guſtuſqꝫ eius: quaſi ſimile cū mel
le. Dixit aūt Moyſes: Iſte eſt ſermo quē pꝛecepit dn̄s:
Imple gomoꝛ ex eo: ⁊ cuſtodiatur ī futuras retro gene
rationes: vt nouerit panē quo alui vos in ſolitudine: quā
Iudi. 2. c. do educti eſtis de terra Aegypti. Dixitqꝫ moyſes ad A-
neemi. 9 b aron: Sume vas vnū: ⁊ mitte ibi man: quantū poteſt ca
pere gomoꝛ: et repone corā domino ad ſeruandū in ge-
nerationes veſtras: ſicut pꝛeceperat dominꝰ moyſi. Po-
ſuitqꝫ illud Aaron in tabernaculo reſeruandū. Filij aūt
Iſrael comederūt man qdraginta annis: donec venirēt
in terrā habitabilē. Hoc cibo aliti ſunt: vſqꝫquo tange-
rēt fines terre chanaā. Gomoꝛ aūt decima pars ē ephi.
A Igitur pꝛofecta omis multitudo XVII.
filioꝛum Iſrael de deſerto Sin: per manſiōes
ſuas: iuxta ſermonem domini: caſtrametati
ſunt in Raphidim: vbi non erat aqua ad bi-
bendum populo. Qui iurgatus contra moyſen: ait: Da
nobis aquam: vt bibamus. Quibus reſpondit Moyſes
Quid iurgamini contra me? Cur tentatis dominum?
Sitiuit ergo ibi populus pꝛe aque penuria: et murmu-
B rauit cōtra Moyſen: dicens: Cur feciſti nos exire de E
gypto: vt occideres nos: et liberos noſtros: ac iumenta
ſiti? Clamauit autē Moyſes ad dominū: dicens: Quid
faciam populo huic? adhuc paululum: et lapidabit me.
Et ait dominus ad Moyſen: Antecede populum: et ſu
me tecum de ſenioꝛibus Iſrael: et virgam qua percuſſi
nū. 26. b. ſti fluuium: tolle in manu tua: et vade: en ego ſtabo corā
Pſ. 20. te ibi ſupꝛa petram Oꝛeb: percutieſqꝫ petrā: et exibit ex
1. Co. 10. a ea aqua: vt bibat populus. Fecit Moyſes ita corā ſenio
C ribus Iſrael. Et vocauit nomē loci illius tentationem
⁊ iurgiū: pꝛopter iurgiū filioꝝ Iſrael: ⁊ qꝛ tentauerunt
dominum: dicentes: Eſt ne dominus in nobis: an non?
Venit aūt Amalech: ⁊ pugnabat contra Iſrael in Ra-
phidim. Dixitqꝫ moyſes ad Ioſue: Elige viros: ⁊ egreſ
ſus pugna cōtra Amalech cras. Ego ſtabo ī vertice col-
lis: habēs virgā dei in manu mea. Fecit Ioſue vt locutꝰ
erat moyſes: ⁊ pugnauit cōtra Amalech. Moyſes aūt:
⁊ Aaron: ⁊ Hur aſcēderūt ſuper verticē collis. Cūqꝫ le
uaret Moyſes manus: vincebat Iſrael: ſin aūt paululū
remiſiſſet: ſupabat Amalech. Manus aūt moyſi erant
D graues. Sumētes igitur lapidē: poſuerunt ſubter eum
in q̄ ſedit. Aaron aūt ⁊ Hur ſuſtentabāt manus eius ex
vtraqꝫ parte. Et factum eſt: vt manus ipſius nō laſſarē
tur: vſqꝫ ad occaſum ſolis. Fugauitqꝫ Ioſue Amalech:
⁊ populū eius in oꝛe gladij. Dixit aūt dominꝰ ad Moy
ſen: Scribe hoc ob monimentū in libꝛo: ⁊ trade auribꝰ
Ioſue. Delebo enim memoꝛiam Amalech de ſub celo.

Aedificauitqꝫ Moyſes altare: et vocauit nomen eius:
dominꝰ exultatio mea: dicens: Quia manus ſolius do-
mini: et bellum dei erit contra Amalech: a generatione
in generationem. XVIII.
Cumqꝫ audiſſet Iethꝛo ſacerdos Madiā co A
gnatus Moyſi: omnia que fecerat dominus Heb. ſocer
Moyſi: et Iſrael populo ſuo: et ꝙ eduxiſſet
dominus Iſrael de Aegypto: tulit Sephoꝛā
vxorem Moyſi: quā remiſerat: et duos filios eius: quo-
rum vnus vocabatur Gerſom: dicente patre: Aduena supra. 2. b
fui in terra aliena: alter vero Eliezer. Deus enim: ait:
patris mei adiutoꝛ meus: ⁊ eruit me de gladio Phara
onis. Venit ergo Iethꝛo cognatus Moyſi et filij eiꝰ et
vxoꝛ eius ad Moyſen in deſertū: vbi erat caſtrametatꝰ
iuxta montē dei: et mandauit Moyſi: dicens: Ego Ie-
thꝛo cognatus tuus venio ad te: et vxoꝛ tua: et duo filij
tui cū ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui: adoꝛa-
uit: et oſculatus eſt eū. Salutaueruntqꝫ ſe mutuo verbꝭ B
pacificis. Cumqꝫ intraſſet tabernaculū: narrauit moy-
ſes cognato ſuo cuncta que fecerat dominꝰ Pharaoni
et Aegyptijs propter Iſrael: vniuerſumqꝫ laboꝛē qui ac
cidiſſet eis in itinere: ⁊ ꝙ liberauerat eos dominus. Le
tatuſqꝫ eſt Iethꝛo ſuper omnibus bonis: que fecerat do
minus Iſraeli: eo ꝙ eruiſſet eū de manu Aegyptioꝝ. Et
ait: Benedictus dominus qui liberauit vos de manu E-
gyptioꝝ: et de manu Pharaonis: qui eruit populū ſuū
de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus domi-
nus ſup oēs deos: eo ꝙ ſupbe egerit cōtra illos. Obtulit
ergo Iethꝛo cognatus Moyſi holocauſta et hoſtias do
mino. Veneruntqꝫ Aaron et omnes ſenioꝛes filioꝝ Iſ
rael: vt comederent panem cum eo coꝛam domino. Al- C
tera autē die ſedit Moyſes vt iudicaret populum: qui
aſſiſtebat Moyſi a mane vſqꝫ ad veſperam. Quod cum
vidiſſet cognatus eius omnia ſcilicet que agebat in po-
pulo: ait: Quid eſt qd̄ facis in plebe? Cur ſolus ſedes:
⁊ omnis populus pꝛeſtolatur de mane vſqꝫ ad veſperā?
Cui reſpondit Moyſes: Venit ad me populus querēs
ſententiā dei. Cumqꝫ acciderit eis aliqua diſceptatio: ve
niunt ad me vt iudicē inter eos: ⁊ oſtendā pꝛecepta dei: Deut. 1. b.
et leges eius. At ille: Nō bonā: inquit: rem facis: Stul
to laboꝛe conſumeris ⁊ tu: et populus iſte qui tecum eſt
Vltra vires tuas eſt negocium. Solus illud non pote
ris ſuſtinere: ſed audi verba mea atqꝫ conſilia: et erit do
minus tecum. Eſto tu populo in his que ad deum per-
tinent: vt referas que dicuntur ad eum: oſtendaſqꝫ po-
pulo ceremonias et ritum colendi: viamqꝫ per quam in D
gredi debeāt: ⁊ opus quod facere debeāt. Pꝛouide au-
tem de omni plebe viros ſapientes ⁊ timentes deum: in
quibus ſit veritas: ⁊ qui oderint auaritiam: et conſtitue
ex eis tribunos et centuriones: et quinquagenarios: et
decanos: qui iudicent populum omni tempoꝛe. Quid-
quid autem maius fuerit: referant ad te: et ipſi minoꝛa
tantūmodo iudicent: leuiuſqꝫ ſit tibi: partito in alios o
nere. Si hoc feceris: implebis imperium domini: et pꝛe
cepta eius poteris ſuſtentare: et omnis hic populus re-
uertetur ad loca ſua cum pace. Quibus auditis Moy-
ſes fecit omnia que ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrē
nuis de cuncto Iſrael: cōſtituit eos pꝛincipes populi tri
bunos: ⁊ centuriones: ⁊ quinquagenarios: ⁊ decanos: q̄
iudicabāt plebē domini omni tempoꝛe. Quicqd̄ autem
grauius erat: referebāt ad eum: faciliora tātūmodo iu
dicantes. Dimiſitqꝫ cognatum ſuum: qui reuerſus abijt
in terram ſuam. XIX.
Menſe tertio egreſſiōis filioꝝ iſrael de terra E- A
gypti: ī die hac venerūt ī ſolitudinē ſinai. Nā
pfecti de Raphidim: ⁊ puenientes vſqꝫ in deſer
tū ſinai: caſtrametati ſunt ī eodē loco: ibiqꝫ Iſ
rael fixit tentoꝛia e regiōe mōtꝭ. Moyſes aūt aſcendit in
montē ad deū. Vocauitqꝫ eum dn̄s de mōte: ⁊ ait: Hec
dices domui Iacob: et annūciabis filijs Iſrael: Vos ipſi

vidiſtis que fecerim Aegyptijs: quomodo portauerim
vos ſuper alas aquilarũ: 7 aſſumpſerim mihi. Si ergo
Audiẽdo audieritis *audieritis vocem meam: 7 cuſtodieritis pactum meũ:
eritis mihi in peculiũ de cũctis populis. Mea eſt enim
1. Pe. 2. b omnis terra: et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale:
7 gẽs ſancta. Hec ſunt v̾ba q̃ loqueris ad filios Iſrael.
Venit Moyſes: et cõuocatis maioribus natu populis:
expoſuit omnes ſermones quos mãdauerat dominus.
Reſponditqꝫ oĩs populus ſimul: Cuncta que locutus
eſt dominus: faciemus. Cumqꝫ retuliſſet Moyſes ver-
ba populi ad dominũ: ait ei dominus: Iam nunc veniã
ad te in caligine nubis: vt audiat me populus loquẽtem
B ad te: 7 credat tibi in perpetuũ. Nunciauit ergo Moy
Infra. 24. a ſes verba populi ad dominũ. Qui dixit ei: Vade ad po-
pulum: 7 ſanctifica illos hodie 7 cras: lauentqꝫ veſtimẽ
ta ſua: 7 ſint parati in diem tertium. In die enim tertia
deſcẽdet dominus coram omni plebe ſuper mõtem Si-
nai. Cõſtitueſqꝫ terminos populo per circuitũ: et di-
ces ad eos: Cauete ne aſcendatis in montem: nec tanga
tis fines illius. Omnis qui tetigerit montem: morte mo
Lapidãdo lapidabitur. rietur. Manus non tanget eum: ſed * lapidibus oppri
metur: aut cõfodietur iaculis. Siue iumentum fuerit:
ſiue homo: non viuet. Cum coeperit clangere buccina:
C tunc aſcendant in mõtem. Deſcenditqꝫ Moyſes de mõ
Heb. 21. b. te ad populum: et ſanctificauit eũ. Cũqꝫ lauiſſent veſti-
menta ſua: ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium: et
ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iamqꝫ aduenerat
tertius dies: 7 mane inclaruerat. Et ecce coeperunt au
diri tonitrua: ac micare fulgura: 7 nubes dẽſiſſima ope
rire montem. Clangorqꝫ buccine fortis nimis vehemẽ
tius perſtrepebat: 7 timuit populus qui erat in caſtris.
Cumqꝫ eduxiſſet eos Moyſes in occurſum dei de loco
caſtrorum: ſteterunt ad radices montis. Totus autem
Fum⁹ fornacis. mõs Sinai fumabat: eo ꝙ deſcendiſſet dominus deus
ſuper eum in igne: 7 aſcẽderet fumus ex eo quaſi * de for
D nace. Eratqꝫ oĩs mõs terribilis nimis: 7 ſonit⁹ buccine
paulatim creſcebat in maius: 7 prolixius tẽdebat. Moy-
Heb. reſpõdebat ei voce. ſes loquebat: 7 dominus * reſpondebat ei. Deſcenditqꝫ
dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice:
et vocauit Moyſen in cacumen eius. Quo cum aſcen-
diſſet: dixit ad eum: Deſcẽde 7 conteſtare populum: ne
forte velit trãſcẽdere terminos ad videndũ dominum: 7
pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes q̃qꝫ qui
accedunt ad dominum: ſanctificẽtur: ne percutiat eos.
Dixitqꝫ Moyſes ad dominum: Non poterit vulgus
aſcendere in montem Sinai: tu enim teſtificatus es: et
iuſſiſti: dicens: Pone terminos circa montem: 7 ſancti
fica illum. Cui ait dominus: Vade: deſcende: aſcẽdeſqꝫ
tu 7 Aaron tecum. Sacerdotes autem et populus non
tranſeant terminos: nec aſcendant ad dominum: ne for
te interficiat illos. Deſcenditqꝫ Moyſes ad populum:
oĩa ſupeſt. 7 * omnia narrauit eis. XX.

A LOcutuſqꝫ eſt dominus cũctos ſermones hos
dicens: Ego ſum dñs de⁹ tuus: q̃ eduxi te de
terra Aegypti de domo ſeruitutis. Nõ habe
bis deos alienos corã me. Nõ facies tibi ſcul
ptile: neqꝫ oẽm ſimilitudinẽ: que eſt in celo deſup: 7 que
in terra deorſum: nec eorũ que ſunt in aq̃s ſub terra. Nõ
adorabis ea: neqꝫ coles. Quia ego ſum dñs de⁹ tuus for
B tis zelotes: viſitãs iniquitatẽ patrũ in filios: in tertiã et
quartã generationẽ eorũ q̃ oderũt me: 7 faciẽs miſericor
diam in milia his qui diligũt me: 7 cuſtodiunt precepta
mea. Non aſſumes nomen domini dei tui in vanũ. Nec
enim habebit inſontem dominus eum: qui aſſumpſerit
nomen domini dei ſui fruſtra. Memento vt diẽ ſabbati
C ſanctifices. Sex diebus operaberis: et facies oĩa opera
tua. Septimo aũt die ſabbatũ domini dei tui eſt. Nõ fa
cies omne opus in eo: tu 7 filius tuus: 7 filia tua: ſeruus
tuus et ancilla tua: iumentũ tuũ 7 aduena: qui eſt intra
portas tuas. Sex enim diebus fecit deus celum 7 terrã
7 mare: 7 omnia que in eis ſunt. Et requieuit die ſepti-
mo. Idcirco benedixit dominus diei ſabbati: 7 ſanctifi-
cauit eũ. Honora patrẽ tuum 7 matrem tuam: vt ſis lõ
geuus ſuper terrã: quã dominus deus tuus dabit tibi.
Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies.
Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimo
nium. Non concupiſces domum proximi tui. Nec de-
ſyderabis vxorem eius: non ſeruum: non ancillam: non
bouem: non aſinum: nec omnia que illius ſunt. Cũctus
autem populus videbat voces et lampades: et ſonitum
buccine: montemqꝫ fumantem: et perterriti ac pauore
concuſſi: ſteterunt procul dicẽtes Moyſi: Loquere tu
nobis: 7 audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne
forte moriamur. Et ait Moyſes ad populum: Nolite
timere. Vt enim probaret vos venit deus: 7 vt terror il
lius eſſet in vobis: et non peccaretis. Stetitqꝫ populus D
de longe. Moyſes autem acceſſit ad caliginem: in qua
erat deus. Dixitqꝫ preterea domin⁹ ad Moyſen: Hec
dices filijs Iſrael: Vos vidiſtis: ꝙ de celo locutus ſim
vobis: Non facietis deos argenteos: nec deos aureos fa
cietis vobis. Altare de terra facietis mihi: 7 offeretis ſu
per eo holocauſta 7 pacifica veſtra: oues veſtras 7 boues
in omni loco: in quo * memoria fuerit nominis mei. Ve Heb. Recordari fecero.
niam ad te: et benedicam tibi. Quod ſi altare lapideum
feceris mihi: non edificabis illud de ſectis lapidibus. Deu. 27 a.
Si enim leuaueris cultrum ſuper eo: polluetur. Non Joſue. 8. f
aſcendes per gradus ad altare meum: ne reueletur tur
pitudo tua. XXI.

A HAec ſunt iudicia: que propones eis. Si eme-
ris ſeruum Hebreum: ſex annis ſeruiet tibi. Deu. 15. c
In ſeptimo egredietur liber gratis. * Cum Iere. 34. e
quali veſte intrauerit: cum tali exeat. Si ha- Heb. ſi ſingularis ingreſſus eſt ſingularis et exeat.
bẽs vxorem: 7 vxor egredietur ſimul. Si aũt dominus
dederit illi vxorem: 7 pepererit filios vel filias: mulier 7
liberi eius erunt domini ſui: ipſe vero exibit ſingularis
cũ veſtitu ſuo. Quod ſi dixerit ſeru⁹: Diligo dominum
meum: vxorem ac liberos: non egrediar liber: offerat eũ
dominus * dijs: 7 applicabitur ad oſtium 7 poſtes: per- Id eſt: iudicibus.
forabitqꝫ aurem eius ſubula: et erit ei ſeruus in ſeculũ.
Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam: non egre-
dietur: ſicut ancille exire conſueuerunt. Si diſplicuerit
oculis domini ſui: cui tradita fuerit: dimittet eã: popu-
lo autem alieno vẽdendi non habebit poteſtatem: ſi ſpre
uerit eã. Si autem filio ſuo deſponderit eam: iuxta mo B
rem filiarum faciet illi: ꝙ ſi alteram ei acceperit: proui- Leu. 24. b
debit puelle nuptias: 7 veſtimẽta: et precium pudicitie
non negabit. Si tria iſta non fecerit: egredietur gratis
abſqꝫ pecunia. * Qui percuſſerit hominem volens occi- Heb. percutiẽs hominem vt moriatur: morte moriatur.
dere: morte moriatur. Qui autem nõ eſt inſidiatus: ſed
deus illum tradidit in manus eius: conſtituam tibi lo-
cum: in quo fugere debeat. Si quis per induſtriã occide
rit proximũ ſuum: 7 per inſidias: ab altari meo auelles
eũ: vt moriatur. Qui percuſſerit patrem ſuũ aut matrẽ Leui. 20 d
morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo vel matri: puer. 20 c
morte moriat. Qui furatus fuerit hoĩem: 7 vendiderit Mat. 7. b.
eũ: * cõuictus noxe: morte moriat. Si rixati fuerint viri
7 percuſſerit alter proximũ ſuum lapide vel pugno: et il Heb. Et repertus fuerit in manu eius.
le mortuus non fuerit: ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexe-
rit: 7 ambulauerit foris ſuper baculum ſuum: innocens
erit qui ꝑcuſſerit: ita tamen vt operas eius 7 impenſas C
ĩ medicos reſtituat. Qui ꝑcuſſerit ſeruũ ſuũ vel ancillã
virga: 7 mortui fuerint in manibus eius: criminis reus
erit. Si aũt vno die vel duobus ſuperuixerit: nõ ſubia-
cebit poene: quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint vi- Leui. 24 c
ri: 7 percuſſerit quis mulierẽ pregnantem: et aborti- deute. 19. d
uum quidem fecerit: ſed ipſa vixerit: ſubiacebit damno: Marci. 5 d
quantum maritus mulieris expetierit: 7 arbitri iudica
uerint. Si aũt mors eius fuerit ſubſecuta: reddet ani-
mam pro anima: oculum pro oculo: dentẽ pro dẽte: ma
num pro manu: pedem pro pede: aduſtionẽ pro aduſtio

ne: vulnus pro vulnere: liuorem pro liuore. Si percuſſe
rit quiſpiam oculum ſerui ſui aut ancillę: et luſcos eos
fecerit: dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Den
tem quoqꝫ ſi excuſſerit ſeruo vel ancillę ſuę: ſimiliter di-
mittet eos liberos pro dēte ſuo. Si bos cornu ꝑcuſſerit
virū aut mulierē: ⁊ mortui fuerint: lapidibꝰ obruetur: ⁊
nō comedent carnes eiꝰ: dominꝰ quoqꝫ bouis innocens
erit. Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri ⁊ nudiuſter-
tius: ⁊ conteſtati ſunt dominum eius: nec recluſerit eū:
occideritqꝫ virū aut mulierē: ⁊ bos lapidibꝰ obruetur:
D ⁊ dominum illius occident. Quod ſi precium fuerit ei
impoſitum: dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtu-
latus. Filium quoqꝫ et filiam ſi cornu percuſſerit: ſimili
ſententię ſubiacebit. Si ſeruum ancillāqꝫ inuaſerit: tri-
ginta ſiclos argēti domino dabit: bos vero lapidibꝰ op-
primetur. Si quis aperuerit ciſternam: ⁊ foderit: et nō
operuerit eā: cecideritqꝫ bos aut aſinus in eam: reddet
dominus ciſternę precium iumentorum: quod aūt mor
tuum eſt: ipſius erit. Si bos alienus bouē alterius vul-
nerauerit: ⁊ ille mortuus fuerit: vēdent bouem viuum:
et diuident precium: cadauer aūt mortui inter ſe diſper
tient. Si autem ſciebat: ꝙ bos cornupeta eſſet ab heri ⁊
nudiuſtertius: et non cuſtodiuit eum dn̄s ſuus: reddet
bouē pro boue: ⁊ cadauer integrū accipiet. XXII.

A SI quis furatus fuerit bouem aut ouem: ⁊ oc-
ciderit vel vendiderit: quinqꝫ boues pro vno
boue reſtituet: et quatuor oues pro vna oue.
Si effringens fur domum ſiue ſuffodiēs fue
rit inuentus: ⁊ accepto vulnere mortuus fuerit: percuſ
ſor non erit reus ſanguinis. Quod ſi orto ſole hoc fece-
rit: * homicidium perpetrauit: * et ipſe morietur. Si
non habuerit quod pro furto reddat: ipſe venundabi-
tur. Si inuentum fuerit apud eum: quod furatus eſt vi
uens: ſiue bos: ſiue aſinus: ſiue ouis: duplum reſtituet.
Si leſerit quiſpiam agrum vel vineam: et dimiſerit iu-
mentum ſuum: vt depaſcatur aliena: quicquid optimū
habuerit in agro ſuo vel in vinea: pro damni ęſtimatio-
ne reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas: et com
prehēderit aceruos frugū: ſiue ſtantes ſegetes in agris:
B reddet damnum qui ignem ſuccenderit. Si quis com-
mendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam: et
ab eo qui ſuſceperat: furto ablata fuerint: ſi inuenit̄ fur:
duplū reddet: ſi latet fur: dn̄s domꝰ applicabit̄ ad deos
at iurabit: ꝙ nō extēderit manū ī rē ꝓximi ſui: * ad per-
petrādam fraudē: tā in boue ꝙ̄ ī aſino: ⁊ oue: ac veſtimē-
to: ⁊ quicq̄d damnū īferre poteſt. Ad deos vtriuſqꝫ cau-
ſa perueniet: et ſi illi iudicauerint: duplū reſtituet proxi
mo ſuo. Si quis cōmendauerint ꝓximo ſuo bouem: aſi
num: ouem: ⁊ omne iumētum ad cuſtodiam: ⁊ mortuū
fuerit: aut debilitatum: vel captū ab hoſtibus: nulluſqꝫ
hoc viderit: iuſiurandum erit in medio: ꝙ non exten-
derit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietqꝫ dominus
iuramentum: et ille reddere nō cogetur. Quod ſi furto
ablatum fuerit: reſtituet damnum domino. Si come-
ſtum a beſtia: deferat ad eum quod occiſum eſt: ⁊ nō re-
ſtituet. Qui a proximo ſuo quicquid horum mutuo po
ſtulauerit: et debilitatum aut mortuum fuerit: domino
non preſente: reddere compelletur. Quod ſi impreſen-
tiarum dominus fuerit: non reſtituet: maxime ſi condu
ctum venerat pro mercede operꝫ ſui. Si ſeduxerit quis
virginem: necdum deſponſatam: dormieritqꝫ cum ea:
C dotabit eam: et habebit eam vxorem. Si pater virginis
dare noluerit: reddet pecuniā iuxta modum dotis: quā
virgines accipere conſueuerunt. Maleficos non patie
ris viuere. Qui coierit cum iumento: morte moriatur.
Qui īmolat dijs: occidetur: preterꝙ̄ domino ſoli. Ad-
uenam non contriſtabis: neqꝫ affliges eum. Aduenę em̄
⁊ ipſi fuiſtis in terra Aegypti. Viduę ⁊ pupillo non no-
cebitis: ſi leſeritis eos: vociferabuntur ad me: ⁊ ego au-
D diam clamorem eorū: ⁊ indignabitur furor meus: per-

Heb. ſanguis ſuper eum. Ipſe morietur: ſup eſt.

Heb. Sup q̄libet re iniqua: ſuper boue: ſup aſino: ſup oue: ſuper veſte: ſup q̄libet dāno: q̄ dicitur: h eſt ille (reus ſcilicet) ad iudices ꝑueniet cauſa amborū: et quēcūqꝫ illi damnauerint: duplū reſtituet ꝓximo ſuo.

Luce. 6. c.

ſup. 21. c. leui. 19. g. zacha. 7. c

cutiamqꝫ vos gladio: ⁊ erunt vxores veſtrę viduę: ⁊ filij
veſtri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo
meo pauperi: qui habitat tecum: non vrgebis eum qua-
ſi exactor: nec vſuris opprimes. Si pignus a proximo
tuo acceperis veſtimentum: ante ſolis occaſum reddes
ei. Ipſum enim eſt ſolum: quo operitur indumentum
carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat. Si clama-
uerit ad me: exaudiam eū: quia miſericors ſum. * Dijs
non detrahes: et principi populi tui non maledices. De
cimas ⁊ primitias tuas non tardabis offerre: primoge-
nitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoqꝫ et
ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cum matre
ſua: die octaua reddes illū mihi. Viri ſancti eritis mihi.
Carnē quę a beſtijs fuerit preguſtata: non comedetis:
ſed proijcietis canibus. XXIII.

NOn ſuſcipias vocem mēdacij: nec iunges ma A
num tuam: vt pro impio dicas falſum teſti-
monium. Non ſequeris turbam ad facien-
dum malum: nec in iudicio plurimorum ac-
quieſces ſentētię: vt a vero deuies. Pauperis quoqꝫ nō
misereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui:
aut aſino errāti: reduc ad eum. Si videris aſinum odi-
entis te iacere ſub onere: * non pertranſibis: ſed ſuble-
uabis cum eo. Non declinabis in iudicium pauperis.
Mēdacium fugies. Inſontem et iuſtum non occides:
quia auerſor impium. Nec accipies munera: quia mu-
nera excęcāt prudentes: et ſubuertunt verba iuſtorum.
Peregrino moleſtus nō eris. Scitis enim aduenarum
animas: quia et ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti. B
Sex annis ſeminabis terram tuam: ⁊ congregabis fru
ges eius. Anno aūt ſeptimo dimittes eam: et requieſce-
re facies: vt comedant pauperes populi tui: ⁊ quicquid
reliquum fuerit: edant beſtię agri. Ita facies in vinea:
⁊ in olineto tuo. Sex diebus operaberis: ſeptima die ceſ
ſabis: vt requieſcat bos ⁊ aſinus tuus: ⁊ refrigeretur fi-
lius ancillę tuę: ⁊ aduena. Omnia quę dixi vobis: cuſto-
dite: * ⁊ per nomen externorum deorum non iurabitis:
neqꝫ audietur ex ore veſtro. Tribus vicibus per ſingu-
los annos mihi feſta celebrabitis. Solennitatem quoqꝫ
azymorum cuſtodias. Septem diebꝰ comedes azyma:
ſicut precepi tibi tempore menſis nouorū: quādo egreſ-
ſus es de Aegypto. Non apparebis in cōſpectu meo va
cuus. Et ſolennitatem menſis primitiuorū operis tui:
quęcūqꝫ ſeminaueris ī agro. Solennitatē quoqꝫ in exi C
tu anni: quādo cōgregaueris oēs fruges tuas de agro.
Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram
domino deo tuo. Non immolabis ſuper fermento ſan-
guinem victimę * tuę: nec remanebit adeps ſolēnitatis
meę vſqꝫ mane. Primitias frugū terrę tuę deferes in
domū domini dei tui. Nō coques hoedū ī lacte matris
ſuę. Ecce ego mittā angelum meū: qui precedat te: ⁊ cu
ſtodiat in via: et introducat in locū: quē preparaui tibi.
Obſerua eū: ⁊ audi vocē eius: nec contemnendū putes:
quia nō dimittet cū peccaueris: ⁊ eſt nomen meū in illo.
Quod ſi audieris vocē eius: ⁊ feceris om̄ia quę loquor:
inimicus ero inimicis tuis: ⁊ affligam affligētes te: prę
cedetqꝫ te angelus meus: ⁊ introducet te ad Amorręū:
⁊ Ethęū: ⁊ Pherezęū: Chananęūqꝫ: ⁊ Euęū: et Iebu-
ſęum: quos ego conteram. Non adorabis deos eorum:
neqꝫ coles eos. Non facies opera eorū: ſed deſtrues eos:
⁊ cōfrīgēdo cōfrīges ſtatuas eorū. Seruietiſqꝫ dn̄o deo D
veſtro: vt bn̄dicā panibꝰ tuis: ⁊ aq̄s: ⁊ auferā īfirmitatē
de medio tui. Nō erit infoecunda: nec ſterilis terra tua.
Numerū dierū tuorū implebo. Terrorē meū mittam in
precurſum tuū: et occidam oēm populum: ad quem in-
gredieris: cunctorumqꝫ inimicorū tuorū corā te terga
vertā: emittēs ſcabrones prius: qui fugabunt Euęū: et
Chananęū: ⁊ Ethęū: anteꝙ̄ introeas. Nō eijciam eos
a facie tua anno vno: ne terra in ſolitudinē redigatur: ⁊
creſcāt cōtra te beſtię. Paulatim expellam eos de con-

actu. 23. a

Leu. 22. b. Eze. 44. b

Dan. 13. f. deut. 16. d. eccl. 20. d. Heb. ceſſaturuſqꝫ (aliqui) fueris a ſubleuādo eum ſubleuans ſubleuabis (ſcilicet onus cū eo)

Et noīa aliorū deorū ne reduxeritis in memoriā. ſup. 12. b. īfra. 34. d. deute. 16 d eccle. 14 a

heb. meae

īfra. 34. g deut. 24 d

īfra. 32. g.

Deu. 7. c.

ſpectu tuo: donec augearis ⁊ poſſideas terrã. Ponam
autem terminos tuos a mari rubro vſqꝫ ad mare Pa-
leſtinorum: ⁊ a deſerto vſqꝫ ad fluuiũ. Quia tradam in
manibus veſtris habitatores terrę: ⁊ eijciam eos de cõ-
Deu. 7.g ſpectu veſtro. Non inibis cum eis foedus: nec cum dijs
eorum. Non habitent in terra tua: ne forte peccare te fa
ciant in me: ſi ſeruieris dijs eorum: quod tibi certe erit
in ſcandalum.
XXIIII.

A MOyſi quoqꝫ dixit: Aſcende ad dominum tu ⁊
Aaron: Nadab ⁊ Abihu: ⁊ ſeptuaginta ſenes
ex Iſrael: ⁊ adorabitis ꝓcul. Soluſqꝫ Moy
ſes aſcendet ad dominum: ⁊ illi nõ appropin-
quabunt: nec populus aſcẽdet cũ eo. Venit ergo Moy
ſes: et narrauit plebi omnia verba domini: atqꝫ iudicia.
Reſpõditqꝫ cũctus popul⁹ vna voce: Oĩa ṽba dñi: quę
ſupra.9.b. locut⁹ eſt faciem⁹. Scripſit aũt Moyſes vniuerſos ſer
infra eodẽ mones dñi: et mane cõſurgens ędificauit altare dño ad
B radices mõtis: et duodecim titulos ꝑ duodecim tribus
Iſrael. Miſitqꝫ iuuenes de filijs Iſrael: ⁊ obtulerũt ho
locauſta: imolauerũtqꝫ victimas pacificas domino vitu
Duodecĩ los * duodecim. Tulit itaqꝫ Moyſes dimidiã partem
non eſt in ſanguinis: et miſit in crateras: partem autem reſiduam
hebraeo. fudit ſuper altare. Aſſumenſqꝫ volumen foederis: legit
audiente populo. Qui dixerunt: Omnia quę locutus
eſt dominus faciemus: ⁊ erimus obedientes. Ille vero
Sup.eodẽ ſumptum ſanguinem reſperſit ĩ populum. Et ait: Hic
eſt ſanguis foederis: quod pepigit dominus vobiſcum
C ſuper cunctis ſermonibus his. Aſcẽderuntqꝫ Moyſes
⁊ Aaron: Nadab ⁊ Abihu: ⁊ ſeptuaginta de ſenioribus
Heb. 9. c. Iſrael: ⁊ viderunt deũ Iſrael. Sub pedib⁹ ei⁹ quaſi op⁹
Heb. Ma- lapidis Saphyrini: ⁊ quaſi cęlũ cum ſerenũ eſt. Nec ſu-
gnates de per* eos qui procul receſſerãt de filijs Iſrael: miſit ma-
filiis iſra- num ſuam. Videruntqꝫ deũ: ⁊ comederũt: ac biberunt.
el: ego ma Dixit autem dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in
lim: ſuper montẽ: ⁊ eſto ibi: daboqꝫ tibi tabulas lapideas: ⁊ legẽ ac
eos q̃ pro- mandata q̃ ſcripſi: * vt doceas filios iſrael. Surrexerũt
pius acceſ Moyſes et Ioſue miniſter eius: aſcẽdẽſqꝫ Moyſes in
ſerant. montẽ dei: ſeniorib⁹ ait: Expectate hic: donec reuerta-
Hebra. ad mur ad vos. Habetis Aaron ⁊ Hur vobiſcũ: ſi quid na
abiiciẽdũ tum fuerit queſtionis: referetis ad eos. Cũqꝫ aſcendiſ-
eos: id eſt: ſet Moyſes: operuit nubes mõtem: et habitauit gloria
vt cognito domini ſuper Sinai: tegẽs illũ nube ſex dieb⁹. Septĩo
ꝑ legẽ pecõ aũt die vocauit eũ dñs de medio caliginis. Erat aũt ſpe
ſciant ſe eſ cies glorię domini: quaſi ignis ardẽs ſuꝑ verticẽ mõtis
ſe abiectoſ in conſpectu filioꝝ Iſrael. Ingreſſuſqꝫ Moyſes mediũ
pecõres: ſo nebulę: aſcẽdit in montẽ. Et fuit ibi quadraginta dieb⁹
la gratia ⁊ quadraginta noctibus.
ꝑ fidẽ iuſti
ficandos.
D
Infra.35.d.
XXV.

A LOcutuſqꝫ eſt dñs ad Moyſen: dicẽs: Loque
heb. obla- re filijs Iſrael: vt tollant mihi * primitias: ab
tionem. omi hoĩe q̃ offeret vltroneus: accipietis eas.
Hęc ſunt aũt quę accipere debetis: aurũ ⁊ ar
gentum: ⁊ ęs: hyacinthũ ⁊ purpurã: coccũqꝫ bis tinctũ:
⁊ byſſum: ⁊ pilos capraꝝ: ⁊ pelles arietũ rubricatas: pel
leſqꝫ hyacinthinas: ⁊ ligna Sethim: oleũ ad luminaria
cõcinnãda: aromata ĩ vnguentũ: ⁊ thymiamata boni odo
ris: lapides onychinos: ⁊ gẽmas ad ornandũ Ephot: ac
B rationale. Faciẽtqꝫ mihi ſanctuariũ: ⁊ habitabo ĩ medio
heb. iuxta eoꝝ: * iuxta oẽm ſimilitudinẽ tabernaculi: qđ oſtẽdam
oĩa quae tibi: ⁊ oĩm vaſoꝝ in cultũ ei⁹. Sicqꝫ facietis illud: Arcã
oſtendero de lignis Sethim cõpĩgite: cui⁹ lõgitudo habeat duos
vbi ſimili- ⁊ ſemis cubitos: latitudo cubitũ ⁊ dimidiũ: altitudo cu
tudinẽ ſcꝫ bitũ ſimiliter ac ſemiſſem: ⁊ deaurabis eã auro mũdiſſi
tabernacu mo ĩtus ⁊ foris. Facieſqꝫ ſupra coronã aureã per circui-
li ⁊ ſimili- tum: quatuor circulos aureos: quos pones ꝑ quatuor
tudinẽ oĩꝫ arcę angulos. Duo circuli ſint in latere vno: ⁊ duo in al
vaſoꝝ eius tero. Facies quoqꝫ vectes de lignis Sethim: et operies
ſic facietis eos auro. Induceſqꝫ ꝑ circulos q̃ ſunt in arcę laterib⁹:
vt portẽt in eis: q̃ ſemꝑ erũt ĩ circulis: nec vnq̃ extrahen
tur ab eis. Poneſqꝫ ĩ arca teſtificationẽ: quã dabo tibi.
Facies ⁊ propitiatoriũ de auro mũdiſſimo. Duos cubi-

tos ⁊ dimidium tenebit lõgitudo ei⁹: ⁊ cubitũ ac ſemiſ
ſem latitudo. Duos q̃qꝫ cherubin aureos: et ꝓductiles
facies ex vtraqꝫ parte oraculi. Cherub vnus ſit ĩ latere
vno: ⁊ alter in altero. Vtrũqꝫ latus ꝓpitiatorij tegãt ex
pãdẽtes alas: ⁊ operiẽtes oraculũ: reſpiciãtqꝫ ſe mutuo
verſis vultib⁹ ĩ ꝓpitiatoriũ: quo operiẽda eſt arca: ĩ qua
pones teſtimoniũ quod dabo tibi. Inde pręcipiam: ⁊ lo
quar ad te ſupra propitiatoriũ ſcilicet: de mediõ duorũ
Cherubim: qui erunt ſuper arcam teſtimonij: cunctaqꝫ
mãdabo per te filijs Iſrael. Facies et menſam de lignis
Sethim habentẽ duos cubitos lõgitudinis: ⁊ in latitu C
dine cubitũ: ⁊ in altitudine cubitũ ac ſemiſſem: ⁊ inaura
bis eam auro puriſſimo. Facieſqꝫ illi labiũ aureũ per cir
cuitum: et ipſi labio coronã interraſilẽ altã quatuor di-
gitis: ⁊ ſuꝑ illã alterã coronã aureolã. Quatuor quoqꝫ
circulos aureos pręparabis: ⁊ pones eos in quatuor an
gulis eiuſdem menſę per ſingulos pedes eius. Subter
coronam erunt circuli: vt mittantur vectes per eos: et
poſſit menſa portari. Ipſos q̃qꝫ vectes facies de lignis
Sethim: ⁊ circumdabis auro ad ſubuehendam mẽſam.
* Parabis et acetabula: ac phialas: thuribula: et cya- montana.
thos: in quibus offerenda ſunt libamina ex auro puriſſi
mo: ⁊ pones ſuper menſam panes propoſitionis in con
ſpectu meo ſemper. Facies ⁊ candelabrum ductile de au
ro mundiſſimo: haſtile eius: et calamos: cyphos ⁊ ſphę-
rulas: ac lilia ex ipſo procedentia. Sex calami egredien
tur de laterib⁹: tres ex vno latere: ⁊ tres ex altero. Tres
cyphi quaſi in nucis modũ per calamos ſingulos: ſphę- D
rulęqꝫ ſimul: ⁊ lilia: ⁊ tres ſimiliter cyphi inſtar nucis in
calamo altero: ſphęrulęqꝫ ſimul et lilia. Hoc erit opus
ſex calamorũ: qui producendi ſunt de haſtili. In ipo aũt
candelabro erunt quatuor cyphi in nucis modum ſphę-
rulęqꝫ per ſingulos ⁊ lilia. Sphęrulę ſub duobus cala-
mis per tria loca: qui ſimul ſex fiunt procedentes de ha-
ſtili vno. Et ſphęrulę igitur ⁊ calami ex ipſo erunt: vni-
uerſa ductilia de auro puriſſimo. Facies ⁊ lucernas ſe-
ptem: ⁊ pones eas ſuper candelabrũ: vt luceãt ex aduer-
ſo. Emũctoria quoqꝫ ⁊ vbi quę emũcta ſunt extinguan-
tur: fiant de auro puriſſimo. Omne pondus candelabri
cũ vniuerſis vaſis ſuis habebit talẽtum auri puriſſimi.
Inſpice et fac ſecundum exemplar: quod tibi in monte Actu. 7.f.
monſtratum eſt.
XXVI.

TAbernaculũ vero ita fiet. Decẽ cortinas de A
byſſo retorta: et hyacintho: ac purpura: coc-
coqꝫ bis tincto: variatas opere plumario fa-
cies. Lõgitudo cortinę vni⁹ habebit viginti
octo cubitos: latitudo quatuor cubitorum erit. Vnius
mẽſurę fient vniuerſa tentoria. Quinqꝫ cortinę ſibi iun
gentur mutuo: ⁊ alię quinqꝫ nexu ſimili cohęrebũt. An-
ſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies
cortinarũ: vt poſſint inuicẽ copulari. Quinquagenas
anſulas cortina habebit in vtraqꝫ parte: ita inſertas: vt B
anſa cõtra anſam veniat: ⁊ altera alteri poſſit adaptari.
Facies ⁊ quinquaginta circulos aureos: quib⁹ cortina-
rum vela iungẽda ſunt: vt vnũ tabernaculũ fiat. Facies
⁊ ſaga cilicina vndecim: ad operiẽdũ tectũ tabernaculi.
Lõgitudo ſagi vni⁹ habebit trigĩta cubitos: ⁊ latitudo
quatuor. Aequa erit menſura ſagorum oĩm. E quibus
quinqꝫ iũges ſeorſum: ⁊ ſex ſibi mutuo copulabis: ita vt
ſextũ ſagum in fronte tecti duplices. Facies ⁊ quinqua-
ginta anſas in ora ſagi vni⁹: vt cõiungi cũ altero queat:
⁊ quinquaginta anſas in ora ſagi alterius: vt cum alte-
ro copuletur. Facies ⁊ quinquaginta fibulas ęneas: qui
bus iungantur anſę: vt vnũ ex omnib⁹ operimentũ fiat.
Quod aũt ſuꝑfuerit in ſagis: quę parantur tecto: id eſt
vnũ ſagũ quod amplius eſt: ex medietate ei⁹ operies ta-
bernaculi poſteriora: ⁊ cubitus ex vna parte pẽdebit: et
alter ex altera: q̃ plus eſt in ſagoꝝ longitudine vtrũqꝫ la
tus tabernaculi ꝓtegẽs. Facies ⁊ operimentũ aliud te-
cto de pellib⁹ arietũ rubricatis: ⁊ ſuꝑ hoc rurſum aliud

operimentū de hyacinthinis pellib⁹. Facies et tabulas stā
tes tabernaculi de lignis ſethim: q̄ ſingulę denos cubi-
D tos in lōgitudine habeāt: et in latitudine ſingulos ac ſe
miſſem. In laterib⁹ tabulę duę incaſtraturę fiēt: q̄bus
tabula alteri tabulę cōnectat: atqꝫ in hūc modū cunctę
tabulę parabuntur. Quarū viginti erunt in latere me-
ridiano: quod vergit ad auſtrum: quibus quadraginta
baſes argenteas fundes: vt binę baſes ſingulis tabulis
per duos angulos ſubijciantur. In latere quoqꝫ ſecun
do tabernaculi: quod vergit ad aquilonē: viginti tabu-
lę erunt: quadraginta habentes baſes argenteas. Binę
baſes ſingulis tabulis ſupponentur. Ad occidentalem
vero plagam tabernaculi facies ſex tabulas: et rurſum
alias duas: quę in angulis erigātur poſt tergum taber
E naculi. Eruntqꝫ ſibi coniunctę a deorſum vſqꝫ ſurſum:
et vna omnes compago retinebit. Duabus quoqꝫ tabu
lis quę in angulis ponendę ſunt: ſimilis iunctura ſerua
bitur. Et erunt ſimul tabulę octo: baſes earum argen-
teę ſedecim: duabus baſibus per vnam tabulam ſuppu-
F tatis. Facies ⁊ vectes de lignis Sethim quinqꝫ ad con-
tinendas tabulas in vno latere tabernaculi: et quinqꝫ
alias in altero: et eiuſdem numeri ad occidentalem pla
gam: qui mittentur per medias tabulas a ſummo vſqꝫ
ad ſummū. Ipſas quoqꝫ tabulas deaurabis: et fundes
in eis annulos aureos: per quos vectes tabulata conti-
neant: quos operies laminis aureis. Et eriges taber-
naculum iuxta exemplar: quod tibi in mōte monſtratū
eſt. Facies ⁊ velum de hyacintho ⁊ purpura: coccoqꝫ bis
tincto ⁊ byſſo retorta: opere plumario ⁊ pulchra varieta
te contextum: quod appendes ante quatuor columnas
de lignis Sethim: quę ipſę quidem deauratę erunt: et
habebūt capita aurea: et baſes argēteas. Inſeretur aūt
G velum per circulos: intra quod pones arcā teſtimonij:
quo ⁊ ſanctuariū et ſanctuarij ſanctuaria diuidentur.
Pones ⁊ propitiatoriū ſuper arcā teſtimonij in ſancta
ſanctorum: menſamqꝫ extra velum: ⁊ cōtra menſam can
delabrum in latere tabernaculi meridiano. Menſa em̄
ſtabit in parte aquilonis. Facies ⁊ tētorium in introitu
tabernaculi de hyacintho ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto
⁊ byſſo retorta opere plumario: ⁊ quinqꝫ columnas de-
aurabis lignorū Sethim: ante quas ducetur tentoriū:
quarum erunt capita aurea ⁊ baſes ęneę. XXVII.

A FAcies ⁊ altare de lignis Sethim: quod habe
bit quinqꝫ cubitos in lōgitudine: et totidem
in latitudine: id eſt quadrum: ⁊ tres cubitos
in altitudine. Cornua aūt per quatuor angu
los ex ipſo erunt: ⁊ operies illud ęre. Facieſqꝫ in vſus ei⁹
lebetes ad ſuſcipiendos cineres ⁊ forcipes atqꝫ fuſcinu-
las: ⁊ ignium receptacula. Omnia vaſa ex ęre fabrica-
bis. Craticulamqꝫ in modum retis ęneam: per cuius
quatuor angulos erunt quatuor annuli ęnei: quos po-
nes ſubter arulam altaris. Eritqꝫ craticula vſqꝫ ad alta
ris mediū. Facies ⁊ vectes altar[is] de lignis ſethim duos
quos operies laminis ęneis: ⁊ īduces ꝑ circulos: erūtqꝫ
B ex vtroqꝫ latere altaris ad portandum. Non ſolidum:
ſed inane ⁊ concauum intrinſecus facies illud: ſicut tibi
in monte monſtratū eſt. Facies ⁊ atrium tabernaculi: in
cuius auſtrali plaga cōtra meridiem erunt tentoria de
byſſo retorta. Centum cubitos vnum latus tenebit in lō
gitudine: et columnas viginti cū baſibus totidē ęneis:
quę capita cum cęlaturis ſuis habebunt argentea. Si-
militer ⁊ in latere aquilonis per longum erunt tentoria
cētum cubitorū: columnę viginti: ⁊ baſes ęneę eiuſdem
numeri: ⁊ capita earū cū cęlaturis ſuis argentea. In la
titudine vero atrij: quod reſpicit ad occidentē erūt ten
toria per quinquaginta cubitos: ⁊ columnę decem: ba-
C ſeſqꝫ totidem. In ea quoqꝫ atrij latitudine quę reſpicit
ad orientē: quinquaginta cubiti erunt: in quibus quin-
decim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur: co
lumnęqꝫ tres ⁊ baſes totidem: et in latere altero erunt

tētoria: cubitos obtinētia quindecim: colūnę tres ⁊ ba-
ſes totidem. In introitu vero atrij fiet tentorium cubi-
torum viginti ex hyacintho ⁊ purpura: coccoqꝫ bis tin-
cto: ⁊ byſſo retorta opere plumario. Colūnas habebit
quatuor: cum baſibus totidem. Omnes columnę atrij
per circuitum veſtitę erunt argenteis laminis: capiti-
bus argenteis: ⁊ baſibus ęneis. In longitudine occupa D
bit atriū cubitos centum: in latitudine quinquaginta:
altitudo quīqꝫ cubitorum erit. Fietqꝫ de byſſo retorta: ⁊ ha
bebit baſes ęneas. Cuncta vaſa tabernaculi in oēs vſus
⁊ ceremonias tā paxillos ei⁹ ꝙ atrij ex ęre facies. Prę- Leui.6.b.
cipe filijs Iſrael: vt afferāt tibi oleū de arborib⁹ oliuarū
puriſſimū: piloqꝫ cōtuſum: vt ardeat lucerna ſemꝑ in ta
bernaculo teſtimonij extra velum quod oppanſum eſt
teſtimonio: et collocabunt eā Aaron et filij eius: vt vſqꝫ
mane luceat corā domino. Perpetuus erit cultus per
ſucceſſiones eorum coram filijs Iſrael. XXVIII.

APplica quoqꝫ ad te Aaron fratrē tuum cū fi A
lijs ſuis de medio filiorū Iſrael: vt ſacerdotio
fungantur mihi Aaron Nadab ⁊ Abihu: E-
leazar ⁊ Ithamar filij Aaron: facieſqꝫ veſtem
ſanctam Aaron fratri tuo in gloriā ⁊ decorē. Et loque-
ris cūctis ſapiētibus corde: quos repleui ſpiritu prudē-
tię: vt faciāt veſtes Aaron fratri tuo in gloriā ⁊ decorē:
in quib⁹ ſanctificat⁹ miniſtret mihi. Hęc aūt erūt veſti-
mēta quę facient: Rationale ⁊ ſuphumerale: tunicā et li
neam ſtrictam: cidariū ⁊ baltheū. Faciēt fratri tuo Aa-
ron ⁊ filijs ei⁹ veſtimēta ſancta: vt ſacerdotio fungātur
mihi. Accipiētqꝫ aurū ⁊ hyacinthum ⁊ purpuram: coc-
cumqꝫ bis tinctū ⁊ byſſum. Facient autem ſuperhume-
rale de auro ⁊ hyacintho ⁊ purpura: coccoqꝫ bis tincto:
⁊ byſſo retorta opere polymito. Duas oras iunctas ha-
bebit in vtroqꝫ latere ſummitatum: vt in vnum redeāt.
Ipſa quoqꝫ textura ⁊ cuncta operis varietas erit ex au- B
ro ⁊ hyacintho ⁊ purpura coccoqꝫ bis tincto: ⁊ byſſo re-
torta. Sumeſqꝫ duos lapides onychynos: et ſculpes in
eis nomina filiorum Iſrael: ſex nomina in lapide vno: ⁊
ſex reliqua in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum.
Opere ſculptoris ⁊ cęlatura gemmarū: ſculpes eos no
minibus filiorū Iſrael: incluſos auro atqꝫ circundatos:
⁊ pones in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis: memoriale fi-
lijs Iſrael. Portabitqꝫ Aaron nomina eorū coram do- C
mino ſuper vtrunqꝫ humerum:* ob recordationem. Fa Heb. ī me
cies ⁊ vncinos ex auro: ⁊ duas catenulas auri puriſſimi moriale.
ſibijnuicem cohęrentes: quas inſeres vncinis. Rationa
le quoqꝫ iudicij facies opere polymito iuxta texturā ſu-
perhumeralis ex auro: hyacintho: et purpura: coccoqꝫ Sap.10.d
bis tincto: ⁊ byſſo retorta. Quadrangulum erit et du-
plex. Menſuram palmi habebit tam in longitudine ꝙ
in latitudine: poneſqꝫ in eo quatuor ordines lapidum.
In primo verſu erit lapis ſardius et topazius ⁊ ſmara-
gdus. In ſecūdo carbunculus: ſapphirus: ⁊ iaſpis. In
tertio liguri⁹: achates: ⁊ amethyſthus. In quarto chry D
ſolitus: onychinus: et berillus. Incluſi auro erunt per
ordines ſuos. Habebuntqꝫ nomina filiorum Iſrael.
Duodecim nominibus cęlabuntur ſinguli lapides no-
minibus ſingulorum per duodecim tribus. Facies in ra
tionali catenas ſibijnuicem cohęrentes ex auro puriſſi-
mo: ⁊ duos annulos aureos: quos pones in vtraqꝫ ratio
nalis ſummitate: catenaſqꝫ aureas iunges annulis: qui
ſunt in marginibus eius: et ipſarum catenarū extrema
duobus copulabis vncinis in vtroqꝫ latere ſuperhume-
ralis: quod ratiōale reſpicit. Facies et duos annulos au
reos: quos pones in ſummitatibus rationalis: ⁊ in oris E
quę e regione ſunt ſuperhumeralis: ⁊ poſteriora ei⁹ aſpi
ciunt: necnon ⁊ alios duos annulos aureos: qui ponēdi
ſunt in vtroqꝫ latere ſuperhumeralis deorſum: quod re-
ſpicit contra faciem iuncturę inferioris: vt aptari poſſit
cum ſuperhumerali: vt ſtringatur ratiōale annulis ſuis
cū annulis ſuphumeralis vitta hyacinthina: vt maneat

iunctura fabꝛefacta: ⁊ a ſe inuicem rationale ⁊ ſuperhu-
merale nequeant ſeparari. Poꝛtabitqꝫ Aaron nomina
filioꝛū Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuū: quā-
do ingredietur ſanctuariū memoꝛiale coꝛā domino in
eternum. Pones autem in ratiōali iudicij doctrinam
⁊ veritatem: que erunt in pectoꝛe Aaron: quando ingre
dietur coꝛā domino: et geſtabit iudicium filioꝛū Iſrael
in pectoꝛe ſuo in conſpectu domini ſemper. Facies ⁊ tu-
nicam ſuperhumeralis totam hyacinthinā: in cuius me
dio ſupꝛa erit capitium: et oꝛa per gyꝛum eius textilis:
ſicut fieri ſolet in extremis veſtiū partibus: ne facile rū-
F patur. Deoꝛſum vero ad pedes eiuſdem tunice per cir-
cuitum quaſi malapunica facies ex hyacintho: ⁊ purpu-
ra ⁊ cocco bis tincto ⁊ byſſo retoꝛta: mixtis ī medio tin-
tinnabulis: vt tintinabulum ſit aureū ⁊ malumpunicū:
eccl.45.b. rurſumqꝫ tintinabulum aliud aureū et malūpunicum.
Et veſtietur ea Aaron in officio miniſterij: vt audiatur
ſonitus: quādo ingredietur ⁊ egredietur ſanctuarium
in conſpectu domini: ⁊ nō moꝛiatur. Facies ⁊ laminam
de auro puriſſimo: ī qua ſculpes opere celatoꝛis ſanctū
dn̄o. Ligabiſqꝫ eā vitta hyacinthina: ⁊ erit ſup thyaram
imminens fronti pontificis. Poꝛtabitqꝫ Aaron iniqui
tates eoꝝ: que obtulerunt ⁊ ſanctificauerunt filij Iſrael
in cūctis muneribus ⁊ donarijs ſuis. Erit autem lami-
G na ſemper in fronte eius: vt placatus ſit ei dominus.
Stringeſqꝫ tunicam byſſo: et thyaram byſſinam facies
baltheum: opere plumarij. Poꝛro filijs Aaron tunicas
lineas parabis ⁊ baltheos ac thyaras in gloꝛiam ⁊ deco
rem: veſtieſqꝫ his oībus Aaron fratrem tuum ⁊ filios
eius cum eo. Et cunctoꝛum cōſecrabis manus: ſanctifi
cabiſqꝫ illos: vt ſacerdotio fungantur mihi. Facies ⁊ foe
minalia linea: vt operiant carnem turpitudinis ſue a re
nibus vſqꝫ ad foemoꝛa: vt vtentur eis Aaron ⁊ filij eius:
quādo ingrediētur tabernaculum teſtimonij: vel quā-
do appꝛopinquant ad altare vt miniſtrēt in ſanctuario:
ne iniquitatis rei moꝛiātur. Legitimū ſempiternū erit
Aaron: ⁊ ſemini eius poſt eum. XXXIX.

A SEd ⁊ hoc facies: vt mihi in ſacerdotio conſe-
crentur. Tolle vitulum de armento: et arie-
tes duos immaculatos: paneſqꝫ azymos: et
cruſtulam abſqꝫ fermento: que conſperſa ſint
oleo: lagena quoqꝫ azyma oleo lita. De ſimila triticea
cūcta facies: ⁊ poſita in caniſtro offeres: vitulum autem
⁊ duos arietes: ⁊ Aaron ac filios ei⁹ applicabis ad oſtiū
tabernaculi teſtimonij. Cumqꝫ laueris patrem cū filijs
ſuis aqua: indues Aaron veſtimentis ſuis: id eſt linea et
tunica ſuperhumerali et rationali: quod cōſtringes bal
theo: et pones Thyaram in capite eius: ⁊ laminam ſan
ctam ſuper Thyaram: ⁊ oleum vnctionis fundes ſuper
B caput eius: atqꝫ hoc ritu conſecrabitur. Filios quoqꝫ il-
lius applicabis: et īdues tunicis lineis: cīgeſqꝫ baltheo:
Aaron ſcilicet et liberos eius: et impones eis mitras:
eruntqꝫ ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam
initiaueris manus eoꝛum: applicabis ⁊ vitulum coꝛam
Leui.1.b. tabernaculo teſtimonij. Imponentqꝫ Aaron ⁊ filij eius
manus ſuper caput illius: et mactabis eum in cōſpectu
Leui.3.a. domini: iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij: ſumptūqꝫ
de ſanguine vituli: pones ſuper coꝛnua altaris digito
tuo: reliquum aūt ſanguinem fundes iuxta baſim eius.
Sumes ⁊ adipem totum: qui operit inteſtina ⁊ reticu-
lum iecoꝛis: ac duos renes ⁊ adipem qui ſuper eos eſt: et
C offeres incēſum ſuper altare: carnes vero vituli et coꝛiū
⁊ fimum combures foꝛis extra caſtra: eo ꝙ pꝛo peccato
ſit. Vnum quoqꝫ arietem ſumes: ſuper cuius caput po
nent Aaron: ⁊ filij eius manus: quem cum mactaueris:
tolles de ſanguine eius: ⁊ fundes circa altare: ipſum au
tem arietem ſecabis in fruſta: lotaqꝫ inteſtina eius ac pe
des pones ſuper conciſas carnes: ⁊ ſuper caput illius: ⁊
D offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: obla-
tio eſt domino: odoꝛ ſuauiſſimus victime domini. Tol-
les quoqꝫ arietem alterum: ſuper cuius caput Aaron et
filij eius ponent manus. Quem cum immolaueris: ſu-
mes de ſanguine eius: et pones ſuper extremum auricu
le dextre Aaron et filioꝛum eius: et ſuper pollices ma-
nus eoꝛum ac pedis dextri: fundeſqꝫ ſanguinem ſuper
altare per circuitū. Cumqꝫ tuleris de ſanguine qui eſt
ſuper altare et de oleo vnctionis: aſperges Aaron et ve-
ſtes eius: filios et veſtimenta eoꝛum. Cōſecratiſqꝫ ipſis
⁊ veſtibus: tolles adipem de ariete: et caudam et aruinā
que operit vitalia: ac reticulum iecoꝛis et duos renes:
atqꝫ adipem qui ſuper eos eſt: armumqꝫ dextrum: eo ꝙ
ſit aries conſecrationis: toꝛtamqꝫ panis vnius cruſtulā
conſperſam oleo: laganum de caniſtro azymoꝛū: quod
poſitum eſt in conſpectu domini: poneſqꝫ omnia ſuper
manus Aaron et filioꝛum eius: et ſanctificabis eos ele-
uans coꝛam domino. Suſcipieſqꝫ vniuerſa de manibus E
eoꝛum: et incēdes ſuper altare in holocauſtum: odoꝛem
ſuauiſſimum in cōſpectu domini: quia oblatio eius eſt.
Sumes quoqꝫ pectuſculum de ariete: quo initiatus eſt
Aaron: ſanctificabiſqꝫ illud eleuatum coꝛam domino: et
cedet in partem ſuam. Sanctificabiſqꝫ et pectuſculum
conſecratum et armum: quem de ariete ſeparaſti: quo
initiatus eſt Aaron et filij eius: cedētqꝫ in partē Aaron
et filioꝛum eius iure perpetuo a filijs iſrael: quia pꝛimi-
tiua ſunt et initia de victimis eoꝛum pacificis que offe-
runt domino. Veſtem autem ſanctā qua vtetur Aaron
habebunt filij eius poſt eum: vt vngantur in ea: ⁊ conſe-
crentur manus eoꝛum. Septem diebus vtetur illa qui
pōtifex pꝛo eo fuerit conſtitutus de filijs eius: ⁊ qui in-
gredietur tabernaculum teſtimonij: vt miniſtret in ſan
ctuario. Arietem autem cōſecrationis tolles: ⁊ coques
iuſtus modius: equuſqꝫ ſextariꝰ: Ego dñs deus veſter:
qui eduxi vos de terra egypti. Cuſtodite omnia ꝑcepta
mea: ⁊ vniuerſa iudicia: et facite ea: Ego dñs. XX.
Locutuſqꝫ eſt dñs ad Moyſen: dicens: Hec lo A
queris filijs Iſrael: Homo de filijs Iſrael: et
de aduenis: qui habitant in Iſrael: ſi quis de-
derit de ſemine ſuo Idolo moloch: morte mo
riatur. Populus terre lapidabit eum: et ego ponam fa
ciem meam contra illum: ſuccidãqꝫ eum de medio ppl̃i
ſui: eo ꝙ dederit de ſemine ſuo Moloch: et contamina-
uerit ſanctuarium meum: ac polluerit nomẽ ſanctum
meũ. Quod ſi negligẽs populus terre: ⁊ quaſi paruipẽ-
dens imperiũ meũ: dimiſerit hominẽ qui dedit de ſemi-
ne ſuo Moloch: nec voluerit eũ occidere: ponã faciẽ me
am ſup hominẽ illũ: ⁊ cognationẽ eius: ſuccidamqꝫ et ip
ſum: et omnes qui conſenſerunt ei: vt fornicaretur cum
Moloch de medio populi ſui. Anima que declinauerit num.11.d.
ad magos et hariolos: et fornicata fuerit cum eis: ponã ioſue.3.b.
faciẽ meã contra eã: ⁊ interficiam illam de medio popu- B 1.reg.16 b
li ſui. Sanctificamini: ⁊ eſtote ſancti: quia ⁊ ego ſanctus exo.21.b.
ſum dominus deus veſter. Cuſtodite ꝑcepta mea: ⁊ fa- pucr.20 c
cite ea: Ego dominus qui ſanctifico vos. Qui maledixe
rit patri ſuo: aut matri: morte moriatur. Patri matri-
qꝫ q̃ maledixerit: ſanguis eiꝰ ſit ſup eũ. Si moechatꝰ q̃s
fuerit cũ vxore alterius: et adulteriũ perpetrauerit cum
cõiuge proximi ſui: morte moriãtur ⁊ moechus: ⁊ adul
tera. Qui dormierit cũ nouerca ſua: et reuelauerit igno
miniã patris ſui: morte moriantur ambo. Sanguis eo- deut.22.
rum ſit ſup eos. Si q̃s dormierit cũ nura ſua: vterqꝫ mo C
riaꝫ: quia ſcelus operati ſunt. Sanguis eoꝝ ſit ſup eos.
Qui dormierit cũ maſculo coitu foemineo: vterqꝫ ope-
ratus eſt nefas: morte moriantur. Sit ſanguis eoꝝ ſup
eos. Qui ſupra vxorẽ filiã duxerit matrẽ eius: ſcelus o-
peratus eſt: viuus ardebit cũ eis: nec ꝑmanebit tantũ ne
fas ĩ medio veſtri. Qui cũ iumẽto et pecore coierit: mor
te moriaꝫ: pecus q̃qꝫ occidite. Mulier que ſuccubuerit
cuilibet iumẽto: ſimul interficieꝫ cũ eo: Sanguis eorũ ſup.18.d.
ſit ſup eos. Qui acceperit ſororẽ ſuã filiam patris ſui vl̃
filiam matris ſue: ⁊ viderit turpitudinẽ eius: illaqꝫ con
ſpexerit fratꝭ ignominiam: nefariam rem operati ſunt:
occidentur in cõſpectu populi: eo ꝙ turpitudinẽ ſuam
mutuo reuelauerint: et portabunt iniquitatẽ ſuã. Qui
coierit cum muliere in fluxu mẽſtruo: et reuelauerit tur
pitudinẽ eius: ipſaqꝫ aperuerit fontem ſanguinis ſui: in
terficienꝫ ambo de medio populi ſui. Turpitudinẽ ma-
tertere: et amite tue nõ diſcooperies. Qui hoc fecerit:
ignominiam carnis ſue nudauit: portabunt ambo iniq̃
tatem ſuam. Qui coierit cum vxore patrui: vel auuncu
li ſui: et reuelauerit ignominiam cognationis ſue: por-
tabunt ambo peccatũ ſuum: Abſqꝫ liberis morienꝫ. Qui
duxerit vxorem fratris ſui: rem facit illicitam: turpitudi
nem fratris ſui reuelabit: Abſqꝫ filijs erit. Cuſtodite le D
ges meas: atqꝫ iudicia: et facite ea: ne ⁊ vos euomat ter
ra: quã intraturi eſtis: et habitaturi. Nolite ambulare
in legitimis nationum: quas ego expulſurus ſum ante
vos. Omĩa eñ hec fecerunt: et abominatus ſum eas. Uo-
bis aũt loquor: Poſſidete terrã eorum: quam dabo vo-
bis in hereditatem: terrã fluentẽ lacte ⁊ melle. Ego do
minus deus veſter: qui ſeparaui vos a ceteris populis.
Separate ergo et vos iumẽtum mundum ab ĩmundo:
et auẽ mundã ab inmundã: ne polluatꝭ animas veſtras
in pecore ⁊ auibus: ⁊ cunctis que mouentur in terra: et
q̃ vobis oſtẽdi eſſe polluta. Eritis mihi ſancti: qꝛ ſanctꝰ
ſum ego dominus: et ſeparaui vos a ceteris populis: vt

eſſetis mei. Uir ſiue mulier: in q̃bus phytonicus: vel di-
uinationis fuerit ſpiritus: morte moriantur: lapidibus
obruent eos: Sanguis eoꝝ ſit ſuper illos. XXI.
A Dixit quoqꝫ dominus ad Moyſen: Loquere
ad ſacerdotes filios Aarō: ⁊ dices ad eos: Ne
cōtamínetur ſacerdos in mortibus ciuiū ſuo
rum: niſi tantū ī cōſanguineis: ac propinq̃s:
id eſt ſuper patrem et matrem et filiū ⁊ filiā: fratrē quo-
qꝫ et ſororem virginem: que nō eſt nupta viro: ſed nec in
B principe populi ſui cōtaminabitur. Non radent caput:
nec barbā: neqꝫ in carnibus ſuis faciēt inſciſſuras. San
cti erunt deo ſuo: et nō polluent nomē eius. Incenſum
enī dñi: ⁊ panes dei ſui offerūt: ⁊ ideo ſancti erūt. Scor-
tū: ⁊ vile proſtibulū nō ducet vxorē: nec eam que repudi
ata eſt a marito: quia cōſecrat⁹ eſt deo ſuo: ⁊ panes pro
poſitionis offert. Sit ergo ſanctus: quia et ego ſanctus
ſum dñs: qui ſanctifico vos. Sacerdotis filia ſi deprehen
ſa fuerit in ſtupro: et violauerit nomē patris ſui: flam-
Exo.30. nis exuretur. Pontifex: id eſt ſacerdos maximus inter
fratres ſuos: ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis ole
um: ⁊ cuius manus ī ſacerdotio cōſecrate ſunt veſtituſ-
qꝫ eſt ſanctis veſtib⁹: caput ſuū nō diſcooperiet: veſtimē
ta nō ſcindet: et ad omnē mortuū nō ingredietur omni
C no. Super patre quoqꝫ ſuo: ⁊ matre nō cōtaminabitur:
nec egredietur de ſanctis: ne polluat ſanctuariū domini
quia oleū ſancte vnctionis dei ſui ſuper eū eſt: Ego dñs.
Ezec.44.d Uirginem ducet vxorē: viduam aūt ⁊ repudiatā: et ſor-
didā: atqꝫ meretricē nō accipiet: ſed puellā de ppl'o ſuo:
ne cōmiſceat ſtirpē generis ſui vulgo gentis ſue: q2 ego
dñs qui ſanctifico eū. Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moy-
ſen: dicens: Loquere ad Aaron: Homo de ſemine tuo ꝑ
D familias: qui habuerit maculā: nō offeret panes deo ſuo
nec accedet ad miniſterium eius. Si cecus fuerit: ſi clau
dus: ſi vel paruo: vel grandi: vel torto naſo: ſi fracto pe
de: ſi manu: ſi gibbus: ſi lippus: ſi albuginem habens in
oculo: ſi iugem ſcabiem: ſi impetiginem in corpore: vel
hernioſus: oīs qui habuerit maculam de ſemine Aarō ſa
cerdotꝫ: non accedet offerre hoſtias domino: nec panes
deo ſuo: veſcetur tamē panibus qui offerunt in ſanctua
rio: ita duntaxat: vt intra velū non ingrediatur: nec acce
dat ad altare: q̃ maculā habet: ⁊ contaminare non debet
ſanctuariū meū: Ego dñs qui ſanctifico eos. Locutus
eſt ergo moyſes ad Aaron: et ad filios eius: ⁊ ad oēm I
ſrael cuncta que fuerāt ſibi imperata. XXII.
A Locutus quoqꝫ eſt dominus ad Moyſen: di-
cens: Loquere ad Aaron: et ad filios eius: vt
caueāt ab his que cōſecrata ſunt filioꝝ Iſrael
⁊ nō cōtaminent nomē ſanctificatoꝝ mihi: q̃
ipſi offerūt. Ego dñs. Dic ad eos: ⁊ ad poſteros eorum:
Omnis homo: qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea que
cōſecrata ſunt: ⁊ que obtulerunt filij Iſrael dño: in quo
eſt immūditia: peribit corā domino: Ego ſum domin⁹.
Homo de ſemine Aarō: qui fuerit leproſus: aut patiēs
fluxū ſeminis: nō veſcet̃ de his que ſanctificata ſunt mi-
hi: donec ſanetur. Qui tetigerit immundū ſuꝑ mortuo:
⁊ ex quo egreditur ſemē quaſi coitus: ⁊ qui tangit repti
le: ⁊ quodlibet immundū: cuius tactus eſt ſordidus: im
Exo.22.d mundus erit vſqꝫ ad veſperū: ⁊ nō veſcetur his que ſan-
Ezec.44.g ctificata ſunt: ſed cū lauerit carnē ſuam aqua: ⁊ occubue
rit ſol: tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis: quia ci
bus illius eſt. Morticinū ⁊ captū a beſtia nō comedent
B nec polluetur in eis: ego ſum dñs. Cuſtodiāt precepta
mea: vt nō ſubiaceant peccato: ⁊ moriant̃ in ſanctuario:
cū polluerint illud: ego domin⁹ qui ſanctifico eos. Om-
nis alienigena nō comedet de ſanctificatis: īquilinus ſa
cerdotis: ⁊ mercenari⁹ nō veſcētur ex eis: quē aūt ſacer-
dos emerit: ⁊ qui vernaculus dom⁹ eius fuerit: hi come
dent ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta
fuerit: de his que ſanctificata ſunt: ⁊ de primitijs nō ve-
ſcetur. Si autē vidua: vel repudiata: ⁊ abſqꝫ liberis re
uerſa fuerit ad domū patris ſui: ſicut puella cōſueuerat
aletur cibis patris ſui. Oīs alienigena comedēdi ex eis
nō habet poteſtatē. Qui comederit de ſanctificatis per
ignorantiā: addet quintā partē cū eo qd̄ comedit: et da-
bit ſacerdoti in ſanctuariū. Nec cōtaminabūt ſanctifica C
ta filioꝝ Iſrael: que offeruntur dño: ne forte ſuſtineant
iniq̃tatē delicti ſui: cū ſanctificata comederint: ego dñs
qui ſanctifico vos. Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen: dicēs:
Loquere ad Aaron: ⁊ filios eius: ⁊ ad oēs filios Iſrael:
diceſqꝫ ad eos: Homo de domo Iſrael: et de aduenis: q̃
habitant apud vos: qui obtulerit oblationē ſuā: vel vota
ſoluens: vel ſponte offerēs: quicq̃d illud obtulerit in ho
locauſtū domini: vt offeratur per vos: maſculus imma-
culatus erit ex bobus: ⁊ ouibus: ⁊ ex capris: ſi maculam
habuerit: nō offeretis: neqꝫ erit acceptabile. Homo qui
obtulerit victimā pacificorū domino: vel vota ſoluens:
vel ſponte offerens: tam de bobus: ꝙ̃ de ouibus: immacu
latum offeret: vt acceptabile ſit: omnis macula non erit
in eo. Si cecum fuerit: ſi fractum: ſi cicatricem habens:
ſi papulas: aut ſcabiem: aut impetiginem: non offeretis
ea domino: nec adolebitis ex eis ſuꝑ altare domini. Bo-
uem et ouem aure ⁊ cauda amputatis: voluntarie offer
re potes: votum autem ex his ſolui non poteſt. Omne ani D
mal qd̄ vel cōtritis: vel tonſis: vel ſectis ablatiſqꝫ teſticu
lis eſt: non offeretis domino. Et in terra veſtra hoc om-
nino non faciatis. De manu alienigene non offeretis pa
nes deo veſtro: et quicquid aliud dare voluerit: quia cor
rupta: ⁊ maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea. Locu
tuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen: dicens: Bos: ouis: et ca
pra cum genita fuerint: ſeptem diebus erunt ſub vbere
matris ſue: die autē octauo: et deinceps offerri poterūt
domino. Siue illa bos: ſiue ouis: non immolabunt̃ vna
die cum foetibus ſuis. Si immolaueritis hoſtiā pro gra
tiarum actione domino: vt poſſit eſſe placabilis: eodem
die comedetis eam. Non remanebit quicqꝫ in mane al-
teri⁹ diei: ego domin⁹. Cuſtodite mandata mea: ⁊ faci-
te ea: ego dominus. Ne polluatis nomē meū ſanctum:
vt ſanctificer in medio filiorū Iſrael: ego dominus: qui
ſanctifico vos: et eduxi de terra Aegypti: vt eſſem vobis
in deum: ego domin⁹. XXIII.
Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen: dicens: A
Loquere filijs Iſrael: et dices ad eos: He ſūt
ferie domini: quas vocabitis ſanctas. Sex di
ebus facietis opus: dies ſeptimus: quia ſabba
ti requies eſt: vocabitur ſanctus: omne opus non facietꝫ
in eo. Sabbatū domini eſt in cunctis habitationibus ve
ſtris. He ſunt ergo ferie domini ſancte: quas celebrare infra eod.
debetis temporibus ſuis. Mēſe primo q̃rtadecima die num.28 c
menſis ad veſperū phaſe dñi eſt: ⁊ quītadecima die men
ſis huius ſolennitas azymoꝝ dñi eſt. Septē diebus azy
ma comedetis. Dies prim⁹ erit vobis celeberrimus: ſan
ctuſqꝫ: oīne opus ſeruile non facietis in eo: ſed offeretis
ſacrificiū in igne dño ſeptē diebus. Dies autē ſeptimus
erit celebrior et ſanctior: nullūqꝫ ſeruile opus facietꝫ in
eo. Locutuſqꝫ eſt dñs ad moyſen dicens: Loquere filijs B
iſrael: ⁊ dices ad eos: Cū īgreſſi fueritis terrā quā ego
dabo vobis: ⁊ meſſueritis ſegetē: feretis manipulos ſpi-
caꝝ primitias meſſis veſtre ad ſacerdotē. Qui eleuabit
faſciculum corā dño: vt acceptabile ſit pro vobis altero
die ſabbati: ⁊ ſanctificabit illū. Atqꝫ in eodē die quo ma-
nipulus cōſecrat̃: cedet̃ agnus īmaculatus anniculus ī
holocauſtū dñi: ⁊ libamēta offerent̃ cū eo due decime ſi-
mile cōſperſe oleo in incenſum dñi: odoreqꝫ ſuauiſſimū
liba q̃qꝫ vini q̃rta pars hin. Panē: et polentā: ⁊ pultes
non comedetis ex ſegete: vſqꝫ ad diē quo offeretis ex ea
deo veſtro. Preceptū eſt ſempiternū in generatiōibus: C
cunctiſqꝫ habitaculis veſtris. Numerabitis ergo ab al-
tero die ſabbati: in quo obtuliſtis manipulū primitiarū
ſeptē hebdomadas plenas: vſqꝫ ad alterā diē expletiōis
hebdomade ſeptime: id eſt quinquaginta dies: ⁊ ſic offe

retis ſacrificium nouum domino ex omnibus habitacu
lis veſtrꝭ: panes pꝛimitiarum duos de duabus decimis
ſimile fermentatę: quos coquetis in pꝛimitias domini.
Offeretiſqꝫ cum panibus ſeptē agnos immaculatos an
niculos: et vitulum de armento vnum: et arietes duos:
et erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis: in odoꝛē
ſuauiſſimum domino. Facietis et hircum pro peccato:
D duoſqꝫ agnos anniculos hoſtias pacificoꝝ. Cumqꝫ ele-
uauerit eos ſacerdos cum panibus pꝛimitiaꝝ coꝛam do
mino: cedent in vſum eius. Et vocabitis hunc diem ce-
leberrimū: atqꝫ ſanctiſſimum: omne opus ſeruile non fa
cietis in eo. Legitimū ſempiternū erit in cunctis habi-
ſup.19.b taculis: ⁊ generationibus veſtris. Poſtq̄ autē meſſue-
ritis ſegetē terrę veſtrę: non ſecabitis eam vſqꝫ ad ſolū:
nec remanētes ſpicas colligetis: ſed pauperibus et pere
grinis dimittetis eas: ego ſum dn̄s deus veſter. Locu-
tuſqꝫ eſt dominus ad moyſen: dicens: Loquere filijs I-
ſrael: Menſe ſeptimo pꝛima die menſis erit vobis ſab-
batum memoꝛiale: clangentibus tubis: ⁊ vocabitur ſan
ctū: omne opus ſeruile nō facietis in eo: et offeretis ho-
locauſtū dn̄o. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen: dicēs: Deci
mo die mēſis huius ſeptimi: dies expiationū erit celeber
rimus: et vocabiť ſanctus: affligetiſqꝫ animas veſtras ī
ſupra.19.f E eo: ⁊ offeretis holocauſtū domino. Om̄e opus ſeruile nō
facietis in tēpoꝛe diei huius: quia dies pꝛopitiatiōis eſt
vt ꝓpitietur vobis dominus deꝰ veſter. Om̄is anima q̄
afflicta nō fuerit die hac: peribit de populis ſuis: et quę
operis quippiā fecerit: delebo eā de populo ſuo: nihil er-
go operis facietis in eo. Legitimū ſempiternū erit vo-
bis ī cunctis generationibus: ⁊ habitationibus veſtris.
Sabbatū requietionis eſt: ⁊ affligetis aīas veſtras. Die
nono mēſis ſeptimi a veſpere vſqꝫ ad veſperū celebꝛabitꝛ
ſabbata veſtra. Et locutus eſt dominus ad Moyſen: di
cēs: Loquere filijs iſrael: A quītodecimo die menſis hu
ius ſeptimi erunt ferię tabernaculoꝝ ſeptē diebus dn̄o.
F Dies pꝛimus vocabiť celeberrimus atqꝫ ſanctiſſimus:
oē opus ſeruile nō facietis in eo: ⁊ ſeptē diebus offeretis
holocauſta dn̄o. Dies quoqꝫ octauus erit celeberrimus
atqꝫ ſanctiſſimus: ⁊ offeretis holocauſtū dn̄o: eſt em̄ coe
tus atqꝫ collectę: om̄e opus ſeruile nō facietis in eo. Hę
ſunt ferię dn̄i: quas vocabitꝛ celeberrimas atqꝫ ſanctiſſi
mas: offeretiſqꝫ in eis oblatiōes dn̄o holocauſta: et liba-
mēta iuxta ritū vniuſcuiuſqꝫ diei: exceptis ſabbatis dn̄i
doniſqꝫ veſtris: ⁊ quę offeretis ex voto: vel quę ſpōte tri-
buetis domino. A quintodecimo ergo die menſis ſepti-
mi: quando cōgregaueritis om̄es fructus terrę veſtrę:
G celebꝛabitꝛ ferias domini ſeptē diebus. Die pꝛimo ⁊ die
octauo erit ſabbatū: id eſt requies. Sumetiſqꝫ vobis die
pꝛimo fructus arboꝛis pulcherrimę: ſpatulaſqꝫ palma-
rū: ⁊ ramos ligni denſarum frondiū: ⁊ ſalices de toꝛren
te: ⁊ lętabimini coꝛam domino deo veſtro: celebꝛabitiſqꝫ
ſolennitatē eiꝰ ſeptē diebus per annū. Legitimū ⁊ ſem-
piternū erit in generatiōibus veſtris. Mēſe ſeptimo fe-
ſta celebꝛabitis: ⁊ habitabitis in vmbꝛaculis ſeptē diebꝰ
Om̄is qui de genere eſt Iſrael: manebit in tabernaculis
vt diſcant poſteri veſtri: q̄ in tabernaculis habitare fece
rim filios Iſrael: cum educerem eos de terra Aegypti.
Ego dominꝰ deus veſter. Locutuſqꝫ eſt Moyſes ſuper
ſolennitatibus domini ad filios Iſrael. XXIIII.
A Et locutus eſt dominus ad Moyſen: dicens:
Pꝛęcipe filijs Iſrael: vt afferant tibi oleū de
oliuis puriſſimum ac lucidum: ad concinnan
das lucernas iugiter extra velū teſtimonij in
tabernaculo foederis: ponetqꝫ eos Aaron a veſpere vſqꝫ
in mane coꝛam domino: cultu rituqꝫ perpetuo in gene-
rationibus veſtris. Super candelabꝛum mūdiſſimum
ponentur in cōſpectu domini. Accipies quoqꝫ ſimilam:
et coques ex ea duodecim panes: qui ſinguli habebūt du
as decimas: quoꝛum ſenos altrinſecus ſuper mēſam pu
riſſimā coꝛam domino ſtatues: et pones ſuper eos thus

lucidiſſimum: vt ſit panis in monimentum oblationis
domini. Per ſingula ſabbata mutabūtur coꝛam domi- A
no ſuſcepti a filijs Iſrael foedere ſempiterno: erūtqꝫ A-
aron et filioꝝ eius: vt comedant eos ī loco ſancto: quia
ſanctum ſanctoꝛum eſt de ſacrificijs domini iure perpe-
tuo. Ecce autē egreſſus filiꝰ mulieris Iſraelitidis: quē
peperat de viro Aegyptio inter filios Iſrael: iurgatꝰ eſt
in caſtris cum viro Iſraelita. Cumqꝫ blaſphemaſſet no
men domini et maledixiſſet ei: adductus eſt ad Moy-
ſen. Vocabatur autem mater eius Salamith filia Da-
bꝛi de tribu Dan. Miſeruntqꝫ eum in carcerem: donec C
noſſent quid iuberet dominus. Qui locutus eſt ad moy
ſen: dicens: Educ blaſphemū extra caſtra: et ponant om
nes qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius: et lapi
det eum populus vniuerſus. Et ad filios Iſrael loque-
ris: Homo qui maledixerit deo ſuo: poꝛtabit peccatum
ſuum: et qui blaſphemauerit nomen domini: moꝛte mo
riatur. Lapidibus oppꝛimet eum omnis multitudo po
puli: ſiue ille ciuis ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphe-
mauerit nomen domini: moꝛte moꝛiatur. Qui percuſſe
rit et occiderit hominem: moꝛte moꝛiatur. Qui percuſ- D
ſerit animal: reddet vicarium: id eſt animam pꝛo anima Exo.21.b
Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuoꝝ: ſicut deu.19.b math.5.c
fecit: ſic fiet ei. Fracturā pꝛo fractura: oculum pꝛo ocu-
lo: dentem pꝛo dente reſtituet. Qualē inflixerit macu-
lā: talē ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumentū: red
det aliud: qui percuſſerit hominē: punietur. Aequū iu-
diciū ſit inter vos: ſiue peregrinus ſiue ciuis peccauerit
quia ego ſum dn̄s deus veſter. Locutuſqꝫ eſt Moyſes
ad filios Iſrael: ⁊ eduxerunt eū qui blaſphemauerat ex
tra caſtra: ac lapidibus oppꝛeſſerunt. Fecerūtqꝫ filij Iſ-
rael ſicut pꝛęceperat dominus moyſi. XXV.
Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen in mōte A
Sinai: dicens: Loquere filijs Iſrael: ⁊ dices
ad eos: Quādo egreſſi fueritis terram quam
ego dabo vobis: ſabbatizetis ſabbatū domino
Sex annis ſeres agrum tuum: ⁊ ſex annis putabis vine
am tuam: colligeſqꝫ fructus eius. Septimo autem an-
no ſabbatum erit terrę requietionis domini: agrū nō ſe-
res: ⁊ vineam non putabis. Quę ſponte gignit humus:
nō metes: ⁊ vuas pꝛimitiarum tuarum nō colliges qua
ſi vindemiā: annus em̄ requietiōis terrę eſt: ſed erūt vo-
bis in cibū: tibi ⁊ ſeruo tuo: ancillę ⁊ mercenario tuo: et
aduenę qui peregrinantur apud te: iumētis tuis et pe-
coꝛibus oīa quę naſcuntur: pꝛębebunt cibum. Numera B
bis quoqꝫ tibi ſeptē hebdomadas annoꝝ: id eſt ſepties
ſeptē: q̄ ſimul faciunt quadragintanouē: ⁊ clanges buc-
cina mēſe ſeptimo decima die menſis pꝛopitiationis tē-
poꝛe in vniuerſa terra veſtra. Sanctificabiſqꝫ annū quin
quageſimū: et vocabis remiſſionē cunctis habitatoꝛibꝰ
terrę veſtrę: ipſe eſt em̄ iubileꝰ. Reuerteť homo ad poſ-
ſeſſionem ſuam: et vnuſquiſqꝫ rediet ad familiam pꝛiſti
nam: quia iubileus eſt et quinquageſimus annus. Non
ſeretis atqꝫ metetis ſponte in agro naſcentia: et pꝛimiti
as vindemię nō colligetis: ob ſanctificationē iubilei: ſed
ſtatim oblata comedetꝭ. Anno iubelei redīet oēs ad poſ
ſeſſiōes ſuas. Quādo vendes quippiā ciui tuo: vel emes C
ab eo: ne cōtriſtes fratrē tuū: ſed iuxta numeꝝ annoꝝ iu
bilei emes ab eo: ⁊ iuxta ſupputationē frugū vēdet tibi.
Quanto plures anni remanſerint poſt iubileum: tanto
creſcet et pꝛeciū: quāto minus tempoꝛis numeraueris:
tāto minoꝛis ⁊ emptio cōſtabit. Tempus em̄ frugū ven
det tibi. Nolite affligere cōtribules veſtros: ſed timeat
vnuſquiſqꝫ deū ſuū: quia ego dn̄s deus veſter. Facite p̄ce
pta mea: et iudicia cuſtodite: et implete ea: vt habitare
poſſitis ī terra abſqꝫ vllo pauoꝛe. Et gignat vobis humꝰ
fructus ſuos: quibus veſcamini vſqꝫ ad ſaturitatē: nul-
lius impetū foꝛmidantes. Quod ſi dixeritis: quid comede
mus anno ſeptimo: ſi nō ſeuerimꝰ: neqꝫ collegerimꝰ fru-
ges noſtras: dabo benedictionē meā vobis anno ſexto: ⁊

faciet fructus triū annorū: ſeretiſq; anno octauo: 7 co-
D mederis veteres fruges vſq; ad nonum annum: donec
noua naſcant: edetis vetera. Terra quoq; non vēdetur
in perpetuū: q̄a mea eſt: 7 vos aduenę 7 coloni mei eſtis.
Unde cūcta regio poſſeſſiōis veſtrę: ſub redēptiōis con
ditione vēdetur. Si attenuatus frater tuus vēdiderit
poſſeſſiunculā ſuam: 7 voluerit propinquus eius: poteſt
redimere: quod ille vendiderat. Sinautem non habue-
rit proximum: 7 ipſe precium ad redimendum potue-
rit inuenire: cōputabuntur fructus ex eo tēpore quo vē
didit: et quod reliquū eſt reddet emptori: ſicq; recipiet
poſſeſſionē ſuā. Quod ſi non inuenerit manus eius: vt
reddat preciū: habebit emptor quod emerat vſq; ad an-
num iubileū. In ipſo em̄ oīs vēditio redibit ad dn̄m: et
ad poſſeſſorē priſtinū. Qui vēdiderit domū intra vrbis
muros: habebit licentiā redimendi: donec vnus implea-
E tur annus. Si non redemerit: 7 anni circulus fuerit re-
uolutus: emptor poſſidebit eā: et poſteri ei⁹ in ꝑpetuū:
7 redimi non poterit etiam in iubileo. Sinautem in vil
la fuerit domus: quę muros non habet: agrorū iure ven
detur. Si ante redempta non fuerit: in iubileo reuertet
ad dominum ſuū. Aedes Leuitarū: quę in vrbib⁹ ſunt:
ſemper poſſunt redimi: ſi redempte non fuerint: in iubi
leo reuertentur ad dominos: quia domus vrbiū Leuita
rum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael. Subur
bana autem eorum nō veneant: quia poſſeſſio ſempiter-
na eſt. Si attenuatus fuerit frater tuus 7 infirmus ma
nu: 7 ſuſceperis eū quaſi aduenā 7 peregrinū: et vixerit
tecum: ne accipias vſuras ab eo: nec amplius ꝙ̄ dediſti.
Time deū tuū: vt viuere poſſit frater tu⁹ apud te. Pe-
F cuniam tuā nō dabis ei ad vſurā: 7 frugū ſuperabundan
tiam non exiges. Ego dominus deus veſter: qui eduxi
vos de terra Aegypti: vt darem vobis terrā Chanaan:
7 eſſem veſter de⁹. Si paupertate cōpulſus vēdiderit ſe
tibi frater tuus: nō eū opprimes ſeruitute famulorum:
ſed quaſi mercenarius 7 colonus erit: vſq; ad annū iubi
leum operabitur apud te: 7 poſtea egredietur cū liberis
ſuis: 7 reuertet ad cognationē 7 ad poſſeſſionē patrum
infra eodē ſuor. Mei em̄ ſerui ſunt: 7 ego eduxi eos de terra Aegy
pti. Nō veneāt conditiōe ſeruor: nec affligas eū per po
tentiam: ſed metuito deū tuū. Seruus 7 ancilla ſint vo
bis de natiōib⁹: quę in circuitu veſtro ſunt: 7 de aduenis
qui peregrinantur apud vos: vel qui ex his nati fuerint
in terra veſtra: hos habebitis famulos: 7 hereditario iu
re tranſmittetis ad poſteros: ac poſſidebitis in ęternū:
fratres aūt veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potē
tiam. Si inualuerit apud vos manus aduenę atq; pere
grini: 7 attenuatus frater tuus vēdiderit ſe ei: aut cuiꝙ̄
G de ſtirpe eius: poſt venditionē poteſt redimi: qui volue-
rit ex fratribus ſuis: redimat eū: 7 patruus 7 patruelis
7 cōſanguineus 7 affinis. Sinautem 7 ipſe potuerit: re-
dimet ſe: ſupputatis dūtaxat annis a tēpore vēditionis
ſuę vſq; in annum iubileum: 7 pecunia qua venditus fue
rat: iuxta annorum numerum: 7 ratiōe mercenarij ſup-
putata. Si plures fuerint anni: qui remanēt vſq; ad iu-
bileum: ſecūdum hos reddet et precium: ſi pauci: ponet
rationem cum eo iuxta annorum numerum: et reddet
emptori quod reliquum eſt annorum: quibus ante ſerui
uit mercedibus imputatis: non affliget eū violenter in
Sup. eodē conſpectu tuo. Quod ſi p hęc redimi nō potuerit: anno
iubileo egredietur cum liberis ſuis. Mei em̄ ſunt ſerui
filij Iſrael: quos eduxi de terra Aegypti. XXVI.
A EGo dominus deus veſter: Nō facietis vobis
idolū 7 ſculptile: nec titulos erigetis: nec inſi
gnem lapidē ponetis in terra veſtra: vt ado-
retis eū. Ego em̄ ſum dn̄s de⁹ veſter. Cuſto-
dite ſabbata mea: 7 pauete ad ſanctuariū meū: ego dn̄s.
Si in preceptis meis ambulaueritis: 7 mādata mea cu
ſtodieritis: et feceritis ea: dabo vobis pluuiā tēporibus
ſuis: 7 terra gignet germen ſuū: 7 pomis arbores reple-
buntur. Apprehēdet meſſiū tritura vindemiā: et vinde
mia occupabit ſementem: 7 comedetis panem veſtrum Job. 11. d.
in ſaturitate: 7 abſq; pauore habitabitis in terra veſtra.
Dabo pacē in finibus veſtris: dormietis: et non erit qui B
exterreat. Auferam malas beſtias: 7 gladius non tranſi
bit terminos veſtros. Perſequimini inimicos veſtros:
7 corruēt corā vobis. Perſequētur q̄nq; de veſtris cen-
tum alienos: 7 centū de vobis decē milia. Cadēt inimi-
ci veſtri gladio ī cōſpectu veſtro. Reſpiciā vos: 7 creſce-
re faciā: multiplicabimini: et firmabo pactum meum vo
biſcū. Comedetis vetuſtiſſima veterū: et vetera nouis
ſuperueniētib⁹ ꝓijcietis. Ponā tabernaculū meum in
medio veſtri: 7 nō abijciet vos aīa mea. Ambulabo inter deu. 28. b.
vos: 7 ero deus veſter: voſq; eritis populus meus. Ego treno. 2. f.
dominus deus veſter: qui eduxi vos de terra Aegyptio- mala. 2. a.
rum: ne ſeruiretis eis: 7 q̄ confregi catenas ceruicum ve
ſtrarum: vt incederetis erecti. Quod ſi non audieritis
me: nec feceritis omnia mandata mea: ſed ſpreueritis le
ges meas: et iudicia mea contēpſeritis: vt nō faciatis ea
quę a me ꝯſtituta ſunt: 7 ad irritū ꝑducatis pactū meū:
ego quoq; hęc faciā vobis. Uiſitabo vos velociter ī ege-
ſtate 7 ardore: qui conficiat oculos veſtros: et conſumat
animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementē: quę ab hoſtib⁹
deuorabit. Ponā faciē meā contra vos: 7 corruetis co- C
ram hoſtibus veſtris: 7 ſubijciemini his qui oderūt vos. deu. 28. c.
Fugietis nemine perſequente. Sinautem nec ſic obedie
ritis mihi: addam correptiōes veſtras ſeptuplum pro-
pter peccata veſtra: 7 conteram ſuperbiā duricię veſtrę.
Daboq; vobis cęlum deſuper ſicut ferrū: et terrā ęneā.
Conſumetur incaſſum labor veſter: non proferet terra
germen: nec arbores poma prębebunt. Si ambulaueri
tis ex aduerſo mihi: nec volueritis audire me: addā pla-
gas veſtras vſq; in ſeptuplū ꝓpter peccata veſtra: emit-
tamq; in vos beſtias agri: quę conſumant vos: 7 pecora
veſtra: 7 ad paucitatem cuncta redigant: deſerteq; fiāt
vię veſtrę. Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinā: D
ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi: ego q̄q; contra vos
aduerſus incedam: 7 percutiam vos ſepties ꝓpter pec-
cata veſtra: inducamq; ſuper vos gladium vltorem foe
deris mei. Cumq; confugeritis in vrbes: mittam peſti-
lentiam in medio veſtri: 7 trademini ī manibus hoſtiū.
Poſtꝙ̄ cōfregero baculum panis veſtri: ita vt decē mu
lieres in vno clibano coquāt panes: et reddāt eos ad pō
dus: 7 comedetis: et non ſaturabimini. Sinaūt nec per E
hęc audieritis me: ſed ambulaueritis contra me: 7 ego
incedam aduerſus vos ī furore cōtrario: 7 corripiā vos
ſeptem plagis propter peccata veſtra: ita vt comedatis
carnes filiorum veſtrorū 7 filiarū veſtrarū: deſtruā excel
ſa veſtra: 7 ſimulachra cōfringam. Cadetis īter ruinas
idolorum veſtrorū: 7 abominabitur vos anima mea: in-
tantum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinē: 7 deſer-
ta faciam ſanctuaria veſtra: nec recipiam vltra odorem
ſuauiſſimū. Diſperdamq; terram veſtram: 7 ſtupebunt
ſuper ea inimici veſtri: cum habitatores illius fuerint.
Uos autem diſperdam in gētes: et euaginabo poſt vos F
gladium: eritq; terra veſtra deſerta: 7 ciuitates veſtrę di
rutę. Tunc placebunt terrę ſabbata ſua cunctis diebus
ſolitudinis ſuę. Quando fueritis in terra hoſtili: ſabba-
tizabit: 7 requieſcet in ſabbatis ſolitudinis ſuę: eo ꝙ nō
requieuerit in ſabbatis veſtris: quando habitabatis in
ea. Et qui de vobis remanſerint: dabo pauorem in cor-
dibus eorum in regionibus hoſtium. Terrebit eos ſoni
tus folij volantis: 7 ita fugient quaſi gladium. Cadent
nullo perſequēte: 7 corruent ſinguli ſuper fratres ſuos:
quaſi bella fugientes. Nemo veſtrum inimicis audebit
reſiſtere. Peribitis inter gentes: 7 hoſtilis vos terra cō
ſumet. Quod ſi 7 de his aliqui remanſerint: tabeſcent in
iniquitatibus ſuis: in terra inimicorum ſuorum: 7 pro-
pter peccata patrum ſuorum et ſua affligentur: donec
confiteantur iniquitates ſuas: et maiorum ſuorum re-

coꝛdentur: quibus pꝛeuaricati ſunt in me: ⁊ ambulaue-
runt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur et ego contra
eos: et inducam illos in terrã hoſtilem: donec erubeſcat
E incircuncisa mens eoꝝ. Tunc oꝛabunt pꝛo impietatibꝰ
ſuis: et recoꝛdaboꝛ foederis mei: q̃d pepigi cum Jacob:
⁊ Jſaac ⁊ Abꝛaam. Terrę quoq; memoꝛ ero: quę cũ re-
licta fuerit ab eis: complacebit ſibi in ſabbatis ſuis: pa-
tiens ſolitudinem ꝓpter illos. Ipſi vero rogabunt pꝛo
peccatis ſuis: eo ꝙ abiecerint iudicia mea: ⁊ leges meas
2.coꝛ.6.d deſpexerint. Attamen etiã cũ eſſent ĩ terra hoſtili: nõ pe-
nitus abieci eos: neq; ſic deſpexi vt conſumerentur: ⁊ ir-
ritum facerem pactum meũ cum eis. Ego enĩ ſum dñs
deus eoꝛum: ⁊ recoꝛdaboꝛ foederis mei pꝛiſtini: quãdo
eduxi eos de terra Aegypti in cõſpectu gentiũ: vt eſſem
deus eoꝛũ. Ego dominus deus. Hęc ſunt iudicia atq;
pꝛęcepta et leges: quas dedit dominus inter ſe et inter
filios Jſrael in mõte Sinai ꝑ manũ Moyſi. XXVII.
A Locutuſq; eſt dñs ad Moyſen: dicẽs: Loque
re filijs Jſrael: ⁊ dices ad eos: Homo qui vo
tum fecerit: ⁊ ſpopõderit deo animam ſuam:
ſub ęſtimatiõe dabit pꝛeciũ. Si fuerit maſcu
lus a viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum annum: dabit
quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij: ſi
mulier: triginta. A quinto aũt anno vſq; ad viceſimum:
maſculus dabit viginti ſiclos: foemina decẽ. Ab vno mẽ
ſe vſq; ad annũ quintũ: ꝓ maſculo dabunt q̃nq; ſicli: pꝛo
foemina tres. Sexagenarius ⁊ vltra maſculus dabit q̃n
decim ſiclos: foemina decẽ. Si paupꝫ fuerit: ⁊ ęſtimatio-
nem reddere nõ valebit: ſtabit coꝛã ſacerdote: et quantũ
illę ęſtimauerit: ⁊ viderit eũ poſſe reddere: tantũ dabit.
B Animal aũt quod immolari poteſt dño: ſi quis vouerit:
ſanctũ erit: ⁊ mutari nõ poterit: id eſt nec melius malo:
nec peiꝰ bono. Quod ſi mutauerit: ⁊ ipſum q̃d mutatũ
eſt: ⁊ illud pꝛo quo mutatũ eſt: cõſecratũ erit dño. Anĩal
immundũ q̃d ĩmolari dño nõ poteſt: ſi q̃s vouerit: addu
cetur ante ſacerdotẽ: q̃ dijudicãs vtrũ bonũ an malũ ſit:
ſtatuet pꝛeciũ. Quod ſi dare voluerit is q̃ offert: addet
ſupꝫ ęſtimationẽ quintã partẽ. Homo ſi vouerit domũ
ſuã: ⁊ ſanctificauerit dño: cõſyderabit eã ſacerdos: vtrũ
bona an mala ſit: ⁊ iuxta p̃ciũ q̃d ab eo fuerit conſtitutũ:
venũdabitur. Sin aũt ille q̃ vouerat: voluerit redimere
eã: dabit quintã partẽ ęſtimationis ſupꝛa: ⁊ habebit do-
mum. Quod ſi agrũ poſſeſſionis ſuę vouerit: ⁊ cõſecra-
uerit dño: iuxta menſurã ſementis ęſtimabit pꝛeciũ. Si
triginta modijs hoꝛdei ſeritur terra: q̃nquaginta ſiclis
C venũdetur argẽti. Si ſtatim ab anno incipiẽtis iubilei
vouerit agrũ: quãto valere poteſt: tanto ęſtimabit. Sin
aũt poſt aliquantulũ tẽpoꝛis: ſupputabit ſacerdos pecu
niam iuxta annoꝝ q̃ reliqui ſunt numeꝝ vſq; ad iubileũ:
⁊ detrahet ex p̃cio. Quod ſi voluerit redimere agrũ ille
qui vouerat: addet quintã partẽ ęſtimatę pecunię: ⁊ poſ
ſidebit eũ. Sin aũt noluerit redimere: ſed alteri cuilibet
fuerit venũdatus: vltra eũ q̃ vouerat: redimere nõ pote
rit: quia cũ iubilei venerit dies: ſanctificatus erit dño: ⁊
poſſeſſio cõſecrata ad ius pertinebit ſacerdotũ. Si ager
emptus eſt: ⁊ nõ de poſſeſſione maioꝛũ ſanctificatus fue
rit dño: ſupputabit ſacerdos iuxta annoꝝ numerũ vſq;
ad iubileum pꝛeciũ: ⁊ dabit ille q̃ vouerat eum domino.
Exo. 10.b In iubileo autem reuertetur ad pꝛioꝛẽ dominum: qui
num. 3.g. vẽdiderat eũ: ⁊ habuerat in ſoꝛtẽ poſſeſſiõis ſuę. Om̃is
ezech. 45.d ęſtimatio ſicli ſanctuarij põderabit. Siclus viginti obo
D los habet. Pꝛimogenita quę ad deũ ptinent: nemo ſan
ctificare poterit et vouere: ſiue bos ſiue ouis fuerit: dñi
ſunt. Quod ſi immũdũ eſt animal: redimet qui obtulit
iuxta ęſtimationẽ ſuã: et addet quintã partẽ pꝛecij. Si
redimere noluerit: vendetur alteri quantumcunq; fue-
rit ante ęſtimatũ. Om̃e quod domino conſecratur: ſiue
homo fuerit: ſiue animal: ſiue ager: non veniet: nec redi-
mi poterit. Quicq̃d ſemel fuerit conſecratũ: ſanctũ ſan-
ctoꝛum erit dño. Et om̃is conſecratio: quę offertur ab
hoĩe: non redimetur: ſed moꝛte moꝛietur. Om̃s decimę
terrę: ſiue de pomis arboꝛũ: ſiue de frugibus: dñi ſunt: ⁊
illi ſanctificantur. Si q̃s autem voluerit redimere deci
mas ſuas: addet quintã partẽ earũ. Om̃ium decimarũ bo-
uis ⁊ ouis ⁊ capꝛę: quę ſub paſtoꝛis virga tranſeunt: q̃c-
quid decimũ venerit: ſanctificabit domino. Non eliget
nec bonũ nec malũ: nec altero cõmutabit. Si q̃s muta-
uerit: ⁊ q̃d mutatũ eſt: ⁊ ꝓ quo mutatũ eſt: ſanctificabit
domino: ⁊ non redimetur. Hęc ſunt pꝛęcepta: quę man
dauit dñs Moyſi ad filios Jſrael in monte Sinai.

¶ Finis.

Liber Numeri: Hebꝛaice Vaidabber. Caput. I.

Locutuſq; eſt dominꝰ ad A
Moyſen ĩ deſerto Sinai ĩ tabernaculo foe-
deris pꝛima die menſis ſecũdi: anno altero
egreſſiõis eoꝛũ ex Aegypto: dicens: Tollite ſummã vni- ſ͞ra.26.a.
uerſę cõgregationis filioꝝ Jſrael per cognationes ⁊ do heb. patrũ
mos * ſuas: ⁊ nomina ſingulоꝛũ quicq̃d ſexus eſt maſcu ſuoꝛum.
lini a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa oĩm viroꝝ foꝛtiũ ex Jſrael:
⁊ numerabitis eos ꝑ turmas ſuas: tu ⁊ Aarõ *. Erũtq; Heb. erũt
vobiſcum pꝛincipes tribuũ ac domoꝛũ in cognatiõibus q; vobiſcũ
ſuis: quoꝝ iſta ſunt nomina. De tribu Ruben Eliſur fi ſinguli o
lius Sedeur. De tribu Symeon Salumihel filiꝰ Su- ſingulis
riſaddai: de tribu Juda Naaſon filiꝰ Aminadab: de tri tribubus.
bu Jſaſchar Nathanael filiꝰ Suar: de tribu Zabulon q̃rũ quiſq;
Heliab filius Helon. Filioꝛum autem Joſeph de tribu pꝛin eps
Ephꝛaim Eliſama filius Ammiud: de tribu Manaſſe ſit domus
Gamaliel filiꝰ Phadaſſur: de tribu beniamin Abidã fi- patris ſui.
B lius Gedeonis: de tribu Dan Ahiezer filiꝰ Amiſaddai:
de tribu Aſer Phegiel filiꝰ Ochꝛan: de tribu Gad He-
liaſaph filiꝰ Duel: de tribu Nephthali Ahira filius He
nam. Hi nobiliſſimi p̃ncipes multitudinis ꝑ tribus et
cognationes ſuas ⁊ capita exercitꝰ Jſrael: quos tulerũt
Moyſes ⁊ Aaron cũ omni vulgi multitudine: ⁊ cõgre-
gauerunt pꝛimo die menſis ſecundi: recẽſentes eos per
cognatiões ⁊ domos ac familias ⁊ capita ⁊ nomina ſin-
guloꝛum a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa: ſicut pꝛęceperat dñs
Moyſi. Numeratiq; ſunt in deſerto Sinai de Ruben
pꝛimogenito Jſraelis per generatiões ⁊ familias ac do
mos ſuas: ⁊ nomina capitum ſinguloꝛũ: omne quod ſe- C
xus eſt maſculini a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa: pꝛocedẽtium
ad bellũ quadraginta ſex milia quingenti. De filijs Sy-
meon per generationes ⁊ familias ac domos cognatio-
num ſuarũ recenſiti ſunt per nomina ⁊ capita ſinguloꝝ:
omne quod ſexus eſt maſculini a viceſimo anno ⁊ ſupꝛa:
pꝛocedentiũ ad bellũ quinquagintanouem milia trecen
ti. De filijs Gad per generationes ⁊ familias ac domos
cognationũ ſuarum recẽſiti ſunt per nomina ſinguloꝝ
a viginti annis ⁊ ſupꝛa: omnes qui ad bella pꝛocederẽt:
quadraginta quinq; milia ſexcenti quinquaginta. De fi
lijs Juda per generationes ⁊ familias ac domos cogna
tionum ſuarũ per nomina ſinguloꝛũ a viceſimo anno et
ſupꝛa: omnes qui poterant ad bella pꝛocedere: recenſiti
ſunt ſeptuagintaquatuoꝛ milia ſexcenti. De filijs Jſa- D
ſchar per generationes ⁊ familias ac domos cognatio-
num ſuarum: per nomina ſinguloꝛũ a viceſimo anno et
ſupꝛa: oẽs qui ad bella pꝛocederent: recenſiti ſunt quin-
quaginta quatuoꝛ milia quadringenti. De filijs Zabu-
lon per generationes ⁊ familias ac domos cognationũ
ſuarum recẽſiti ſunt per nomina ſinguloꝛum a viceſimo
anno ⁊ ſupꝛa: oẽs qui poterant ad bella pꝛocedere: quin
quaginta ſeptem milia quadringenti. De filijs Joſeph
filioꝝ Ephꝛaim per generationes ⁊ familias ac domos
cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingu-

E lorum a viceſimo anno ⁊ ſupra: omnes qui poterant ad
bella procedere: quadraginta milia quingenti. Porro
filiorum Manaſſe per cognationes et familias ac domos
cognationum ſuarū recenſiti ſunt per nomina ſingulo-
rum a viginti annis ⁊ ſupra: omnes qui poterant ad bel
la procedere: trigintaduo milia ducenti. De filijs benia
min per generationes ⁊ familias ac domos cognationū
ſuarū recēſiti ſunt nominibꝰ ſingulorum a viceſimo anno
⁊ ſupra: omnes qui poterant ad bella procedere: trigin-
taquinq̄ milia quadringēti. De filijs Dan per genera-
tiones ⁊ familias ac domos cognationū ſuarū recenſiti
ſunt nominibꝰ ſingulorum a viceſimo anno ⁊ ſupra: oēs
F qui poterant ad bella procedere: ſexagintaduo milia ſe-
ptingenti. De filijs Aſer per generationes ⁊ familias ac
domos cognationū ſuarum recēſiti ſunt per nomina ſin
gulorum a viceſimo anno ⁊ ſupra: oēs qui poterāt ad bel
Heb. Unū et quadragīta milia quingenti. la procedere*: quadraginta milia ⁊ mille quingēti. De
filijs Nephthali per generationes ⁊ familias ac domos
cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingu-
lorum a viceſimo anno ⁊ ſupra: oēs qui poterāt ad bel
la procedere: quinquagintatria milia quadringēti. Hi
ſunt quos numerauerūt Moyſes ⁊ Aaron ⁊ duodecim
principes Iſrael: ſingulos per domos cognationū ſua-
rum. Fuerūtq̄ omnes filij Iſrael per domos ⁊ familias
ſuas a viceſimo anno ⁊ ſupra: qui poterant ad bella pro-
G cedere ſexcētatria milia virorum quingēti quinquaginta.
Leuitę autem in tribubus familiarū ſuarum non ſunt
numerati cū eis. Locutuſq̄ eſt dominus ad Moyſen:
dicens: Tribū Leui noli numerare: neq̄ pones ſummā
eorū cū filijs Iſrael: ſed cōſtitues eos ſuper tabernaculū
teſtimonij: ⁊ cūcta vaſa eiꝰ: ⁊ quicquid ad ceremonias perti
net. Ipſi portabunt tabernaculū ⁊ oīa vtenſilia eiꝰ: et
erunt in miniſterio: ac per gyrum tabernaculi metabun
tur. Cū proficiſcēdum fuerit: deponent leuitę taberna-
culum: cū caſtrametāda erigēt. Quiſquis externorum
acceſſerit: occidetur. Metabuntur aūt caſtra filij Iſrael
vnuſquiſq̄ per turmas ⁊ cuneos atq̄ exercitum ſuum.
Porro leuitę per gyrū tabernaculi figēt tētoria: ne fiat
indignatio ſup multitudinē filiorum Iſrael: et excubabūt
ī cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerūt ergo filij Iſrael
iuxta oīa quę pręceperat dominus Moyſi. II.
A Locutuſq̄ eſt dominꝰ ad Moyſen ⁊ Aaron:
dicens: Singuli per turmas ſigna atq̄ vexil
la ⁊ domos cognationū ſuarū caſtrametabū-
tur filij Iſrael per gyrum tabernaculi foede-
ris. Ad orientē Iudas figet tētoria per turmas exerci-
tus ſui: eritq̄ prīceps filiorum eiꝰ filiorum Naaſon filiꝰ Ami
nadab: ⁊ omnis de ſtirpe eiꝰ ſumma pugnantiū ſeptua-
gintaquatuor milia ſexcēti. Iuxta eū caſtrametati ſunt
de tribu Iſachar: quorū p̄nceps fuit Nathanael filius
Suar: ⁊ oīs numerus pugnatorū eius quinquaginta
quatuor milia quadringēti. In tribu Zabulon princeps
fuit Heliab filiꝰ Helon: oīſq̄ de ſtirpe eius exercitus
pugnatorum quinquagintaſeptē milia quadringenti. Uni-
uerſi q̄ in caſtris Iudę annumerati ſunt: fuerūt cētum
octogintaſex milia quadringēti: ⁊ p turmas ſuas primi
egredientur. In caſtris filiorum Ruben ad meridianam pla
B gam erit p̄nceps Eliſur filiꝰ Sedeur: ⁊ cūctus exercitꝰ
pugnatorum eiꝰ: qui numerati ſunt quadraginta ſex milia
quingēti. Iuxta eū caſtrametati ſunt de tribu Symeon:
quorum princeps fuit Salmihel filiꝰ Suriſaddai: ⁊ cun
ctus exercitꝰ pugnatorum eiꝰ: q̄ numerati ſunt quinqua-
gintanouem milia trecēti. In tribu Gad princeps fuit
Heliaſaph filiꝰ Duel: ⁊ cūctus exercitꝰ pugnatorum eius:
qui numerati ſunt quadragintaquinq̄ milia ſexcēti quin
quaginta. Oēs q̄ recēſiti ſunt in caſtris Ruben cētum
quinquaginta milia: et mille quadringēti quinquaginta:
C per turmas ſuas in ſecūdo loco proficiſcentur. Leuabitur
aūt tabernaculū teſtimonij p officia leuitarū et turmas
eorum. Quomodo erigetur: ita et deponetur. Singuli p loca
⁊ ordines ſuos proficiſcentur. Ad occidentalem plagā erūt
caſtra filiorum Ephraim: quorum p̄nceps fuit Heliſama filiꝰ
Ammiud. Cunctus exercitus pugnatorum eius: q̄ nume
rati ſunt quadraginta milia quingenti. Et cū eis tribꝰ fi-
liorū Manaſſe: quorum p̄nceps fuit Gamaliel filiꝰ Pha
daſſur: cunctuſq̄ exercitus pugnatorum eius: q̄ numerati
ſunt trigintaduo milia ducenti. In tribu filiorum Benia-
min p̄nceps fuit Abidam filiꝰ Gedeonis: ⁊ cūctus exer-
citus pugnatorum eius: q̄ recēſiti ſunt trigintaquinq̄ milia
quadringēti. Oēs q̄ numerati ſunt in caſtris Ephraim
centū octo milia: per turmas ſuas tertij proficiſcentur. Ad
aquilonis partē caſtrametati ſunt filij Dan: quorum prin-
ceps fuit Ahiezer filius Amiſaddai: cūctuſq̄ exercitus
pugnatorum eius: q̄ numerati ſunt ſexagintaduo milia ſe-
ptingenti. Iuxta eū fixere tētoria de tribu Aſer: quorum pn- D
ceps fuit Phegiel filiꝰ Ochram: cūctuſq̄ exercitus pu
gnatorum eius q̄ numerati ſunt quadraginta milia: et
mille quingēti. De tribu filiorum Nepthali princeps fuit
Ahira filius Enan: cūctus exercitus pugnatorum eius quin
quagintatria milia quadringēti. Oēs q̄ numerati ſunt
in caſtris Dan: fuerūt centū quinquagintaſeptē milia ſex-
cēti: ⁊ nouiſſimi proficiſcentur. Hic numerus filiorum Iſrael
per domos cognationū ſuarum ⁊ turmas diuiſi exercitus
ſexcētatria milia quingēti quinquaginta. Leuitę autem nō
ſunt numerati inter filios Iſrael. Sic enim pręceperat
dñs Moyſi. Fecerūtq̄ filij Iſrael iuxta oīa quę manda
uerat dñs. Caſtrametati ſunt p turmas ſuas: et profecti
per familias ac domos patrum ſuorum. III.
Hae ſunt generatiōes Aaron ⁊ Moyſi in die A
qua locutus eſt dñs ad Moyſen in mōte Si
nai. Et hęc noīa filiorum Aaron: Primogeni-
tus eius Nadab: deinde Abiu et Eleazar et
Ithamar. Hęc noīa filiorum Aarō ſacerdotū q̄ vncti ſunt Leui. 10. a infra 20 g
⁊ quorum replete ⁊ cōſecratę manus: vt ſacerdotio funge-
rētur. Mortui ſunt eīm nadab et Abiu cū offerrēt ignē
alienū in cōſpectu domini ī deſerto Sinai abſq̄ liberis:
functiq̄ ſunt ſacerdotio Eleazar ⁊ Ithamar corā Aarō
patre ſuo. Locutuſq̄ eſt dominus ad Moyſen: dicens:
Applica tribū Leui: et fac ſtare in cōſpectu Aaron ſacer B
dotis: vt miniſtrent ei: ⁊ excubēt ⁊ obſeruent quicquid ad
cultū ptinet multitudinis corā tabernaculo teſtimonij:
⁊ cuſtodiāt vaſa tabernaculi: ſeruiētes in miniſterio eiꝰ.
Dabiſq̄ dono leuitas Aaron et filijs eius: quibus traditi
ſunt a filijs Iſrael. Aaron aūt ⁊ filios eius cōſtitues ſup
cultū ſacerdotij. Externus q̄ ad miniſtrādū acceſſerit:
morietur. Locutuſq̄ eſt dñs ad Moyſen: dicēs: Ego tuli
leuitas a filijs Iſrael p oīni pmogenito: q̄ aperit vuluā
in filijs Iſrael: erūtq̄ leuitę mei. Meū eſt eīm oīne pmo
genitū: ex quo percuſſi pmogenita ī terra Aegypti: ſan- C
ctificaui mihi quicquid primū naſcitur in Iſrael: ab homine
vſq̄ ad pecus mei ſunt. Ego dñs. Locutuſq̄ eſt dñs ad
Moyſen ī deſerto Sinai: dicens: Numera filios Leui
per domos patrū ſuorum ⁊ familias: oēm maſculū ab vno
mēſe ⁊ ſupra. Numerauit Moyſes: vt pręceperat dñs: Exod. 3. a. infra. 8. c.
⁊ inuēti ſunt filij Leui per noīa ſua: Gerſon ⁊ Caath ⁊
Merari. Filij Gerſon: Lobni ⁊ ſemei: filij Caath: Am
ram: ⁊ Ieſſaar: Hebron: ⁊ Ozihel: filij Merari: mooli:
⁊ Muſi. De Gerſon fuere familię dųę: Lobnitica: ⁊ ſe-
meitica: quarum numeratus eſt populus ſexus maſculi
ni ab vno mēſe ⁊ ſupra ſeptē milia quingēti. Hi poſt ta- D
bernaculum metabuntur ad occidentē ſub principe He-
liaſaph filio Iahel: ⁊ habebunt excubias in tabernaculo
foederis: ipſum tabernaculum ⁊ operimentū eius tēto-
riū: qd trahitur ante fores tecti foederis et cortinas atrij:
tētoriū quoq̄ qd appēditur in introitu atrij tabernaculi:
et quicquid ad ritū altaris pertinet: funes tabernaculi:
⁊ oīa vtenſilia eius. Cognatio Caath habebit populos
Amramitas ⁊ Ieſſaaritas ⁊ hebronitas et Ozihelitas.
Hę ſunt familię Caathitarū: recēſitę p noīa ſua oēs gē
neris maſculini ab vno mēſe ⁊ ſupra: octo milia ſexcēti.

Habebunt excubias ſanctuarij:⁊ caſtrametabuntur ad
meridianã plagã. Pꝛicepſꝫ eoꝝ erit Heliſaphan fili⁹
Ozibel. Et cuſtodiet arcã: mẽſamꝫ ⁊ candelabꝛũ: alta-
ria ⁊ vaſa ſanctuarij: in q̃bus miniſtrat̃ ⁊ velũ: cũctamꝫ
E huiuſcemodi ſupellectilẽ. Pꝛinceps aũt principũ leuita-
rum Eleazar filius Aaron ſacerdotis erit ſup excubito-
res cuſtodie ſanctuarij. At vero de Merari erũt populi
Moolite ⁊ Muſite recẽſiti ꝑ noĩa ſua oẽs gñis maſcu-
lini ab vno mẽſe ⁊ ſupꝛa: ſex milia ducẽti. Pꝛinceps eoꝝ
Suriel fili⁹ Abiaiel: ĩ plaga ſeptẽtrionali caſtrametabũ-
tur. Erũt ſub cuſtodia eoꝝ tabule tabernaculi et vectes
⁊ colũne ac baſes eaꝝ: ⁊ oĩa que ad cultũ huiuſmodi per-
tinent: colũneqꝫ atrij per circuitum cũ baſibus ſuis: ⁊
paxilli cũ funib⁹. Caſtrametabunt̃ ante tabernaculum
foederis: id eſt ad oꝛientalẽ plagã: Moyſes ⁊ Aaron cũ
filijs ſuis: habentes cuſtodiã ſanctuarij in medio filioꝝ
Iſrael. Quiſquis alienus acceſſerit: moꝛiet̃. Omnes le-
uite quos numerauerũt Moyſes ⁊ Aaron iuxta pꝛece-
ptum dñi ꝑ familias ſuas in genere maſculino a menſe
vno ⁊ ſupꝛa: fuerũt vigĩtiduo milia. Et ait dominus ad
Moyſen: Numera p̃mogenitos ſex⁹ maſculini de filijs
Iſrael ab vno mẽſe ⁊ ſupꝛa: ⁊ habebis ſummã eoꝝ. Tol-
leſꝫ leuitas mihi pꝛo omni pꝛimogenito filioꝝ Iſrael.
Ego ſum dñs. Et pecoꝛa eoꝝ ꝓ vniuerſis p̃mogenitis
pecoꝛũ filioꝝ Iſrael. Recẽſuit Moyſes ſicut pꝛecepe-
rat dñs: p̃mogenitos filioꝝ Iſrael: ⁊ fuerunt maſculi ꝑ
noĩa ſua a mẽſe vno ⁊ ſupꝛa: vigintiduo milia ducẽti ſe-
ptuaginta tres. Locutuſꝫ eſt dñs ad Moyſen: dicẽs:
F Tolle leuitas ꝓ pꝛimogenitis filioꝝ Iſrael: ⁊ pecoꝛa le-
infra. 8.c. uitarũ pꝛo pecoꝛib⁹ eoꝝ. Erũtꝫ leuite mei. Ego ſum
dñs. In pꝛecio aũt ducẽtoꝝ ſeptuagintatriũ: q̃ excedũt
numerũ leuitarũ de p̃mogenitis filioꝝ Iſrael: accipies
quinqꝫ ſiclos ꝑ ſingula capita ad mẽſurã ſanctuarij. Si-
clus habet viginti obolos. Dabiſꝫ pecuniã Aaron ⁊ fi-
Exo. 30. lijs ei⁹ p̃ciũ eoꝝ q̃ ſupꝛa ſunt. Tulit igit̃ Moyſes pecu-
Leui. 17.c niã eoꝝ q̃ fuerãt ampli⁹: ⁊ q̃s redemerat a leuitis ꝓ p̃mo-
Ezec. 45.d genitis filioꝝ iſrael: mille trecẽtoꝝ ſexagitaq̃nꝫ ſicloꝝ
iuxta põd⁹ ſanctuarij: ⁊ dedit eã Aaron et filijs ei⁹ iuxta
verbũ qđ pꝛeceperat ſibi dominus. IIII.
A Locutuſꝫ eſt dñs ad Moyſen ⁊ Aarõ dicẽs:
Tolle ſummam filioꝝ Caath de medio leui-
tarũ ꝑ domos ⁊ familias ſuas a triceſimo an-
no et ſupꝛa vſꝫ ad q̃nquageſimũ annũ oĩm q̃
ingrediunt̃: vt ſtẽt ⁊ miniſtrẽt in tabernaculo foederis.
Hic eſt cultus filioꝝ Caath: Tabernaculũ foederis ⁊
ſanctumſanctoꝝ ingredient̃ Aaron ⁊ filij eius: quando
mouenda ſunt caſtra: ⁊ deponẽt velum: quod pẽdet an-
te foꝛes: ĩuoluẽtꝫ eo arcã teſtimonij: ⁊ operiẽt rurſum
velamine hyacinthinarũ pelliũ: extẽdẽtꝫ deſup pallium
totũ hyacinthinũ: ⁊ inducẽt vectes. Mẽſam q̃ꝫ ꝓpoſi-
tionis inuoluẽt hyacinthino pallio: ⁊ ponẽt cũ ea thuri-
bula ⁊ moꝛtariola: cyathos ⁊ crateras ad liba fundẽda:
panes ſemꝑ ĩ ea erũt. Extẽdẽtꝫ deſuꝑ palliũ coccineũ:
quod rurſum operiẽt velamẽto hyacinthinarũ pelliũ: et
inducẽt vectes. Sumẽt ⁊ palliũ hyacinthinũ: q̃ operiẽt
cãdelabꝛũ cum lucernis ⁊ foꝛcipib⁹ ſuis ⁊ emũctoꝛijs: ⁊
B cũctis vaſis olei: que ad cõcinnãdas lucernas neceſſaria
ſunt: ⁊ ſuꝑ oĩa ponẽt operimentũ hyacinthinarũ pelliũ:
⁊ inducent vectes. Necnõ ⁊ altare aureũ inuoluent hya-
cinthino veſtimẽto: et extẽdent deſuꝑ operimentũ hya-
cinthinarũ pelliũ: inducẽtꝫ vectes. Oĩa vaſa quibus
miniſtratur ĩ ſanctuario inuoluẽt hyacinthino pallio: et
extẽdent deſuꝑ operimentũ hyacinthinarũ pelliũ: indu-
cẽtꝫ vectes. Sed ⁊ altare mundabũt cinere: ⁊ inuoluẽt
illud purpureo veſtimẽto: ponẽtꝫ cũ eo oĩa vaſa: q̃b⁹ in
miniſterio ei⁹ vtuntur: id eſt igniũ receptacula: fuſcinu-
las ac tridẽtes vncinos ⁊ batilla. Cũcta vaſa altaris ope-
rient ſimul velamine hyacinthinarũ pelliũ: ⁊ inducẽt ve-
ctes. Cũqꝫ inuoluerit Aaron ⁊ filij ei⁹ ſanctuariũ ⁊ oĩa
vaſa eius in cõmotiõe caſtroꝝ: tũc intrabũt filij Caath:
vt poꝛtẽt inuoluta: ⁊ nõ tãgent vaſa ſanctuarij: ne mo-
riãtur. Iſta ſunt onera filioꝝ Caãth in tabernaculo foe-
deris: ſuꝑ quos erit Eleazar fili⁹ Aaron ſacerdotis: ad
cui⁹ pertinet curã oleũ ad cõcinnãdas lucernas ⁊ cõpoſi-
tionis incẽſum: ⁊ ſacrificiũ quod ſemꝑ offert̃: ⁊ oleũ vn-
ctionis: ⁊ quicq̃d ad cultũ tabernaculi pertinet: oĩmqꝫ
vaſoꝝ: que ĩ ſanctuario ſunt. Locutuſꝫ eſt dominus ad
Moyſen ⁊ Aaron: dicẽs: Nolite ꝑdere populũ Caath
de medio leuitarũ: ſed hoc facite eis: vt viuãt: ⁊ nõ moꝛi-
antur: ſi tetigerint ſanctaſanctoꝝ: Aaron ⁊ filij eius in-
trabunt: ipſiqꝫ diſponent onera ſinguloꝝ: ⁊ diuidẽt quid C
poꝛtare q̃s debeat. Alij nulla curioſitate videãt que ſunt
in ſanctuario: pꝛiuſq̃ inuoluant̃: alioq̃n moꝛient̃. Locu-
tuſꝫ eſt dominus ad Moyſen: dicens: Tolle ſummam
etiã filioꝝ Gerſom per domos ac familias et cognatio-
nes ſuas a trigĩta annis ⁊ ſupꝛa: vſꝫ ad annos quinqua-
ginta. Numera oẽs qui ingrediuntur: et miniſtrant in
tabernaculo foederis. Hoc eſt officiũ familie Gerſomi-
tarum: vt poꝛtẽt coꝛtinas tabernaculi et tectũ foederis
operimentũ aliud: ⁊ ſuꝑ oĩa velamen hyacinthinũ: tẽto-
riumqꝫ: qđ pẽdet in introitu tabernaculi foederis: coꝛti-
nas atrij ⁊ velũ ĩ introitu: qđ eſt ante tabernaculũ. Oĩa
que ad altare pertinẽt: funiculos ⁊ vaſa miniſterij iuben-
te Aaron et filijs eius: poꝛtabunt filij Gerſom: et ſcient D
ſinguli: cui debeant oneri mancipari. Hic eſt cultus fa-
milie Gerſomitarũ ĩ tabernaculo foederis. Erũtꝫ ſub
manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Filios q̃ꝫ Me-
rari per familias ⁊ domos patrũ ſuoꝝ recẽſebis a trigin-
ta annis ⁊ ſupꝛa vſꝫ ad annos quĩquaginta: oẽs q̃ in-
grediuntur ad officiũ miniſterij ſui ⁊ cultũ foederis te-
ſtimonij. Hec ſunt onera eoꝝ: Poꝛtabunt tabulas ta-
bernaculi ⁊ vectes eius: columnas ac baſes earũ: colum-
nas quoqꝫ atrij per circuitum cum baſibus et paxillis et
funibus ſuis. Omnia vaſa ⁊ ſupellectilem ad numerum
accipient: ſicqꝫ poꝛtabunt. Hoc eſt officiũ familie Me-
raritarum: ⁊ miniſteriũ in tabernaculo foederis: erũtqꝫ
ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. Recenſue-
rũt igitur Moyſes ⁊ Aaron ⁊ p̃ncipes ſynagoge filios
Caath per cognationes ⁊ domos patrum ſuoꝛum a tri-
ginta annis ⁊ ſupꝛa vſꝫ ad annum quinquageſimũ: oẽs
qui ingrediuntur ad miniſteriũ tabernaculi foederis: et
inuenti ſunt duo milia ſeptingenti quinquaginta. Hic
eſt numerus populi Caath: qui intrant tabernaculum
foederis. Hos numerauit Moyſes ⁊ Aaron iuxta ſer-
monem domini per manum Moyſi. Numerati ſunt ⁊
filij Gerſom per cognatiões: ⁊ domos patrũ ſuoꝛum a
triginta annis ⁊ ſupꝛa: vſꝫ ad quinquageſimum annũ
omnes qui ingrediuntur: vt miniſtrent in tabernaculo
foederis: ⁊ inuẽti ſunt duo milia ſexcenti triginta. Hic
eſt populus Gerſomitarũ: quos numerauerunt Moy-
ſes ⁊ Aaron iuxta verbum domini. Numerati ſunt ⁊ fi-
lij Merari per cognatiões ⁊ domos patrum ſuoꝛum a
triginta annis ⁊ ſupꝛa: vſꝫ ad annum quinquageſimũ:
oẽs qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernacu-
li foederis: ⁊ inuenti ſunt tria milia ducenti. Hic eſt nu-
merus filioꝛum Merari: quos recenſuerunt Moyſes
⁊ Aaron iuxta imperiũ dñi ꝑ manũ Moyſi. Oẽs q̃ recẽ-
ſiti ſunt de leuitis: ⁊ q̃s recẽſeri fecit ad nomẽ Moyſes:
⁊ Aaron: ⁊ p̃ncipes iſrael ꝑ cognatiões: ⁊ domos patrũ
ſuoꝛũ a triginta annis ⁊ ſupꝛa: vſꝫ ad annũ quĩquageſi-
mũ ingrediẽtes ad miniſteriũ tabernaculi: ⁊ onera poꝛ-
tãda: fuerũt ſimul octo milia q̃ngẽti octoginta. Iuxta
verbũ dñi recẽſuit eos Moyſes: vnũquẽqꝫ iuxta officiũ
ſuũ: ⁊ onera ſua: ſicut pꝛeceperat ei dominus. V.
Locutuſꝫ eſt dñs ad Moyſen: dicẽs: Pꝛeci- A
pe filijs iſrael: vt eijciãt de caſtris oẽm lepꝛo-
ſum: ⁊ q̃ ſemĩe fluit: pollutuſꝫ eſt ſuper moꝛ-
tuo tã maſculũ q̃ foeminã eijcite de caſtris: ne
cõtaminẽt ea: cũ habitauerint vobiſcũ. Fecerũtꝫ ita filij
Iſrael: ⁊ eiecerũt eos extra caſtra: ſicut locut⁹ erat dñs

Moyſi. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad Moyſen: dicēs: Loque-
re ad filios Iſrael: Vir ſiue mulier cū fecerint ex omīb⁹
peccatis quę ſolēt hominib⁹ accidere: ⁊ per negligentiā
tranſgreſſi fuerint mādatum domini: atqꝫ deliquerint:
cōfitebuntur peccatum ſuum: et reddent ipſum caput:
quintamqꝫ partem deſuper ei: ī quem peccauerint. Sin
autem non fuerit qui recipiat: dabunt domino: ⁊ erit ſa
B cerdotis: excepto ariete: qui offertur pro expiatione: vt
ſit placabilis hoſtia. Om̄es quoqꝫ primitię quas offerūt
filij Iſrael ad ſacerdotem pertinent: ⁊ quicq̄d in ſanctu
arium offertur a ſingulis: ⁊ traditur manibus ſacerdo-
tis: ipſius erit. Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen: di
cens: Loquere ad filios Iſrael: ⁊ dices ad eos: Vir cui⁹
vxor errauerit: maritūqꝫ cōtemnens dormierit cum al-
tero viro: et hoc maritus deprehendere non quiuerit:
ſed latet adulterium: et teſtibus argui non poteſt: q: nō
eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpirit⁹ Zelotypię cōcitauerit vi-
rum cōtra vxorem ſuam: quę vel polluta eſt: vel falſa ſu-
ſpitione appetitur: adducet eam ad ſacerdotem: et offe
ret oblationē pro illa decimā partem ſati farinę hordea
cee. Nō fundet ſuper eā oleum: nec imponet thus: quia
ſacrificium Zelotypię eſt: et oblatio inueſtigans adulte
rium. Offeret igitur eā ſacerdos: et ſtatuet coram dn̄o:
C aſſumetqꝫ aquam ſanctā ī vaſe fictili: ⁊ pauxillum terrę
de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumqꝫ ſtete-
rit mulier in cōſpectu domini: diſcooperiet caput eius:
et ponet ſuper manus illius ſacrificium recordatiōis: et
oblationem Zelotypię. Ipſe autem tenebit aquas ama
riſſimas: in quibus cum execratione maledicta congeſ-
ſit: adiurabitqꝫ eam: et dicet: Si nō dormiuit vir alien⁹
tecū: ⁊ ſi non polluta es deſerto mariti thoro: nō te noce
bunt aquę iſtę amariſſimę: in q̄ maledicta congeſſi. Sin
autem declinaſti a viro tuo: atqꝫ polluta es: ⁊ cōcubuiſti
cum altero viro: his maledictiōibus ſubiacebis. Det te
dominus in maledictiones: exemplumqꝫ cunctoꝝ in po
pulo ſuo. Putreſcere faciat foemur tuum: ⁊ tumēs vte
rus tuus diſrumpatur. Ingrediantur aquę maledictę
in ventrē tuū: ⁊ vtero tumeſcente putreſcat foemur tuū
Et reſpondebit mulier: Amē amē. Scribetqꝫ ſacerdos
in libello iſta maledicta: ⁊ delebit ea aquis amariſſimis:
D in quas maledicta cōgeſſit: ⁊ dabit ei bibere. Quas cum
exhauſerit: tollet ſacerdos de manu eius ſacrificiū Zelo
typię: ⁊ eleuabit illud corā dn̄o: imponetqꝫ illud ſup al
tare: ita duntaxat: vt prius pugillū ſacrificij tollat de eo
q̄d offertur: ⁊ incendat ſuper altare: ⁊ ſic potū det mulie
ri aquas amariſſimas. Quas cum biberit: ſi polluta eſt:
⁊ cōtempto viro adulterij rea eſt: pertranſibunt eā aquę
maledictionis: ⁊ inflato ventre cōputreſcet foemur. E-
ritqꝫ mulier in maledictionē: et in exemplū omni popu-
lo. Qd ſi polluta nō fuerit erit innoxia: et faciet liberos.
Iſta eſt lex zelotypię. Si declinauerit mulier a viro ſuo:
⁊ ſi polluta fuerit: marituſqꝫ Zelotypię ſpiritu cōcita-
tus: adduxerit eā in conſpectu domini: et fecerit ei ſacer
dos iuxta omnia quę ſcripta ſunt: maritus abſqꝫ culpa
erit: et illa recipiet iniquitatem ſuam. VI.

A Locutuſqꝫ eſt domin⁹ ad Moyſen: dicēs: Lo
q̄re ad filios iſrael: et dices ad eos: vir ſiue mu
lier cum fecerint votum vt ſanctificentur: ⁊ ſe
voluerint domino conſecrare: a vino: et omni
q̄d inebriare poteſt: abſtinebunt. Acetum ex vino: ⁊ ex q̄
libet alia potione: ⁊ quicquid de vua exprimitur: non bi-
bent: vuas recentes ſiccaſqꝫ non comedent cunctis die-
bus: quibus ex voto domino conſecrantur: quicquid ex
vinea eſſe poteſt: ab vua paſſa vſqꝫ ad acinum: non come
dent. Omni tempore ſeparationis ſuę nouacula nō trā
B ſibit per caput eius vſqꝫ ad completum diem: quo domi
no cōſecratur. Sanctus erit creſcente cęſarie capitis ei
us. Omni tempore conſecrationis ſuę ſuper mortuū nō
ingredietur: nec ſuper patris quidem et matris et fra-
tris ſororiſqꝫ funere contaminabitur: quia conſecratio
dei ſui ſuper caput eius eſt. Omnibus diebus ſeparatio-
nis ſuę ſanctus erit domino. Sin autē mortuus fuerit
ſubito quiſpiā corā eo: polluetur caput conſecratiōis ei
us: q̄d radet ilico ⁊ in eadē die purgatiōis ſuę: ⁊ rurſum
in ſeptima. In octaua autem die offeret duos turtures
vl' duos pullos colūbę ſacerdoti in ītroitu foederis teſti
mōij facietqꝫ ſacerdos vnū p̄ peccato: ⁊ alterū ī holocau
ſtū ⁊ deprecabit̄ pro eo: quia peccauit ſuper mortuo: ſan
ctificabitqꝫ caput eius in die illo: ⁊ cōſecrabit̄ dn̄o die ſe
parationis illius: offerens agnū anniculū p̄ peccato: ita
tamē vt dies priores irriti fiāt: quoniā polluta eſt ſancti
ficatio eius. Iſta eſt lex cōſecrationis: Cū dies quos ex
C voto deuote decreuerat: cōplebunt̄: adducet eū ad oſtiū
tabernaculi foederis: ⁊ offeret oblationē eius domino: a-
gnū anniculū immaculatū in holocauſtū: ⁊ ouē annicu-
lā immaculatā pro peccato: ⁊ arietē immaculatū hoſtiā
pacificā: caniſtrū quoqꝫ panū azymorum: qui conſperſi
ſint oleo: ⁊ lagana abſqꝫ fermento vncta oleo: ac libami-
na ſinguloꝝ: quę offeret ſacerdos corā domino: ⁊ faciet
tam pro peccato: q̄ in holocauſtū. Arietē vero immola
bit hoſtiā pacificā dn̄o: offerēs ſimul caniſtrū azymoꝝ: ⁊
libamēta quę ex more debent̄. Tunc radetur Nazarę⁹
ad oſtiū tabernaculi foederis cęſarie cōſecrationis ſuę:
tolletqꝫ capillos eius: et ponet ſup ignē: qui eſt ſuppoſi-
D tus ſacrificio pacificoꝝ: ⁊ armū coctū arietis: tortamqꝫ
abſqꝫ fermēto vnā de caniſtro: ⁊ laganū azymū vnū: ⁊ tra
det in manus Nazarei: poſtq̄ raſum fuerit caput eius.
Suſceptaqꝫ rurſum ab eo eleuabit ī cōſpectu dn̄i: ⁊ ſan-
ctificata ſacerdotis erūt: ſicut pectuſculū q̄d ſeparari iuſ
ſum eſt: et foemur. Poſt hęc p̄t bibere Nazaręus vinū.
Iſta eſt lex Nazarei: cū vouerit oblationē ſuā dn̄o tēpo
re conſecratiōis ſuę: exceptis his quę inuenerit man⁹ ei
us. Iuxta q̄d mente deuouerat: ita faciet ad perfectionē
ſanctificatiōis ſuę. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen: dicēs:
Loquere Aarō ⁊ filijs eius: Sic benedicetꝭ filijs iſrael:
⁊ dicetis eis: Benedicat tibi dn̄s: et cuſtodiat te. Oſten
dat dn̄s faciem ſuā tibi: ⁊ miſereatur tui. Cōuertat dn̄s
vultū ſuū ad te: et det tibi pacē. Inuocabūtqꝫ nomē me
um ſuper filios Iſrael: ⁊ ego benedicā eis. VII.

A Factum eſt autem in die qua compleuit moy-
ſes tabernaculum: et erexit illud: vnxitqꝫ et exo. 40.b
ſanctificauit cum omnibus vaſis ſuis altare: ſi
militer ⁊ omnia vaſa eius: obtuleruntqꝫ prin
cipes Iſrael: ⁊ capita familiaꝝ: quę erant p̄ ſingulas tri
bus prefecti eoꝝ qui numerati fuerant: munera corā do
mino ſex plauſtra tecta cū duodecim bobus. Vnū plau-
ſtrū obtulere duo duces: ⁊ vnū bouē ſinguli: obtulerunt
qꝫ ea in cōſpectu tabernaculi. Ait aūt dominus ad moy-
ſen: Suſcipe ab eis vt ſeruiant in miniſterio tabernacu-
li: ⁊ trades ea Leuitis iuxta ordinē miniſterij ſui. Itaqꝫ
cum ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra: et boues: tradidit ea
Leuitis. Duo plauſtra ⁊ quatuor boues dedit filijs ger
ſon: iuxta id q̄d habebāt neceſſarium: quatuor alia plau
ſtra: ⁊ octo boues dedit filijs Merari ſecundum officia
⁊ cultū ſuum ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotꝭ.
Filijs autem Caath nō dedit plauſtra et boues: quia in
ſanctuario ſeruiunt: ⁊ onera proprijs portant humerꝭ.
Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris: die
qua vnctum eſt: oblationem ſuam ante altare. Dixitqꝫ
B domin⁹ ad Moyſen: Singuli duces per ſingulos dies
offerāt munera in dedicationē altaris. Primo die obtu
lit oblationē ſuā Naaſon filius Aminadab de tribu Iu
da: fuerūtqꝫ in ea acetabulū argenteum pondo centum
triginta ſiclorū: phiala argentea habens ſeptuaginta ſi-
clos iuxta pondus ſanctuarij: vtrunqꝫ plenū ſimila con-
ſperſa oleo in ſacrificiū: mortariolum ex decem ſiclis au
reis plenū incenſo: bouem de armento: et arietem: et a-
gnum anniculum in holocauſtū: hircumqꝫ pro peccato:
⁊ ī ſacrificio pacificoꝝ boues duos: arietes quinqꝫ hircos
quinqꝫ: agnos anniculos quinqꝫ. Hęc eſt oblatio naaſon

filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius
Suar dux de tribu Isſachar:acetabulum argēteum ap
pendens centum triginta ſiclos: phialam argenteā ha⸗
bentem ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij: v⸗
truncꝫ plenum ſimila cōſperſa oleo in ſacrificium: moꝛ
tariolum aureum habens decem ſiclos plenum incenſo:
bouem de armento:et arietem: et agnum anniculum in
holocauſtum : hircumqꝫ pꝛo peccato : et in ſacrificio pa⸗
C cificoꝛum boues duos:arietes quinqꝫ:hircos quinqꝫ: a⸗
gnos anniculos quinqꝫ. Hęc fuit oblatio Nathanael fi
lij Suar. Tertio die pꝛinceps filioꝛum Zabulon Heli⸗
ab filius Helion:obtulit acetabulum argenteum appē⸗
dens centum triginta ſiclos:phialam argenteam habē⸗
tem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij vtruncꝫ
plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: moꝛtario⸗
lum aureū appendens decem ſiclos plenum incenſo:bo⸗
uem de armento:et arietē:⁊ agnum anniculum in holo
cauſtū: hircumqꝫ pꝛo peccato: et in ſacrificio pacificoꝛū
boues duos:arietes quinqꝫ:hircos quinqꝫ:agnos anni⸗
culos quinqꝫ. Hęc eſt oblatio Heliab filij Helon. Die
quarto pꝛinceps filioꝛū Rubē: Eliſur filius Sedeur ob
tulit acetabulum argenteum appendens centū trigin⸗
ta ſiclos:phialā argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos
ad pondus ſanctuarij:vtruncꝫ plenum ſimila conſper⸗
ſa oleo in ſacrificiū: moꝛtariolum aureum appendēs de
cem ſiclos plenum incenſo :bouem de armento:⁊ arietē
et agnum anniculū in holocauſtū: hircumqꝫ pꝛo pecca⸗
D to:⁊ in hoſtias pacificoꝛum boues duos: arietes quinqꝫ
hircos quīqꝫ:agnos anniculos quinqꝫ. Hęc fuit oblatio
Eliſur filij Sedeur. Die quinto pꝛinceps filioꝛum Sy⸗
meō: Solumihel filius Suriſaddai:obtulit acetabulū
argenteum appendēs centum triginta ſiclos:phialam
argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſan⸗
ctuarij: vtruncꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacri⸗
ficium: moꝛtariolum aureum appendens decem ſiclos
plenum incenſo:bouem de armento:et arietem:et agnū
anniculum in holocauſtum:hircumqꝫ pꝛo peccato: et in
hoſtias pacificoꝛum boues duos:arietes quinqꝫ: hircos
quinqꝫ:agnos anniculos quinqꝫ. Hęc fuit oblatio So⸗
lumihel filij Suriſaddai. Die ſexto pꝛinceps filioꝛū gad
Heliaſaph filius Duel:obtulit acetabulum argenteum
appendens centum triginta ſiclos:phialam argenteam
habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij: vtrū
qꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:moꝛtario
lū aureum appendens decē ſiclos plenum incenſo: bouē
de armento: et arietem:et agnum anniculū in holocau⸗
ſtum:hircumqꝫ pꝛo peccato:et in hoſtias pacificoꝛū bo⸗
E ues duos:arietes quinqꝫ:hircos quinqꝫ agnos annicu⸗
los quinqꝫ. Hęc fuit oblatio Hiliaſaph filij Duel. Die
ſeptimo pꝛinceps filioꝛum Ephraim Heliſama filius
Ammiud: obtulit acetabulum argenteū appēdens cen
tum triginta ſiclos : phialam argenteam habentem ſe⸗
ptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij : vtrūqꝫ plenum
ſimila cōperſa oleo in ſacrficium:moꝛtariolum aureum
appendēs decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armē
to:et arietem:⁊ agnum anniculum in holocauſtum: hir
cumqꝫ pꝛo peccato:et in hoſtias pacificoꝛum: boues du
os: arietes quinqꝫ:hircos quinqꝫ : agnos anniculos quī
qꝫ. Hęc fuit oblatio Heliſama filij Ammiud. Die octa⸗
uo pꝛinceps filioꝛū Manaſſe Gamaliel filius Phadaſ
ſur obtulit acetabulum argenteum appendens centum
triginta ſiclos:phialam argenteam habentem ſeptuagī
ta ſiclos ad pondus ſanctuarij : vtruncꝫ plenum ſimila
conſperſa oleo in ſacrificium:moꝛtariolum aureum ap⸗
pendens decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armē⸗
to:et arietem:⁊ agnū anniculū in holocauſtū:hircumqꝫ
pꝛo peccato:⁊ in hoſtias pacificoꝛū boues duos:arietes
quinqꝫ:hircos quinqꝫ:agnos anniculos quinqꝫ. Hęc fu
it oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. Die nono pꝛīceps
filioꝛū Beniamin Abidan filius Gedeonis obtulit ace⸗
tabulum argenteum appendēs centum triginta ſiclos:
phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pon
dus ſanctuarij:vtruncꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in
ſacrificium: moꝛtariolum aureum appendens decem ſi
clos plenum incenſo: bouem de armento:et arietem: et
agnum anniculum in holocauſtū : hircumqꝫ pꝛo pecca⸗
to:⁊ in hoſtias pacificoꝛum boues duos: arietes quinqꝫ
hircos quinqꝫ:agnos anniculos quinqꝫ. Hęc fuit obla⸗
tio Abidan filij Gedeonis. Die decimo pꝛinceps filioꝛū
Dan: Ahiezer filius Amiſaddai obtulit acetabulum ar
genteum appendens centum triginta ſiclos : phialam
argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſan
ctuarij:vtruncꝫ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrifi⸗
cium : moꝛtariolum aureum appendens decem ſiclos
plenum incenſo : bouem de armento : et agnum annicu
lum in holocauſtum: hircumqꝫ pꝛo peccato:et in hoſti⸗ F
as pacificoꝛum boues duos: arietes quinqꝫ: hircos quī
qꝫ:agnos anniculos quinqꝫ. Hęc fuit oblatio Abiezer fi
lij Amiſaddai. Die vndecimo pꝛinceps filioꝝ Aſer:phe⸗
giel filius Ochran obtulit acetabulum argenteū appen
dens centum triginta ſiclos : phialam argenteam habē
tē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij : vtrūqꝫ ple
num ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: moꝛtariolum
aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouē
de armento:et arietē: ⁊ agnū anniculū in holocauſtum:
hircūqꝫ pꝛo peccato:⁊ in hoſtias pacificoꝝ boues duos:
arietes quinqꝫ: hircos quinqꝫ:agnos anniculos quinqꝫ.
Hęc fuit oblatio phegiel filij Ochran. Die duodecimo
pꝛinceps filioꝝ Nephthali: Ahira filius Henam obtu⸗
lit acetabulū argenteū appēdens centū triginta ſiclos:
phialā argenteā habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus
ſanctuarij: vtruncꝫ plenū ſimila oleo conſperſa in ſacrifi
ciū: moꝛtariolum aureum appendens decē ſiclos plenū
incenſo:bouē de armento et arietē:et agnū anniculum ī
holocauſtum:hircūqꝫ pꝛo peccato:⁊ in hoſtias pacifico⸗ G
rū boues duos:arietes quinqꝫ:hircos quinqꝫ: agnos an
niculos quinqꝫ. Hęc fuit oblatio abira filij Henā. Hęc
in dedicatione altaris oblata ſunt a pꝛincipibus Iſrael
in die qua conſecratū eſt: acetabula argētea duodecim:
phialę argēteę duodecim: moꝛtariola aurea duodecim:
ita vt centū triginta ſiclos argenti haberet vnū acetabu
lū:⁊ ſeptuaginta ſiclos vna phiala:id eſt in cōmune vaſo
rū omniū ex argēto ſicli duo milia quadringēti ponde⸗
re ſanctuarij:moꝛtariola aurea duodecim plena incenſo
denos ſiclos appendētia pōdere ſanctuarij: id eſt ſimul
auri ſicli centū vigīti : boues de armēto in holocauſtum
duodecim: arietes duodecim: agni anniculi duodecim:
⁊ libamēta eoꝝ:hirci duodecim pꝛo peccato:hoſtię paci
ficoꝝ:boues vigintiqͣtuoꝛ: arietes ſexagīta: hirci ſexagī
ta:agni anniculi ſexaginta. Hęc oblata ſunt ī dedicatio
ne altar[?]: quādo vnctū eſt. Cūqꝫ ingrederet̄ moyſes ta
bernaculū foederis:vt conſuleret oꝛaculū:audiebat vocē
loquētis ad ſe de ꝓpitiatoꝛio : qd̄ erat ſuꝑ arcā teſtimo⸗
nij inter duos Cherubin:vnde ⁊ loquebat̄ ei. VIII.

Locutuſqꝫ eſt domin⁹ ad Moyſen:dicēs: Lo A
quere ad Aaron et dices ad eum: Cum poſue
ris ſeptem lucernas : candelabꝛum in auſtrali
parte erigatur. Hoc igitur pꝛęcipe: vt lucer⸗
nę contra Boꝛeam e regione reſpiciant ad menſam pa⸗
nū pꝛopoſitionis: contra eam partē quā candelabꝛū re⸗
ſpicit:lucere debebunt. Fecitqꝫ Aaron:⁊ impoſuit lucer
nas ſuper candelabꝛum: vt pꝛęceperat dominus moyſi.
Hęc autem erat factura candelabꝛi : ex auro ductili: tā
medius ſtipes ꝙ cuncta quę ex vtroqꝫ calamoꝛum late⸗
re naſcebantur. Iuxta exemplum qd̄ oſtendit dominus
Moyſi: ita operat⁹ eſt candelabꝛū. Et locutus eſt dn̄s
ad moyſen:dicens: Tolle Leuitas ex medio filioꝝ iſrael
⁊ purificabis eos iuxta hūc ritū. Aſpergant̄ aqua luſtra⸗ B
tiōis:⁊ radant oēs pilos carnis ſuę. Cūqꝫ lauerint veſti
menta ſua:⁊ mundati fuerint:tollēt bouē de armētis:et

libamētum eius ſimilā oleo cōſperſam: bouē aūt alterū
de armento accipies pro peccato: ⁊ applicabis Leuitas
corā tabernaculo foederis: cōuocata omni multitudine
filiorū Iſrael. Cumqꝫ Leuitę fuerint corā domino: po-
nent filij Iſrael manus ſuas ſuper eos: et offeret Aaron
Leuitas: munus in conſpectu domini a filijs Iſrael: vt
ſeruiant in miniſterio eius. Leuitę quoqꝫ ponent manꝰ
ſuas ſuper capita boum: e quibus vnum facies ꝓ pecca-
C to: ⁊ alterum ī holocauſtū domini: vt depreceris pro eis
Statueſqꝫ Leuitas in cōſpectu Aaron et filiorū eius: et
cōſecrabis oblatos domino: ac ſeparabis de medio filio-
rum Iſrael: vt ſint mei: ⁊ poſtea ingrediantur taberna-
culū foederis: vt ſeruiant mihi. Sicqꝫ purificabis ⁊ cōſe
supra.3.b crabis eos ī oblationē domini: quoniā dono donati ſunt
Exo.13.a. mihi a filijs Iſrael. Pro primogenitis: quę aperiūt om
et.33.c. nē vuluā in Iſrael: accepi eos. Mea ſunt enī oīa primo-
Luce.2.d genita filiorꝫ Iſrael: tā ex hoībus ꝙ ex iumentis. Ex die
quo ꝑcuſſi omē primogenitū in terra Aegypti: ſanctifi-
caui eos mihi: ⁊ tuli Leuitas ꝓ cunctis primogenitis fi
liorꝫ Iſrael: tradidiqꝫ eos dono Aarō ⁊ filijs eius de me
dio ppłi: vt ſeruiant mihi ꝓ Iſrael in tabernaculo foede
Exod.3.c ris: ⁊ orēt ꝓ eis: ne ſit in populo plaga: ſi auſi fuerint ac-
supra.3.c. cedere ad ſanctuariū. Feceruntqꝫ Moyſes ⁊ Aaron ⁊ oīs
D multitudo filiorū Iſrael ſup leuitas quę preceperat do
minꝰ moyſi: purificatiqꝫ ſunt: ⁊ lauerūt veſtimenta ſua.
Eleuauitqꝫ eos Aaron in cōſpectu domini: ⁊ orauit pro
eis: vt purificati īgrederent̄ ad officia ſua in tabernacu
lū foederis corā Aaron et filijs eiꝰ. Scut preceperat do
minus Moyſi de leuitis: ita factū eſt. Locutuſqꝫ eſt do
minus ad Moyſen: dicens: Hęc eſt lex Leuitarū: A vi-
ginti quinqꝫ annis: ⁊ ſupra: ingredient̄: vt miniſtrent in
tabernaculo foederis. Cūqꝫ quinquageſimū annū ętatꝭ
impleuerint: ſeruire ceſſabunt: erūtqꝫ miniſtri fratrum
ſuorꝫ in tabernaculo foederis: vt cuſtodiant quę ſibi fue
rint commēdata: opera autē ipſa nō faciant. Sic diſpo-
nes Leuitas in cuſtodijs ſuis. IX.

A Locutus eſt dominus ad Moyſen in deſerto
Sinai anno ſecūdo: poſtꝙ egreſſi ſunt de ter-
ra Aegypti menſe primo: dicens: Faciant filij
Iſrael phaſe ī tempore ſuo quartadecima die
menſis huius ad veſperam iuxta omēs ceremonias: ⁊ iu
ſtificatiōes eius. Precepitqꝫ moyſes filijs Iſrael: vt fa-
cerent phaſe. Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima
die menſis ad veſperam in monte Sinai. Iuxta oīa quę
mandauerat dñs Moyſi: fecerunt filij Iſrael. Ecce aūt
quidā immundi ſuper aīa hoīs: qui non poterant facere
B phaſe ī die illo: accedētes ad Moyſen et Aaron: dixerūt
eis: Immūdi ſumus ſup aīa hoīs: quare fraudamur: vt
non valeamus oblationē offerre dño in tempore ſuo in-
ter filios Iſrael? Quibꝰ reſpōdit moyſes: State vt cō-
ſulā: ꝗd ꝓcipiat dominus de vobis. Locutuſqꝫ eſt dñs
ad Moyſen: dicens: Loquere filijs Iſrael: Homo ꝗ fu
erit immūdus ſup aīa: ſiue in via procul: ſiue in gente ve
ſtra: faciat phaſe dño in menſe ſecūdo quartadecima die
Job.19.g mēſis ad veſperā: cū azymis ⁊ lactucis agreſtibus come
dēt illud. Nō relinquent ex eo quippiā vſqꝫ mane: et os ei
us non confringent: omnē ritum phaſe obſeruabūt. Si
quis autē mundus eſt: ⁊ in itinere non fuit: et tamen nō
fecit phaſe: exterminabitur aīa illa de populis ſuis: quia
ſacrificium domino non obtulit tempore ſuo. Peccatū
C ſuū ipſe portabit. Peregrinꝰ quoqꝫ et aduena ſi fuerint
Exo.40.d apud vos: faciēt phaſe dño iuxta ceremonias: ⁊ iuſtifica
tiones ſuas. Preceptū idē erit apud vos tā aduenę: ꝙ
indigenę. Igitur die qua erectū eſt tabernaculū: operuit
illud nubes. A veſpere autē ſup tentoriū erat q̄ſi ſpecies
ignis vſqꝫ mane. Sic fiebat iugiter. Per diē operiebat
illud nubes: et ꝑ noctē quaſi ſpecies ignis. Cūqꝫ oblata
fuiſſet nubes: q̄ tabernaculū ꝓtegebat: tunc ꝓficiſcebant̄
filij iſrael: ⁊ in loco vbi ſtetiſſet nubes: ibi caſtrametabā-
tur: Ad imperiū dñi proficiſcebant̄: et ad imperiū illius
figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus ſtabat
nubes ſup tabernaculū: manebant in eodē loco: ⁊ ſi eue- D
niſſet: vt multo tempore maneret ſuper illud: erant filij
Iſrael in excubijs dñi: ⁊ non proficiſcebātur q̊tquot die
bus fuiſſet nubes ſup tabernaculū. Ad imperiū domini
erigebāt tentoria: ⁊ ad imperiū illius deponebāt. Si fu
iſſet nubes a veſpere vſqꝫ ad mane: et ſtatim diluculo ta
bernaculū reliquiſſet: proficiſcebantur: et ſi poſt diem et
noctem receſſiſſet: diſſipabant tentoria. Si vero biduo:
aut vno menſe vel lōgiori tēpore fuiſſet ſuper tabernacu
lū: manebāt filij iſrael in eodē loco: ⁊ nō ꝓficiſcebantur.
Statim aūt vt receſſiſſet: mouebant caſtra. Per verbū
dñi figebāt tentoria: et ꝑ verbū illius proficiſcebant̄: erāt
qꝫ ī excubijs domini iuxta imperiū eius ꝑ manū moyſi.

Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen X.
dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ducti-
A les: quibus conuocare poſſis multitudinem:
quando mouenda ſunt caſtra. Cumqꝫ increpueris tubis: congregabitur ad te omnis turba ad oſti
um tabernaculi foederis. Si ſemel clāgueris: venient ad
te principes: et capita multitudinis Iſrael. Si autem
prolixior atqꝫ conciſus clangor increpuerit: mouebunt
caſtra primi qui ſunt ad orientalem plagam. In ſecun-
do autem ſonitu ⁊ pari vlulatu tubę: leuabunt tentoria
qui habitant ad meridiem: et iuxta hūc modum reliqui
facient vlulantibus tubis in profectionem. Quando au
tem congregandus eſt populus: ſimplex turbarum clā
gor erit: et non conciſe vlulabunt. Filij autem Aaron ſa
cerdotis clangēt tubis: eritqꝫ hoc legitimum ſempiter
num in generationibus veſtris. Si exieritis ad bellum
de terra veſtra cōtra hoſtes: q̊ dimicant aduerſum vos:
clangetis vlulantibus tubis: et erit recordatio veſtri co
ram domino deo veſtro: vt eruamini de manibus inimi
corum veſtrorum. Si quando habebitis epulum: ⁊ dies B
feſtos: et Calendas: canetis tubis ſuper holocauſtis: et
pacificis victimis: vt ſint vobis in recordationem dei ve
ſtri. Ego dominus deus veſter. Anno ſecundo: menſe ſe
cundo: viceſima die menſis eleuata eſt nubes de taberna
culo foederis. Profectiqꝫ ſunt filij Iſrael ꝑ turmas ſu-
as de deſerto Sinai: et recubuit nubes ī ſolitudine pha
ran. Moueruntqꝫ caſtra primi iuxta imperium domini
per manum Moyſi. Filij Iuda per turmas ſuas: quo-
rū princeps erat Naaſon filius Aminadab. In tribu fi-
liorꝫ Iſſachar fuit prīceps Nathanael filius Suar. In
tribu Zabulon erat prīceps Heliab filiꝰ Helon. Depo
ſitūqꝫ eſt tabernaculū: qđ portantes egreſſi ſunt filij ger
ſon et Merari. Profectiqꝫ ſunt et filij Ruben per tur
mas et ordinem ſuum: quorum princeps erat Heliſur fi C
lius Sedeur. In tribu autē filiorum Symeon prīceps
fuit Salumiel filiꝰ Suriſaddai. Porro ī tribu gad erat
princeps Heliſaph filius Duel. Profectiqꝫ ſunt ⁊ Caa
thitę portātes ſanctuariū. Tamdiu tabernaculū porta
bant̄: donec venirent ad erectionis locū. Mouerūt caſtra
⁊ filij Ephraim per turmas ſuas: in quorꝫ exercitu prin
ceps erat Heliſama filius Ammiud. In tribu autem fi
liorū Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius Phadaſ-
fur: ⁊ in tribu Beniamin erat dux Abidan filius gedeo
nis. Nouiſſimi caſtrorū omnium profecti ſunt filij Dan
per turmas ſuas: in quorum exercitu princeps fuit Ahie
zer filius Amiſaddai. In tribu autē filiorum Aſer erat
princeps Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum
Nephthali princeps fuit Abira filius Henan. Hęc ſūt
caſtra: et profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas
quādo egrediebatur. Dixitqꝫ Moyſes Obab filio Ra
guel Madianitę cognato ſuo: Proficiſcimur ad locū
quē dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcū: vt benefa-
ciamus tibi: q2 dominꝰ bona ꝓmiſit Iſraeli. Cui ille re
ſpondit: Non vadā tecum: ſed reuertar in terrā meā: in
q̄ natus ſum. Et ille: Noli: inq̄t: nos relinquere. Tu enī
noſti: in q̄bus locis per deſertū caſtra ponere debeamꝰ: ⁊

eris ductoꝛ noſter. Cūq; nobiſcū veneris; quicquid opti
mum fuerit ex opibꝰ: quas nobis traditurꝰ eſt dominꝰ:
dabimꝰ tibi. Profecti ſunt ergo de mōte dñi viā trium
Pſal. 7. dierū: arcaq; foederis dñi pꝛęcedebat eos per dies tres:
prouidens caſtroꝝ locum. Nubes quoq; dñi ſuper eos
erat per diē: cū incederent. Cūq; eleuaret arca: dicebat
Moyſes: Surge domine: ⁊ diſſipentur inimici tui: ⁊ fu
giāt: qui oderūt te: a facie tua. Cū aūt deponeretur: aie
bat: Reuertere dñe ad multitudinē exercitꝰ Iſrael. XI
A Nterea oꝛtum eſt murmur populi: quaſi do-
lentium pꝛę laboꝛe cōtra dñm: quod cum au-
diſſet: iratꝰ eſt. Et accenſus in eos ignis dñi:
deuoꝛauit extremā caſtroꝝ partē. Cūq; cla-
maſſet populus ad Moyſen: oꝛauit Moyſes ad dñm:
⁊ abſoꝛptus eſt ignis. Vocauitq; nomen loci illius In-
cenſio: eo ꝙ ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis domini.
Vulgus quippe promiſcuum: quod aſcēderat cum eis:
flagrauit deſyderio carniū ſedens ⁊ flens: iunctis ſibi pa
riter filijs Iſrael: et ait: Quis dabit nobis ad veſcēdum
carnes? Recoꝛdamur piſciū: q̄s comedebamus ī Aegy
B pto gratis: in mentē nobis veniunt cucumeres: et pepo
Exo. 16. g nes: poꝛriq;: et cępe: et allia. Aīa noſtra arida eſt: nihil
aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Erat aūt man q̄ſi
ſemē coꝛiādri coloꝛis bdellij. Circūibatq; populꝰ ⁊ col-
ligens illud: frāgebat mola: ſiue terebat in moꝛtario: co
quēs ī olla: ⁊ faciēs ex eo toꝛtulas ſapoꝛis q̄ſi panis olea
ti. Cūq; deſcēderet nocte ſup caſtra ros: deſcēdebat pa-
riter ⁊ man. Audiuit ergo Moyſes flentē populū ꝑ fa-
C milias: ſingulos per oſtia tētoꝛij ſui. Iratuſq; eſt furoꝛ
domini valde: ſed ⁊ Moyſi intolerāda res viſa eſt: et ait
ad dominum. Cur afflixiſti ſeruum tuū? quare nō inue-
nio gratiā coꝛā te? Et cur impoſuiſti pōdus vniuerſi po
puli huius ſup me? Nunq̄d ego cōcepi oēm hanc multi
tudinem: vel genui eam: vt dicas mihi: poꝛta eos in ſinu
tuo: ſicut poꝛtare ſolet nutrix infantulū: ⁊ defer in terrā
pꝛo qua iuraſti patribꝰ eoꝝ? Vnde mihi carnes: vt dem
tātę multitudini? Flent coꝛā me: dicētes: Da nobis car
nes: vt comedamus. Nō poſſum ſolꝰ ſuſtinere omnem
hunc populū: q̄a grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videt̄:
obſecro vt interficias me: ⁊ inueniā gratiā ī oculis tuis:
D ne tātis afficiar malis. Et dixit dominus ad Moyſen:
Cōgrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioꝛibus Iſrael:
Ioſue. 10 b quos tu noſti: ꝙ ſenes populi ſint: ac magiſtri: et duces
1. reg. 16. b eos ad oſtiū tabernaculi foederis: facieſq; ibi ſtare tecū:
et deſcēdam ⁊ loq̄r tibi: ⁊ auferā de ſpiritu tuo: tradāq;
eis: vt ſuſtētent tecū onus populi: ⁊ nō tu ſolꝰ graueris.
Populo q̄q; dices: Sāctificamini: cras comederis car
nes. Ego eñ audiui vos dicere: Quis dabit nobis eſcas
carniū? Bene nobis erat ī Aegypto. Vt det vobis dñs
carnes: ⁊ comedatis: nō vno die: nec duobꝰ: vel q̄nq; aut
decē: nec viginti q̄dem: ſed vſq; ad menſem dieꝝ: donec
exeat per nares veſtras: ⁊ vertatur in nauſeā: eo ꝙ repu-
leritis dominum: qui in medio veſtri eſt: ⁊ fleueritis co-
E rā eo: dicētes: Quare egreſſi ſumꝰ ex Aegypto: vt peri-
remus in ſolitudine? Et ait Moyſes ad dñm: Sexcen
ta milia peditū huius populi ſunt: et tu dicis: Dabo eis
eſum carniū menſe integro? Nunq̄d ouium ⁊ boū mul-
titudo cędetur: vt poſſit ſufficere ad cibū: vel oēs piſces
Eſa. 56. a maris in vnū cōgregabuntur: vt eos ſatiēt? Cui reſpon
dit dominus: Nunq̄d manus domini inualida eſt? Iā
nunc videbis: vtrū meus ſermo opere cōpleatur. Venit
igitur Moyſes: ⁊ narrauit populo v̄ba domini: congre
F gans ſeptuaginta viros de ſenioꝛibꝰ Iſrael: quos ſtare
fecit circa tabernaculum dñi. Deſcēditq; dominus per
nubē: ⁊ locutus eſt ad eū: auferens de ſpiritu: qui erat in
Moyſe: ⁊ dans ſeptuaginta viris. Cūq; requieuiſſet in
eis ſpiritꝰ: ꝓphetauerūt: nec vltra ceſſauerūt. Reman-
He. Eldar ſerāt aūt in caſtris duo viri: quoꝝ vnꝰ vocabat̄* Eldad:
⁊ alter Medad: ſuper quos requieuit ſpiritus: nam et
ipſi deſcripti fuerāt: et nō exierāt ad tabernaculū. Cūq;
pꝛophetarēt ī caſtris: cucurrit puer: ⁊ nūciauit Moyſi:
dicēs: Eldad ⁊ Medad pꝛophetant in caſtris. Statim
Ioſue filius Nun: miniſter Moyſi: et electꝰ e pluribꝰ:
ait: Dñe mi Moyſes ꝓhibe eos. At ille: Quid (inquit)
ęmularis ꝓ me? Quis tribuat: vt oīs populꝰ ꝓphetet: ⁊
det eis dñs ſpiritū ſuū? Reuerſuſq; eſt Moyſes: ⁊ ma- G
ioꝛes natu Iſrael in caſtra. Ventus aūt egrediens a dño
arreptas trans mare coturnices detulit: ⁊ dimiſit in ca
ſtra itinere: quātū vno die cōfici poteſt: ex omi pte caſtro
rū ꝑ circuitū: volabātq; ī aere duobꝰ cubitis altitudine
ſup terrā. Surgēs ergo populꝰ toto die illo: ⁊ nocte: ac Pſal. 74
die altero: cōgregauit coturnicū multitudinē: q̄ parū:
decē choꝛos: ⁊ ſiccauerunt eas per gyꝛū caſtroꝝ. Adhuc
carnes erāt in dētibus eoꝝ: nec defecerat huiuſcemodi
cibus: ⁊ ecce furoꝛ domini cōcitatus ī populū: percuſſit
eū plaga magna nimis. Vocatuſq; eſt ille locus: ſepul-
chꝛa cōcupiſcentię: ibi eñ ſepelierunt populū: q̄ deſyde-
rauerat carnes. Egreſſi aūt de ſepulchꝛis cōcupiſcētię:
venerunt in Aſeroth: ⁊ manſerunt ibi. XII.
Ocutaq; eſt Maria ⁊ Aaron contra Moy- A
ſen pꝛopter vxoꝛem eius Aethyopiſſam: ⁊ di-
xerūt: Num ꝑ ſolū Moyſen locutꝰ eſt dñs? deute. 24.
Nonne ⁊ nobis ſimiliter eſt locutus? Quod
cū audiſſet dominꝰ: iratus eſt valde. Erat eñ Moyſes
vir mitiſſimus ſuper omnes homines: qui moꝛabantur
in terra. Statim locutus eſt dñs ad eum: ⁊ ad Aaron: ⁊
Mariam: Egredimini vos tantū tres ad tabernaculū
foederis. Cūq; fuiſſent egreſſi: deſcēdit dñs in columna
nubis: et ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron et
Mariā. Qui cum iſſent: dixit ad eos: Audite ſermones B
meos: Si q̄s fuerit īter vos ꝓpheta dñi: ī viſiōe appare-
bo ei: vel ꝑ ſomniū loq̄r ad illū. At nō talis ſeruus meus
Moyſes: q̄ ī omi domo mea fideliſſimꝰ eſt: oꝛe eñ ad os Heb. 3. a.
loq̄r ei: palā: ⁊ nō ꝑ ęnigmata: ⁊ figuras deū videt. Qua Exo. 33. c.
re ergo nō timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Ira- C
tuſq; cōtra eos abijt. Nubes q̄q; receſſit: quę erat ſuper
tabernaculū. Et ecce Maria apparuit cādens lepꝛa q̄ſi
nix. Cūq; reſpexiſſet eā Aaron: ⁊ vidiſſet ꝑfuſam lepꝛa:
ait ad Moyſen: Obſecro dñe mi: ne īponas nobis hoc
peccatū: qd̄ ſtulte cōmiſimꝰ: ne fiat hęc q̄ſi moꝛtua: et vt
aboꝛtiuū: qd̄ ꝓijcit̄ de vulua matris ſuę. Ecce iā mediuʒ
carnis eiꝰ deuoꝛatū eſt a lepꝛa. Clamauitq; Moyſes ad
dominū: dicēs: Deꝰ obſecro ſana eā. Cui reſpōdit dñs: D
Si pater eius ſpuiſſet ī faciē illius: nōne debuerat ſaltē
ſeptē diebus ruboꝛe ſuffundi? Separetur ſeptē diebus
extra caſtra: ⁊ poſtea reuocabit̄. Excluſa eſt itaq; Ma-
ria extra caſtra ſeptē diebus: et populus non eſt motus
de loco illo: donec reuocata eſt Maria. XIII.
Rofectuſq; eſt populꝰ de Haſeroth fixis tē A
toꝛijs in deſerto Pharan. Ibiq; locutus eſt
dominus ad Moyſen: dicens: Mitte viros
qui cōſyderēt terrā Chanaan: quā daturus
ſum filijs Iſrael: ſingulos de ſingulis tribubꝰ ex ꝓncipi
bus. Fecit Moyſes qd̄ dñs īperauerat: de deſerto Pha
ran mittēs ꝓncipes viros: quoꝝ iſta ſunt noīa. De tribu
Ruben: Sāmua filiū Zachur. De tribu Symeon: Sa
phat filiū Huri. De tribu Iuda: Caleb filiū Iephone.
De tribu Iſaſchar: Igal filiū ioſeph. De tribu ephꝛaim
Oſee filiū Nun. De tribu beniamin: phalti filiū raphu.
De tribu Zabulō: Geddihel filiū ſodi. De tribu ioſeph:
de tribu manaſſe: Gaddi filiū Suſi. De tribu Dan: ami
hel filiū gemalli. De tribu aſer: Sthur filiū michael. De
tribu nephthali: naabi filiū Vaphſi. De tribu Gaad: gu B
hel filiū Machi. Hęc ſunt noīa viroꝝ: q̄s miſit moyſes
ad cōſyderandā terrā: vocauitq; Oſee filiū Nun Ioſue.
Miſit ḡ eos moyſes ad cōſyderādā terrā chanaan: ⁊ di
xit ad eos: Aſcēdite ad meridianā plagā. Cūq; veneritꝭ
ad mōtes: cōſiderate terrā q̄lis ſit: ⁊ pplm̄ q̄ īhabitatoꝛ
eſt eiꝰ: vtrū foꝛtis ſit: an infirmꝰ: pauci nūero: an plures:
ipa terra bona an mala: vꝛbes q̄les: murate an abſq; mu

rıs:humus pinguis an ſterilis:nemoroſa ā abſqꝫ arbo
ribus. Cōfortamini ⁊ afferte nobis de fructibus terrę.
Erat aūt tēpus: quādo iā precoquę vuę veſci poſſunt.
Cūqꝫ aſcēdiſſent explorauerūt terram a deſerto * Sin:
vſqꝫ ad Rehob intrantibus Emath. Aſcenderuntqꝫ ad
Heb.zin. meridiem:⁊ venerunt in Hebron:vbi erant Achiman ⁊
C Siſai ⁊ Tolmai filij Enach. Nā Hebron ſeptē annis
ante * Thanim vrbem Aegypti cōdita eſt. Pergētesqꝫ
Deut.1.d. Heb.zoan vſqꝫ ad torrentē botri:abſciderūt palmitē cum vua ſua:
quē portauerunt in vecte duo viri. De malis quoqꝫ gra
natis:⁊ de ficis loci illius tulerūt:qui appellat⁹ eſt Na-
hal:eſcol:id eſt torrens botri: eo ꝙ botrū portaſſent īde
filij Iſrael. Reuerſiqꝫ exploratores terrę poſt q̄dragin
ta dies omni regione circuita:venerunt ad Moyſen et
Aaron:⁊ ad oēm coetum filiorum Iſrael in deſertū Pha
ran:quod eſt in Cades. Locutiqꝫ eis ⁊ omni multitudi
ni oſtenderunt fructus terrę:et narrauerunt:dicentes:
D Venimus in terram: ad quam miſiſti nos: quę reuera
fluit lacte ⁊ melle:vt ex his fructib⁹ cognoſci poteſt: ſed
Judic.8.b cultores fortiſſimos habet:⁊ vrbes grandes atqꝫ mura
tas. Stirpē Enach vidimus ibi. Amalech habitat ī me-
ridie: ⁊ Etheus ⁊ Hiebuſeus et Amoreus ī mōtanis.
Chananeus vero moratur iuxta mare: et circa fluenta
Iordanis. Inter hęc Caleb compeſcēs murmur popu
li:qui oriebatur cōtra Moyſen:ait: Aſcēdamus:⁊ poſſi
deamus terrā:quoniam poterimus obtinere eam. Alij
vero qui fuerant cū eo dicebant: Nequaq̄ ad hūc popu-
lum valemus aſcendere:quia fortior nobis eſt. Detraxe
runtqꝫ terrę:quam inſpexerant apud filios Iſrael:dicē
tes: Terra quā luſtrauimus:deuorat habitatores ſuos.
Populus quē aſpeximus procerę ſtaturę eſt. Ibi vidi-
mus mōſtra quędam filiorum Enach de genere gigāteo:
quibus cōparati quaſi locuſtę videbamur. XIIII.

Igitur vociferans oīs turba fleuit nocte illa:
⁊ murmurati ſunt cōtra Moyſen et Aaron
A cuncti filij Iſrael:dicētes: Utinā mortui eſſe
mus in Aegypto: et nō ī hac vaſta ſolitudine.
Utinā pereamus:et non inducat nos dominus in terrā
iſtam:ne cadamus gladio:⁊ vxores ac liberi noſtri ducā
tur captiui. Nōne melius eſt reuerti in Aegyptū? Dixe
runtqꝫ alter ad alterum: Conſtituamus nobis ducem:
⁊ reuertamur in Aegyptum. Quo audito Moyſes et
Aaron ceciderūt proni in terram coram omni multitu-
dine filiorum Iſrael. At vero Ioſue filius Nun: et Caleb
Eccl.46 b filius Iephone:qui ⁊ ipſi luſtrauerunt terrā: ſciderunt
1.mach.2f veſtimēta ſua:⁊ ad oēm multitudinē filiorum Iſrael locu
ti ſunt: Terra quā circuiuimus valde bona eſt. Si pro-
B pitius fuerit dominus:inducet nos in eam:et tradet hu
mum lacte et melle manantē. Nolite rebelles eſſe cōtra
dominum:neqꝫ timeatis populum terrę huius:q̄a ſicut
panē:ita eos poſſumus deuorare. Receſſit ab eis omne
preſidium:dominus nobiſcum eſt:nolite timere. Cūqꝫ
clamaret omnis multitudo:⁊ lapidib⁹ eos vellet oppri
mere:apparuit gloria domini ſuper tectū foederis cun-
ctis videntibus filijs Iſrael. Et dixit dn̄s ad Moyſen:
Uſqꝫquo detrahet mihi populus iſte? Quouſqꝫ non cre
dent mihi in oībus ſignis:quę feci coram eis? Feriam
igitur eos peſtilētia:atqꝫ cōſumam:te autem faciā prin
cipem ſuper gentē magnā:⁊ fortiorem q̄ hęc eſt. Et ait
Moyſes ad dominum: Ut audiant Aegyptij: de quorum
C medio eduxiſti populum iſtū: et habitatores terrę huius
qui audierunt:ꝙ tu domine in populo iſto ſis: ⁊ facie vi
dearis ad faciem: et nubes tua protegat illos: et in co-
lumna nubis precedas eos per diem:et in colūna ignis
Exo.13.d. per noctem: ꝙ occideris tantam multitudinem: qua-
Exo.32.c ſi vnum hominem: et dicant: Non poterat introduce-
re populum in terrā pro qua iurauerat: idcirco occidit
eos in ſolitudine. Magnificet ergo fortitudo dn̄i ſicut
iuraſti:dicens: Dominus patiēs ⁊ multę miſericordię:
auferens iniquitatem ⁊ ſcelera: nullumqꝫ innoxium de-

relinquēs:qui viſitas peccata patrū in filios in tertiam
⁊ quartam generationē. Dimitte obſecro peccatum po
puli tui huius ſecundum magnitudinem miſericordię
tuę:ſicut propitius fuiſti egredientib⁹ de Aegypto vſqꝫ
ad locum iſtum. Dixitqꝫ dominus: Dimiſi iuxta verbū
tuum. Uiuo ego: et implebitur gloria domini vniuerſa
terra. Attamen omnes homines qui viderunt maieſta- Deut.1.f.
tem meam:⁊ ſigna quę feci in Aegypto ⁊ in ſolitudine:
⁊ tentauerūt me iā per decē vices: nec obedierunt voci
męę:nō videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum:
nec quiſq̄ ex illis qui detraxit mihi:intuebitur eā. Ser- Ioſue.14 b
uum meū Caleb:qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me:
inducam in terram hāc quā circuiuit:⁊ ſemen eius poſſi
debit eam: quoniam Amalechites ⁊ Chananęus habi-
tant in vallibus. Cras mouete caſtra: et reuertimini in
ſolitudinem per viam maris rubri. Locutuſqꝫ eſt domi E
nus ad Moyſen ⁊ Aaron:dicens: Uſqꝫquo multitudo
hęc peſſima murmurat contra me? Querelas filiorum Infra.36.g.
Iſrael audiui. Dic ergo eis: Uiuo ego:ait dn̄s:ſicut lo et.32.b.
cuti eſtis audiente me: ſic faciam vobis. In ſolitudine
hac iacebunt cadauera veſtra. Oēs qui numerati eſtis a
viginti annis ⁊ ſupra:⁊ murmuraſtis contra me:nō in-
trabitis terram: ſup quā leuaui manū meam:vt habitare
vos facerē:pręter Caleb filium Iephone et Ioſue filiū
Nun. Paruulos aūt veſtros de quibus dixiſtis: ꝙ prę-
dę hoſtibus forēt:introducā vt videant terrā quę vobis
diſplicuit. Ueſtra cadauera iacebunt in ſolitudine. Filij F
veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta: ⁊ porta
bunt fornicationem veſtram: donec conſumantur cada
uera patrū in deſerto:iuxta numerū quadraginta dierum:
quibus cōſideraſtis terrā. Annus pro die imputabitur.
Et quadraginta annis recipietis iniquitates veſtras:⁊ Ezech. 4.b
ſcietis vltionē meam:quoniam ſicut locutus ſum:ita fa
ciam oīm multitudini huic peſſimę: quę cōſurrexit ad-
uerſum me. In ſolitudine hac deficiet ⁊ morietur. Igitur
omnes viri:quos miſerat Moyſes ad contēplandā ter-
rā:⁊ qui reuerſi murmurare fecerant cōtra eū oēm mul
titudinem detrahētes terrę ꝙ eſſet mala: mortui ſunt:
atqꝫ percuſſi in cōſpectu domini. Ioſue aūt filius Nun: Cor.10.a
⁊ Caleb filius Iephone vixerūt ex oīmbus qui perrexe- G
rant ad cōſyderandā terrā. Locutuſqꝫ eſt Moyſes vni
uerſa vba hęc ad oēs filios iſrael:et luxit popul⁹ nimis.
Et ecce mane primo ſurgentes: aſcenderunt verticem
mōtis: atqꝫ dixerūt: Parati ſumus aſcēdere ad locum
de quo domin⁹ locutus eſt: quia peccauimus. Quibus
Moyſes: Cur (inquit) trāſgredimini verbū domini:
quod vobis non cedet in proſperū? Nolite aſcēdere:nō
enī eſt dn̄s vobiſcum:ne corruatis corā inimicis veſtris.
Amalechites et chananęus ante vos ſunt: quorum gladio
corruetis:eo ꝙ nolueritis acquieſcere dn̄o: nec erit dn̄s
vobiſcū. At illi cōtenebrati aſcēderunt in verticem mon
tis. Arca aūt teſtamenti domini:⁊ Moyſes nō receſſe-
rūt de caſtris. Deſcēditqꝫ Amalechites ⁊ Chananęus:
qui habitabant in montibus:⁊ percutiēs eos atqꝫ conci
dens:perſecutus eſt eos vſqꝫ Horma. XV.

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad Moyſen:dicēs: Loque A
re ad filios Iſrael:⁊ dices ad eos: Cū ingreſſi
fueritis terrā habitationis veſtrę: quam ego
dabo vobis:⁊ feceritis oblationem domino in
holocauſtum aut victimam pacificam vota ſoluentes:
vel ſponte offerentes munera:aut in ſolennitatibus ve-
ſtris adolentes odorem ſuauitatis domino de bobus ſi-
ue de ouibus offeret: quicunqꝫ immolauerit victimā:ſa
crificium ſimilę decimam partē ephi cōſperſam oleo:qđ
menſuram habebit quartam partem Hin:et vinum ad
liba fundenda eiuſdem mēſurę dabit in holocauſtum ſi- B
ue in victimā. Per agnos ſingulos ⁊ arietes erit ſacrifi
cium ſimilę duarum decimarum: quę cōſperſa ſit oleo
tertię partis Hin:⁊ vinum ad libamentū tertię partis
eiuſdem mēſurę offeret in odorē ſuauitatis dn̄o. Quam

do vero de bobus feceris holocauſtum aut hoſtiā: vt im-
pleas votū vel pacificas victimas: dabis p ſingulos bo-
ues ſimile tres decimas cōſperſe oleo: quod habeat me-
dium menſure Hin: ⁊ vinū ad liba fundēda eiuſdē men
ſure in oblationē ſuauiſſimi odoris dño. Sic facies per
ſingulos boues ⁊ arietes ⁊ agnos ⁊ hoedos. Tam indi-
C gene ꝙ peregrini eodem ritu offerent ſacrificia. Unum
preceptum erit atqꝫ iudiciū: tā vobis ꝙ aduenis terre.
Locutus eſt dominus ad Moyſen: dicens: Loquere fi
lijs Iſrael: et dices ad eos: Cū veneritis in terram quā
dabo vobis: ⁊ comederitis de panibus regiōis illius: ſe
parabitis primitias dño de cibis veſtris. Sicut de areis
primitias ſeparabitis: ita ⁊ de pulmētis dabitis primiti
ua dño. Quod ſi per ignorantiā preterieritis quicꝙ ho
rum: que locutus eſt dñs ad Moyſen: et mandauit per
eum ad vos: a die qua coepit iubere ⁊ vltra: oblitaqꝫ fue
rit facere multitudo: offeret vitulū de armēto holocau-
ſtum in odorē ſuauiſſimū dño: ⁊ ſacrificium eius ac liba
vt ceremonie poſtulāt: hircumqꝫ pro peccato: ⁊ rogabit
ſacerdos pro omni multitudine filiorum Iſrael: et dimittet
eis: quoniam nō ſponte peccauerunt: nihilominus offe
rētes incēſum domino pro ſe ⁊ pro peccato atqꝫ errore
ſuo: ⁊ dimittet vniuerſe plebi filiorum Iſrael: ⁊ aduenis q̄
peregrinantur inter eos: quoniam culpa eſt omnis popu
li per ignorantiā. Quod ſi anima vna neſciens peccaue-
rit: offeret capram anniculā pro peccato ſuo: ⁊ depreca-
bitur pro ea ſacerdos: ꝙ inſcia peccauerit corā domino:
D impetrabitqꝫ ei veniā: ⁊ dimittet illi. Tam indigenis ꝙ
aduenis vna lex erit oīm q̄ peccauerint ignoranter. Ani
ma vo que per ſuperbiā aliquid cōmiſerit: ſiue ciuis ſit
ille: ſiue peregrinus: quoniā aduerſus dominum rebel-
lis fuit: peribit de populo ſuo. Uerbum enī domini con
tempſit: et preceptum illius fecit irritū: idcirco delebit:
⁊ portabit iniquitatē ſuam. Factū eſt aūt cum eſſent filij
Iſrael in ſolitudine: ⁊ inueniſſent hominem colligētem
ligna in die ſabbati: obtulerunt eum Moyſi ⁊ Aaron ⁊
vniuerſe multitudini. Qui recluſerunt eum in carcerē:
Deu. 22 b neſciētes q̄d ſuper eo facere deberēt. Dixitqꝫ dominus
ad Moyſen: Morte moriatur homo iſte: obruat eū la-
pidibus omnis turba extra caſtra. Cūqꝫ eduxiſſent eū fo
ras: obruerunt eū lapidibꝰ: ⁊ mortuus eſt: ſicut precepe
rat dominus. Dixit quoqꝫ dñs ad Moyſen: Loquere fi
lijs Iſrael: ⁊ dices ad eos: vt faciāt ſibi fimbrias p angu-
los quatuor palliorum: ponētes in eis vittas hyacinthi
nas. Quas cū viderint: recordētur oīm mandatorum dñi:
nec ſequantur cogitationes ſuas: et oculos per res varias
fornicantes: ſed magis memores preceptorum domini fa-
ciant ea: ſintqꝫ ſancti deo ſuo. Ego dñs deus veſter: qui
eduxi vos de terra Aegypti: vt eſſem deꝰ veſter. XVI.
A Ecce aūt Chore filiꝰ Iſaar: filij Caath: filij le
ui: et Dathan atqꝫ Abiron: filij Eliab: Hon
quoqꝫ filius Pheleph de filijs Ruben: ſurre-
xerunt cōtra Moyſen: alijqꝫ filiorum Iſrael du
centi quīquaginta viri proceres ſynagoge: ⁊ q̄ tēpore cōci
lij per nomina vocabantur. Cumqꝫ ſteriſſent aduerſum
Moyſen ⁊ Aaron dixerūt: Sufficiat vobis: quia omnis
multitudo ſanctorum eſt: ⁊ in ipſis eſt dñs: Cur eleuamini
ſuper populū domini? Quod cū audiſſet Moyſes: ceci-
dit pronus in faciē: locutuſqꝫ ad Chore ⁊ ad oēm mul-
titudinē: Mane (inq̄t) notū faciet dñs q̄ ad ſe ptineāt: ⁊
ſanctos applicabit ſibi: ⁊ q̄s elegerit appropinquabunt
ei. Hoc igitur facite: Tollat vnuſquiſqꝫ thuribulū ſuū:
tu Chore ⁊ omne conciliū tuū: et hauſto cras igne ponite
deſup thymiama corā domino: et quēcunqꝫ elegerit: ipſe
B erit ſctūs. Multū erigimini filij Leui. Dixitqꝫ rurſum
ad Chore: Audite filij Leui: Nū parū vobis eſt: ꝙ ſepa-
rauit vos deꝰ Iſrael ab omni populo: ⁊ iūxit ſibi vt ſerui-
retis ei ī cultu tabernaculi: et ſtaretis corā frequētia po
puli: ⁊ miniſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te ⁊
oēs fratres tuos filios Leui: vt vobis etiā ſacerdotium
vēdicetis: ⁊ oīs globꝰ tuus ſtet cōtra dñm? Quis eſt enī
Aaron: vt murmuretis cōtra eū? Miſit ergo Moyſes
vt vocaret Dathan ⁊ Abirō filios Eliab. Qui rñderūt:
Nō veniemꝰ: Nūq̄d parū eſt tibi: ꝙ eduxiſti nos de ter-
ra egypti: que lacte ⁊ melle manabat: vt occideres ī de-
ſerto: niſi ⁊ dñatus fueris nrī? Reuera īduxiſti nos ī ter
rā: que fluit riuis lactis ⁊ mellis: ⁊ dediſti nobis poſſeſ-
ſiones agrorū et vinearū. An et oculos nrōs vis eruere?
Nō venimꝰ. Iratuſqꝫ Moyſes valde: ait ad dñm: Ne C
reſpicias ſacrificia eorum. Tu ſcis: ꝙ nec aſellū q̄dem vnꝙ
acceperim ab eis: nec afflixerim quēpiā eorum. Dixitqꝫ ad
Chore: Tu ⁊ oīs cōgregatio tua ſtate ſeorſum corā dño
⁊ Aarō die craſtino ſeparatim. Tollite ſinguli thuribu-
la veſtra: ⁊ ponite ſup ea incēſum offerētes dño ducēta
quinquaginta thuribula: Aaron quoqꝫ teneat thuribu-
lum ſuū. Quod cū feciſſent ſtātibus Moyſe ⁊ Aaron: ⁊
coaceruaſſent aduerſum eos oēm multitudinē ad oſtiū
tabernaculi: apparuit cunctis gl'ia dñi. Locutuſqꝫ dñs
ad Moyſen ⁊ Aaron: ait: Separamini de medio cōgre D
gationis huiꝰ: vt eos repēte diſperdā. Qui ceciderūt p-
ni in faciē: atqꝫ dixerūt: Fortiſſime deꝰ ſpirituū vniuerſe
carnis: num vno peccāte cōtra oēs ira tua deſeuiet? Et
ait dñs ad Moyſen: Precipe vniuerſo pplo: vt ſeparet
a tabernaculis Chore ⁊ Dathan ⁊ Abiron. Surrexitqꝫ
Moyſes: ⁊ abijt ad Dathan ⁊ Abiron: ⁊ ſequētibꝰ eū ſe
nioribus Iſrael: dixit ad turbā: Recedite a tabernacu- Deu. 11. a
lis hoīm impiorum: ⁊ nolite tāgere que ad eos ptinent: ne
inuoluamini ī pctīs eorum. Cūqꝫ receſſiſſent a tētorijs eo
rum per circuitū: Dathan ⁊ Abiron egreſſi ſtabāt ī in-
troitu papilionū ſuorum cū vxoribꝰ ⁊ liberis: omniqꝫ frequē
tia. Et ait moyſes: In hoc ſcietis: ꝙ dñs miſerit me: vt
facerē vniuerſa que cernitis: ⁊ nō ex pprio ea corde ptu-
lerim. Si cōſueta hoīm morte interierint: ⁊ viſitauerit E
eos plaga: qua et ceteri viſitari ſolent: nō miſit me dñs.
Sin autem nouam rem fecerit dominus: vt aperiēs ter
ra os ſuū deglutiat eos: ⁊ omnia que ad illos pertinent:
deſcēderintqꝫ viuētes in infernum: ſcietis ꝙ blaſphema
uerint dñm. Cōfeſtim igitur vt ceſſauit loqui: dirupta Pſ. 103.
eſt terra ſub pedibꝰ eorum: ⁊ aperiēs os ſuum deuorauit il
los cū tabernaculis ſuis ⁊ vniuerſa ſubſtātia eorum. Deſcē
deruntqꝫ viui in infernū operti humo: ⁊ perierūt de me-
dio multitudinis. At vero oīs Iſrael qui ſtabat per gy-
rū: fugit a clamore pereuntiū: dicēs: Ne forte ⁊ nos ter
ra deglutiat. Sed ⁊ ignis egreſſus a domino interfecit
ducētos q̄nquaginta viros: q̄ offerebāt incēſum. Locu
tuſqꝫ eſt dñs ad Moyſen: dicens: Precipe Eleazaro fi-
lio Aaron ſacerdoti: vt tollat thuribula: que iacēt in in-
cendio: ⁊ ignē huc illucqꝫ diſpergat: quoniā ſanctificata
ſunt in mortibꝰ pctōrum: pducatqꝫ ea ī laminas et affigat
altari: eo ꝙ oblatū ſit in eis incenſum dño: ⁊ ſanctificata
ſint: vt cernāt ea pro ſigno ⁊ monimēto filij Iſrael. Tu F
lit ergo Eleazar ſacerdos thuribula enea: ī q̄bus obtu-
lerāt hi: quos incendiū deuorauit: ⁊ produxit ea in lami
nas affigēs altari: vt haberēt poſtea filij Iſrael q̄bus cō
monerentur: ne q̄s accedat alienigena: ⁊ q̄ non eſt de ſe-
mine Aaron: ad offerēdū incēſum domino: ne patiatur ſi-
cut paſſus eſt Chore: ⁊ oīs cōgregatio eius loquēte do
mino ad Moyſen. Murmurauit aūt omnis multitudo
filiorum Iſrael ſequēti die cōtra Moyſen ⁊ Aaron: dicēs:
Uos interfeciſtis populū dñi. Cūqꝫ oriretur ſeditio ⁊ tu-
multus increſceret: Moyſes ⁊ Aaron fugerūt ad taber
naculū foederis. Quod poſtꝙ ingreſſi ſunt: operuit nubes
tabernaculū: ⁊ apparuit gloria dñi. Dixitqꝫ dominꝰ ad
Moyſen: Recedite de medio huius multitudinis: etiā G
nūc delebo eos. Cūqꝫ iacerēt in terra: dixit Moyſes ad
Aaron: Tolle thuribulū: et hauſto igne de altari mitte
incēſum deſup: pgens cito ad populū: vt roges pro eis.
Iā enī egreſſa eſt ira a dño: ⁊ plaga deſeuit. Quod cū feciſ- Sap. 18. b
ſet Aaron: et cucurriſſet ad mediā multitudinē: quā iā
vaſtabat icēdiū: obtulit thymiama: ⁊ ſtās iter mortuos

ac viuētes: pro populo deprecatus eſt: et plaga ceſſauit.
Fuerunt autē qui percuſſi ſunt quatuordecim millia ho
minū et ſeptingenti: abſqꝫ his qui perierant in ſeditione
Chore. Reuerſuſqꝫ eſt Aaron ad Moyſen ad oſtiū ta-
bernaculi foederis poſtq̄ quieuit interitus. XVII.
A Et locutus eſt dñs ad Moyſen: dicēs: Loque
re ad filios iſrael: ⁊ accipe ab eis virgas ſingu
las p̄ cognatiões ſuas a cunctis principib⁹ tri
buū virgas duodecim: ⁊ vniuſcuiuſqꝫ nomē ſu
perſcribes virgę ſuę. Nomē aūt Aaron erit in tribu Le
B ui: et vna virga cunctas eoꝝ familias cōtinebit: poneſqꝫ
eas in tabernaculo foederis corā teſtimonio: vbi loquar
ad te. Quē ex his elegero: germinabit virga eius: ⁊ cohi
bebo a me querimonias filioꝝ Iſrael: quibus cōtra vos
murmurāt. Locutuſqꝫ eſt moyſes ad filios Iſrael: ⁊ de
derūt ei oēs principes virgas p̄ ſingulas tribus. Fuerūt
C qꝫ virgę duodecim abſqꝫ virga Aaron. Quas cū poſuiſ-
ſet moyſes corā domino ī tabernaculo teſtimonij: ſequē
ti die regreſſus īuenit germinaſſe virgam Aaron in do-
mo Leui: et turgētibus gēmis eruperāt flores: q̄ folijs
dilatatis in amygdalas deformati ſunt. Protulit ergo
moyſes oēs virgas de cōſpectu dñi ad cūctos filios iſra
el: viderūtqꝫ ⁊ receperūt ſinguli virgas ſuas. Dixitqꝫ do
D minus ad Moyſen: Refer virgā Aaron in tabernacu
lū teſtimonij: vt ſeruet̄ ibi in ſignū rebelliū filioꝝ Iſrael:
⁊ quieſcāt querelę eoꝝ a me: ne moriant̄. Fecitqꝫ Moy
1.regū.2.f ſes ſicut p̄ceperat dñs. Dixerunt aūt filij Iſrael ad moy
ſen: Ecce cōſumpti ſumus: omnes peribimus. Quicun
qꝫ accedit ad tabernaculū domini: moritur. Num vſqꝫ
A ad internitionem cuncti delendi ſumus? XVIII.
Dixitqꝫ dominus ad Aaron: Tu et filij tui et
domus patris tui tecū portabitis iniquitatē
ſanctuarij: ⁊ tu ⁊ filij tui ſimul ſuſtinebit̄ pec
cata ſacerdotij veſtri: Sed et fratres tuos de
tribu leui: et ſceptro patris tui ſume tecū: preſtoqꝫ ſint
et miniſtrent tibi. Tu autem et filij tui miniſtrabitis in
tabernaculo teſtimonij. Excubabuntqꝫ leuitę ad pręce
pta tua: ⁊ ad cuncta opera tabernaculi: ita duntaxat: vt
ad vaſa ſanctuarij et altare non accedant: ne et illi mo-
riantur: ⁊ vos pereatis ſimul. Sint autem tecum: et ex
cubent in cuſtodijs tabernaculi: et in omnibus ceremo-
nijs eius. Alienigena nō miſcebitur vobis. Excubate in
cuſtodia ſanctuarij: et in miniſterio altaris: ne oriatur ī
Exod.4. Leuitici.8 dignatio ſuper filios Iſrael. Ego dedi vobis fratres ve
ſtros leuitas de medio filioꝝ Iſrael: et tradidi donū do
mino: vt ſeruiant ī miniſterijs tabernaculi eius. Tu aūt
⁊ filij tui cuſtodite ſacerdotiū veſtrū: et oīa quę ad cultū
altaris pertinent: ⁊ intra velum ſunt: per ſacerdotes ad
B miniſtrabunt̄. Si quis externus acceſſerit: occidet̄. Lo
cutuſqꝫ eſt dñs ad Aaron: Ecce dedi tibi cuſtodiam pri
mitiaꝝ mearū. Oīa quę ſanctificātur a filijs Iſrael: tra
didi tibi et filijs tuis p̄ officio ſacerdotali legitima ſem
piterna. Hęc ergo accipies de his quę ſanctificant̄: ⁊ ob
lata ſunt dño. Omīs oblatio: ⁊ ſacrificiū: ⁊ quicq̄d p̄ pec
cato atqꝫ delicto redditur mihi: ⁊ cedit ī ſanctaſanctoꝝ
tuū erit: et filiorū tuorū. In ſanctuario comedes illud.
Mares tantū edēt ex eo: q2 cōſecratū eſt dño. Primiti
C as aūt quas vouerint: ⁊ obtulerint filij Iſrael: tibi dedi:
⁊ filijs tuis: ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mūdus
eſt ī domo tua veſcet̄ eis. Omnē medullā olei: et vini: ac
frumēti quicq̄d offerunt primitiaꝝ dño: tibi dedi. Vni
uerſa frugū initia: quę gignit humus: ⁊ dño deportant̄
cedēt in vſus tuos. Qui mundus eſt in domo tua: veſce
tur eis. Omne q̄d ex voto reddiderint filij Iſrael: tuum
erit. Quicq̄d primū erūpet e vulua cūctę carnis: quā of
ferūt dño: ſiue ex hoībus: ſiue de pecoribus fuerit: tui iu
ris erit: ita duntaxat: vt pro hominis primogenito pre-
ciū accipias: ⁊ omne animal q̄d immundū eſt redimi fa-
ſupra.3.b Exo.30.b cias: cuius redemptio erit poſt vnum menſem: ſiclis ar
genti quinqꝫ pondere ſanctuarij. Siclos viginti obolos

habet. Primogenita aūt bouis et ouis et caprę non fa Leui.27.c
cies redimi: quia ſanctificata ſunt domino. Sanguinē Eze.45.b
tantum eorum fundes ſuper altare: et adipem adolebis
in ſuauiſſimum odorem domino. Carnes vero in vſum
tuum cedent: ſicut pectuſculum conſecratum: et arm⁹
dexter tua erunt. Omnes primitias ſanctuarij: quas of
ferunt filij Iſrael domino: tibi dedi et filijs: ac filiab⁹ tu
is iure p̄petuo. Pactum ſalis eſt ſempiternum coram
tui. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui Geñ.45.c
in Aegyptum: ⁊ ecce nunc multiplicauit te dominus de
us tuus ſicut aſtra cęli. XI.

Ama itaqꝫ dominum deum tuum: et obſerua A
pręcepta eius ⁊ ceremonias: iudicia atqꝫ mã
data omni tempore. Cognoſcite hodie quę
ignorant filij veſtri: qui non viderunt diſcipli
nam domini dei veſtri: magnalia eius et robuſtam ma-
num: extentumqꝫ brachium: ſigna et opera quę fecit in
medio Aegypti Pharaoni regi: et vniuerſę terrę eius:
omniqꝫ exercitui Aegyptiorum: et equis ac curribus: q̃
modo operuerint eos aquę maris rubri: cum vos perſe-
querentur: et deleuerit eos dominus vſqꝫ in pręſentem
diem: vobiſqꝫ quę fecerit in ſolitudine: donec veniretis
ad hunc locũ. Et Dathan atqꝫ Abiron filijs Eliab: qui
fuit filius Ruben: quos aperto ore ſuo terra abſorbuit num.19.b
cum domibus et tabernaculis: et vniuerſa ſubſtantia eo
rum: quã habebãt in medio Iſraelis. Oculi veſtri vide- B
runt omnia opera domini: magna quę fecit: vt cuſtodia
tis vniuerſa mandata illius: quę ego hodie pręcipio vo-
bis: et poſſitis introire: et poſſidere terram ad quã ĩgre
dimini: multoqꝫ in ea viuatis tempore: quã ſub iuramẽ
to pollicitus eſt dominus patribus veſtris: et ſemini eo
rum lacte et melle manantẽ. Terra enim ad quã ingre-
dieris poſſidendã: nõ eſt ſicut terra Aegypti de qua ex-
iſti: vbi iacto ſemine in hortorum morem aquę ducũtur
irriguę: ſed mõtuoſa eſt: et campeſtris de cęlo expectãs
pluuias: quã domin⁹ de⁹ tuus ſemper inuiſit: et oculi il
lius in ea ſunt a principio anni vſqꝫ ad finem eius. Si er
go obedieritis mandatis meis: quę ego hodie pręcipio
vobis: vt diligatis dominum deum veſtrum: et ſeruiatꝫ
ei in toto corde veſtro et in tota anima veſtra: dabit plu-
uiã terrę veſtrę temporaneam et ſerotinam: vt colligatꝫ
frumentũ: et vinum: et oleũ: foenũqꝫ ex agris ad veſcẽda
iumenta: et vt ipſi comedatis ac ſaturemini. Cauete ne
forte decipiatur cor veſtrũ: et recedatis a domino: ſerui
atiſqꝫ dijs alienis: ⁊ adoretis eos: iratuſqꝫ domin⁹ clau
dat cęlum: et pluuię nõ deſcendant: nec terra det germẽ
ſuũ: pereatiſqꝫ velociter de terra optima: quã dominus
daturus eſt vobis. Ponite hęc verba mea in cordibus ⁊ C
in animis veſtris: ⁊ ſuſpendite ea pro ſigno in manibus: ſup̃.6.b.
⁊ ĩter oculos veſtros collocate. Docete filios veſtros: vt
illa meditentur. Quando ſederis in domo tua: et ambu
laueris in via: ⁊ accubueris atqꝫ ſurrexeris: ſcribes ea ſu
per poſtes: ⁊ ianuas domus tuę: vt multiplicentur dies
tui: ⁊ filiorũ tuorũ in terra quã iurauit dñs patrib⁹ tuis:
vt daret eis quandiu cęlũ immineret terrę. Si enĩ cuſto ſup. eodẽ.
dieritis mandata quę ego pręcipio vobis: et feceritis ea
vt diligatis dominum deũ veſtrũ: et ambuletis in oĩbus
vijs eius adherentes ei: diſperdet dominus oẽs gentes
iſtas ante faciem veſtram: et poſſidebitis eas quę maio-
res ſunt: ⁊ fortiores vobis. Omnis locus quẽ calcauerit ioſue.17.a
pes veſter: veſter erit. A deſerto: ⁊ a libano: ⁊ flumine ma
gno Eufrate vſqꝫ ad mare occidentale erunt termini ve
ſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terrorem veſtrũ ⁊ formi
dinẽ dabit domin⁹ deus veſter ſuper omnem terrã quã
calcaturi eſtis: ſicut locutus eſt vobis. En propono ĩ cõ D
ſpectu veſtro hodie benedictionem et maledictionem.
Benedictionem: ſi obedieritis mandatis domini dei ve
ſtri: quę ego hodie p̃cipio vobꝫ. Maledictionẽ: ſi nõ obe
dieritis mandatis domini dei veſtri: ſed receſſeritis de-
via: quã ego nũc oſtẽdo vobis: et ambulaueritis poſt de
os alienos: quos ignoratis. Cum vero introduxerit te
dominus deus tuus in terram: ad quã pergis habitan-
dã: pones benedictionem ſuper montem Garizim: ma-
ledictionẽ ſup montẽ Hebal: qui ſunt trans Iordanem
poſt viã: quę vergit ad ſolis occubitum in terra Chana

nei: qui habitat ī campeſtribus contra Galgalā: que eſt
iuxta vallē tendentē ⁊ intrantē procul. Uos enī tranſi-
bitis Iordanē: vt poſſideatis terrā: quā dominus deus
veſter daturus eſt vobis: vt habeatis et poſſideatis illā.
Uidete ergo: vt impleatis ceremonias atqꝫ iudicia: que
ego hodie ponam in cōſpectu veſtro. XII.
A Hec ſunt precepia atqꝫ iudicia que facere de-
betis in terra: quā dominus deus patrum tu
orū daturus eſt tibi: vt poſſideas eam cunctis
diebus: q̊bus ſuper humū gradieris. Subuer
tite oīa loca in quibus coluerūt gentes: quas poſſeſſuri
eſtis: deos ſuos ſuper montes excelſos: ⁊ colles: ⁊ ſubter
omne lignū frondoſum. Diſſipate aras earū: cōfringite
ſtatuas: lucos igne cōburite: et idola cōminuite: diſper-
ſupra. 7. a dite nomina eorū de locis illis. Nō facietis ita domino
Exo. 43 b deo veſtro: ſed ad locum quē elegerit dn̄s deus veſter de
cunctis tribubus veſtris: vt ponat nomē ſuū ibi: ⁊ habi-
tet in eo: venietis: et offeretis in loco illo holocauſta ⁊ vi
ctimas veſtras: decimas ⁊ primitias manuū veſtrarū: et
vota atqꝫ donaria primogenita boum et ouium: ⁊ come
detis ibi in conſpectu domini dei veſtri: ac letabimini in
cunctis: ad que miſeritis manū vos et domus veſtre: in
quibus benedixerit vobis domin⁹ deus veſter. Nō faci
etis ibi que nos hic facimus hodie: ſinguli qđ ſibi rectū
videtur. Neqꝫ enim vſqꝫ in preſens tempus veniſtis ad
requiem: et poſſeſſionē: quā dominus deus veſter datu-
B rus eſt vobis. Tranſibitis Iordanē: ⁊ habitabitis ī ter
ra: quā dominus deus veſter daturus eſt vobis: vt requi
eſcatis a cunctis hoſtibus per circuitum: et abſqꝫ vllo ti
more habitetis ī loco quē elegerit dn̄s deus veſter: vt ſit
nomē eius in eo. Illuc omnia que precipio: cōferetis ho
locauſta: ⁊ hoſtias: ac decimas: et primitias manuū ve-
ſtrarum: et quicq̊d precipuū eſt in muneribus que volui
ſtis domino. Ibi epulabimini corā dn̄o deo veſtro: vos
et filij ac filie veſtre: famuli ⁊ famule atqꝫ leuites: qui in
vrbibus veſtris cōmorantur. Neqꝫ enim habet aliā par
tem et poſſeſſionē īter vos. Caue ne offeras holocauſta
tua in omni loco quē videris: ſed in eo quem elegerit do
minus: in vna tribuum tuarū offeres hoſtias: ⁊ facies q̄
cūqꝫ precipio tibi. Sin aūt comedere volueris: ⁊ te eſus
carniū delectauerit: occide et comede iuxta benedictio-
nē domini dei tui: quā dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue im
mundū fuerit: hoc eſt maculatū: ⁊ debile: ſiue mundum:
hoc eſt integrum ⁊ ſine macula: qđ offerri licet: ſicut ca-
pream et ceruū comedes abſqꝫ eſu duntaxat ſanguinis:
C quē ſuper terram quaſi aquam effundes. Non poteris
comedere in oppidis tuis decimam frumenti: ⁊ vini: et
olei tui: primogenita armentorū ⁊ pecorū: ⁊ omnia que
voueris: ⁊ ſponte offerre volueris: ⁊ primitias manuum
tuarū: ſed corā domino deo tuo comedes ea in loco quē
elegerit dominus deus tuus: tu et filius tuus ⁊ filia: ſer
uus et famula: atqꝫ leuites: qui manent in vrbibus tuis
infra. 19. c et letaberis: ⁊ reficieris corā domino deo tuo ī cūctis:
ad que extenderis manū tuā. Caue ne derelinquas leui
tē in omni tempore: quo verſaris in terra. Quando dila
tauerit dominus deus tu⁹ terminos tuos: ſicut locut⁹
eſt tibi: ⁊ volueris veſci carnib⁹: quas deſyderat aīa tua:
locus aūt quē elegerit dominus deus tuus: vt ſit nomē
infra. 15. d eius ibi: ſi procul fuerit: occides de armentis ⁊ pecorib⁹
que habueris: ſicut precepit tibi: et comedes in oppidis
tuis: vt tibi placet. Sicut comedit caprea et ceruus: ita
veſceris eis: ⁊ mundus ⁊ immundus in commune veſcē
tur: hoc ſolum caue: ne ſanguinē comedas. Sangu enī
eorū pro anima eſt: et idcirco non debes aīam comedere
cū carnibus: ſed ſuper terrā fundes quaſi aquā: vt bene
ſit tibi et filijs tuis poſt te: cum feceris qđ placeat in con
D ſpectu domini. Que aūt ſanctificaueris ⁊ voueris domi
no: tolles ⁊ venies ad locū quē elegerit dominus: ⁊ offe-
res oblationes tuas carnem et ſanguinē ſuper altare do
mini dei tui. Sanguinem hoſtiarū fundes in altari: car
nibus autē ipſe veſceris. Obſerua ⁊ audi oīa que ego p̄- infra. 19. a
cipio tibi: vt bene ſit tibi ⁊ filijs tuis poſt te in ſempiter-
nū: cū feceris qđ bonum eſt: et placitū ī cōſpectu domini
dei tui. Quando diſperdiderit dominus deus tuus an-
te faciē tuā gentes: ad quas ingredieris poſſidendas: et
poſſederis eas: atqꝫ habitaueris in terra earū: caue ne imi
teris eas: poſtq̄ te fuerint introeunte ſubuerſe: ⁊ requi-
ras ceremonias earū: dicens: Sicut coluerūt gētes iſte
deos ſuos: ita ⁊ ego colam. Nō facies ſimiliter dn̄o deo
tuo. Oēs enī abominatiōes: quas auerſat dn̄s: fecerūt dijs
ſuis offerētes filios ⁊ filias: ⁊ cōburētes igni. Qđ p̄cipio
tibi: hoc tantū facito dn̄o: nec addas q̊cq̄: nec minuas.
Si ſurrexerit in medio tui prophe XIII. A
tes: aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat: et predi
xerit ſignum atqꝫ portētum: et euenerit qđ lo
cutus eſt: ⁊ dixerit tibi: eamus et ſequamur de
os alienos: quos ignoras: et ſeruiamus eis: non audies
verba prophete illius aut ſomniatoris: quia tentat vos
dominus deus veſter: vt palā fiat: vtrū diligatis eum an
non: in toto corde: et in tota anima veſtra. Dominū deū
veſtrum ſequimini: et ipſum timete: mandata illius cu-
ſtodite: et audite vocem eius: ipſi ſeruietis: et ipſi adhe-
rebitis. Propheta aūt ille aut fictor ſomniorū interfici
etur: quia locutus eſt: vt vos auerteret a domino deo ve
ſtro: qui eduxit vos de terra Aegypti: ⁊ redemit vos de
domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quā tibi pre-
cepit dominus deus tuus: ⁊ auferes malū de medio tui.
Si tibi voluerit pſuadere frater tuus: filius matris tue B
aut filius tuus vel filia: ſiue vxor que eſt in ſinu tuo: aut
amicus quē diligis: vt animā tuā clam: dicens: Eamus
et ſeruiamus dijs alienis: quos ignoras tu et patres tui
cunctarum in circuitu gentium: quae iuxta vel procul
ſunt: ab initio vſqꝫ ad finē terre: nō acquieſcas ei: nec au
dias: neqꝫ parcat ei oculus tuus: vt miſeriaris et occul-
tes eum: ſed ſtatim īterficies. Sit primum manus tua
ſuper eum: et poſt te omnis populus mittat manū. La- C
pidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere a
domino deo tuo: qui eduxit te de terra egypti de domo
ſeruitutis: vt ⁊ omnis Iſrael audiens timeat: ⁊ nequa-
q̄ vltra faciat quippiam huius rei ſimile. Si audieris in
vna vrbiū tuarum: quā domin⁹ deus tuus dabit tibi ad
habitādum: dicens aliquos: Egreſſi ſunt filij Belial de
medio tui: et auerterūt habitatores vrbis tue: atqꝫ dixe
runt: Eamus ſeruiamus dijs alienis quos ignoratis: q̄
re ſolicite: et diligēter rei veritate perſpecta: ſi inueneris
certū eſſe qđ dicitur: ⁊ abominationē hanc opere perpe
tratā: ſtatim p̄cuties habitatores vrbis illius in ore gla
dij: et delebis eam: oīaqꝫ que in illa ſunt vſqꝫ ad pecora.
Quicq̊d etiā ſupellectilis fuerit: congregabis in medio D
platearū eius: ⁊ cū ipſa ciuitate ſuccendes: ita vt vniuer
ſa cōſumas domino deo tuo: ⁊ ſit tumulus ſempitern⁹.
Nō edificabit amplius: et non adherebit de illo anathe
mate quicq̄ in manu tua: vt auertat dn̄s ab ira furoris
ſui: et miſereat tui: multipliceteqꝫ te: ſicut iurauit patri-
bus tuis: quādo audieris vocem dn̄i dei tui: cuſtodiens
oīa precepta eius que ego precipio tibi hodie: vt facias
qđ placitū eſt in conſpectu domini dei tui. XIIII.
Filij eſtote dn̄i dei veſtri. Non vos incidetis: A
nec facietis caluitiū ſup mortuo: quoniā po- ſupra. 7. a
pulus ſanctus es dn̄o deo tuo: et te elegit: vt et 26. d.
ſis ei ī populū peculiarē de cunctis gentib⁹ q̄ Leui. 11. a.
ſunt ſup terrā. Ne comedatis que īmunda ſunt. Hoc eſt
animal qđ comedere debetis: Bouē: ⁊ ouē: ⁊ capram: et
ceruū: capreā: bubalū: tragelaphū: pygargū: orygem: ca
melopardū. Oē animal qđ in duas partes findit vngu-
lā ⁊ ruminat: comedetis: de his aūt q̄ rumināt: ⁊ vngu-
lā nō findūt: hec comedere nō debetis: camelū: leporē: et
cherogyliū: q̊a rumināt: ⁊ non diuidūt vngulā: īmunda
erūt vobis. Sus q̊qꝫ qm̄ diuidit vngulā: et nō ruminat: B
immunda erit. Carnibus eorū nō veſcemini: ⁊ cadauera

nō tangetis. Hęc comedetis ex oībus q̄ę morantur in
aquis. Quę habēt pennulas: ⁊ ſquamas: comedite: quę
abſq; pennulis: et ſquamis ſunt: ne comedatis: q̄a imm̄
da ſunt. Oēs aues mundas comedite: immundas ne co
medatis: aquilā ſcilicet: ⁊ gryphē: ⁊ halyetū: ixion: ⁊ vul-
turē: ac miluū iuxta genus ſuū: et oīne coruini generis.
⁊ ſtruthionē ac noctuā: et larū atq; accipitrē iuxta gen⁹
ſuū: herodiū ac cygnū: et ibin ac mergulū: porphyrionē:
et nycticoracē: onocrotalū: et caradriū: ſingula in gene
re ſuo. Upupā quoq; et veſptilionē: et oīne qd̄ reptat et
pennulas habet: immundū erit nec comedet̄. Omne qd̄
C mundū eſt: comedite. Quicq̄d autē morticinū eſt: ne ve
Exo.23.c ſcamini ex eo. Peregrino q̄ intra portas tuas eſt: da vt
et.34.d. comedat: aut vēde ei: q̄a tu populus ſanctus dn̄i dei tui
es. Nō coques hoedū in lacte matr̄ ſuę. Decimā partē
ſeparabis de cunctis fructibus tuis: quę naſcuntur ī ter
ra ꝑ annos ſingulos: et comedes in cōſpectu dn̄i dei tui
in loco quē elegerit: vt ī eo nomē illius inuocet̄: decimā
frumenti tui: ⁊ vini: ⁊ olei: ⁊ primogenita de armetis et
ouibus tuis: vt diſcas timere dn̄m deū tuū in omni tem
pore. Cū aūt longior fuerit via: et locus quē elegerit do
minus deus tuus: tibiq; benedixerit: nec potueris ad eū
hęc cuncta portare: vendes oīa: et in preciū rediges: por
tabiſq; manu tua: ⁊ proficiſceris ad locū quē elegerit do
minus deus tuus: ⁊ emes ex eadem pecunia quicq̄d tibi
placuerit: ſiue ex armētis: ſiue ex ouibus: vinū quoq;: et
D ſicerā: et omne qd̄ deſyderat anima tua: ⁊ comedes corā
ſupr.23.c domino deo tuo: ⁊ epulaberis tu ⁊ domus tua: et Leui-
ta: qui intra portas tuas eſt. Caue ne derelinquas eum:
quia non habet aliā partem in poſſeſſione tua. Anno ter
tio ſeparabis aliā decimā ex oībus quę naſcuntur tibi
eo tempore: ⁊ repones ītra ianuas tuas: venietq; Leui-
tes qui aliā nō habet partem nec poſſeſſionē tecū: ⁊ pere
grinus ac pupillus ⁊ vidua: qui intra portas tuas ſunt:
et comedent: ⁊ ſaturabūtur: vt benedicat tibi dn̄s deus
tuus in cūctis opibus manuū tuarū quę feceris. XV.
Eptimo anno facies remiſſionē: quę hoc or-
A dine celebrabit̄. Cui debet̄ aliq̄d ab amico vel
proximo ac fratre ſuo: repetere nō poterit: q̄a
annus remiſſiōis eſt dn̄i. A peregrino et adue
na exiges: ciuem et propinquū repetendi nō habes po-
teſtatem. Et omnino indigens: et mendicus nō erit in-
ter vos: vt benedicat tibi dominus deus tuus in terra:
quā traditurus eſt tibi in poſſeſſionē. Si tamen audie-
ris vocem domini dei tui: et cuſtodier̄ vniuerſa quę iuſ
ſit: et quę ego hodie precipio tibi: benedicet tibi: vt polli
Infra.12.c. citus eſt. Foenerabis gentibus multis: ⁊ ipſe a nullo ac-
cipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis: et
B tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis: qui
morant̄ intra portas ciuitatis tuę in terra quā domin⁹
deus tuus daturus eſt tibi: ad pauꝑtatem deuenerit: nō
obdurabis cor tuum: nec cōtrahes manū: ſed aperies eā
pauperi: et dabis mutuum quo eum indigere perſpexe-
ris. Caue ne forte ſubrepat tibi īpia cogitatio: ⁊ dicas ī
corde tuo: appropinquat ſeptimus annus remiſſionis:
et auertas oculos tuos a paupere fratre tuo: nolens ei
qd̄ poſtulat mutuum cōmodare: ne clamet contra te ad
dominū: et fiat tibi in peccatum: ſed dabis ei. Nec ages
quippiam callide in eius in neceſſitatibus ſubleuandis:
vt benedicat tibi dominus deus tuus in omni tempore:
et in cunctis ad quę manum miſeris. Non deerunt pau
peres in terra habitationis tuę: idcirco ego precipio ti-
bi: vt aperias manū fratri tuo egeno et pauperi: qui te-
C cum verſatur in terra. Cum tibi venditus fuerit frater
Exo.21.a tuus Hebreus aut Hebrea: et ſex annis ſeruierit tibi: ī
Hier.34.c ſeptimo anno dimittes eum liberum: et quem libertate
donaueris: nequaq̄ vacuum abire patieris: ſed dabis vi
aticū de gregibus: ⁊ de area ⁊ torculari tuo: quibus do-
minus deus tuus benedixerit tibi. Memento q̄ et ipſe
ſeruieris in terra ęgypti: et liberauerit te dn̄s deus tu⁹:

et idcirco ego nunc precipio tibi. Sin autē dixerit: nolo
egredi: eo q̄ diligat te: et domū tuā: et bene ſibi apud te
eſſe ſentiat: aſſumes ſubulā: ⁊ perforabis aurē eius in ia
nua domus tuę: et ſeruiet tibi vſq; ī ęternū. Ancillę q̄q;
ſimiliter facies. Nō auertas ab eis oculos tuos quādo
dimiſeris eos liberos: quoniā iuxta mercedē mercena-
rij ꝑ ſex annos ſeruiuit tibi: vt benedicat tibi dn̄s de⁹ tu
us in cunctis opibus quę agis. De primogenit̄ tuis q̄ D
naſcuntur in armētis et ouibus tuis: quicq̄d eſt ſex⁹ ma
ſculini: ſanctificabis dn̄o deo tuo: nō opaberis in primo
genito bouis: ⁊ nō tondebis primogenita ouiū. In con
ſpectu dn̄i dei tui comedes ea per annos ſingulos in lo-
co quē elegerit dn̄s: tu ⁊ domus tua. Sin autē habuerit
maculā: vel claudum fuerit: vel cęcū: aut in aliqua parte
deforme vel debile: non immolabitur domino deo tuo:
ſed intra portas vrbis tuę comedes illud: tam mundus
q̄ immundus ſimiliter veſcentur eis quaſi caprea: ⁊ cer
uo. Hoc ſolū obſeruabis: vt ſanguinē eorū nō comedas: ſup.12.c.
ſed effundas in terrā quaſi aquam. XVI.
Bſerua menſem nouarum frugum: et verni A
primū temporis: vt facias phaſe domino deo
tuo: quoniam in iſto mēſe eduxit te dominus
deus tuus de Aegypto nocte. Immolabiſq;
phaſe domino deo tuo de ouibus: et de bobus ī loco quē
elegerit dominus deus tuus: vt habitet nomen eius ibi.
Non comedes in eo panem fermentatum. Septem die
bus comedes abſq; fermento afflictionis panem: quoni
am ī pauore egreſſus es de Aegypto: vt memineris diei
egreſſiōis tuę de ęgypto omnibus diebus vitę tuę. Nō B
apparebit fermentatum in oībus terminis tuis ſeptē
diebus: et non remanebit de carnibus eius: qd̄ immola-
tum eſt veſpere in die primo vſq; ad mane. Non poteris
immolare phaſe in qualibet vrbium tuarum: quas domi
nus deus tuus daturus eſt tibi: ſed ī loco quem elegerit
dominus deus tuus: vt habitet nomen eius ibi. Immo-
labiſq; phaſe veſpere ad ſolis occaſum: quando egreſſus
es de Aegypto: et coques: et comedes in loco quem ele-
gerit dominus deus tuus: maneq; cōſurgens vades in
tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma: et ī die ſe
ptima: quia collecta eſt domini dei tui: non facies opus.
Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua fal
cem in ſegetem miſeris: et celebrabis diem feſtum heb-
domadarum domino deo tuo: oblationem ſpontaneam
manus tuę: quā offeres iuxta benedictionē domini dei
tui: et epulaberis corā domino deo tuo: tu et filius tu⁹:
et filia tua: et ſeruus tuus: et ancilla tua: et Leuites qui
eſt intra portas tuas: ⁊ aduena ac pupillus et vidua: qui
morantur vobiſcum in loco quem elegerit dominus de
us tuus: vt habitet nomen eius ibi: et recordaberis quo
niam ſeruus fuer̄ in Aegypto: cuſtodieſq; ac facies quę
tibi precepta ſunt. Solennitatē quoq; tabernaculorū ce
lebrabis per ſeptem dies quādo collegeris de area: ⁊ tor
culari fruges tuas: et epulaber̄ in feſtiuitate tua: tu ⁊ fi
lius tuus: et filia ⁊ ſeruus tuus: ⁊ ancilla: Leuites q̄q;:
⁊ aduena: ⁊ pupillus ac vidua: q̄ intra portas tuas ſunt. C
Septem diebus domino deo tuo feſta celebrab̄ in loco
quem elegerit dominus: benedicetq; tibi dominus de⁹
tuus in cunctis frugibus tuis: et in omni opere manuū
tuarum: eriſq; in lętitia. Tribus vicibus per annum ap
parebit omne maſculinum tuū in conſpectu domini dei
tui in loco quem elegerit: in ſolennitate azymorum: ⁊ in
ſolennitate hebdomadarum: et in ſolennitate taberna-
culorum. Non apparebit ante dominum vacuus: ſed of D
feret vnuſquiſq; ſecundū qd̄ habuerit iuxta benedictio- Exo.23.b
nē dn̄i dei ſui: quā dederit ei. Iudices ⁊ magiſtros cōſti- et.34.c.
tues in omnibus portis tuis: quas dominus deus tuus eccl.35.a.
dederit tibi: per ſingulas tribus tuas: vt iudicent popu
lū iuſto iudicio: nec in alterā partē declinent. Nō accipi
es perſonam nec munera: quia munera excęcant oculos
ſapientum: et mutant verba iuſtorum. Iuſte qd̄ iuſtum

eſt:perſequeris:vt viuas:et poſſideas terrā quā domin⁹
Exo.23.a deus tuus dederit tibi. Nō plantabis lucum: ⁊ omnem
eccl. 20.d arborē iuxta altare domini dei tui:nec facies tibi atqꝫ cō
ſtitues ſtatuam:que odit dominus deus tu⁹. XVII.
A Non immolabis domino deo tuo bouē:⁊ ouē:
ī quo eſt macula:aut quippiam vitij:quia ab
ominatio eſt domino deo tuo. Cumqꝫ reper
ti fuerint apud te intra vnam portarum tua
rum:quas dominus deus tuus dabit tibi: vir aut muli
er:qui faciant malum in cōſpectu domini dei tui: et trāſ
grediātur pactum illius:vt vadant:et ſeruiant dijs alie
nis:et adorent eos:ſolem et lunam:et omnē militiā celi
que nō precepit:et hoc tibi fuerit nunciatum:audienſqꝫ
inquiſieris diligenter:⁊ verum eſſe reppereris: ⁊ abomi
natio facta eſt in Iſrael: educes virum ac mulierem qui
rē ſceleratiſſimā perpetrarunt:ad portas ciuitatis tue:
et lapidibus obruentur. In ore duorū aut trium teſtiū
B peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno cōtra ſe
Infra.19. dicente teſtimoniū. Manus teſtiū prima interficiet eū:
Mat.18.b
Ioan. 8.c et manus reliqui populi extrema mittet:vt auferas ma
1.cori 13 a lum de medio tui. Si difficile et ambiguum apud te iu
Heb.10.c. diciū eſſe proſpexeris inter ſanguinem et ſanguinē: cau
1.thim 5 b ſam et cauſam:lepram ⁊ nō lepram:et iudiciū intra por
tas tuas videris verba variari: ſurge et aſcende ad locū
quē elegerit domin⁹ deus tuus: venieſqꝫ ad ſacerdotes
Leuitici generis:et ad iudicem qui fuerit illo tempore:
quereſqꝫ ab eis:qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: et
facies quodcūqꝫ dixerint qui preſunt loco: quē elegerit
Sup.3.d. dominus:⁊ docuerint te iuxta legē eius: ſequeriſqꝫ ſen
tentiā eorū:nec declinabis ad dexteram:neqꝫ ad ſiniſtrā.
Qui autē ſupbierit nolens obedire ſacerdotis imperio
qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo:ex decreto iu
dicis morietur homo ille:⁊ auferes malū de Iſrael: cun
ctuſqꝫ populus audiens timebit:vt nullus deinceps ītu
infra.26 a meſcat ſuperbia. Cū ingreſſus fueris terrā quā dn̄s de
us tuus dabit tibi: et poſſederis eam:habitaueriſqꝫ in il
la:⁊ dixeris: cōſtituam ſuper te regem:ſicut habent oēs
per circuitū nationes:eū cōſtitues quem dominus deus
tuus elegerit de numero fratrum tuorū. Nō poteris al
terius gentis hominē regē facere:qui non ſit frater tu⁹.
C Cūqꝫ fuerit conſtitutus: non multiplicabit ſibi equos:
nec reducet populū in egyptū:equitatus numero ſuble
uatus: preſertim cū domin⁹ preceperit vobis: vt nequa
D ꝙ amplius per eandē viam reuertamini. Nō habebit v
xores plurimas:que alliciāt animum eius:neqꝫ argenti
⁊ auri immenſa pondera. Poſtꝙ autem ſederit in ſolio
regni ſui:deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in
volumine:accipiens exemplar a ſacerdotib⁹ leuitice tri
bus:et habebit ſecū:legetqꝫ illud oībus diebus vite ſue:
vt diſcat timere dominū deū ſuū:⁊ cuſtodire verba ⁊ ce
remonias eius que in lege precepta ſunt. Nec eleuetur
cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos: neqꝫ declinet ī
partem dexteram vel ſiniſtrā: vt longo tempore regnet
ipſe et filij eius ſuper Iſrael. XVIII.
A Non habebunt ſacerdotes et Leuite: et omēs
num. 18.c qui de eadem tribu ſunt: partem:et hereditā
tem cum reliquo populo Iſrael: quia ſacrifi
cia domini:et oblationes eius comedent:⁊ ni
hil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum. Do
minus enim ipſe eſt hereditas eorū: ſicut locut⁹ eſt illis.
Hoc erit iudicium ſacerdotū a populo:et ab his qui of
ferūt victimas:ſiue bouem:ſiue ouem immolauerint:da
būt ſacerdoti armum ac ventriculum: primitias frumē
ti: vini et olei: et lanarum partem ex ouium tonſione.
Ipſum enim elegit dominus deus tuus de cunctis tri
bubus tuis: vt ſtet: et miniſtret nomini domini dei tui:
B ipſe ⁊ filij eius in ſempiternū. Si exierit Leuites ex vna
vrbiū tuarū ex omni Iſrael:in qua habitat:⁊ voluerit ve
nire:deſyderās locū quē elegerit dn̄s: miniſtrabit in no
mine dn̄i dei ſui:ſicut oēs fratres eius leuite:ꝗ ſtabūt eo

tempore corā dn̄o. Partē ciborū eandē accipiet quā et
ceteri:excepto eo qd̄ in vrbe ſua ex paterna ei ſucceſſione
debet. Quādo ingreſſus fueris terrā:quā dn̄s deus tu⁹
dabit tibi: caue ne imitari velis abominatiōes illarū gē
tiū:nec inueniat in te qui luſtret filiū ſuū: aut filiā duces
per ignē:aut qui hariolos ſciſcitetur:⁊ obſeruet ſomnia
atqꝫ auguria:ne ſit maleficus:nec incātator:neqꝫ phyto
nes cōſulat: neqꝫ diuinos:et querat a mortuis veritatē.
Oīa enī hec abominatur dn̄s:⁊ propter iſtiuſmodi ſcele C
ra delebit eos ī introitu tuo:pfectus eris:et abſqꝫ macu
la cum dn̄o deo tuo. Gentes iſte quarū poſſidebis terrā
augures et diuinos audiūt:tu autē a dn̄o deo tuo aliter
inſtitutus es. Prophetam de gente tua: ⁊ de fratribus Actuū 7.c
tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dn̄s deus tuus:ipſum audi
es: vt petiſti a dn̄o deo tuo in Oreb:quādo cōtio congrē
gata eſt:atqꝫ dixiſti: Vltra nō audiā vocē dn̄i dei mei:et Exo.20.c
ignē hunc maximū amplius non videbo:ne moriar. Et
ait dominus mihi: Bene oīa ſunt locuti: Prophetā ſu D
ſcitabo eis de medio fratrū ſuorū ſimilē tui: et ponā ver
ba mea in ore eius: loquet ad eos oīa que precepero illi.
Qui aūt verba eius que loquet in noīe meo:audire nolu
erit:ego vltor exiſtā. Propheta aūt ꝗ arrogantia depra
uat⁹ voluerit loꝗ in noīe meo: que ego nō precepi illi vt
diceret:aut ex nomine alienorū deorū: interficiet. Qd̄ ſi
tacita cogitatione reſponderis: quō poſſum intelligere
verbū qd̄ dn̄s non eſt locutus:hoc habebis ſignū. Qd̄ in
nomine dn̄i propheta ille predixerit:et nō euenerit:hoc
dominus nō eſt locutus:ſed per tumorē animi ſui ꝓphe
ta cōfinxit:et idcirco non timebis eum. XIX.
Cum diſperdiderit dominus deus tuus gen A
tes:quarum tibi traditurus eſt terrā: ⁊ poſ ſupra.12.b
ſederis eam: habitaueriſqꝫ in vrbibus eius et Exo.21.
in edibus:tres ciuitates ſeparabis tibi in me num.35.b
dio terre:quā dominus deus tuus dabit tibi in poſſeſſi ioſu.20.a
onē:ſternēs diligenter viā: ⁊ in tres equaliter partes to
tā terre tue prouinciam diuides:vt habeat e vicino:qui
ꝓpter homicidiū profugus eſt:quo poſſit euadere. Hec
erit lex homicide fugientis:cuius vita ſeruāda eſt. Qui
percuſſerit proximum ſuum neſciens: ⁊ qui heri et nudi
uſtertius nullum cōtra eū odiū habuiſſe comprobat:ſed
abijſſe cum eo ſimpliciter in ſyluā ad ligna cedenda:⁊ in
ſucciſione lignorum ſecuris fugerit manū: ferrumqꝫ la B
pſum de manubrio amicum eius percuſſerit: et occide
rit:hic ad vnā ſupradictarum vrbium cōfugiet et viuet:
ne forſitan proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis:do
lore ſtimulatus perſequat:⁊ apprehendat eum ſi longi
or via fuerit:et pcutiat animā eius:qui non eſt reus mor
tis:quia nullū contra eum qui occiſus eſt: odiū prius ha
buiſſe monſtratur. Idcirco p̄cipio tibi:vt tres ciuitates
equales intra ſe ſpacij diuidas. Cū autē dilatauerit dn̄s C
deus tuus terminos tuos:ſicut iurauit patrib⁹ tuis:et ſup.12.a.
dederit tibi cunctā terrā quā eis pollicitus eſt: ſi tamen
cuſtodieris mandata eius:et feceris que hodie precipio
tibi: vt diligas dominum deum tuū: et ambules in vijs
eius omni tempore: addes tibi tres alias ciuitates: et
ſupradictarum trium vrbium numerum duplicabis:vt
non effundatur ſanguis innoxius in medio terre: quā
dominus deus tuus dabit tibi poſſidendam: ne ſis ſan
guinis reus. Si quis autem odio habens proximum ſu
um inſidiatus fuerit vite eius: ſurgenſqꝫ percuſſerit il D
lum: et mortuus fuerit: fugeritqꝫ ad vnam de ſupradi
ctis vrbibus: mittent ſeniores ciuitatis illius: et arripi
ent eum de loco effugij:tradentqꝫ in manu proximi: cu
ius ſanguis effuſus eſt: ⁊ morietur. Non miſereberis ei
us: et auferes noxiū ſanguinē de Iſrael: vt bene ſit tibi.
Non aſſumes: ⁊ transferes terminos proximi tui quos puer.12.c
fixerūt priores in poſſeſſione tua: quā dominus deus tu infr.27.c
us dabit tibi in terra:quā acceperis poſſidendam. Non ſup.17.b
ſtabit teſtis vnus cōtra aliquē:quicꝗd illud peccati:⁊ fa mat.18.b.
cinoris fuerit:ſed in ore duorū aut trium teſtium ſtabit ioan.8.c.
2.cor.13.a

1.thim.5.d omne verbũ. Si ſteterit teſtis mẽdax cõtra hominẽ: ac-
heb.10.c cuſans eũ preuaricationis: ſtabũt ambo quoꝝ cauſa eſt:
Exo.21.c. ante dominũ in cõſpectu ſacerdotũ: et iudicum qui fue-
leui.24.c rint in diebus illis. Cumq; diligentiſſime perſcrutãtes
math.5.f inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuũ mẽ-
daciũ: reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit: et au-
feres malũ de medio tui: vt audientes ceteri timorẽ ha-
beant: ⁊ nequaꝙ̃ talia audeãt facere. Nõ miſereberis eiꝰ
ſed animã pro aĩa: oculũ pro oculo: dentẽ pro dente: ma-
num pro manu: pedẽ pro pede exiges. XX.
A SI exieris ad bellũ cõtra hoſtes tuos: ⁊ viderʒ
equitatus et currus: ⁊ maiorem ꝙ̃ tu habeas
aduerſarij exercitus multitudinẽ: nõ timebʒ
eos: quia dñs deus tuꝰ tecũ eſt: qui eduxit te
de terra Aegypti. Appropinquante aũt iã prelio: ſtabit
ſacerdos ante aciẽ: ⁊ ſic loquet̃ ad populũ: Audi Iſrael:
vos hodie cõtra inimicos veſtros pugnã cõmittitis: nõ
ꝑtimeſcat cor veſtrũ. Nolite metuere: nolite cedere: nec
formidetis eos: quia dñs deus veſter ĩ medio veſtri eſt:
⁊ pro vobis contra aduerſarios dimicabit: vt eruat vos
de ꝑiculo. Duces quoq; ꝑ ſingulas turmas audiẽte exerci
tu ꝓclamabũt: Quis eſt homo: q̃ edificauit domũ nouã
et non dedicauit eam? vadat et reuertatur in domũ ſuã:
ne forte moriat̃ in bello: et alius dedicet eã. Quis eſt ho
mo: qui plantauit vineã: ⁊ necdũ fecit eam eſſe cõmunẽ:
⁊ de qua veſci oĩbus liceat? vadat ⁊ reuertatur in domũ
ſuã: ne forte moriatur ĩ bello: ⁊ alius homo eius fungat̃
B officio. Quis eſt homo qui deſponſauit vxorẽ: ⁊ nõ acci-
infr.24.a pit eam? vadat ⁊ reuertatur in domũ ſuã: ne forte moria
1.mac.3.g tur in bello: ⁊ alius homo accipiat eã. His dictis addẽt
reliqua: ⁊ loquẽtur ad populũ: Quis eſt homo formido
iudic.7.a loſus: et corde pauidꝰ? vadat et reuertat̃ in domũ ſuã:
ne pauere faciat corda fratrũ ſuoꝝ: ſicut ipſe timore per
C territus eſt. Cũq; ſiluerint duces exercitus: ⁊ finẽ loquẽ
di fecerint: vnuſquiſq; ſuos ad bellandũ cuneos prepa-
rabit. Si quãdo acceſſeris ad expugnandã ciuitatẽ: of-
feres ei primũ pacem. Si receperit ⁊ aperuerit tibi por-
tas: cunctus populus q̊ in ea eſt: ſaluabitur: et ſeruiet ti
bi ſub tributo. Sin aũt foedus inire noluerit: ⁊ coeperit
cõtra te bellũ: oppugnabis eam. Cumq; tradiderit do-
minus deus tuus illã in manu tua: ꝑcuties omñe qd̃ in ea
generis maſculini eſt: in ore gladij: abſq; mulieribus: et
infantibus: iumẽtis et ceteris que in ciuitate ſunt. Om
nem predã exercitui diuides: ⁊ comedes de ſpolijs hoſti
D um tuoꝝ: que dñs deus tuus dederit tibi. Sic facies cũ
ctis ciuitatibus: que a te procul valde ſunt: ⁊ nõ ſunt de
his vrbibus: quas in poſſeſſionẽ accepturus es. De his
aũt ciuitatibus que dabunt̃ tibi: nullũ omnino ꝑmittes
viuere: ſed interficies in ore gladij: Etheum videlicet: ⁊
Amorreũ: ⁊ Chananeũ: Phereꝫeũ: ⁊ Eueũ: ⁊ Iebuſe
um: ſicut p̃cepit tibi dñs deus tuus: ne forte doceãt vos
facere cũctas abominatiões: quas ipſi operati ſunt dijs
ſuis: ⁊ peccetis in dñm deũ veſtrũ. Quãdo obſederis ci-
uitatẽ multo tempore: et munitiõibꝰ circũdederʒ vt ex-
pugnes eã: nõ ſuccides arbores de q̃bus veſci poteſt: nec
ſecuribus ꝑ circuitũ debes vaſtare regionẽ: qm̃ lignũ eſt
⁊ nõ homo: nec poteſt bellantiũ cõtra te agere numerũ.
Si qua aũt ligna nõ ſunt pomifera: ſed agreſtia ⁊ in ce-
teros apta vſus: ſuccide ⁊ inſtrue machinas: donec capi
as ciuitatẽ que cõtra te dimicat. XXI.
A QUando inuentũ fuerit in terra quã dñs deus
tuus daturus eſt tibi: hoĩs cadauer occiſi: et
ignorabitur cedis reꝰ: egredient̃ maiores na
tu: ⁊ iudices tui: et metiẽtur a loco cadauerʒ
ſingulaꝝ ꝑ circuitũ ſpacia ciuitatũ: et quã viciniorẽ cete
ris eſſe ꝓſpexerint: ſeniores ciuitatis illius tollẽt vitulã
de armento: que nõ traxit iugũ: nec terrã ſcidit vomere:
⁊ ducẽt eã ad vallẽ aſperã atq; ſaxoſam: que nunꝙ̃ arata
eſt: nec ſemẽtem recepit: et cedent in ea ceruices vitule.
Accedentq; ſacerdotes filij Leui: quos elegerit domi-
nus deus tuus: vt miniſtrent ei: et benedicãt in nomine
eius: et ad verbũ eoꝝ omñe negocium pendet. Et quicq̃d
mundũ vel immundum eſt: iudicetur. Et venient maio B
res natu ciuitatis illius ad interfectum: lauabuntq; ma
nus ſuas ſuꝑ vitulã: que in valle ꝑcuſſa eſt: ⁊ dicẽt: Ma
nus noſtre nõ effuderunt ſanguinẽ hunc: nec oculi vide
runt. Propicius eſto populo tuo Iſrael: quẽ redemiſti Joan.1
domine: et ne reputes ſanguinẽ innocentẽ in medio po-
puli tui iſrael. Et auferet̃ ab eis reatꝰ ſanguinis: tu aũt
alienus eris ab innocẽtis cruore qui fuſus eſt: cũ feceris
qd̃ precepit dominus. Si egreſſus fueris ad pugnã con
tra inimicos: ⁊ tradiderit eos dominꝰ deus tuus in ma
nu tua: captiuoſq; duxeris: et videris in numero capti-
uorum mulierem pulchrã: ⁊ adamaueris eam: voluerſ-
q; habere vxorẽ: introduces eam ĩ domum tuã. Que ra- C
det ceſariẽ: ⁊ circuncidet vngues: et deponet veſtẽ ĩ qua
capta eſt: ſedenſq; in domo tua: flebit patrem ⁊ matrem
ſuam vno menſe: ⁊ poſtea intrabis ad eam: dormieſq; cũ
illa: et erit vxor tua. Si autem poſtea non ſederit in ani
mo tuo: dimittes eam liberam: nec vendere poteris pe-
cunia: nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eã.
Si habuerit homo vxores duas: vnam dilectam: et alte
rã odioſam: genueritq; ei liberos: et fuerit filius odioſe
primogenitus: volueritq; ſubſtantiam inter filios ſuos
diuidere: non poterit filiũ dilecte facere primogenitũ: et
preferre filio odioſe: ſed filiũ odioſe agnoſcet primogeni
tum: dabitq; ei de his que habuerit cũcta duplicia. Iſte D
eſt enĩ principiũ liberorum eius: et huic debentur primo
genita. Si genuerit homo filiũ cõtumacẽ ⁊ proteruum
qui non audiat patris ac matris imperium: ⁊ coercitus
obedire cõtempſerit: apprehendent eum: ⁊ ducent ad ſe
niores ciuitatʒ illius: ⁊ ad portã iudicij: dicẽtq; ad eos:
Filius noſter iſte proteruus et contumax eſt: monita no
ſtra audire cõtemnit: comeſſationibus vacat: et luxurie
atq; cõuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis:
⁊ moriet̃: vt auferatʒ malũ de medio veſtri: et vniuerſus
Iſrael audiens pertimeſcat. Quando peccauerit homo 1.Cor.5
qd̃ morte plectendũ eſt: et adiudicatus morti appenſus Joã.10.c
fuerit in patibulo: non ꝑmanebit cadauer eius in ligno: Gala.3.b
ſed in in eadem die ſepelietur: quia maledictus a deo eſt
qui pendet in ligno: ⁊ nequaꝙ̃ cõtaminabis terram tu-
am: quã dominus deus tuus dederit tibi in poſſeſſionẽ.
NOn videbis bouem fratris tui: XXII.
aut ouem errantem ⁊ preteribis: ſed reduces F
fratri tuo: etiam ſi non eſt propinquus frater Exo.23.a
tuus: nec noſti eum: duces in domum tuam:
et erũt apud te: donec querat ea frater tuus et recipiat.
Similiter facies de aſino: ⁊ de veſtimento: ⁊ de omni re
fratris tui que perierit: ſi inueneris eam: ne negligas q̃
ſi alienam. Si videris aſinum fratris tui: aut bouem ce
cidiſſe in via: non deſpicies: ſed ſubleuabis cum eo. Nõ
induetur mulier veſte virili: nec vir vtetur veſte foemi-
nea. Abominabilis enim apud deum eſt qui facit hec.
Si ambulans per viam: in arbore vel in terra nidũ auis
inueneris: et matrem pullis vel ouis deſuper incuban-
tem: non tenebis eam cum filijs: ſed abire patieris: ca-
ptos tenẽs filios: vt bene ſit tibi: ⁊ longo viuas tempore
Cum edificaueris domum nouam: facies murum tecti B
per circuitũ: ne effundat̃ ſanguis in domo tua: ⁊ ſis reus
labente alio: et in preceps ruente. Non ſeres vineam tu
am altero ſemine: ne et ſementis quam ſeuiſti: et que na Leui.19
ſcuntur ex vinea: pariter ſanctificentur. Non arabis in
boue ſimul et aſino. Non indueris veſtimento: quod ex
lana linoq; contextum eſt. Funiculos in fimbrijs facies
per quatuor angulos pallij tui: quo operirʒ. Si duxerit Num.15.d
vir vxorem: et poſtea odio habuerit eam: queſieritq; oc
caſiones quibus dimittat eam: obijciens ei nomen peſ
ſimum: et dixerit: Vxorem hanc accepi: et ingreſſus
ad eam non inueni virginem: tollent eam pater et ma
ter eius: et ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſenio

C res vrbis: qui in porta ſunt: ⁊ dicet pater: Filiam meam
dedi huic vxorem: quā quia odit: imponit ei nomē peſſi-
mum: vt dicat: non inueni filiam tuā virginē: ⁊ ecce hęc
ſunt ſigna virginitatis filię meę. Expādent veſtimētum
corā ſenioribus ciuitatis: apprehendentqꝫ ſenes vrbis il
lius virū: ⁊ verberabūt illū: cōdemnantes inſuper centū
ſiclis argēti: quos dabit patri puellę: quoniam diffama
uit nomen peſſimum ſuper virginē Iſrael: habebitqꝫ eā
vxorē: ⁊ nō poterit dimittere omnibus diebus vitę ſuę.
Quod ſi verū eſt quod obijcit: et non eſt in puella inuēta
virginitas: eijcient eā extra fores domus patris ſui: ⁊ la
pidibus obruēt viri ciuitatis illius: ⁊ morietur: quoniā
fecit nefas in Iſrael: vt fornicaretur ī domo patris ſui:
D ⁊ auferes malū de medio tui. Si dormierit vir cum vxo
re alterius: vterqꝫ morietur: id eſt: adulter et adultera:
Leui.20.b et auferes malū de Iſrael. Si puellam virginē deſpōde
rit vir: et inuenerit eam aliquis in ciuitate: et concubue
rit cū ea: educes vtrūqꝫ ad portam ciuitatis illius: et la
pidibus obruenť. Puella quia nō clamauit cū eſſet in ci
uitate: vir q̄a humiliauit vxorē ꝓximi ſui: et auferes ma-
lum de medio tui. Sin aūt in agro reppererit vir puellā
quę deſponſata eſt: et apprehēdens cōcubuerit cū ea: ipſe
morietur ſolꝰ: puella nihil patietur: nec eſt rea mortis:
quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum: et
occidit animam eius: ita et puella ꝑpeſſa eſt. Sola erat
in agro: clamauit: et nullus affuit qui liberaret eam. Si
inuenerit vir puellam virginem: quę nō habet ſpōſum:
et apprehēdens concubuerit cum illa: et res ad iudiciū
venerit: dabit qui dormiuit cū ea: patri puellę quinqua-
ginta ſiclos argēti: et habebit eā vxorē: quia humiliauit
illam: non poterit dimittere eā cunctis diebus vitę ſuę.
Nō accipiet homo vxorem patris ſui: nec reuelabit ope
rimentum eius. XXIII.

A Non intrabit eunuchꝰ attritis vel amputatis
teſticulis: et abſciſo veretro eccleſiā domini.
Non ingredieť manſer: hoc eſt: de ſcorto na
tus: in eccleſiā dñi vſqꝫ ad decimā gñationē.
Ammonites et Moabites etiā poſt decimā generatio-
nem non intrabūt eccleſiā domini in ęternum: quia no-
Exod.23. luerunt vobis occurrere cū pane: et aqua in via: quando
egreſſi eſtis de Aegypto: et quia conduxerunt contra te
Balaam filium Beor de Meſopotamia Syrię: vt ma
lediceret tibi: et noluit dominus deus tuus audire Ba-
laam: vertitqꝫ maledictionē eius ī benedictionem tuā:
eo ꝙ diligeret te. Non facies cū eis pacē: nec queras eis
bona cunctis diebus vitę tuę in ſempiternum. Nō abo
minaberis Idumęum: quia frater tuus eſt: nec Aegy-
B ptium: quia aduena fuiſti ī terra eius. Qui nati fuerint
ex eis tertia generatione: intrabūt in eccleſiā dñi. Quan
do egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos ī pugnā: cuſto
dies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo: q̄ no
cturno pollutus ſit ſomnio: egredieť extra caſtra: et nō
reuerteť priuſꝙ ad veſperam lauetur aqua: et poſt ſolis
occaſum regredietur in caſtra. Habebis locum extra ca
ſtra: ad quē egrediaris ad requiſita naturę: gerens pa-
xillum in baltheo. Cūqꝫ ſederis: fodies per circuitum:
C ⁊ egeſta humo operies: quo reuelatus es. Dñs eñi deus
tuus ambulat in medio caſtrorū: vt eruat te: ⁊ tradat ti
bi inimicos tuos: vt ſint caſtra tua ſancta: et nihil in eis
appareat foeditatꝭ: ne derelinquat te. Nō trades ſeruū
domino ſuo q̄ ad te cōfugerit. Habitabit tecū in loco q̄
ei placuerit: ⁊ in vna vrbiū tuarū requieſcet: ne cōtriſtes
eum. Nō erit meretrix de filiabus Iſrael: nec ſcortator
de filijs Iſrael. Non offeres mercedē proſtibuli: nec pre
cium carnis in domo domini dei tui ad oē votū: quia
D abominatio eſt vtrunqꝫ apud dominum deum tuū. Nō
foenerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam: nec fruges:
nec quālibet aliam rem: ſed alieno. Fratri aūt tuo abſqꝫ
vſura id quo indiget cōmodabis: vt benedicat tibi dñs
deus tuus in oī opere tuo in terra: ad quam ingredie-
ris poſſidēdam. Cū votū voueris domino deo tuo: non
tardabis reddere: q̄a requiret illud dominus deꝰ tuus. Eccle.5.a. baruc.6.d
Et ſi moratꝰ fueris: reputabiť tibi in peccatū. Si nolue
ris polliceri: abſqꝫ peccato eris. Quod aūt ſemel egreſ-
ſum eſt de labijs tuis: obſeruabis: ⁊ facies ſicut promiſi-
ſti dño deo tuo: ⁊ propria volūtate ⁊ ore tuo locutus es.
Ingreſſus vineam proximi tui: comede vuas quantum
tibi placuerit: foras aūt ne efferas tecū. Si intraueris
ſegetem amici tui: franges ſpicas: ⁊ manu conteres: fal
ce autem non metes. XXIIII.

Si acceperit homo vxorē: ⁊ habuerit eā: ⁊ non
inuenerit gratiā ante oculos eiꝰ ꝓpter aliquā A
foeditatē: ſcribet libellū repudij: et dabit ī ma Matth.5.
nu illius: et dimittet eā de domo ſua. Cumqꝫ
egreſſa alterū maritū duxerit: ⁊ ille quoqꝫ oderit eā: de- Mar.10.a
deritqꝫ ei libellum repudij: et dimiſerit de domo ſua: vel
certe mortuus fuerit: nō poterit prior maritꝰ recipere
eā ī vxorē: quia polluta eſt: ⁊ abominabilis facta eſt corā
domino: ne peccare facias terrā tuā: quā dominus deus
tuus tradiderit tibi poſſidēdam. Cum acceperit homo B
nuper vxorem: nō procedet ad bellum: nec ei quippiam
neceſſitatis iniungetur publice: ſed vacabit abſqꝫ culpa
domui ſuę: vt vno anno lętetur cum vxore ſua. Non ac-
cipies loco pignoris inferiorem et ſuperiorem molam:
quia animam ſuam appoſuit tibi. Si deprehenſus fue-
rit homo ſolicitās fratrem ſuum de filijs Iſrael: et ven
dito eo acceperit precium: interficietur: et auferes ma-
lum de medio tui. Obſerua diligenter: ne incurras pla-
gam lepre: ſed facies quęcunqꝫ docuerint te ſacerdotes
Leuitici generis: iuxta id quod pręcepi eis: ⁊ imple ſo-
licite. Memētote quę fecerit dominꝰ deus veſter Ma num.12.a
rię in via: cum egrederemini de Aegypto. Cū repetes
a proximo tuo rem aliquam: quam debet tibi: nō ingre- C
dieris domum eius: vt pignus auferas: ſed ſtabis foris:
et ille tibi ꝓferet quod habuerit. Sin autem pauper eſt:
nō pernoctabit apud te pignus: ſed ſtatim reddes ei an
te ſolis occaſum: vt dormiens in veſtimento ſuo: benedi
cat tibi: ⁊ habeas iuſticiam coram domino deo tuo. Nō Merces illico ſoluenda
negabis mercedem indigentis: et pauperis fratris tui Leui.19.c
ſiue aduenę: qui tecum moratur in terra: ⁊ intra portas 4.reg.4.a
tuas eſt: ſed eadem die reddes ei precium laboris ſui an- Para.25
te ſolis occaſum: quia pauper eſt: et ex eo ſuſtentat aīam
ſuam: ne clamet contra te ad dominum: ⁊ reputetur ti- D
bi in peccatum. Non occidentur patres pro filijs: nec fi Leui.19.b
lij pro patribus: ſed vnuſquiſqꝫ pro peccato ſuo morieť. et.23.d.
Non peruertes iudicium aduenę ⁊ pupilli: nec auferes
pignoris loco viduę veſtimentum. Memento ꝙ ſeruie-
ris in Aegypto: et eruerit te dominus deus tuus inde.
Idcirco pręcipio tibi: vt facias hanc rem. Quando meſ
ſueris ſegetem in agro tuo: et oblitus manipulum reli-
queris: nō reuerteris: vt tollas illū: ſed aduenam: ⁊ pu-
pillum: ⁊ viduam auferre patieris: vt benedicat tibi do-
minus deus tuus in omni opere manuū tuarū. Si fru-
ges collegeris oliuarum: quicquid remanſerit in arbo-
ribus: non reuerteris vt colligas: ſed relinques aduenę:
pupillo: ac viduę. Si vindemiaueris vineā tuam: nō col
liges remanētes racemos: ſed cedēt in vſus aduenę: pu
pilli: ac viduę. Memēto ꝙ ⁊ tu ſeruieris in Aegypto: et
idcirco pręcipio tibi: vt facias hanc rem. XXV.

Si fuerit cauſa inter aliquos: et interpellaue- A
rint iudices: quē iuſtū eſſe perſpexerint: illi iu
ſticię palmā dabūt: quē impiū cōdemnabunt
impietatis. Sin aūt eū: q̄ peccauit: dignū vi-
derint plagis: proſternēt: ⁊ corā ſe faciēt verberari. Pro
mēſura peccati erit ⁊ plagarū modus: ita duntaxat: vt
quadragenarium numerū non excedāt: ne foede lacera- 1.Cor.9.b
tus ante oculos tuos abeat frater tuus. Nō ligabis os 1.thim.5.c
bouis triturātis in area fruges tuas. Quādo habitaue
rint fratres ſimul: et vnus ex eis abſqꝫ liberis mortuus
fuerit: vxor defuncti non nubet alteri: ſed accipiet eam

frater eius:⁊ ſuſcitabit ſemen fratris ſui:⁊ primogenitū
ex ea filium nomine illius appellabit:vt non deleatur no
men eius ex Iſrael. Si autem noluerit accipere vxorē
B fratris ſui:que ei lege debetur: perget mulier ad portā
ciuitatis: et interpellabit maiores natu: dicetqꝫ: Non
vult frater viri mei ſuſcitare ſemen fratris ſui in Iſrael:
nec me in coniugē ſumere. Statimqꝫ accerſiri eū faciēt:
⁊ interrogabunt. Si reſponderit:nolo eam vxorem acci
pere:accedet mulier ad eū corā ſenioribꝰ:et tollet calcea
mentum de pede eius: ſpuetqꝫ in faciem illius: et dicet:
C Sic fiet homini:qui nō edificat domum fratris ſui. Et
vocabitur nomē illius in Iſrael domus diſcalciati. Si
habuerint inter ſe iurgiū viri duo:et vnus contra alterū
Luce. 20. rixari ceperit: volēſqꝫ vxor alterius eruere virū ſuū de
manu fortioris: miſeritqꝫ manū:⁊ apprehenderit veren
da eius:abſcides manū illius: nec flecteris ſuper eam vl
la miſericordia. Non habebis in ſacculo diuerſa ponde-
ra:maius ⁊ minus:nec erit in domo tua modius maior
D ⁊ minor. Pondus habebis iuſtum et verum:et modius
equalis:⁊ verus erit tibi:vt multo viuas tempore ſuper
terram:quam dominus deus tuus dederit tibi. Abomi
natur enim dominus eū:qui facit hec:et auerſatur oēm
iniuſticiam. Memento que fecerit tibi Amalech in via:
quādo egrediebaris ex Aegypto: quomodo occurrerit
tibi:⁊ extremos agminis tui:qui laſſi reſidebant:cecide
rit:quando tu eras fame:et labore confectus: et non ti-
muerit deum. Cum ergo dominus deus tuus dederit
tibi requiem: et ſubiecerit cūctas per circuitum natio-
nes in terra:quā tibi pollicitus eſt:delebis nomen eiꝰ de
ſub celo. Caue ne obliuiſcaris. XXVI.

A Cumqꝫ intraueris terrā: quā dominus deus
tuus tibi daturus eſt poſſidendā:⁊ obtinue-
ſupra. 17. ris eam:atqꝫ habitaueris in ea:tolles de cun-
ctis frugibus tuis primitias:⁊ pones in car-
tallo: pergeſqꝫ ad locū quē dominꝰ deus tuus elegerit:
vt ibi inuocetur nomen eius:accedeſqꝫ ad ſacerdotē qui
fuerit in diebus illis:⁊ dices ad eū: Profiteor hodie co-
ram domino deo tuo: ꝙ ingreſſus ſum in terram: pro
qua iurauit patribus noſtris:vt daret eā nobis. Suſci-
pienſqꝫ ſacerdos cartallum de manu tua:ponet ante al-
tare domini dei tui: ⁊ loqueris in conſpectu domini dei
B tui. Syrus perſequebatur patrem meum: qui deſcēdit
in Aegyptū:⁊ ibi peregrinatꝰ eſt ī pauciſſimo numero:
creuitqꝫ in gentē magnā ac robuſtā: et infinite multitu
dinis. Afflixerūtqꝫ nos Aegyptij: et ꝑſecuti ſunt:impo-
nentes onera grauiſſima:⁊ clamauimus ad dn̄m deum
patrum noſtrorum:qui exaudiuit nos:et reſpexit humi
litatem noſtrā:⁊ laborē:atqꝫ anguſtias:⁊ eduxit nos de
Aegypto in manu forti:⁊ brachio extēto: in ingenti pa-
uore:in ſignis atqꝫ portentis:⁊ introduxit ad locū iſtū:
⁊ tradidit nobis terrā lacte ⁊ melle manantē. Et idcir-
co nūc offero primitias frugum terre: quam dn̄s deus
dedit mihi. Et dimittes eas in conſpectu dn̄i dei tui: et
adorato dn̄o deo tuo:epulaberis in om̄ibus bonis: que
dominus deꝰ tuus dederit tibi:et domui tue:tu ⁊ Leui
C tes:⁊ aduena:qui tecū eſt. Quādo cōpleueris decimam
cunctarum frugum tuarū:anno decimarū tertio dabis
Leuite ⁊ aduene:⁊ pupillo ⁊ vidue:vt comedant intra
portas tuas:⁊ ſaturentur:loqueriſqꝫ in cōſpectu domi-
ni dei tui: Attuli quod ſanctificatū eſt de domo mea: et
D dedi illud Leuite: et aduene:et pupillo ac vidue: ſicut
Eſa. 59. d iuſſiſti mihi. Nō preteriui mādata tua:nec ſum oblitus
imperij tui. Nō comedi ex eis in luctu meo: nec ſepara-
ui ea in qualibet immūdicia:nec expēdi ex eis quicꝙ̄ ī re
funebri. Obediui voci domini dei mei: et feci om̄ia ſicut
precepiſti mihi. Reſpice de ſanctuario tuo: et de excelſo
celorum habitaculo:⁊ benedic populo tuo Iſrael: ⁊ ter
re:quā dediſti nobis:ſicut iuraſti patribus noſtris: ter-
re lacte ⁊ melle mananti. Hodie dn̄s deus tuus prece-
pit tibi:vt facias mādata hec:atqꝫ iudicia: vt cuſtodias

⁊ impleas ex toto corde tuo:⁊ ex tota animā tua. Domi
num elegiſti hodie:vt ſit tibi deus: et ambules ī vijs eiꝰ: ſupra. 7. a
et cuſtodias ceremonias illius:⁊ mandata atqꝫ iudicia: ⁊ ſup. 14. a
⁊ obedias eius imperio. En dominꝰ elegit te hodie: vt
ſis ei populus peculiaris:ſicut locutus eſt tibi:et cuſto-
dias omnia precepta illius: et faciet te excelſiorem cun
ctis gentibus:quas creauit in laudem:⁊ nomen:et glo-
riam ſuam: vt ſis populus ſanctus domini dei tui: ſicut
locutus eſt. XXVII.

Precepit autem Moyſes: ⁊ ſeniores populo A
Iſrael:dicētes: Cuſtodite om̄e mandatum:
quod precipio vobis hodie. Cūqꝫ tranſieris Ioſu. 4. a
Iordanē in terrā:quā dominꝰ deus tuus da
bit tibi:eriges ingētes lapides:⁊ calce leuigabis eos: vt
poſſis in eis ſcribere oīa verba legis huiꝰ: Iordane trāſ-
miſſo:vt introeas terrā: quā dominus deus tuus dabit
tibi:terrā lacte ⁊ melle manantē: ſicut iurauit patribus
tuis. Quādo ergo trāſieris Iordanē:erige lapides:q̄s Exo. 29. d
ego hodie precipio tibi:in mōte Hebal:⁊ leuigabis eos Ioſue. 8. f
calce:⁊ edificabis ibi altare dn̄o deo tuo de lapidibꝰ: q̄s
ferrū nō tetigit:⁊ de ſaxis informibꝰ:⁊ impolitis:⁊ offe-
res ſup eo holocauſta dn̄o deo tuo:⁊ immolabis hoſtias
pacificas:comedeſqꝫ ibi:⁊ epulaberis corā dn̄o deo tuo.
Et ſcribes ſup lapides oīa verba legis huius plane ⁊ lu B
cide. Dixerūtqꝫ Moyſes et ſacerdotes leuitici generis
ad oēm Iſraelem: Attēde ⁊ audi Iſrael: Hodie factus
es populus domini dei tui. Audies vocem eius:⁊ facies
mandata atqꝫ iuſticias:quas ego precipio tibi. Prece-
pitqꝫ Moyſes populo in die illo:dicēs: Hi ſtabūt ad be
nedicendum domino ſuper mōtem Garizim: Iordane
trāſmiſſo: Symeon: Leui: Iudas: Iſaſchar: Ioſeph:et
Beniamin. Et e regiōe iſti ſtabūt ad maledicēdū in mō
te Hebal: Ruben: Gad ⁊ Aſer:⁊ Zabulon: Dan ⁊ Ne-
phthali. Et pronunciabūt Leuite:dicētqꝫ ad oēs viros
Iſrael excelſa voce: Maledictꝰ homo qui facit ſculpti- C
le:⁊ conflatile abominationē dn̄i:opus manuū artificū:
ponitqꝫ illud in abſcōdito. Et reſpōdebit oīs populus:
⁊ dicet amen. Maledictus qui non honorat patrē ſuū:
⁊ matrē ſuā. Et dicet oīs populus:amen. Maledictꝰ q̄ ſupra. 19. d
trāſfert terminos ꝓximi ſui. Et dicet oīs populꝰ:amen.
Maledictus qui errare facit cecū ī itinere. Et dicet oīs
populus amen. Maledictus q̄ ꝑuertit iudiciū aduene:
pupilli:⁊ vidue. Et dicet oīs populus:amen. Maledi-
ctus qui dormit cū vxore patris ſui: ⁊ reuelat operimen
tum lectuli eius. Et dicet oīs populus:amen. Maledi
ctus qui dormit cū om̄i iumēto. Et dicet oīs populus:
amē. * Maledictꝰ qui dormit cū ſorore ſua filia patris * nō eſt in
ſui:vel matris ſue. Et dicet oīs populus:amen. Male- hebreo.
dictus qui dormit cū ſocru ſua. Et dicet om̄is populus: Gala. 3. a.
amen. Maledictus qui clam percuſſerit proximū ſuū:
Et dicet oīs populus:amen*. Maledictus qui dormit
cū vxore proximi ſui. Et dicet oīs populus:amen. Ma-
ledictus q̄ accipit munera:vt percutiat animam ſangui
nis innocētis. Et dicet oīs populus:amen. Maledictꝰ
qui nō ꝑmanet in ſermonibꝰ legis huius: nec eos opere
perficit. Et dicet oīs populus:amen. XXVIII.

Si autē audieris vocē dn̄i dei tui:vt facias atqꝫ A
cuſtodias oīa mādata eius: que ego precipio
tibi hodie: faciet te dn̄s deꝰ tuus excelſiorem
cūctis gētibꝰ que verſant̄ in terra. Venietqꝫ
ſup te vniuerſe bn̄dictiōes iſte:⁊ apprehēdēt te:ſi tn̄ pre
cepta eiꝰ audieris. Benedictus tu ī ciuitate: et bn̄dictꝰ
in agro. Benedictꝰ fructꝰ vētris tui: ⁊ fructꝰ terre tue:
fructuſqꝫ iumentorꝫ tuorꝫ:greges armentorꝫ tuorum:⁊
caule ouium tuarū. Benedicta horrea tua:⁊ benedicte
reliquie tue. Benedictus eris ingrediens ⁊ egrediens.
Dabit dominus inimicos tuos: qui conſurgent aduer-
ſum te: corruentes in conſpectu tuo. Per vnam viam
venient contra te: et per ſeptē fugient a facie tua. Emit
ter dominus benedictionem ſuper cellaria tua: et ſu-

per omnia opera manuũ tuarũ: benedicetq́ tibi in terra
quã acceperis. Suſcitabit te dñs ſibi ĩ populum ſanctũ:
ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mãdata domini dei tui:
⁊ ambulaueris in vijs eius. Videbuntq́ oẽs terrarũ po
puli: ꝙ nomẽ domini inuocatum ſit ſuper te: et timebũt
te. Abundare te faciet dñs omnibus bonis: fructu vteri
tui: ⁊ fructu iumentoꝝ tuoꝝ: fructu terrę tuę: quã iura
uit dominus patribus tuis: vt daret tibi. Aperiet dñs
theſaurũ ſuũ optimũ cęlũ: vt tribuat pluuiã terrę tuę in
B tempoꝛe ſuo: benedicetq́ cũctis operibꝰ manuum tua-
rum. Et foenerabis gentibꝰ multis: ⁊ ipſe a nullo foenꝰ
ſup. 25. a. accipies. Cõſtituet te dñs deus tuus in caput: et non in
caudã: et eris ſemꝑ ſupꝛa: ⁊ nõ ſubter: ſi tamen audieris
mãdata dñi dei tui: quę ego pꝛęcipio tibi hodie: ⁊ cuſto-
dieris ⁊ feceris: ac non declinaueris ab eis: nec ad dexte
ram nec ad ſiniſtrã: nec ſecutꝰ fueris deos alienos: neq́
Leu. 26 d colueris eos. Quod ſi audire nolueris vocẽ domini dei
Thre. 2. f. tui: vt cuſtodias ⁊ facias omnia mãdata eius ⁊ ceremo-
mala. 2. a. nias: quas ego pꝛęcipio tibi hodie: veniẽt ſuꝑ te omnes
maledictiões iſtę: ⁊ appꝛehendent te. Maledictus eris
in ciuitate: maledictꝰ in agro. Maledictũ hoꝛreũ tuũ:
2. coꝛ. 11. f ⁊ maledictę reliquię tuę. Maledictꝰ fructꝰ vẽtris tui:
⁊ fructus terrę tuę: armẽta boum tuoꝝ: ⁊ greges ouiũ
tuarum. Maledictus eris ingrediẽs: ⁊ maledictꝰ egre
diẽs. Mittet dominus ſuper te famem ⁊ eſuriem: ⁊ in-
crepationem in oĩa opera tua quę tu facies: donec cõ-
terat te: ⁊ perdat velociter: pꝛopter adinuẽtiones tuas
peſſimas: in quibus reliquiſti me. Adiũgat tibi dominꝰ
peſtilentiã: donec conſumat te de terra: ad quã ingredie
ris poſſidendã. Percutiat te dñs egeſtate: febꝛi ⁊ frigo
re: ardoꝛe ⁊ ęſtu: ⁊ aere coꝛrupto ac rubigĩe: ⁊ perſequa-
tur donec pereas. Sit cęlũ quod ſupꝛa te eſt ęneũ: et ter
ra quã calcas: ferrea. Det dñs imbꝛẽ terrę tuę puluerẽ:
⁊ de cęlo deſcendat ſuper te cinis: donec cõteraris. Tra
dat te dominus coꝛruentẽ ante hoſtes tuos. Per vnã
viam egrediaris cõtra eos: ⁊ per ſeptẽ fugias: et diſper-
C garis per omnia regna terrę. Sitq́ cadauer tuũ in eſcã
cunctis volatilibus cęli ⁊ beſtijs terrę: ⁊ non ſit qui abi-
gat. Percutiat te dominꝰ vlcere Aegypti: ⁊ partẽ coꝛ-
poꝛis: per quã ſtercoꝛa digeruntur: ſcabie quoq́: ⁊ pꝛu-
rigine: ita vt curari nequeas. Percutiat te dominꝰ amẽ
tia ⁊ cęcitate ac furoꝛe mẽtis: ⁊ palpes in meridie: ſicut
palpare ſolet cęcus in tenebꝛis: ⁊ nõ dirigas vias tuas.
Omniq́ tẽpoꝛe calumniã ſuſtineas: ⁊ oppꝛimaris violẽ
tia: nec habeas qui liberet te. Vxoꝛem accipias: et alius
doꝛmiat cum ea. Domum ędifices: ⁊ non habites in ea.
Plantes vineã: et nõ vindemies eam. Bos tuus immo
letur coꝛam te: ⁊ non comedas ex eo. Aſinus tuus rapia
tur in cõſpectu tuo: ⁊ non reddatur tibi. Oues tuę den-
D tur inimicis tuis: ⁊ nõ ſit qui te adiuuet. Filij tui et filię
tuę tradantur alteri populo videntibus oculis tuis: et
deficiẽtibus ad conſpectum eoꝛum tota die: ⁊ nõ ſit foꝛ-
titudo in manu tua. Fructus terrę tuę: ⁊ oĩes laboꝛes
tuos comedat populus quẽ ignoꝛas: ⁊ ſis ſemꝑ calum-
niam ſuſtinẽs: ⁊ oppꝛeſſus cunctis diebus: ⁊ ſtupens ad
terroꝛem eoꝛũ quę videbũt oculi tui. Percutiat te dñs
vlcere peſſimo in genibus ⁊ in ſuris: ſanariq́ non poſſis
a plãta pedis vſq́ ad verticẽ tuũ. Ducetq́ te dominus:
⁊ regem tuum quem conſtitueris ſuper te in gentẽ: quã
ignoꝛas tu ⁊ patres tui: ⁊ ſeruies ibi dijs alienis ligno ⁊
lapidi: ⁊ eris perditus in pꝛouerbiũ ac fabulã omnibus
leui. 26. e. populis: ad quos te introduxerit dominus. Sementem
aggei. 1. e. multã iacies ĩ terrã: ⁊ modicũ cõgregabis: quia locuſtę
deuoꝛabũt oĩa. Vineã plãtabis ⁊ fodies: ⁊ vinum nõ bi-
bes: nec colliges ex ea quippiã: quoniam vaſtabitur ver-
E mibus. Oliuas habebis in oĩibꝰ terminis tuis: ⁊ nõ vn
geris oleo: ꝗa defluẽt ⁊ deperibũt. Filios generabis ⁊ fi
lias: ⁊ nõ frueris eis: quoniã ducent̃ ĩ captiuitatẽ. Oẽs
arboꝛes tuas ⁊ fruges terrę tuę rubigo cõſumet. Adue
na qui tecũ verſatur in terra: aſcẽdet ſuꝑ te: eritq́ ſubli-
mioꝛ: tu aũt deſcendes: ⁊ eris inferioꝛ. Ipſe foenerabit
tibi: ⁊ tu nõ foenerabis ei. Ipſe erit in caput: ⁊ tu eris in
caudã. Et veniẽt ſuper te oẽs maledictiões iſtę: ⁊ perſe-
quentes appꝛehẽdẽt te: donec intereas: ꝗa nõ audiſti vo
cẽ dñi dei tui: nec ſeruaſti mãdata eiꝰ et ceremonias: ꝗs
pꝛęcepit tibi. Et erũt in te ſigna atq́ ꝓdigia: ⁊ ĩ ſemine
tuo vſq́ in ſempiternum: eo ꝙ nõ ſerueris domino deo
tuo in gaudio: coꝛdiſq́ lętitia: ꝑpter rerũ oĩm abundan
tiã. Seruies inimico tuo: quẽ emittet tibi dñs ĩ fame et
ſiti ⁊ nuditate: ⁊ oĩi penuria: ⁊ ponet iugũ ferreũ ſuper
ceruicẽ tuã: donec te cõterat. Adducet dominus ſuꝑ te
gentẽ de longinquo: de extremis terrę finibꝰ in ſimilitu
dinem aquilę volãtis cũ impetu: cuius linguã intellige-
re nõ poſſis: gentẽ ꝓcaciſſimã: quę non deferat ſeni: nec
miſereat̃ paruuli: ⁊ deuoꝛet fructũ iumẽtoꝝ tuoꝝ ac fru
ges terrę tuę: donec ĩtereas: ⁊ nõ relinquat tibi triticũ:
vinum ⁊ oleũ: armenta boum ⁊ greges ouium: donec te
diſperdat ⁊ cõterat in cũctis vꝛbibus tuis: et deſtruãtur
muri tui firmi atq́ ſublimes: in quibꝰ habebas fiduciã
in oĩi terra tua. Obſideberis intra poꝛtas tuas in oĩi 4. reg. 6. f.
terra tua: quã dabit tibi dominꝰ deus tuus: et comedes
fructũ vteri tui: ⁊ carnes filioꝝ tuoꝝ et filiarũ tuarum: F
quas dederit tibi dominus deus tuus: in anguſtia ⁊ va-
ſtitate: qua oppꝛimet te hoſtis tuus. Homo delicatus
in te: ⁊ luxurioſus valde inuidebit fratri ſuo: ⁊ vxoꝛi quę Ezech. 4 b
cubat in ſinu ſuo: ne det eis de carnibus filioꝛum ſuoꝛũ
quas comedet: eo ꝙ nihil aliud habeat in obſidione ⁊ pe
nuria: qua vaſtauerant te inimici tui intra omnes poꝛ-
tas tuas. Tenera mulier ⁊ delicata quę ſuꝑ terrã ingre
di non valebat: nec pedis veſtigium figere pꝛopter mol-
liciem ⁊ teneritudinem nimiam: inuidebit viro ſuo: qui
cubat in ſinu eius ſuper filij ⁊ filię carnibus: ⁊ illuuie ſe-
cundinarum quę egrediuntur de medio feminũ eius: et
ſuper liberis qui eadem hoꝛa nati ſunt. Comedẽt enim
eos clam pꝛopter rerum oĩm penuriam: in obſidione et
vaſtitate: qua oppꝛimet te inimicus tuus intra poꝛtas
tuas. Niſi cuſtodieris ⁊ feceris oĩa verba legis huiꝰ:
quę ſcripta ſunt in hoc volumine: ⁊ timueris nomen eiꝰ
glorioſum ⁊ terribile: hoc eſt dominum deum tuum: au
gebit dominꝰ plagas: ⁊ plagas ſeminis tui: plagas ma-
gnas ⁊ perſeuerãtes: ĩfirmitates peſſimas ⁊ perpetuas:
⁊ cõuertet in te oẽs afflictiões Aegypti: quas timuiſti:
⁊ adhęrebũt tibi. Inſuper ⁊ vniuerſos languoꝛes ⁊ pla- G
gas: quę nõ ſunt ſcriptę in volumine legis huius: indu-
cet dominus ſuper te: donec te conterat: et remanebitis
pauci numero: qui pꝛius eratis ſicut aſtra cęli pꝛę mul-
titudine: quoniam nõ audiſtis vocem dñi dei veſtri. Et
ſicut ante lętatus eſt dominus ſuper vos: bene vobis fa-
ciens: voſq́ multiplicãs: ſic lętabit̃ diſperdens vos atq́
ſubuertens: vt auferamini de terra ad quã ingredimini
poſſidendã. Diſperget te dñs in oẽs populos a ſummi-
tate terrę vſq́ ad terminos eiꝰ: ⁊ ſeruies ibi dijs alienis
quos ⁊ tu ignoꝛas ⁊ patres tui: lignis ⁊ lapidibꝰ. In gẽ
tibus quoq́ illis non quieſces: neq́ erit requies veſtigio
pedis tui. Dabit eñi tibi dñs ibi coꝛ pauidũ: ⁊ deficiẽtes
oculos: ⁊ aĩam conſumptam moeroꝛe: ⁊ erit vita tua ꝗſi
pẽdens ante te. Timebis nocte ⁊ die: et non credes vitę
tuę. Mane dices: quis mihi det veſperum? ⁊ veſpere: ꝗs
mihi det mane? ꝑpter coꝛdis tui foꝛmidinẽ: qua terrebe
ris: ⁊ ꝑpter ea quę tuis videbis oculis. Reducet te dñs
claſſibus in Aegyptũ per viã: de qua dixit tibi: vt eã am-
plius nõ videres. Ibi vẽderis inimicis tuis in ſeruos ⁊
ancillas: ⁊ non erit qui emat. XXIX.

HAec ſunt verba foederis quod pꝛęcepit do-
minus Moyſi: vt feriret cum filijs Iſrael in A
terra Moab: pꝛęter illud foedus quod cum
eis pepigit ĩ Oꝛeb. Vocauitq́ Moyſes oẽm Exod. 19. a
Iſrael: ⁊ dixit ad eos: Vos vidiſtĩ vniuerſa quę fecit do
minus coꝛã vobis in terra Aegypti Pharaoni: et oĩi-
bus ſeruis eius: vniuerſęq́ terrę illius: tentationes ma-

gnas q̄s viderūt oculi tui:ſigna illa poꝛtētaqꝫ ingētia:
⁊ nō dedit vobis dominus coꝛ intelligēs: ⁊ oculos vidē
tes:⁊ aures que poſſint audire vſqꝫ in pꝛeſentē diē. Ad-
duxit vos quadraginta annis per deſertū: nō ſunt attri
ta veſtimēta veſtra:nec calceamenta pedū veſtroꝝ vetu-
B ſtate conſumpta ſunt. Panem nō comediſtis: vinum et
num.21.g ſiceram non bibiſtis:vt ſciretis:quia ipſe eſt dn̄s deus ve
ſter:⁊ veniſtis ad hūc locū. Egreſſuſqꝫ eſt Seon rex He
ſebon:⁊ Og rex Baſan occurrentes nobis ad pugnā:et
percuſſimus eos:⁊ tulimꝰ terrā eoꝝ:ac tradidimꝰ poſſi
dendā Ruben ⁊ Gad:⁊ dimidie tribui Manaſſe. Cu-
ſtodite ergo verba pacti huiꝰ:⁊ implete ea: vt intelliga-
tis vniuerſa que facit. Uos ſtatis hodie cūcti coꝛā dn̄o
deo veſtro:pꝛincipes veſtri ⁊ tribꝰ ac maioꝛes natu:atqꝫ
doctoꝛes:oīs populꝰ iſrael:liberi ⁊ vxoꝛes veſtre ⁊ adue
ne:q̄ tecū moꝛant in caſtris: exceptis lignoꝝ ceſoꝛibus:
⁊ his qui cōpoꝛtant aquas: vt trāſeas in foedere dn̄i dei
tui:⁊ in iureiurando:quod hodie dn̄s deus tuus percu-
tit tecum:vt ſuſcitet te ſibi in populū:⁊ ipſe ſit dn̄s deus
tuus:ſicut locutus eſt tibi:⁊ ſicut iurauit patribus tuis
Abꝛaam: Iſaac ⁊ Iacob:nec vobis ſolis ego hoc foedus
ferio:⁊ hec iuramenta confirmo:ſed cūctis pꝛeſentibꝰ ⁊
C abſentibus. Uos enī noſtis: quomodo habitauerimꝰ in
terra Aegypti:⁊ quomodo tranſierimus per mediū na
tionum:quas trāſeuntes vidiſtis abominationes ⁊ ſoꝛ-
des:id eſt idola eoꝝ:lignum ⁊ lapidem: argentum ⁊ au
rum que colebant. Ne foꝛte ſit inter vos vir aut mulier:
familia aut tribus:cuiꝰ coꝛ auerſum eſt hodie a dn̄o deo
veſtro:vt vadat ⁊ ſeruiat diis illarū gentiū:⁊ ſit īter vos
radix germinās fel et amaritudinem. Cumqꝫ audierit
verba iuramēti huius:benedicat ſibi in coꝛde ſuo:dicēs:
Pax erit mihi:et ambulabo in pꝛauitate coꝛdis mei:et
aſſumat ebꝛia ſitientē:⁊ dn̄s non ignoſcat ei:ſed tunc q̄
maxime furoꝛ eius fumet:⁊ zelus contra hominem illū:
⁊ ſedeāt ſuper eum oīa maledicta: que ſcripta ſunt in
hoc volumine:⁊ deleat dominus nomen eius de ſub ce-
lo:⁊ cōſumat eū in perditionē ex oībus tribubꝰ Iſrael:
iuxta maledictiōes:que in libꝛo legis huius ac foederis
D continentur. Dicetqꝫ ſequēs generatio:⁊ filii qui naſcen
tur deinceps:⁊ peregrini qui de longe venerint vidētes
plagas terre illius: et infirmitates quibus eā afflixerit
dominus ſulphure:⁊ ſolis ardoꝛe comburens: ita vt vl-
tra non ſeratur:nec virens quippiam germinet in exem
plum ſubuerſionis Sodome et Gomoꝛre: Adame ⁊ ſe-
boim: quas ſubuertit dominus in ira ⁊ in furoꝛe ſuo: et
dicent oēs gentes: Quare ſic fecit dominus terre huic?
3.reg.9.b. Que eſt hec ira furoꝛis eius immēſa? Et reſpōdebunt:
Iere.22.c Quia dereliquerūt pactū domini:quod pepigit cum pa
tribus eoꝛum:quādo eduxit eos de terra Aegypti:⁊ ſer-
uierunt diis alienis:⁊ adoꝛauerunt eos quos neſciebāt:
⁊ quibꝰ nō fuerāt attributi: idcirco iratus eſt furoꝛ dn̄i
contra terrā iſtā:vt induceret ſup eā oīa maledicta: que
in hoc volumine ſcripta ſunt:⁊ eiecit eos de terra ſua in
ira ⁊ ī furoꝛe:⁊ in indignatiōe maxima:pꝛiecitqꝫ in terrā
alienam:ſicut hodie cōpꝛobat. Abſcōdita a dn̄o deo no-
ſtro:que manifeſta ſunt nobis:⁊ filiis noſtris vſqꝫ ī ſem-
piternū:vt faciamus vniuerſa legis huius. XXX.
A Cum ergo venerint ſup te oēs ſermones iſti:
benedictio ſiue maledictio: quā pꝛopoſui in cō
ſpectu tuo:⁊ ductus poenitudine coꝛdis tui
in vniuerſis gētibꝰ: ī quas diſperſerit te dn̄s
deus tuus:⁊ reuerſus fueris ad eū:⁊ obedieris eiꝰ impe
riis: ſicut ego hodie pꝛecipio tibi et cū filiis tuis in toto
coꝛde tuo:⁊ in tota aīa tua:reducet te dn̄s deus tuus de
captiuitate tua:ac miſerebit tui:⁊ rurſum congregabit
te de cūctis populis: ī quos te ante diſperſit. Si ad car
dines celi fueris diſſipatus:īde te retrahet dn̄s deꝰ tuꝰ:
et aſſumet atqꝫ īntroducet ī terrā:quā poſſederūt patres
tui:⁊ obtinebis eā:⁊ benedicens tibi maioꝛis numeri te
B eſſe faciet: q̄ fuerūt patres tui. Circūcidet dn̄s deꝰ tuus
coꝛ tuū:⁊ coꝛ ſeminis tui:vt diligas dn̄m deū tuū ex to-
to coꝛde tuo:⁊ in tota aīa tua:vt poſſis viuere. Oēs aūt Iob.8.b.
maledictiones has cōuertet ſup inimicos tuos: ⁊ eos q̄
oderūt te:⁊ perſequunt. Tu aūt reuerteris:⁊ audies vo
cem dn̄i dei tui: facieſqꝫ vniuerſa mādata:que ego pꝛeci
pio tibi hodie: ⁊ abūdare te faciet dn̄s deꝰ tuus ī cūctis
operibus manuū tuarū in ſobole vteri tui:⁊ in fructu iu
mentoꝛum tuoꝝ:in vbertate terre tue:⁊ in rerū oīm lar
gitate. Reuertet enī dn̄s: vt gaudeat ſup te in oībus
bonis:ſicut gauiſus eſt in patribꝰ tuis:ſi tamē audieris
vocē dn̄i dei tui:et cuſtodieris pꝛecepta eius ⁊ ceremo-
nias: que in hac lege ſcripta ſunt: et reuertaris ad dn̄m
deū tuū in toto coꝛde tuo:⁊ in tota aīa tua. Mādatum C
hoc qd̄ ego pꝛecipio tibi hodie:nō ſupꝛa te eſt: neqꝫ pꝛocul
poſitū:nec ī celo ſitū:vt poſſis dicere: q̄s noſtrū valet ad Rom 10 b
celū aſcēdere:vt deferat illud ad nos:vt audiamus atqꝫ
opere cōpleamꝰ? neqꝫ trās mare poſitū vt cauſeris:⁊ di
cas: Quis e nobis poterit tranſfretare mare: ⁊ illud ad
nos vſqꝫ deferre:vt poſſimꝰ audire ⁊ facere qd̄ pꝛeceptū
eſt? Sed iuxta te eſt ſermo valde ī oꝛe tuo ⁊ ī coꝛde tuo:
vt facias illū. Cōſydera q̄ hodie pꝛopoſuerim in cōſpectu D
tuo vitā ⁊ bonum:et ecōtrario moꝛtē ⁊ malū:vt diligas
dominum deum tuū:⁊ ambules in viis eiꝰ:et cuſtodias
mādata illius ac ceremonias atqꝫ iudicia:et viuas: atqꝫ
multiplicet te:benedicatqꝫ tibi in terra:ad quā īgredie-
ris poſſidēdā. Si aūt auerſum fuerit coꝛ tuū:⁊ audire
nolueris:atqꝫ erroꝛe deceptꝰ adoꝛaueris deos alienos:
⁊ ſeruieris eis: pꝛedico tibi hodie q̄ pereas: et paruo tē
poꝛe moꝛeris in terra: ad quā Ioꝛdane trāſmiſſo ingre
dieris poſſidēdā. Teſtes inuoco hodie celum ⁊ terrā: q̄ ſupꝛa.4.d
pꝛopoſuerim vobis vitā ⁊ bonū: benedictionē et maledi
ctionem. Elige ergo vitā:vt ⁊ tu viuas: ⁊ ſemē tuū:⁊ di
ligas dn̄m deum tuū:atqꝫ obedias voci eius:et illi adhe
reas. Ipſe eſt enī vita tua:⁊ longitudo dierū tuoꝝ:vt ha
bites in terra: pꝛo qua iurauit dominus patribus tuis
Abꝛaam: Iſaac:⁊ Iacob:vt daret eā illis. XXXI.
ABiit itaqꝫ Moyſes: ⁊ locutꝰ eſt oīa v̄ba hec A
ad vniuerſum iſrael:⁊ dixit ad eos: Centū vi
ginti annoꝝ ſum hodie:nō poſſum vltra egre-
di et īgredi:pꝛeſertim cū ⁊ dn̄s dixerit mihi:
nō trāſibis Ioꝛdanē iſtū. Dn̄s ergo deꝰ tuꝰ trāſibit an-
te te. Ipſe delebit oēs gētes has ī cōſpectu tuo:⁊ poſſide
bis eas. Et Ioſue iſte tranſibit ante te:ſicut locutus eſt
dn̄s. Facietqꝫ dn̄s eis: ſicut fecit Seon et Og regibus
Amoꝛreoꝝ:⁊ terre eoꝝ:delebitqꝫ eos. Cum ergo ⁊ hos
tradiderit vobis:ſimiliter facietis eis:ſicut pꝛecepi vo-
bis. Uiriliter agite:⁊ confoꝛtamini. Nolite timere: nec
paueatis ad cōſpectū eoꝝ: q̄a dominꝰ deus tuus ipſe eſt
ductoꝛ tuus:⁊ non dimittet:nec derelinquet te. Uoca- B
uitqꝫ Moyſes Ioſue:⁊ dixit ei coꝛā oīi Iſrael: Cōfoꝛ
tare:⁊ eſto robuſtꝰ. Tu enī īntroduces pp̄lm iſtū ī terrā: infra eodē
quā daturū ſe patribꝰ eoꝝ iurauit dn̄s: ⁊ tu eā ſoꝛte diui ioſue.1.b.
des. Et dn̄s q̄ ductoꝛ eſt veſter:ipſe erit tecum:nō dimit 3.reg.2.a.
tet:nec derelinquet te. Noli timere:nec paueas. Scripſit
itaqꝫ Moyſes legē hanc:⁊ tradidit eā ſacerdotibꝰ filiis
Leui:q̄ poꝛtebāt arcā foederis dn̄i:et cūctis ſenioꝛibus
Iſrael. Pꝛecepitqꝫ eis:dicēs: Poſt ſeptē annos anno C
remiſſiōis ī ſolēnitate tabernaculoꝝ cōuenietibꝰ cūctis
ex filiis Iſrael:vt appareāt ī cōſpectu dn̄i dei ſui in loco
quē elegerit dn̄s: leges v̄ba legis huiꝰ coꝛā oīi Iſrael:
audiētibꝰ eis:⁊ in vnū oīi populo cōgregato tam viris
q̄ mulieribꝰ: paruulis ⁊ aduenis q̄ ſunt ītra poꝛtas tuas:
vt audiētes diſcāt:⁊ timeāt dn̄m deū veſtrū:⁊ cuſtodiāt
impleātqꝫ oēs ſermones legis huiꝰ. Filii q̄qꝫ eoꝝ q̄ nūc
ignoꝛāt:vt audire poſſint:⁊ timeāt dn̄m deū ſuū cūctis
diebꝰ:q̄bꝰ verſant ī terra: ad quā vos ioꝛdane trāſmiſſo
pergitis obtinendā. Et ait dn̄s ad Moyſen: Ecce pꝛope
ſunt dies moꝛtis tue. Uoca ioſue:et ſtate ī tabernaculo D
teſtimonii:vt pꝛecipiā ei. Abierūt ergo moyſes et ioſue:
⁊ ſteterūt ī tabernaculo teſtimonii: appꝛaruitqꝫ dominꝰ

ibi in colūna nubis:que ſtetit ī introitu tabernaculi. Di
xitqꝫ dn̄s ad moyſen:Ecce tu dormies cū patribꝰ tuis:
⁊ ppl's iſte cōſurgēs fornicabit̄ poſt deos alienos ī terra
ad quā ingredieť:vt habitet ī ea:ibi derelinquet me:⁊ ir
ritū faciet foedus:qd̄ pepigi cū eo. Et iraſceť furor meꝰ
cōtra eū ī die illo:⁊ derelinquā eū:⁊ abſcōdam faciē meā
ab eo:⁊ erit ī deuorationē. Inuenient eū oīa mala ⁊ affli-
E ctiones:ita vt dicat ī illo die:Vere qr̄ nō eſt deus mecū:
īuenerūt me hec mala. Ego aūt abſcōdā: et celabo faciē
meā ī die illo ꝓpter oīa mala que fecit:qr̄ ſecutꝰ eſt deos
alienos. Nūc itaqꝫ ſcribite vobis canticū iſtud:⁊ docete
filios Iſrael:vt memoriter teneāt:⁊ ore decātēt:⁊ ſit mi
hi carmē iſtd̄ ꝓ teſtimonio īter filios iſrael. Introducā
em̄ eū ī terrā:ꝓ q̄ iuraui patribꝰ eiꝰ:lacte ⁊ melle manan
tē. Cūqꝫ comederint ⁊ ſaturati:craſſiqꝫ fuerīt:auertent̄
ad deos alienos:⁊ ſeruiēt eis:detrahentqꝫ mihi:⁊ irritū
F faciēt pactū meū. Poſtꝙ īuenerīt eū mala multa ⁊ affli
ctiones:reſpōdebit ei cāticū iſtud ꝓ teſtimonio:qd̄ nulla
delebit obliuio ex ore ſeminis tui. Scio em̄ cogitatiōes
eiꝰ:q̄ facturꝰ ſit hodie: anteꝙ ītroducā eū ī terrā: quā ei
pollicitus ſum. Scripſit ergo moyſes cāticū:⁊ docuit fi-
ſup. eodē. lios iſrael. Precepitqꝫ dn̄s Ioſue filio Nun:⁊ ait: Cō
fortare:et eſto robuſtus. Tu em̄ ītroduces filios iſrael ī
terram quā pollicitus ſum:⁊ ego ero tecū. Poſtꝙ ergo
ſcripſit Moyſes v̄ba legis huiꝰ in volumine:atqꝫ cōple
uit:precepit Leuitis:q̄ portabant arcā foederis dn̄i di
cēs: Tollite librū iſtū: ⁊ ponite eū ī latere arce foederis
dn̄i dei veſtri:vt ſit ibi cōtra te ī teſtimoniū. Ego em̄ ſcio
contentionē tuā:⁊ ceruicē tuā duriſſimā. Adhuc viuēte
me:⁊ ingrediēte vobiſcū:ſemper cōtentioſe egiſtis con-
G tra dominum:quāto magis:cū mortuus fuero? Cōgre
gate ad me oēs maiores natu per tribus veſtras atqꝫ do
ctores:⁊ loquar audiētibꝰ eis ſermones iſtos:et inuoca
bo cōtra eos celum ⁊ terrā. Noui em̄ ꝙ poſt mortē meā
inique agetis:et declinabitis cito de via quā precepi vo-
bis:⁊ occurrent vobis mala in extremo tempore:quādo
feceritis malum ī cōſpectu domini:vt irritetis eum per
opera manuum veſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes
audiente vniuerſo coetu Iſrael verba carminis huius:⁊
ad finem vſqꝫ cōpleuit. XXXII.

A Audite celi que loquar:audiat terra v̄ba oris
mei. Cōcreſcat in pluuiā doctrina mea:fluat
vt ros eloquiū meū. Quaſi imber ſup herbā:
⁊ q̄ſi ſtille ſup gramina:qr̄ nomē dn̄i inuoca-
bo. Date magnificentiā deo nr̄o:dei ꝑfecta ſunt opera:⁊
oēs vie eius iudicia. Deꝰ fidelis:⁊ abſqꝫ vlla iniq̄tate: iu
ſtus ⁊ rectus. Peccauerūt ei:nō filij eiꝰ ī ſordibꝰ. Gene
ratio praua atqꝫ ꝑuerſa:heccine reddis dn̄o popule ſtul
infra eodē te ⁊ īſipiēs? Nūquid nō ipē eſt pater tuus:q̄ poſſedit te:
⁊ fecit:⁊ creauit te? Memēto dierꝫ antiquorꝫ:cogita ge
nerationes ſingulas. Interroga patrē tuū:⁊ annuncia
B bit tibi:maiores tuos:⁊ dicēt tibi:Quādo diuidebat al-
tiſſimus gētes:quādo ſeparabat filios adam. Cōſtituit
terminos populorū iuxta numerū filiorꝫ Iſrael. Pars
aūt dn̄i populus eius: Iacob funiculus hereditatis eiꝰ.
Inuenit eū ī terra deſerta:in loco horroris:⁊ vaſte ſoli-
tudinis. Circūduxit eū:⁊ docuit: ⁊ cuſtodiuit q̄ſi pupil
lam oculi ſui. Sicut aquila prouocās ad volandum pul
los ſuos:⁊ ſuper eos volitās expādit alas ſuas: et aſſum
pſit eū:atqꝫ portauit ī humeris ſuis. Dn̄s ſolus dux eiꝰ
fuit:⁊ nō erat cū eo deus alienus. Cōſtituit eū ſup excel
ſam terram:vt comederet fructus agrorꝫ. Vt ſuggeret
mel de petra:oleūqꝫ de ſaxo duriſſimo. Butyrum de ar
mēto:⁊ lac de ouibꝰ cū adipe agnorꝫ ⁊ arietū filiorꝫ Ba
ſan. Et hircos cū medulla tritici:⁊ ſanguinem vue bibe
rent meraciſſimū. Incraſſatus eſt dilectus:⁊ recalcitra
uit:incraſſatus:impinguatꝰ:dilatatus. Dereliquit deū
C factorē ſuū:⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo. Prouocauerūt
eū in dijs alienis:⁊ in abominationibꝰ ad iracundiā con
citauerunt. Immolauerunt demonijs:et non deo: dijs
quos ignorabant. Noui recenteſqꝫ venerunt:quos non
coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dere-
liquiſti: et oblitus es domini creatoris tui. Vidit do-
minus: et ad iracundiam concitatus eſt:quia prouoca-
uerunt eum filij ſui et filie. Et ait: Abſcōdam faciē meā
ab eis: et conſyderabo nouiſſima eorum. Generatio em̄
peruerſa eſt:⁊ infideles filij. Ipſi me prouocauerunt in ſup. eodē.
eo qui non erat deus: et irritauerunt in vanitatibꝰ ſuis.
Et ego prouocabo eos in eo qui non eſt populus:⁊ in gē Rom.10 d
te ſtulta irritabo illos. Ignis ſuccēſus eſt ī furore meo: Iere.15.c.
⁊ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima. Deuorabitqꝫ terrā
cum germine ſuo:et montium fundamenta comburet.
Congregabo ſuper eos mala: et ſagittas meas comple
bo in eis. Conſumentur fame: et deuorabunt eos aues
morſu amariſſimo. Dentes beſtiarū immittam in eos:
cum furore trahentium ſuper terram: atqꝫ ſerpentium. D
Foris vaſtabit eos gladius: et intus pauor:iuuenem ſi-
mul ac virginem lactentem cum homine ſene. Et dixi:
Vbinam ſunt? Ceſſare faciam ex hominibus memoriā
eorum. Sed propter iram inimicorum diſtuli : ne forte
ſuperbirent hoſtes eorum: et dicerent: Manus noſtra
excelſa: et non dominus fecit hec omnia. Gens abſqꝫ cō
ſilio eſt:et ſine prudentia:vtinam ſaperent: et intellige-
rent:ac nouiſſima prouiderent. Quomodo perſequeba
tur vnus mille: et duo fugarent decem milia? Nonne
ideo:quia deus ſuus vendidit eos: et dominus conclu-
ſit illos? Non enim eſt deus noſter:vt dij eorum:et ini- E
mici noſtri ſunt iudices. De vinea Sodomorum:vinea
eorum:⁊ de ſuburbanis Gomorre. Vua eorum vua fel
lis: et botrus amariſſimus. Fel draconum vinum eorū:
et venenū aſpidum inſanabile. Nonne hec condita ſunt
apud me: et ſignata in theſauris meis? Mea eſt vltio: Eccl.18.a.
et ego retribuam eis in tempore:vt labatur pes eorum. roma.12 d
Iuxta eſt dies perditionis:et adeſſe feſtinant tempora. Iere.10.f.
Iudicabit dominus populum ſuū: et in ſeruis ſuis mi-
ſerebitur. Videbit ꝙ infirmata ſit manus: et clauſi quoqꝫ
defecerunt: reſiduiqꝫ conſumpti ſunt. Et dicent: Vbi
ſunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam? De quo-
rum victimis comedebant adipes:et bibebant vinum li
bamīnum. Surgant:et opitulentur vobis: et in neceſſi Iere.2.f.
tate vos protegant. Videte ꝙ ego ſim ſolus: et non ſit F
alius deus preter me. Ego occidam:⁊ ego viuere faciā:
percutiam:et ego ſanabo: et nō eſt qui de manu mea poſ
ſit eruere. Leuabo ad celū manū meā:⁊ dicā: Viuo ego
in eternum. Si acuero:vt fulgur gladium meum: et ar
ripuerit iudicium manus mea : reddam vltionem ho-
ſtibus meis: et his qui oderunt me retribuam. Inebria
bo ſagittas meas ſanguine: et gladius meus deuorabit
carnes:de cruore occiſorum:et de captiuitate nudati ini
micorum capitis. Laudate gentes populum eius: quia
ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur. Et vindictam
retribuet in hoſtes eorum:et propitius erit terre popu-
li ſui. Venit ergo Moyſes: et locutus eſt omnia verba G
cantici huius in auribus populi:ipē ⁊ Ioſue filiꝰ Nun.
Compleuitqꝫ omnes ſermones iſtos: loquens ad vni-
uerſum Iſrael: et dixit ad eos: Ponite corda veſtra in
oīa verba mea:que ego teſtificor vobis hodie:vt man-
detis ea filijs veſtris cuſtodire:⁊ facere:et īplere vniuer-
ſa que ſcripta ſunt in volumine legis huius: quia nō in-
caſſum precepta ſunt vobis: ſed vt ſinguli ī eis viuerēt:
que faciētes lōgo perſeueretis tempore in terra: ad quā
Iordane trāſmiſſo ingrediemini poſſidendam. Locu-
tuſqꝫ eſt dn̄s ad Moyſen in eadem die:dicēs: Aſcēde in
mōtem iſtum Abarim: in montē Nebo: qui eſt in terra
Moab:cōtra Hiericho:et vide terram Chanaan: quā
ego tradā filijs iſrael obtinēdā:⁊ morere in mōte. Quē
cōſcēdens iūgeris populis tuis: ſicut mortuꝰ eſt Aarō num.20 d
frater tuus in monte Hor:⁊ appoſitus populis ſuis:qr̄
preuaricati eſtis cōtra me ī medio filiorꝫ iſrael ad aquas
contradictionis in Cades deſerti Sin: et non ſanctifi-

caſtis me inter filios Iſrael. Ecōtra videbis terrā: ⁊ nō
ingredieris in eā: quā ego dabo filijs Iſrael. XXXIII.
A Hec eſt benedictio: qua bn̄dixit Moyſes ho-
mo dei filijs Iſrael ante moꝛtem ſuā. Et ait:
Dominus de Sina venit: et de Seir oꝛtꝰ eſt
nobis. Apparuit de monte Pharan: et cū eo
ſanctoꝛū milia. In dextera eius ignea lex dilexit popu-
los. Omnes ſancti in manu illius ſunt: ⁊ qui appꝛopin-
quant pedibus eius: accipient de doctrina illius. Le-
gem pꝛecepit nobis Moyſes hereditatem multitu-
dinis Iacob. Erit apud rectiſſimum rex: congregatis
pꝛincipibus populi cum tribubus Iſrael. Viuat Ru-
ben: ⁊ nō moꝛiatur: ⁊ ſit paruus in numero. Hec eſt Iu
de benedictio: Audi domine vocem Iude: ⁊ ad populū
ſuum introduc eum. Manus eius pugnabunt pꝛo eo:
et adiutoꝛ illius cōtra aduerſarios eiꝰ erit. Leui quoqꝫ
ait: Perfectio tua: ⁊ doctrīa tua a viro ſancto tuo: quē
pꝛobaſti in tētatione: ⁊ iudicaſti ad aquas cōtradictio-
Mat. 16. d nis. Qui dixit patri ſuo: ⁊ matri ſue: neſcio vos: ⁊ fratri
bus ſuis: ignoꝛo illos: ⁊ neſcierunt filios ſuos. Hi cuſto
dierunt eloquium tuum: et pactum tuum ſeruauerunt:
B iudicia tua o Iacob: et legem tuam o Iſrael. Ponent
thymiama in furoꝛe tuo: et holocauſtū ſuper altare tuū.
Benedic domine foꝛtitudini eius: ⁊ opera manuum il-
lius ſuſcipe. Percute doꝛſa inimicoꝝ eius: ⁊ qui oderūt
eum: nō conſurgant. Et Beniamin ait: Amantiſſimus
domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo to
ta die moꝛabitur: ⁊ inter humeros illius requieſcet. Io
ſeph quoqꝫ ait: De benedictiōe dn̄i terra eius: de pomis
celi: ⁊ roꝛe: atqꝫ abyſſo ſubiacente. De pomis fructuum
ſolis ac lune: de vertice antiquoꝛū montium: de pomis
collium eternoꝛum: ⁊ de frugibus terre: et de plenitudi
ne eius. Benedictio illius: q̄ apparuit in Rubo: veniat
ſup caput ioſeph: ⁊ ſuper verticē Nazarei inter fratres
ſuos. Quaſi pꝛimogeniti tauri pulchꝛitudo eiꝰ: coꝛnua
C rhinocerotis coꝛnua illiꝰ. In ipſis vētilabit gētes vſqꝫ
ad terminos terre. He ſunt multitudines Ephꝛaim: ⁊
hec milia Manaſſe. Et Zabulon ait: Letare Zabulon
in exitu tuo: et Iſaſchar in tabernaculis tuis: populos
vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iuſti-
cie. Qui inundationem maris quaſi lac ſugēt: et theſau
ros abſconditos arenarum. Et Gad ait: Benedictus
in latitudine Gad: quaſi leo requieuit: cepitqꝫ bꝛachiū
⁊ verticē: ⁊ vidit pꝛincipatum ſuum: ꝙ in parte ſua do-
ctoꝛ eſſet repoſitus: qui fuit cum pꝛincipibus populi: et
fecit iuſticias domini: et iudicium ſuum cum Iſrael.
D Dan quoqꝫ ait: Dan catulus leonis fluet largiter de ba
ſan. Et Nephthali dixit: Nephthali abūdātia perfrue-
tur: ⁊ plenus erit benedictiōibus domini: Mare ⁊ me-
ridiem poſſidebit. Aſer quoqꝫ ait: Benedictus in filijs
Aſer: ſit placens fratribus ſuis: et tingat in oleo pedem
ſuum. Ferrum ⁊ es calceamentum eius. Sicut dies iu-
uentutis tue: ita et ſenectus tua. Non eſt deus alius vt
deus rectiſſimi. Aſcenſoꝛ celi auxiliatoꝛ tuus. Magni-
ficentia eius diſcurrūt nubes: habitaculū eius ſurſum:
⁊ ſubter bꝛachia ſempiterna: eijciet a facie tua inimicū:
dicetqꝫ cōterere. Habitabit Iſrael cōfidenter: ⁊ ſolus.
Oculus Iacob in terra frumēti ⁊ vini: celiqꝫ caligabūt
roꝛe. Beatꝰ es tu iſrael. Quis ſilis tui popule: q̄ ſalua-
ris ī dn̄o? Scutū auxilij tui: et gladiꝰ gloꝛie tue. Nega
bunt te inimici tui: et tu coꝝ colla calcabis. XXXIIII.
A Aſcendit ergo Moyſes de campeſtribus mo
ab ſuper mōtem Nebo: in verticem Phaſga
2. Mach. 2. a. contra Hiericho: oſtēditqꝫ ei dominus oēm
terrā Galaad vſqꝫ Dan: ⁊ vniuerſum Neph
thali: terramqꝫ Ephꝛaim ⁊ Manaſſe: ⁊ oēm terram iu
da vſqꝫ ad mare nouiſſimum: ⁊ auſtralem partem: ⁊ la-
B titudinem campi Hiericho ciuitatis palmarum vſqꝫ ſe
Gen. 12. b goꝛ. Dixitqꝫ dominus ad eū: Hec eſt terra: pꝛo qua iu-
et. 15. a. raui Abꝛaam Iſaac ⁊ Iacob: dicens: Semini tuo dabo
eam. Vidiſti eam oculis tuis: ⁊ non tranſibitis ad illā.
Moꝛtuuſqꝫ eſt ibi Moyſes ſeruus domini in terra mo
ab: iubente domino: ⁊ ſepeliuit eum in valle terre moab
contra Phogoꝛ: et non cognouit homo ſepulchꝛū eius C
vſqꝫ in pꝛeſentem diem. Moyſes centū ⁊ viginti anno-
rum erat: quando moꝛtuus eſt. Non caligauit oculus
eius: nec dentes illius moti ſunt. Fleueruntqꝫ eum filij
Iſrael in campeſtribus Moab triginta diebus: et com
pleti ſunt dies planctus lugentium Moyſen. Ioſue ve
ro filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientie: quia Moy
ſes poſuit ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filij
Iſrael: feceruntqꝫ ſicut pꝛecepit dominus Moyſi. Et D
nō ſurrexit vltra pꝛopheta in Iſrael: ſicut Moyſes: quē
noſſet dominus facie ad faciē in omnibꝰ ſignis atqꝫ poꝛ
tentis: que miſit per eū: vt faceret in terra Aegypti pha
raoni: ⁊ omnibus ſeruis eius: vniuerſeqꝫ terre illius: et
cunctam manum robuſtam: magnaqꝫ mirabilia: que fe
cit Moyſes coꝛā vniuerſo Iſrael. ¶ Finis.

¶ Pꝛologus beati Hieronymi pꝛeſbyteri
in libꝛum Ioſue.

Tandē finito pētateucho Moyſi: velut grādi
foenoꝛe liberati ad Ieſum filiū Naue manū
mittamus: quē hebꝛei Ioſue ben nun: id eſt
Ioſue filiū Nun vocāt: ⁊ ad Iudicū libꝛum
que ſophtim appellāt: ad Ruth q̊qꝫ ⁊ Eſter: q̊s eiſdem
noībꝰ efferūt. Monemuſqꝫ lectoꝛē: vt ſiluā hebꝛaicoꝛū
nominū: ⁊ diſtinctiōes ꝑ mēbꝛa diuiſas: diligēs ſcriptoꝛ
cōſeruet: ne ⁊ noſter laboꝛ: ⁊ illiꝰ ſtudiū pereat. Et vt in
pꝛimis: qd̄ ſepe teſtatus ſum: ſciat me nō in repꝛehenſio-
nem veterū noua cudere: ſicut amici mei criminant̄: ſed
pꝛo virili poꝛtiōem offerre lingue mee hoībꝰ: q̊s tn̄ no
ſtra delectāt: vt ꝓ Grecoꝝ hexaplis: q̄ ⁊ ſumptu ⁊ laboꝛe
maximo indigēt: editionē noſtrā habeāt. Et ſicubi ī an
tiquoꝛū voluminū lectiōe dubitarint: hec illis cōferētes
inueniāt quod requirūt. Maxime cū apud latinos tot
ſint exēplaria quot codices: ⁊ vnuſquiſqꝫ ꝓ arbitrio ſuo
vel addiderit: vel ſubtraxerit: qd̄ ei viſum eſt: ⁊ vtiqꝫ non
poſſit verū eſſe qd̄ diſſonat. Vnde ceſſat arcuato vulne-
re cōtra nos inſurgere ſcoꝛpius: et ſanctū opꝰ venenata
carpere lingua deſiſtat: vel ſuſcipiēs ſi placet: vel cōtem
nens ſi diſplicet. Memineritqꝫ illoꝝ verſuū: Os tuum
abūdauit malicia: ⁊ lingua tua concinnabat dolos. Se-
dēs aduerſus fratrē tuū loquebaris: et aduerſus filium
matris tue ponebas ſcandalū. Hec feciſti: ⁊ tacui. Exi-
ſtimaſti inique: ꝙ ero tui ſimilis. Arguam te: et ſtatuam
cōtra faciē tuā. Que eīn audiētis vel legētis vtilitas eſt:
nos laboꝛādo ſudare: ⁊ alios detrahendo laboꝛare: dole
re Iudeos: ꝙ calūniādi eis et irridēdi Chꝛiſtianos ſit
oblata occaſio: ⁊ eccleſie homines id deſpicere: immo la
cerare: vnde aduerſarij toꝛqueantur? Quod ſi vetus eis
tantū interpꝛetatio placet: que et mihi non diſplicet: et
nihil extra recipiendum putāt: cur ea que ſub aſteriſcis
⁊ obelis: vel addita ſunt: vel amputata legunt et negli-
gunt? Quare Danielē iuxta Theodotionis traditionē
eccleſie ſuſceperunt? Cur Oꝛigenem mirantur ⁊ Euſe
bium Pamphili: cūctas editiones ſimiliter diſſerētes.
Aut que fuit ſtulticia poſtq̄ vera dixerint: ꝓferre q̄ falſa
ſunt? Vnde aūt ī nouo teſtamēto ꝓbare poterūt aſſum-
pta teſtimonia: que in libꝛis veteribꝰ nō habent̄? Hec di
cimus: ne omnino calūniantibꝰ tacere videamur. Ceteꝝ
poſt ſancte Paule doꝛmitionē: cuiꝰ vita v̊tutis exēplū
eſt: ⁊ hos libꝛos: q̊s Euſtochio v̊gini Chꝛiſti negare nō
potui: decreuimꝰ dū ſpiritꝰ hos regit artꝰ: ꝓphetaꝝ ex-
planationi incūbere: ⁊ omiſſum iā diu opꝰ: q̄ſi q̄dā poſt-
liminio repetere: pꝛeſertim cū ⁊ admirabilis ſanctuſqꝫ
vir Pāmachiꝰ hoc idē literis flagitet: et nos ad patriā
feſtinantes moꝛtiferos Sirenaꝝ cātus: ſurda debeamꝰ
aure tranſire.

Liber Joſue Hebraice
Jehoſua. Caput. I

A E Factū eſt poſt mor
tem Moyſi ſerui domini:vt loquere
tur dominꝰ ad Joſue filiū Nun:mi
niſtrū moyſi:⁊ diceret ei:moyſes ſer
uus meus mortuꝰ eſt:Surge:⁊ trã
ſi Jordanē iſtum tu et oīs populus
tecū in terrã:quã ego dabo filijs iſra
deu. 12.c. el. Omnē locū quē calcauerit veſtigiū pedis veſtri:vobꝫ
tradã:ſicut locutus ſum moyſi:A deſerto et libano vſqꝫ
ad fluuium magnū Euphratē:omnis terra Ethꝫoꝝ vſ
qꝫ ad mare magnū cõtra ſolis occaſum erit terminꝰ ve
ſter: nullus poterit vobꝫ reſiſtere cūctis diebꝰ vitę tuę.
Sicut fui cū moyſe:ita ero tecū:nõ dimittã: nec derelin
infra 3.b. quã te:confortare ⁊ eſto robuſtus. Tu enī ſorte diuides
Heb.13.a. populo huic terrã:pro qua iuraui patribus tuis: vt tra
B derem eam illis.Cõfortare igitur:et eſto robuſtus val
Infra.eo. deut. 31.b de: vt cuſtodias ⁊ facias omnē legē quã pręcepit Moy
3.reg. 2.a ſes ſeruus meus. Nõ declines ab ea ad dexterã vel ad ſi
ſup.eodē. niſtrã:vt intelligas cuncta quę agis. Nõ recedat volu
C men legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebꝰ
ac noctibus:vt cuſtodias ⁊ facias oīa quę ſcripta ſunt in
eo. Tunc diriges viã tuã:et intelliges eam. Ecce pręci
pio tibi:confortare:⁊ eſto robuſtus. Noli metuere:⁊ no
li timere:quoniã tecū eſt dominꝰ deus tuus in oībus:
ad quęcūqꝫ perrexeris. Pręcepitqꝫ Joſue principibus
populi:dicēs: Tranſite per mediū caſtrorū:et imperate
populo:ac dicite: Pręparate vobis cibaria:quoniã poſt
diē tertiū tranſibitis Jordanē:⁊ intrabitis ad poſſiden
dã terrã:quã dominꝰ deus veſter daturus eſt vobis. Ru
num. 32.d infra.4.c. benitis quoqꝫ:et Gadditis:et dimidię tribui Manaſſe
D ait: Mementote ſermonis: quē pręcepit vobis moyſes
famulus domini:dicēs:Dominus deus veſter dedit vo
bis requiē:⁊ omnē terrã. Vxores veſtrę: et filij veſtri:ac
iumenta manebunt in terra: quã tradidit vobis moyſes
trans Jordanē. Vos autē tranſite armati ante fratres
veſtros:omnes fortes manu:⁊ pugnate ꝓ eis:donec det
dñs requiē fratribus veſtris:ſicut et vobis dedit:⁊ poſſi
deant ipſi quoqꝫ terrã: quã dñs deus veſter daturus eſt
eis: et ſic reuertimini in terrã poſſeſſionis veſtrę:⁊ habi
tabitis ī ea: quã vobis dedit Moyſes famulus dñi trãs
Jordanē cõtra ſolis ortū. Reſponderūtqꝫ ad Joſue at
qꝫ dixerunt:Oīa quę pręcepiſti nobis:faciemus:⁊ quo
mach.2.c. cunqꝫ miſeris:ibimus. Sicut obediuimꝰ in cūctis moy
ſi:ita obediemus et tibi: tantū ſit dominus deus tecū: ſi
cut fuit cū moyſe. Qui cõtradixerit ori tuo: ⁊ non obedi
erit cunctis ſermonibus:quos pręceperis ei:moriatur.
Tu tantū cõfortare: et viriliter age. II.
A Miſit igitur Joſue filius Nun de Sethim du
iaco. 2.d. Heb.11.f. os viros exploratores in abſcondito. Et dixit
eis: Ite et cõſyderate terrã: vrbēqꝫ Hiericho
Qui pergentes ingreſſi ſunt domū mulieris
meretricis:nomine Raab:et quieuerunt apud eã. Nū
ciatumqꝫ eſt regi Hiericho: et dictū: Ecce viri ingreſſi
ſunt huc per noctē de filijs Iſrael: vt explorent terram.
Miſitqꝫ rex Hiericho ad raab meretricē dicēs: Educ
viros qui venerunt ad te: ⁊ ingreſſi ſunt domum tuam:
Exploratores quippe ſunt:et omnē terrã cõſyderare ve
infra.6.c. nerunt. Tollenſqꝫ mulier viros:abſcondit:⁊ ait:Fateor
B venerūt ad me: ſed neſciebam vnde eſſent. Cūqꝫ porta
clauderetur in tenebris:et illi pariter exierunt:neſcio q̃
abierūt. Perſequimini cito:et cõprehendetis eos. Ipſa
autē fecit aſcendere viros in ſolariū domus ſuę:operuit
qꝫ eos ſtipula lini:quę ibi erat. Hi aūt qui miſſi fuerant:
ſecuti ſunt eos per viã: quę ducit ad vada Jordanis:il
liſqꝫ egreſſis ſtatim porta clauſa eſt. Necdum obdormi
uerãt qui latebant:⁊ ecce mulier aſcendit ad eos: et ait:
Noui ꝙ dominus tradiderit vobis terram. Etenim ir
ruit in nos terror veſter:et elanguerunt omnes habita
tores terrę. Audiuimus ꝙ ſiccauerit dominus aquas Exo.14.c
maris rubri ad veſtrum introitum:quando egreſſi eſtis
ex Aegypto: ⁊ quę feceritis duobus Amorręorū regibꝰ
qui erant trans Jordanem:Seon et Og:quos interfe
ciſtis. Et hęc audientes pertimuimus:et elãguit cor no C
ſtrum: nec remanſit ī nobis ſpiritus ad introitū veſtrū. infra.6.c.
Dominus enim deus veſter ipſe eſt deus in cęlo ſurſum
et in terra deorſum. Nūc ergo iurate mihi per dominū:
vt quõ ego miſericordiã feci vobiſcū:ita ⁊ vos faciatꝫ cū
domo patris mei:detiſqꝫ mihi verū ſignū: vt ſaluetis pa
trē meū ⁊ matrē:fratres ac ſorores meas:et omnia quę
illoꝝ ſunt:⁊ eruatꝫ animas noſtras a morte. Qui reſpõ
derunt ei:Anima noſtra ſit pro vobis in mortē:ſi tamen
nõ prodideris nos. Cumqꝫ tradiderit nobis dñs terrã
faciemus in te miſericordiam et veritatē. Demiſit ergo D
eos per funē de feneſtra. Domus enī eius hęrebat muro
Dixitqꝫ ad eos: Ad montana conſcendite:ne forte occur
rant vobis reuertentes:ibiqꝫ latitate tribus diebus do
nec redeant: et ſic ibitis per viã veſtrã. Qui dixerunt ad
eã: Innoxij erimus a iuramento hoc: quo adiuraſti nos
ſi ingredientibus nobis terrã:ſignū non fuerit funiculus
iſte coccineus:et ligaueris eū in feneſtra:per quã demiſi
ſti nos:et patrem tuū ac matrē:fratreſqꝫ:⁊ oēm cogna
tionē tuã cõgregaueris in domū tuã. Qui oſtiū domus
tuę egreſſus fuerit:reus ſibi erit:ſanguis ipſius erit ī ca
put eius:et nos erimus alieni. Cunctoꝝ autē ſanguis q̃
tecū in domo fuerint:redundabit in caput noſtrū:ſi eos
aliquis tetigerit. Quõ ſi nos prodere volueris: et ſermo E
nē iſtū proferre in mediū: erimus mundi ab hoc iuramē
to q̃ adiuraſti nos. Et illa reſpondit: Sicut locuti eſtꝫ:
ita fiat. Dimittenſqꝫ eos vt pergerent: appendit funicu
lū coccineū in feneſtra. Illi vero ambulantes peruenerunt
ad montana:⁊ manſerunt ibi tres dies:donec reuerterē
tur:qui fuerant ꝑſecuti. Quęrentes enī per oēm viã nõ
repererunt eos. Quibus vrbem ingreſſis reuerſi ſunt:⁊
deſcenderunt exploratores de monte: ⁊ tranſmiſſo Jor
dane venerūt ad Joſue filiū Nun:narraueruntqꝫ ei om
nia quę acciderãt ſibi: atqꝫ dixerunt: Tradidit dominꝰ
omnem terram hanc ī manus noſtras: ⁊ timore proſtra
ti ſunt cuncti habitatores eius. III.
Surrexit Joſue de nocte cõſurgēs mouit caſtra A
egredienteſqꝫ de Sethim: venerūt ad Jorda
nem ipſe: ⁊ oēs filij Iſrael:⁊ morati ſunt ibi ꝑ
tres dies. Quibus euolutis tranſierunt pco
nes per caſtrorū mediū:⁊ clamare coeperunt:Quãdo vi
deritis arcam foederis domini dei veſtri: et ſacerdotes
ſtirpis Leuiticę portantes eam: vos quoqꝫ conſurgite
et ſequimini pręcedentes: ſitqꝫ inter vos et arcam ſpaci
um cubitorum duum miliū: vt procul magis videre poſ
ſitis:et noſſe ꝑ quã viã ingrediamini:quia prius nõ am
bulaſtis per eã:et cauete ne appropinquetis ad arcã. Di B
xitqꝫ Joſue ad populum: Sanctificamini: cras enim fa leui. 20.b
ciet dominus inter vos mirabilia. Et ait ad ſacerdotes num. 1.d. 1 reg.16.b
Tollite arcam foederis:⁊ pręcedite populum. Qui iuſ ſupra.1.a.
ſa complentes:tulerunt et ambulauerunt ante eos. Di
xitqꝫ dominꝰ ad Joſue: Hodie incipiam exaltare te co
ram omni Iſrael:vt ſciant: ꝙ ſicut cum moyſe fui:ita ⁊
tecū ſim. Tu aūt pręcipe ſacerdotibus qui portant arcã
foederis:et dic eis: Cum ingreſſi fueritis partem aquę
Jordanis: ſtate in ea. Dixitqꝫ Joſue ad filios iſrael: Ac C
cedite huc:⁊ audite verbū domini dei veſtri. Et rurſum
in hoc:inquit:ſcietis ꝙ dominus deus viuens in medio
veſtri eſt: et diſperdet in conſpectu veſtro Chananęum:
et Ethęum: Eueum: et Pherezęum: Gergeſęum quo
qꝫ et Jebuſęum:et Amorręum. Ecce arca foederis do
mini omnis terrę antecedet vos per Jordanē. Parate
duodecim viros de duodecim tribubus iſrael: ſingulos
per ſingulas tribus. Et cū poſuerint veſtigia pedū ſuo

rum ſacerdotes: qui portãt arcam foederis domini dei
vniuerſe terre in aquis iordanis: aque q̃ inferiores ſunt:
decurrent atqꝫ deficient: que autem deſuper veniunt: in
D vna mole conſiſtent. Igitur egreſſus eſt populus de ta
Eccl.24.c bernaculis ſuis: vt tranſirent Jordanem: et ſacerdotes
qui portabãt arcam foederis: pergebant ante eum. In-
greſſiſqꝫ eis Jordanem: et pedibus eorum ĩ parte aque
tinctis: iordanis aũt ripas aluei ſui tempore meſſis im-
pleuerat: ſteterũt aque deſcendẽtes in loco vno: et inſtar
montis intumeſcentes apparebant ꝓcul ab vrbe: que vo
catur Edom: vſqꝫ ad locũ Sarthan. Que aũt iferiores
erant in mare ſolitudinis (qđ nunc vocatur mortuũ) de
ſcenderunt vſqꝫquo omnino deficerent. Populus autẽ
incedebat contra Jordanẽ: et ſacerdotes: qui portabãt
arcam foederis domini: ſtabant ſuper ſiccam humum ĩ
medio Jordanis accincti: omniſqꝫ populus per arentẽ
alueum tranſibat. IIII.
A Quibus trãſgreſſis: dixit dominus ad Joſue:
Elige duodecim viros ſingulos p ſingulas
tribus: ⁊ precipe eis: vt tollant de medio Jor
danis alueo: vbi ſteterũt pedes ſacerdotum:
duodecim duriſſimos lapides: quos ponetis in loco ca-
ſtrorũ: vbi fixeritis hac nocte tẽtoria. Uocauitqꝫ Joſue
duodecim viros: quos elegerat de filijs Iſrael ſingulos
de ſingulis tribubus: ⁊ ait ad eos: Ite ante arcã dñi dei
veſtri ad iordanis mediũ: ⁊ portate ĩde ſinguli ſingulos
lapides in humeris veſtris: iuxta numerum filiorꝫ Iſra
Deut.17.a. el: vt ſit ſignum inter vos. Et quando interrogauerint
B vos filij veſtri cras: dicentes: Quid ſibi volunt iſti lapi-
des? reſpõdebitis eis: Defecerũt aque iordanis ante ar
cam foederis dñi: cũ tranſiret eũ: idcirco poſiti ſunt lapi
des iſti in monimentũ filiorꝫ Iſrael vſqꝫ in eternum. Fe
cerunt ergo filij Iſrael: ſicut precepit eis Joſue: portã-
tes de medio Jordanis alueo duodecim lapides: vt do-
minus ei imperarat: iuxta numerũ filiorꝫ Iſrael: vſqꝫ in
locũ in q̊ caſtrametati ſunt: ibiqꝫ poſuerũt eos. Alios q̃-
qꝫ duodecim lapides poſuit Joſue ĩ medio Jordanis al
ueo: vbi ſteterũt ſacerdotes: q̃ portabãt arcã foederis do
mini: ⁊ ſunt ibi vſqꝫ in preſentẽ diẽ. Sacerdotes autẽ: q̃
portabant arcã: ſtabant in Jordanis medio: donec om-
nia cõplerentur: que Joſue: vt loqueret̃ ad populũ: pre
ceperat dñs: ⁊ dixerat ei moyſes. Feſtinauitqꝫ populus
et tranſijt. Cũqꝫ tranſiſſent omnes: tranſiuit et arca do
mini: ſacerdotes quoqꝫ pergebãt ante populum. Filij q̊
C
Num.32.f qꝫ Ruben: et Gad: ⁊ dimidia tribus Manaſſe: armati
precedebant fratres ſuos filios Iſrael: ſicut eis precepe
rat Moyſes: et quadraginta pugnatorũ milia per tur-
mas: ⁊ cuneos incedebant per plana atqꝫ campeſtria vr
bis Hiericho. In die illo magnificauit dominus Joſue
corã omni Iſrael: vt timerent eũ: ſicut timuerant Moy
ſen: dum adhuc viueret. Dixitqꝫ ad eum: Precipe ſacer
dotibus: qui portant arcã foederis domini: vt aſcendãt
de Jordane. Qui precepit eis: dicẽs: Aſcendite de Jor
dane. Cũqꝫ aſcendiſſent portantes arcã foederis dñi: ⁊
ſiccã humũ calcare coepiſſent: reuerſe ſunt aque in alue
um ſuũ: et fluebant ſicut ante cõſueuerãt. Populus aũt
aſcendit de iordane decimo die menſis primi: ⁊ caſtrame
tati ſunt in Galgalis contra orientalẽ plagã vrbis Hie
D richo. Duodecim quoqꝫ lapides: quos de Jordanis al-
ueo ſumpſerant: poſuit Joſue in Galgalis: et dixit ad fi
lios Iſrael: Quãdo interrogauerint filij veſtri cras pa-
tres ſuos: et dixerint eis: Quid ſibi volunt lapides iſti?
docebitis eos: atqꝫ dicetis: Per arentem alueum tran-
ſiuit Iſrael Jordanem iſtum: ſiccante domino deo no-
ſtro aquas eius in conſpectu noſtro: donec tranſiremus
Exo.14.c ſicut fecerat prius in mari rubro: qđ ſiccauit donec trãſi
remus: vt diſcant omnes terrarum populi fortiſſimam
dei manum: vt ⁊ vos timeatis deum veſtrum omni tem
pore. V.

Poſtq̃ ergo audierũt omnes reges Amorre- A
orũ: qui habitabãt trans iordanẽ ad occidẽta
lẽ plagã: ⁊ cuncti reges Chanaan: qui propĩ
qua poſſidebãt magni maris loca: q siccaſſet
dñs fluenta Jordanis corã filijs iſrael donec tranſirẽt:
diſſolutũ eſt cor eorꝫ: et nõ remanſit ĩ eis ſpiritus timẽti B
um introitũ filiorꝫ iſrael. Eo tempore ait dñs ad Joſue
Fac tibi cultros lapideos: ⁊ circuncide ſecũdo filios I-
ſrael. Fecit qđ iuſſerat dñs: ⁊ circuncidit filios Iſrael in
colle preputiorũ. Hec aũt cauſa eſt ſecunde circunciſio
nis. Omnis populus qui egreſſus eſt de Aegypto gene
ris maſculini: vniuerſi bellatores viri mortui ſunt in de-
ſerto: p lõgiſſimos vie circuitus: qui oẽs circunciſi erãt.
Populus aũt q̃ natus eſt in deſerto: p quadraginta an
nos itineris latiſſime ſolitudinis incircunciſus fuit: do
nec cõſumerent̃: q̊ nõ audierãt vocẽ dñi: et quib⁹ ante iu
rauerat: vt oſtẽderet eis terrã lacte ⁊ melle manantem.
Horꝫ filij in locũ ſucceſſerũt patrũ: ⁊ circunciſi ſunt a io C
ſue: q̊a ſicut nati fuerãt: in preputio erant: nec eos in via
aliq̊s circũciderat. Poſtq̃ aũt oẽs circũciſi ſunt: manſe
rũt ĩ eodẽ caſtrorũ loco: donec ſanarent̃. Dixitqꝫ dñs ad
ioſue: Hodie abſtuli opprobriũ egypti a vobis. Uocatũ
qꝫ eſt nomẽ loci illius Galgala vſqꝫ in preſentẽ diẽ. Ma
ſeruntqꝫ filij Iſrael in Galgalis: et fecerũt phaſe quarta
decima die mẽſis ad veſperũ ĩ campeſtrib⁹ Hiericho: et
comederunt de frugibus terre die altero: ⁊ azymos pa-
nes: ⁊ polentã eiuſdem anni. Defecitqꝫ manna poſtq̃ co D
mederũt de frugibus terre: nec vſi ſunt vltra cibo illo fi-
lij Iſrael: ſed comederunt de frugibus p̃ſentis anni ter
re Chanaan. Cum autẽ eſſet Joſue in agro vrbis Hie-
richo: leuauit oculos et vidit virũ ſtantem contra ſe: eua
ginatum tenẽtem gladium: perrexitqꝫ ad eũ ⁊ ait: No-
ſter es: an aduerſariorum? Qui reſpõdit: Nequaq̃: ſed
ſum princeps exercitus domini: et nunc venio. Cecidit
Joſue pronus in terram. Et adorans ait: Quid domi- Exo.3.b
nus meus loquitur ad ſeruum ſuũ? Solue: inquit: calce Actu.7.d
amentũ tuũ de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas: ſan
ct⁹ eſt. Fecitqꝫ Joſue: vt ſibi fuerat imperatũ. VI.
Jericho autem clauſa erat: atqꝫ munita timo A
re filiorum Iſrael: et nullus egredi audebat
aut ingredi. Dixitqꝫ dominus ad Joſue: Ec
ce dedi in manus tuas Hiericho: et regem ei
us: omeſqꝫ fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellato-
res ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus. Septimo au-
tem die ſacerdotes tollent ſeptem buccinas: quarum v-
ſus eſt in iubileo: ⁊ precedent arcã foederis: ſeptieſqꝫ cir
cũibitis ciuitatem: ⁊ ſacerdotes clangent buccinis. Cũ
qꝫ inſonuerit vox tube longior atqꝫ conciſior: et in auri-
bus veſtris increpuerit: cõclamabit omnis populus vo
ciferatione maxima: ⁊ muri funditus corruent ciuitatis
ingredienturqꝫ ſinguli per locũ cõtra quẽ ſteterint. Uo
cauit ergo Joſue filius Nun ſacerdotes: et dixit ad eos
Tollite arcã foederis. Et ſeptẽ alij ſacerdotes tollãt ſe
ptẽ iubileorũ buccinas: et incedant ante arcam dñi. Ad
populum quoqꝫ ait: Ite et circuite ciuitatem armati p̃-
cedentes arcam domini. Cumqꝫ Joſue verba finiſſet: et B
ſeptẽ ſacerdotes ſeptem buccinis clãgerent ante arcam
foederis domini: oĩſqꝫ populus precederet armati exer
citus: reliquũ vulgus arcã ſequebat̃: ac buccinis oĩa con
crepabant. Preceperat aũt Joſue populo: dicens: Nõ
clamabitis: nec audietur vox veſtra: neqꝫ vllus ſermo ex
ore veſtro egredietur: donec veniat dies ĩ q̊ dicam vo
bis: clamate ⁊ vociferamini. Circũiuit ergo arca domi-
ni ciuitatem ſemel per diẽ: ⁊ reuerſa eſt in caſtra: reman
ſitqꝫ ibi. Igitur Joſue de nocte cõſurgente: tulerunt ſa
cerdotes arcã dñi: et ſeptẽ ex eis ſeptẽ buccinas: quarũ ĩ
iubileo vſus eſt: precedebãtqꝫ arcam dñi ambulantes at
qꝫ clangentes: ⁊ armatus populus ibat ante eos: vulg⁹
aũt reliquũ ſequebat̃ arcam: ⁊ buccinis perſonabat. Cir
cũieruntqꝫ ciuitatem ſecundo die ſemel: et reuerſi ſunt ĩ

caſtra. Sic fecerunt ſex diebus. Die autem ſeptimo dilu
culo conſurgentes: circuierunt vrbem: ſicut diſpoſitum
C erat: ſepties. Cumqꝫ ſeptimo circuitu clangerent bucci
nis ſacerdotes: dixit Joſue ad omnē Iſrael: Vociferami
mini: tradidit enim vobis dominus ciuitatē. Sitqꝫ ciui
tas hec anathema: ⁊ omnia que in ea ſunt domino. So
la Raab meretrix viuat cum vniuerſis: qui cum ea ī do
mo ſunt. Abſcondit eñ nuncios quos direximus. Vos
autē cauete: ne de his q̄ precepta ſunt vobis: quippiā cō
tingatis: ⁊ ſitis preuaricationis rei: et omnia caſtra Iſ
Sup. z.a rael ſub peccato ſint: atqꝫ turbētur. Quicq̄d aūt auri: ⁊
argenti fuerit: ⁊ vaſorum eneorū ac ferri: domino conſe
cretur: repoſitū in theſauris eius. Igitur omni populo
vociferante: ⁊ clangentibus tubis poſtꝙ in aures multi
tudinis vox ſonituſqꝫ increpuit: muri illico corruerūt: ⁊
Heb. u.c. aſcendit vnuſquiſqꝫ per locū qui cōtra ſe erat. Ceperūt
qꝫ ciuitatē: et interfecerūt omnia que erant in ea: a viro
vſqꝫ ad mulierem: ab infante vſqꝫ ad ſenem. Boues quo
ſupra.z.c. qꝫ et oues: et aſinos in ore gladij percuſſerunt. Duobus
autē viris: qui exploratores miſſi fuerant: dixit Joſue:
Ingredimini domū mulieris meretricis: ⁊ pducite eā:
et omnia que illius ſunt: ſicut illi iuramento firmaſtis.
Ingreſſiqꝫ iuuenes: eduxerunt Raab: ⁊ parentes eius:
fratres quoqꝫ: et cunctam ſupellectilem ac cognatiōem
Heb. u.f. illius: et extra caſtra Iſrael mane fecerunt. Vrbem aūt:
⁊ omnia que inuenta ſunt in ea: ſuccenderūt: abſqꝫ auro
et argento: et vaſis eneis: ac ferro: que in erariū domini
conſecrarūt. Raab vero meretricē: ⁊ domū patris eius:
et omnia que habebat: fecit Joſue viuere: ⁊ habitauerūt
in medio Iſrael vſqꝫ in preſentem diem: eo ꝙ abſconde
rit nuncios: quos miſerat: vt explorarēt Hiericho. In
tempore illo imprecatus eſt Joſue: dicens: Maledict⁹
vir coram domino: qui ſuſcitauerit: ⁊ edificauerit ciuita
tē Hiericho. In primogenito ſuo fundamenta illius ia
ceat: et in nouiſſimo liberorum ponat portas eius. Fuit
ergo dominus cum Joſue: et nomen eius vulgatum eſt
in omni terra. VII.

A Ilij autē Iſrael preuaricati ſunt mandatū:
et vſurpauerunt de anathemate. Nam Achā
filius Charmi filij Zabdi: filij Zare de tribu
Iuda tulit aliquid de anathemate. Iratuſqꝫ
eſt dominus cōtra filios iſrael. Cūqꝫ mitteret Joſue de
Hiericho viros contra Hai: que eſt iuxta Bethauē ad
orientalem plagam oppidi Bethel: dixit eis: Aſcendite
et explorate terram. Qui precepta complentes explora
uerunt Hai. Et reuerſi dixerunt ei: Non aſcendat oīs
populus: ſed duo vel tria milia virorum pergent: et de
leant ciuitatem. Quare omnis populus fruſtra vexabit
cōtra hoſtes pauciſſimos? Aſcenderunt ergo tria milia
pugnatorum. Qui ſtatim terga vertentes: percuſſi ſunt
a viris vrbis Hai: ⁊ corruerunt ex eis triginta et ſex ho
B mīes. Perſecutiqꝫ ſunt eos aduerſarij de porta vſqꝫ ad
Sabarim: ⁊ ceciderunt p prona fugientes. Pertimuit
qꝫ cor populi: ⁊ ad inſtar aque liquefactum eſt: Joſue ve
ro ſcidit veſtimenta ſua: et pronus cecidit in terram co
ram arca domini vſqꝫ ad veſperam: tam ipſe ꝙ omnes
ſenes Iſrael. Miſerūtqꝫ puluerem ſuper capita ſua: et
dixit Joſue: Heu domine deus: quid voluiſti traducere
populum iſtum Jordanē fluuiū: vt traderes nos in ma
nus Amorrei: et perderes? Vtinam vt coepimus: man
ſiſſemus trans Jordanem. Mi domine deus: quid di
cam videns Iſraelem hoſtibus ſuis terga vertentē? Au
dient Chananei: et omnes habitatores terre: ⁊ pariter
conglobati circundabunt nos: atqꝫ delebunt nomen no
ſtrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo? Di
xitqꝫ dominus ad Joſue: Surge: cur iaces pronus ī ter
ra? Peccauit iſrael ⁊ preuaricatus eſt pactum meū: tu
leruntqꝫ de anathemate: ⁊ furati ſunt atqꝫ mentiti: ⁊ ab
ſconderūt inter vaſa ſua. Nec poterit Iſrael ſtare ante
hoſtes ſuos: eoſqꝫ fugiet: quia pollutus eſt anathemate.
Non ero vltra vobiſcum: donec conteratis eum: qui hu C
ius ſcelerꝫ reus eſt. Surge: ſanctifica populū: ⁊ dic eis: ſupra.3.b
Sanctificamini in craſtinū: hec enim dicit dominus de leui.20.b
us iſrael: Anathema in medio tui eſt Iſrael. Non pote num.11.d.
ris ſtare coram hoſtibus tuis: donec deleatur ex te q̄ hoc 1reg.16.b
contaminatus eſt ſcelere. Accedetiſqꝫ mane ſinguli per
tribus veſtras: et quamcunqꝫ tribuū ſors inuenerit: ac
cedet per cognationes ſuas: et cognatio per domos: do
muſqꝫ per viros: ⁊ quicunqꝫ ille in hoc facinore fuerit de
prehēſus: cōburetur igni cum omni ſubſtantia ſua: quo
niam preuaricatus eſt pactum domini: et fecit nephas ī
Iſrael. Surgens itaqꝫ Joſue mane: applicuit iſrael per
tribus ſuas: et inuenta eſt tribus Juda. Que cum iux
ta familias ſuas eſſet oblata: īuenta eſt familia Zare. Il
lam quoqꝫ per domos offerēs repperit Zabdi: cuius do
mum in ſingulos diuidēs viros: inuenit Acham filium
Charmi: filij Zabdi: filij Zare de tribu iuda. Et ait io
ſue ad Acham: Fili mi: da gloriam domino deo Iſrael:
et confitere atqꝫ indica mihi quid feceris: ne abſcondas.
Reſpōditqꝫ Acham ioſue: et dixit ei: Vere ego peccaui D
domino deo iſrael: ⁊ ſic et ſic feci. Vidi enim inter ſpolia
pallium coccineum valde bonum: et ducentos ſiclos ar
genti: regulamqꝫ auream quinquaginta ſiclorum: ⁊ cō
cupiſcens abſtuli: et abſcondi in terra contra mediū ta
bernaculi mei: argētumqꝫ foſſa humo operui. Miſit er
go Joſue miniſtros: qui currentes ad tabernaculum il
lius: repperérunt cuncta abſcondita in eodem loco: ⁊ ar
gentum ſimul. Auferenteſqꝫ de tentorio tulerunt ea ad
Joſue: et ad omnes filios iſrael: proieceruntqꝫ ante do
minum. Tollens itaqꝫ Joſue Acham filiū Zare: argen
tumqꝫ et pallium: et auream regulam: filios quoqꝫ ⁊ fili
as eius: boues et aſinos ⁊ oues: ipſumqꝫ tabernaculum
et cunctā ſupellectilem: et omnis iſrael cum eo: duxerūt
eos ad vallem Achor: vbi dixit ioſue: Quia turbaſti nos: z.reg.8.b
exturbat te dominus in die hac. Lapidauitqꝫ eum om
nis iſrael: et cūcta que illius erant: igne cōſumpta ſunt.
Congregauerūtqꝫ ſuper eum aceruum magnū lapidū:
qui permanet vſqꝫ in preſentem diem. Et auerſus eſt fu iudic.z.a
ror domini ab eis. Vocatumqꝫ eſt nomen loci illius val
lis Achor vſqꝫ hodie. VIII.

Dixit autem dominus ad Joſue: Ne timeas: A
neqꝫ formides. Tollite mecū omnē multitu
dinem pugnatorū: et conſurgens aſcendit in
oppidum Hai: Ecce tradidi in manū tuā re
gem eius: et populum: vrbemqꝫ et terram. Facieſqꝫ vrbi
Hai: et regi eius: ſicut feciſti Hiericho: et regi illius.
Predā vero: et omnia animantia diripietis vobis. Po
ne inſidias vrbi poſt eam. Surrexitqꝫ Joſue: et omnis
exercitus bellatorum cum eo: vt aſcenderet in Hai. Et
electa triginta millia virorum fortium miſit nocte: pre
cepitqꝫ eis: dicēs: Ponite inſidias poſt ciuitatē: Nec lō
gius recedatis: et eritis omnes parati. Ego autem ⁊ re
liqua multitudo: que mecum eſt: accedemus ex aduerſo
contra vrbem. Cumqꝫ exierint cōtra nos: ſicut ante fe ſupra.7.a
cimus: fugiemus: et terga vertemus: donec perſequen B
tes ab vrbe longius protrahātur. Putabunt enim nos
fugere ſicut prius. Nobis ergo fugientibus: ⁊ illis pſe
quentib⁹: cōſurgetꝫ de inſidijs: ⁊ vaſtabitis ciuitatē: tra
detqꝫ eam domin⁹ deus veſter in manus veſtras. Cūqꝫ
ceperitis: ſuccendite eā: ⁊ ſic oīa facietis vt iuſſi. Dimi
ſitqꝫ eos: ⁊ prexerunt ad locū inſidiarū: ſederuntqꝫ inter
Bethel ⁊ Hai ad ocidentalem plagā vrbis Hai. Joſue
aūt nocte illa ī medio māſit populi: ſurgēſqꝫ diluculo re
cēſuit ſocios: ⁊ aſcendit cū ſenioribus in fronte exercit⁹
vallat⁹ auxilio pugnatorū. Cumqꝫ veniſſent: et aſcendiſ
ſent ex aduerſo ciuitatis: ſteterunt ad ſeptentrionalē vr
bis plagā: inter quā: ⁊ eos erat vallis media. Quīqꝫ aūt C
millia virorum elegerat: ⁊ poſuerat in inſidijs inter Be
thel ⁊ Hai ex occidantali parte eiuſdē ciuitatis. Omīs
vero reliquus exercit⁹ ad aquilonē aciē dirigebat: ita vt

nouiſſimi multitudinis occidentalem plagam vꝛbis at
tingerent. Abijt ergo Joſue nocte illa: et ſtetit in vallis
medio. Qđ cū vidiſſet rex Hai: feſtinauit mane: ⁊ egreſ-
ſus eſt cum omni exercitu ciuitatis: direxitqꝫ aciem con
tra deſertum: ignoꝛans ꝙ poſt tergum laterēt inſidię.
Joſue vero: ⁊ omnis iſrael ceſſerunt loco: ſimulātes me
tum: et fugientes per ſolitudinis viam. At illi vociferan
tes pariter: et ſe mutuo cohoꝛtātes: perſecuti ſunt eos.
D Cumqꝫ receſſiſſent a ciuitate: et ne vnus quidem in vꝛ-
be Hai et Bethel remanſiſſet: qui non perſequeret̄ iſra-
el: ſicut eruperant aperta oppida relinquentes: dixit do
minus ad Joſue: Leua clypeum qui in manu tua eſt cō-
tra vꝛbem Hai: quoniā tibi tradam eam. Cumqꝫ eleuaſ
ſet clypeū ex aduerſo ciuitatis: inſidię quę latebant: ſur
rexerunt confeſtim: ⁊ pergentes ad ciuitatē ceperunt: ⁊
ſuccenderunt eā. Viri autē ciuitatis qui perſequebātur
Joſue: reſpiciētes ⁊ videntes fumum vꝛbis ad cęlū vſqꝫ
cōſcendere: nō potuerūt vltra huc illucqꝫ diffugere: pꝛę
ſertim cum hi qui ſimulauerant fugam: ⁊ tendebant ad
ſolitudinem cōtra perſequentes foꝛtiſſime reſtitiſſent.
Vidensqꝫ Joſue et omnis iſrael: ꝙ capta eſſet ciuitas:
⁊ fumus vꝛbis aſcenderet: reuerſus percuſſit viros hai.
Siquidem ⁊ illi qui ceperant: et ſuccenderant ciuitatē:
E egreſſi ex vꝛbe cōtra ſuos medios hoſtiū ferire coeperūt
Cum ergo ex vtraqꝫ parte aduerſarij cęderētur: ita vt
nullus de tanta multitudine ſaluaretur: regē quoqꝫ vꝛ
bis Hai appꝛehenderūt viuentē: et obtulerunt Joſue.
Igitur omnibus interfectis: qui iſraelem ad deſerta tē
dentem fuerant perſecuti: ⁊ in eodem loco gladio coꝛru
entibus: reuerſi filij iſrael percuſſerunt ciuitatē. Erant
autē qui in eodē die conciderant a viro vſqꝫ ad mulierē:
duodecim millia hominū omnis vꝛbis Hai. Joſue vero
non contraxit manū: quā ī ſublime poꝛrexerat: tenēs cly
peum: donec interficerentur oēs habitatoꝛes Hai. Iu-
menta autē et pꝛędam ciuitatis diuiſerunt ſibi filij iſra
el: ſicut pꝛęceperat dominus Joſue. Qui ſuccēdit vꝛbē
F et fecit eam tumulum ſempiternū. Regem quoqꝫ eius
ſuſpēdit in patibulo vſqꝫ ad veſperā: et Solis occaſum
Exo.20.d Pꝛęcepitqꝫ Joſue: ⁊ depoſuerunt cadauer eius de cru
deu.27.a ce: pꝛoiecerūtqꝫ in ipſo introitu ciuitatis: congeſto ſu-
per eo magno aceruo lapidum: qui permanet vſqꝫ ī pꝛę-
ſentem diem. Tunc ędificauit Joſue altare domino deo
iſrael in monte Hebal: ſicut pꝛęceperat Moyſes famu
lus domini filijs iſrael. Et ſcriptum eſt ī volumine legis
Moyſi: altare de lapidibus impolitis: quos ferrum nō
tetigit: ⁊ obtulit ſuper eo holocauſta domino: immola-
uitqꝫ pacificas victimas: ⁊ ſcripſit ſuper lapides Deute
ronomiū legis moyſi: qđ ille digeſſerat coꝛā filijs iſrael.
Omnis autē Iſrael: et omnes maioꝛes natu: ducesqꝫ ac
iudices ſtabant ex vtraqꝫ parte arcę in cōſpectu ſacerdo
tum: qui poꝛtabant arcā foederis domini: vt aduena ita
⁊ indigena. Media pars eoꝛum iuxta montē Garizim:
et media iuxta montem Hebal: ſicut pꝛęceperat Moy
ſes famulus domini. Et pꝛimum quidem benedixit po
pulo iſrael. Poſt hęc legit omnia verba benedictiōis et
maledictionis: et cuncta quę ſcripta fuerant in legis vo
lumine. Nihil ex his quę Moyſes iuſſerat reliquit inta
ctū: ſed vniuerſa replicauit coꝛā omni multitudinę iſrael
mulierib⁹ ac paruulis ⁊ aduenis: q̄ inter eos moꝛabant̄.
A Quibus auditis: cūcti reges trans IX.
iordanem qui verſabantur in montanis et cā-
peſtribus: ī maritimiſ: ac litoꝛe magni maris.
Hi quoqꝫ qui habitabant iuxta libanū: Ethę
us et Amoꝛręus: Chananęus: Pherezęus: ⁊ Euęus ⁊
Iebuſęus congregati ſunt pariter: vt pugnarent cōtra
Joſue et iſrael vno animo: eademqꝫ ſententia. At qui ha
bitabant in Gabaon: audientes cuncta quę fecerat Jo-
ſue: Hiericho et Hai: callide cogitantes tulerunt ſibi ci
baria: ſaccos veteres aſinis īponentes: ⁊ vtres vinarios
ſciſſos atqꝫ conſutos: calceamētaqꝫ perantiqua: quę ad
indicium vetuſtatis pitacijs conſuta erant: induti vete
ribus veſtimētis: panes quoqꝫ quos poꝛtabant ob viati
cū duri erāt: ⁊ in fruſta comminuti. Perrexeruntqꝫ ad
Joſue: qui tunc moꝛabat̄ in caſtris Galgale: ⁊ dixerunt
ei: atqꝫ ſimul omni iſraeli: De terra longinqua venim⁹: B
pacem vobiſcum facere cupientes. Reſponderuntqꝫ fi
lij iſrael ad eos: atqꝫ dixerunt: Ne foꝛte in terra quę no-
bis foꝛte debetur: habiteris: et nō poſſumus foedus inire
vobiſcū. At illi ad ioſue ſerui inquiunt: tui ſumus. Qui
bus Joſue ait: Quinā eſtis vos: aut vnde veniſtis? Re-
ſponderūt: De terra longinqua valde venerūt ſerui tui ī
nomine domini dei tui. Audiuimus enim famam poten
tię eius: cuncta quę fecit in Aegypto: et duobus regib⁹
Amoꝛręoꝛū: qui fuerant trans ioꝛdanē: Seon regi He
ſebon: ⁊ Og regi baſan: qui erant in Aſtaroth: dixerunt
qꝫ nobis ſenioꝛes: et oēs habitatoꝛes terrę noſtrę: Tol-
lite ī manibus veſtris cibaria ob longiſſimā viā: et occur
rite eis: ⁊ dicite: Serui veſtri ſumus: foedus inite nobiſ
cū: En panes quādo egreſſi ſumus de domibus noſtris:
vt veniremus ad vos: calidos ſumpſimus: nunc ſicci fa-
cti ſunt et vetuſtate nimia cōminuti. Vtres vini nouos C
īpleuimus: nunc rupti ſunt ⁊ ſoluti. Veſtes ⁊ calceamē
ta quibus induimur: et quę habemus in pedibus ob lon
gitudinē longioꝛiſ vię trita ſunt: et pene cōſumpta. Suſ
ceperūt igitur de cibarijs eoꝝ: ⁊ os domini non interro
gauerunt. Fecitqꝫ Joſue cum eis pacem: et inito foede i.reg.12.a
re pollicitus eſt: vt non occiderentur. Pꝛincipes quoqꝫ
multitudinis iurauerunt eis. Poſt dies autē tres initi
foederis audierunt ꝙ in vicino habitarent: et inter eos
futuri eſſent. Moueruntqꝫ caſtra filij iſrael: et venerūt
in ciuitates eoꝝ die tertio: quarū hęc vocabula ſunt: Ga
baon ⁊ Caphira ⁊ Beroth ⁊ Cariathiarim. Et nō per-
cuſſerunt eos: eo ꝙ iuraſſent eis pꝛincipes multitudi-
nis in nomine domini dei iſrael. Murmurauit itaqꝫ oē
vulgus contra pꝛincipes iſrael. Qui reſpoderūt eis: Iu
rauimus eis in nomine domini dei iſrael: et idcirco non
poſſumus eos cōtingere. Sed hoc faciemus eis: Reſer
uentur quidē vt viuant: ne contra nos ira domini conci D
tetur: ſi peierauerimus: ſed ſic viuant: vt in vſus vniuer
ſę multitudinis ligna cędant: aquaſqꝫ cōpoꝛtent. Qui
bus hęc loquentibus: vocauit Gabaonitas Joſue: ⁊ di
xit eis: Cur nos decipere fraude voluiſtis vt diceretiſ: p
cul valde habitauim⁹ a vobis: cum ī medio noſtri ſitis?
Itaqꝫ ſub maledictōe eritiſ: ⁊ nō deficiet de ſtirpe veſtra
ligna cędens: aquaſqꝫ cōpoꝛtans in domū dei mei. Qui
reſponderūt: Nunciatū eſt nobis ſeruis tuis: ꝙ pꝛomi-
ſiſſet domin⁹ deus tuus moyſi ſeruo ſuo: vt traderet vo
bis omnē terrā: ⁊ diſperderet cūctos habitatoꝛes eius.
Timuimus igitur valde: ⁊ pꝛouidimus aīabus noſtris
veſtro terroꝛe cōpulſi: ⁊ hoc conſiliū iniuim⁹. Nunc aūt
in manu tua ſumus: qđ tibi bonū ⁊ rectū videtur: fac no
bis. Fecit ergo Joſue vt dixerat: et liberauit eos de ma-
nibus filioꝛū iſrael: vt nō occiderentur. Decreuitqꝫ in il-
lo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi ⁊ altaris domi
ni: cędentes ligna: et aquas cōpoꝛtantes vſqꝫ in pꝛęſens
tempus in loco quē dominus elegiſſet. X.
Quę cum audiſſet Adoniſedech rex hieruſalē A
ꝙ ſcilicet cepiſſet Joſue Hai: et ſubuertiſſet
eā. Sicut enī fecerat Hiericho et regi eius:
ſic fecit Hai ⁊ regi illius: ⁊ ꝙ tranſfugiſſent
gabaonitę ad iſrael: ⁊ eſſent foederati eoꝝ: timuit valde
Vrbs enī magna erat Gabaon: et vna ciuitatū regaliū:
et maioꝛ oppido hai: oēſqꝫ bellatoꝛes ei⁹ foꝛtiſſimi. Mi
ſit ergo Adoniſedech rex hieruſalē ad Oham regē He-
bron: ⁊ ad pharā regē Hierimoth: ad Japhie quoqꝫ re
gē Lachis: et ad Dabir regē Eglon: dicēs: Ad me aſcē
dite: ⁊ ferte pꝛęſidiū: vt expugnem⁹ gabaon: quare trāſ-
fugerit ad Joſue: ⁊ ad filios iſrael. Cōgregati igit̄ aſcē B
derūt quinqꝫ reges Amoꝛręoꝝ: rex hieruſalē: rex hieri-
moth: rex Lachis: rex Eglon: ſimul cum exercitibus ſu

is:et caſtrametati ſunt circa Gabaon:oppugnantes eā.
Habitatores aūt Gabaon vrbis obſeſſę miſerūt ad Jo-
ſue:q̄ tūc morabat̄ ī caſtris apud Galgalā: et dixerūt ei:
Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorū tuoꝝ: aſcē
de cito:et libera nos: ferqꝫ pręſidiū. Cōuenerūt eñ ad-
uerſum nos oēs reges Amorręoꝝ:q̄ habitāt ī mōtanis.
Aſcēditqꝫ Joſue de Galgalis:et oīs exercitus bellatoꝝ
cum eo viri fortiſſimi:dixitqꝫ dominus ad Joſue:Ne ti
meas eos: in manus eñ tuas tradidi illos:nullus enim
ex eis tibi reſiſtere poterit. Irruit itaqꝫ Joſue ſup eos
repente:tota nocte aſcendens de Galgalis.Et contur-
bauit eos dominus a facie Jſrael:contriuitqꝫ plaga ma
gna in Gabaon:ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus
Bethoron:et percuſſit vſqꝫ Azecha et Maceda. Cūqꝫ
C fugerēt filios Jſrael:et eſſent in deſcēſu Bethoron:do-
minus miſit ſup eos lapides magnos de celo vſqꝫ ad A-
zecha:et mortui ſunt multo plures lapidibꝰ grandinis:
ꝙ quos gladio ꝑcuſſerāt filij Jſrael. Tūc locutꝰ eſt Jo-
ſue domino:in die qua tradidit Amorręum in conſpe-
ctu filioꝝ Jſrael:dixitqꝫ coram eis:Sol cōtra Gabaon
ne mouearis:et luna cōtra vallem Aialon. Steterūtqꝫ
ſol et luna:donec vlciſceret̄ ſe gēs de inimicis ſuis. Nō-
ne ſcriptum eſt hoc ī libro iuſtorum? Stetit itaqꝫ ſol in
medio cęli: et non feſtinauit occūbere ſpacio vnius diei.
Non fuit antea et poſtea tam longa dies obediente do-
mino voci hominis:et pugnāte pro Jſrael. Reuerſuſqꝫ
eſt Joſue cum omni Jſrael in caſtra Galgale. Fugerāt
enim quinqꝫ reges:et ſe abſconderant in ſpelunca vrbis
maceda. Nunciatūqꝫ eſt Joſue:ꝙ inuenti eſſent quinqꝫ
reges:latentes in ſpelunca vrbis Maceda. Qui pręce-
pit ſocijs:et ait:Voluite ſaxa ingētia ad os ſpeluncę: et
D ponite viros induſtrios:qui clauſos cuſtodiāt. Vos aūt
nolite ſtare: ſed ꝑſequimini hoſtes: et extremos quoſqꝫ
fugientium cędite. Nec dimittatis eos vrbiū ſuarū in-
trare pręſidia: quos tradidit dominus deus in manus
veſtras. Cęſis ergo aduerſarijs plaga magna:⁊ vſqꝫ ad
internitionē pene cōſumptis:hi q̄ iſrael effugere potue-
runt:īgreſſi ſunt ciuitates munitas. Reuerſuſqꝫ eſt oīs
exercitus ad Joſue ī maceda:vbi tūc erāt caſtra: ſani et
integro numero. Nulluſqꝫ cōtra filios iſrael mutire au
ſus eſt. Pręcepitqꝫ ioſue: dicens: Aperite os ſpeluncę:
et ꝑducite ad me quinqꝫ reges: qui in ea latitant. Fece-
runtqꝫ miniſtri:vt ſibi fuerat imperatum:et adduxerūt
ad eum quinqꝫ reges de ſpelunca: regem Hieruſalem:
regem Hebron:regem Hierimoth:regem Lachis:re-
gem Eglon. Cūqꝫ adducti eſſent ad eum: vocauit oēs
viros iſrael: et ait ad principes exercitus: qui ſecū erāt:
E Ite et ponite pedes ſuper colla regum iſtorum. Qui cū
perrexiſſent:⁊ ſubiectorum colla pedibus calcarēt: rur
ſum ait ad eos: Nolite timere:nec paueatis: cōfortami
ni:⁊ eſtote robuſti. Sic enim faciet dominus cūctis ho
ſtibus veſtris: aduerſum q̊s dimicabitis. Percuſſitqꝫ
Joſue:et interfecit eos:atqꝫ ſuſpendit ſuper quinqꝫ ſti-
Dañ.21.b pites:fueruntqꝫ ſuſpenſi vſqꝫ ad veſperum. Cumqꝫ oc-
cumberet ſol:pręcepit ſocijs: vt deponerent eos de pati
bulis. Quibus depoſitis proiecerunt in ſpeluncam: in
qua latuerāt:et poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia:
quę permanent vſqꝫ in pręſens. Eodem die Macedan
quoqꝫ cepit Joſue:et percuſſit in ore gladij: regemqꝫ il
lius interfecit:⁊ omnes habitatores eius. Non dimiſit
in ea ſaltem paruas reliquias. Fecitqꝫ regi Maceda:ſi-
cut fecerat regi Hiericho. Tranſiuit aūt cū omni iſrael
de Maceda in Lebna:⁊ pugnabat contra eam:quā tra
didit dominus cū rege ſuo in manus iſrael. Percuſſe-
runtqꝫ vrbem in ore gladij: et omnes habitatores eius.
F Non dimiſerunt in ea vllas reliquias. Feceruntqꝫ regi
Lebna:ſicut fecerāt regi Hiericho. De Lebna trāſiuit
in Lachis cum omni iſrael:⁊ exercitu per gyrum diſpo
ſito oppugnabant eam:tradiditqꝫ dominus Lachis in
manus filiorū iſrael: ⁊ cepit eam die altero: atqꝫ ꝑcuſſit
in ore gladij omnem animam quę fuerat in ea:ſicut fece
rat Lebna. Eo tempore aſcendit Hiram rex Gazer: vt
auxiliaretur Lachis: quem percuſſit Joſue cum omni
populo eiꝰ vſqꝫ ad internitionē. Tranſiuitqꝫ de Lachis
in Eglon:⁊ circundedit atqꝫ expugnauit eā in eadē die:
ꝑcuſſitqꝫ ī ore gladij oēs aīas quę erāt ī ea iuxta oīa quę
fecerat Lachis. Aſcēdit q̊qꝫ cū omī Jſrael de Eglon in B
Hebron:⁊ pugnauit cōtra eā:cepitqꝫ:⁊ ꝑcuſſit ī ore gla
dij:regē q̊qꝫ eiꝰ:⁊ omīa oppida regiōis illiꝰ:vniuerſaſqꝫ
aīas q̄ ī ea fuerāt cōmoratę. Nō reliq̄t ī ea vllas reliq̄as.
Sicut fecerat Eglō:ſic fecit ⁊ Hebrō:cūcta quę ī ea rep
perit:cōſumēs gladio. Inde reuerſus ī Dabir:cepit eā:
atqꝫ vaſtauit:regē quoqꝫ eiꝰ: atqꝫ oīa ꝑ circuitū oppida
ꝑcuſſit in ore gladij:nō dimiſit ī ea vllas reliq̄as. Sicut
fecerat Hebron ⁊ Lebna ⁊ regibꝰ eaꝝ:ſic fecit Dabir ⁊
regi illius. Percuſſit itaqꝫ Joſue oēm terrā montanā
⁊ meridianā:atqꝫ cāpeſtrē:⁊ * Aſeroth cū regibus ſuis. Heb.Aſe-
Nō dimiſit ī ea vllas reliquias: ſed omē qđ ſpirare pote doth.
rat īterfecit: ſicut pręceperat ei dñs deꝰ Jſrael a cadeſ-
barne vſqꝫ Gazam. Oēm terrā Goſen vſqꝫ gabaon: vni
uerſoſqꝫ reges ⁊ regiōes eoꝝ vno īpetu cepit atqꝫ vaſta-
uit. Dñs eñ deꝰ iſrael pugnabat pro eo. Reuerſuſqꝫ eſt
cū omī Jſrael ad locum caſtroꝝ in Galgala.

XI.

Quę cū audiſſet Jabin rex Aſor: miſit ad Jo A
bab regē Madon:⁊ ad regē Semeron:atqꝫ
ad regē Achſaph:ad reges quoqꝫ aquilonis:
qui habitabāt in mōtanis ⁊ in planicie cōtra
meridiē Ceneroth:in cāpeſtribꝰ quoqꝫ:⁊ in regionibus
Dor iuxta mare: Chananęū q̊qꝫ ab oriēte ⁊ occidēte:et
Amorręū atqꝫ Ethęū ac Pherezęū ⁊ Jebuſęū ī mōta-
nis:euęū q̊qꝫ q̄ habitabat ad radices hermō ī terra maſ
pha. Egreſſiqꝫ ſunt oēs cū turmis ſuis: populꝰ multus
nimis:ſicut arena quę eſt ī litore maris:eq̄ q̊qꝫ: et currꝰ
immēſę multitudinis. Cōuenerūtqꝫ omēs reges iſti in
vnū ad aquas meron:vt pugnarēt cōtra iſrael. Dixitqꝫ
dñs ad Joſue:Ne timeas eos:cras eñ hac eadem hora B
ego tradā oēs iſtos vulnerādos in cōſpectu iſrael. Eq̊s
eoꝝ ſubneruabis:⁊ currus igne cōbures. Venitqꝫ ioſue
⁊ oīs exercitꝰ eiꝰ cū eo aduerſus illos ad aq̄s merō ſubi-
to:⁊ irruerūt ſup eos:tradiditqꝫ illos dñs ī manꝰ iſrael.
Qui percuſſerūt eos: et perſecuti ſunt vſqꝫ ad Sidonē
magnā ⁊ aquas Maſſerephot:cāpūqꝫ Maſpha:qui eſt
ad orientalē illius partē. Itaqꝫ percuſſit oēs: vt nullas
dimitteret ex eis reliq̄as. Fecitqꝫ ſicut pręceperat ei do-
minus. Eq̊s eoꝝ ſubneruauit: curruſqꝫ cōbuſſit igni.
Reuerſuſqꝫ ſtatī cepit Haſor:⁊ regē eiꝰ ꝑcuſſit gladio.
Haſor eñ antiquitꝰ inter oīa regna hęc principatū tene
bat. Percuſſitqꝫ oēs aīas quę ibidē morabant̄. Non di C
miſit ī ea vllas reliquias:ſed vſqꝫ ad internitionē vniuer
ſa vaſtauit:ipamqꝫ vrbē peremit incēdio:et oēs ꝑ circui
tū ciuitates. Reges q̊qꝫ eaꝝ cepit: ꝑcuſſit atqꝫ deleuit:
ſicut pręceperat ei Moyſes famulus dñi. Abſqꝫ vrbibꝰ
quę erāt in collibus ⁊ in tumulis ſitę: cęteras ſuccēdit
Jſrael:vnā tantū Haſor munitiſſimā flāma cōſumpſit.
Oēmqꝫ prędam iſtarū vrbiū ac iumēta diuiſerunt ſibi fi
lij Jſrael:cūctis hominibꝰ īterfectis. Sicut pręceperat
dñs Moyſi ſeruo ſuo:ita pręcepit Moyſes Joſue:⁊ il-
le vniuerſa cōpleuit. Nō pręterijt de vniuerſis mādatꝭ:
nec vnū quidem verbū:quod iuſſerat dominus Moyſi.
Cepit itaqꝫ Joſue oēm terram montanam:⁊ meridia-
nam:terramqꝫ Goſen:⁊ planiciem:⁊ occidentalem pla
gam:montemqꝫ Jſrael:⁊ campeſtria eius:⁊ partē mon
tis quę aſcēdit Seir vſqꝫ Baalgad ꝑ planiciē libani ſub
ter montē hermon:oēs reges eorum cepit:ꝑcuſſit ⁊ oc-
cidit. Multo tēpore pugnauit ioſue cōtra reges iſtos.
Nō fuit ciuitas:quę ſe non traderet filijs Jſrael:pręter ſapi.10.g
Euęū: q̄ habitabat in Gabaon. Omnes eñ bellādo ce- D
pit. Domini eñ ſentētia fuerat: vt indurarentur corda
eoꝝ:⁊ pugnarēt cōtra Jſrael:⁊ caderēt: ⁊ non mereren
tur vllam clementiam:ac perirent: ſicut pręceperat do-

minus Moyſi. In illo tēpoꝛe venit Joſue: et interfecit
Enachim de mōtanis hebꝛon: ⁊ Dabir: ⁊ Anab: ⁊ de om
ni mōte iuda et Iſrael: vꝛbeſqꝫ eoꝝ deleuit. Nō reliquit
vllū de ſtirpe Enachim in terra filioꝝ iſrael: abſqꝫ ciui-
tatibus Gaza: ⁊ geth: ⁊ Azoto: in q̄bus ſolis relicti ſunt
Cepit ergo Joſue omnē terrā: ſicut locutus eſt dn̄s ad
moyſen: ⁊ tradidit eam in poſſeſſionē filijs Iſrael ſecū-
dum partes: et tribus ſuas: quieuitqꝫ terra a pꝛelijs.
A Hi ſunt reges: quos percuſſerunt fi XII.
lij Iſrael: ⁊ poſſederunt terram eoꝛum trans
ioꝛdanem ad ſolis oꝛtum: a toꝛrente Arnon
vſqꝫ ad montem Hermon: ⁊ omnē oꝛientalē
plagam: que reſpicit ſolitudinē. Seō rex Amoꝛreoꝝ: q̄
habitabat in Heſebon: dominatus eſt ab Aroer: que ſi-
ta eſt ſuper ripā toꝛrentis Arnon: et medie partis in val
le: dimidieqꝫ Galaad vſqꝫ ad toꝛrentem Jeboch: qui eſt
terminꝰ filioꝝ Ammon: ⁊ a ſolitudine vſqꝫ ad mare Ce
neroth cōtra oꝛientē: ⁊ vſqꝫ ad mare deſerti: qō eſt mare
ſalſiſſimum: ad oꝛientalem plagam per viam: que ducit
B Beth Jeſimoth: et ab auſtrali parte: que ſubiacet Aſe-
roth: vſqꝫ Phaſga: terminus Og regis Baſan: de reli-
quijs Raphaim: q̄ habitauit in Aſtaroth: ⁊ in Edrai: ⁊
dominatus eſt in monte Hermon: et in Salacha: atqꝫ ī
vniuerſa baſan: vſqꝫ ad terminos Geſſuri: ⁊ machati: et
dimidie partis Galaad: ⁊ terminū Seon regis. Moy-
ſes famulus dn̄i: ⁊ filij iſrael percuſſerūt eos: tradiditqꝫ
terrā eoꝝ moyſes in poſſeſſionē Rubenitis: ⁊ Gadditꝭ
⁊ dimidie tribui manaſſe. Hi ſunt reges terre: q̄s pcuſ-
ſit Joſue ⁊ filij iſrael trans Joꝛdanē ad occidentalē pla
gā: a Baalgad ī campo Libani vſqꝫ ad montē Libani:
cuius pars aſcendit in Seir. Tradiditqꝫ eā Joſue ī poſ
ſeſſionē tribubꝰ iſrael: ſingulis partes ſuas: tā in mōta
C nis q̄ in planis atqꝫ campeſtribꝰ. In Aſeroth: et ī ſolitu
dine: ac ī meridie Etheus fuit ⁊ Amoꝛreus: Chananeꝰ-
us ⁊ Phereʒeus: Eueus ⁊ Jebuſeus. Rex hiericho v-
nus: rex Hai: q̄ eſt ex latere Bethel vnus: rex Hieruſalē
vnus: rex Hebꝛon vnꝰ: rex Hierimoth vnꝰ: rex Lachis
D vnus: rex Eglon vnus: rex Gaſer vnus: rex Dabir vnus
rex Gader vnus: rex Herma vnus: rex Hereth vnꝰ: rex
Lebna vnus: rex Odollā vnus: rex Maceda vnus: rex
Bethel vnus: rex Taphua vnus: rex Heſer vnus: rex A
phec vnus: rex Saron vnꝰ: rex Madā vnus: rex Haſoꝛ
vnus: rex Semeron vnꝰ: rex Acſaph vnꝰ: rex Thenach
vnus: rex Mageddo vnus: rex Cedes vnus: rex Jacha
nē carmeli vnus: rex Doꝛ: ⁊ ꝓuincie doꝛ vnꝰ: rex gentiū
Galgal vnꝰ: rex Therſa vnꝰ: oēs reges trigīta ⁊ vnus.
A Joſue ſenex pꝛouecteqꝫ etatꝭ erat: XIII.
et dixit dominꝰ ad eum: Senuiſti: et longeuꝰ
es: terraqꝫ latiſſima derelicta eſt: q̄ necdū ſoꝛ-
te diuiſa eſt: oīs videlicet Galilea philiſtijm: ⁊
vniuerſa geſſuri: a fluuio turbido: qui irrigat egyptū vſ
qꝫ ad terminos Accaron cōtra aquilonē terra Chanaā
que quinqꝫ regulos Philiſtijm diuidit: gazeos: ⁊ Azati
os: Aſbalonitas: Getheos: ⁊ Accaronitas. Ad meridiē
vero ſunt Euei: omnis terra Chanaan: ⁊ Maara Si-
donioꝝ vſqꝫ Apheca: ⁊ terminos Amoꝛrei: eiuſqꝫ confi-
nia: Libani quoqꝫ regio cōtra oꝛientem a Baalgad ſub
monte Hermon: donec ingrediaris Hemath. Omniū
q̄ habitant in monte a libano: vſqꝫ ad aquas Maſſere-
phot: vniuerſiqꝫ Sidonij. Ego ſum qui delebo eos a fa-
cie filioꝝ iſrael. Veniat ergo in partē hereditatis iſrael:
B ſicut pꝛecepi tibi. Et nunc diuide terrā in poſſeſſionem
nouē tribubus: ⁊ dimidie tribui Manaſſe: cū qua Ru
ben et Gad poſſederūt terrā: quā tradidit eis Moyſes
famulus domini trans fluenta Joꝛdanis: ad oꝛiētalem
plagam ab Aroer: que ſita eſt in ripa toꝛrentꝭ Arnon: ⁊
vallis medio: vniuerſaqꝫ cāpeſtria Medaba: vſqꝫ ad Di
bon: ⁊ cunctas ciuitates Seon regis Amoꝛrei: q̄ regna
uit in Heſebon vſqꝫ ad terminos filioꝝ Ammon et Ga-
laad: ac terminum Geſſuri ⁊ Machati: ⁊ omnem mon
tē Hermon: ⁊ vniuerſam Baſan vſqꝫ ad Salecha: om-
ne regnū Og in Baſan: qui regnauit in Aſtaroth et E-
drai: ipſe fuit de reliquijs Raphaim. Percuſſitqꝫ eos
Moyſes: atqꝫ deleuit. Nolueruntqꝫ diſperdere filij iſra
el Geſſuri ⁊ Machati: ⁊ habitauerunt in medio Iſrael
vſqꝫ in pꝛeſentem diem. Tribui autem Leui non dedit
poſſeſſionem: ſed ſacrificia et victime domini dei Iſrael
ipſa eſt eius hereditas: ſicut locutus eſt illi. Dedit ergo
Moyſes poſſeſſionem tribui filioꝛum Ruben iuxta co
gnationes ſuas. Fuitqꝫ terminus eoꝛum ab Aroer: que C
ſita eſt in ripa toꝛrentis Arnon: et ciuitatem in valle ei-
uſdem toꝛrentꝭ media: vniuerſam planiciem: que ducit
Medaba: et Heſebon: cunctoſqꝫ viculos earū: qui ſunt
in campeſtribus: Dibon quoqꝫ: et Abamothbaal: et op-
pidum Baalmaon: ⁊* Geſſa: et Cedimoth: et Mepha heb. ſabaza
at: et Cariathaim: et Sabama: ⁊ Sarathaſaar in mon
te cōuallis Bethphogoꝛ et Aſeroth: Phaſga ⁊ Betha
ſimoth: omnes vꝛbes campeſtres: vniuerſaqꝫ regna Se
on regis Amoꝛrei: qui regnauit in Heſebon: quem per
cuſſit Moyſes cum pꝛīcipibus Madian: Eueū: ⁊ Re
cem: et Sur: ⁊ Hur: et Rebea duces Seon habitatoꝛes
terre: et Balaam filium Beoꝛ ariolum occiderunt filij
Iſrael gladio cum ceteris interfectis. Factuſqꝫ eſt ter-
minus filioꝝ Ruben Joꝛdanis fluuius. Hec eſt poſſeſ
ſio Rubenitaꝝ per cognationes ſuas vꝛbiū et viculoꝝ.
Deditqꝫ moyſes tribui gad ⁊ filijs eius ꝑ cognatiōes ſu
as poſſeſſionē: *cuius hec diuiſio eſt. Fuitqꝫ terminꝰ ga cuius hec diuiſio eſt abunda.
ʒer oēs ciuitates galaad: ⁊ dimidiā partē terre filioꝛum
Ammon: vſqꝫ ad Aroer: que eſt cōtra Rabba: ⁊ ab He- D
ſebon vſqꝫ Ramoth: maſpha ⁊ Bethanim: ⁊ a mahana
im vſqꝫ ad terminos dabir. In valle quoqꝫ betharan: et
bethnemra: ⁊ Soccoth: ⁊ Saphon reliquā partē regni
Seon regis heſebon. Huiꝰ quoqꝫ finis ioꝛdanis eſt vſqꝫ
ad extremā partē maris Cenereth trās ioꝛdanē ad oꝛi-
entalē plagā. Hec eſt poſſeſſio filioꝝ Gad per familias
ſuas: ⁊ ciuitates: ⁊ ville eaꝝ. Dedit ⁊ dimidie tribui ma
naſſe: filijſqꝫ eius iuxta cognatiōes ſuas poſſeſſionē: cui
us hoc pꝛincipiū eſt: A ha vniuerſam baſan: ⁊ cuncta re-
gna Og regis baſan: omeſqꝫ vicos Jahir: qui ſunt in ba
ſan ſexaginta oppida: ⁊ dimidiam partē Galaad: ⁊ aſta
roth: ⁊ Edrai vꝛbes regni Og in baſan filijs machir: fi-
lij manaſſe dimidie parti filioꝝ machir iuxta cognatio
nes ſuas. Hanc poſſeſſionē diuiſit moyſes in campeſtri
bus moab: trans Joꝛdanē cōtra Hiericho ad oꝛientalē
plagā. Tribui aūt Leui nō dedi poſſeſſionē: quoniā dn̄s
deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius: vt locutus eſt illi.
Hec eſt qō poſſederūt filij Iſrael XIIII. A
in terra Chanaan: quā dederūt eis Eleaʒar
ſacerdos: et Joſue filius Nun: et pꝛincipes
familiarum per tribus Iſrael ſoꝛte omnia
diuidentes: ſicut pꝛeceperat dominus ī ma
nu Moyſi nouem tribubus: et dimidie tribui Manaſ-
ſe. Duabus enim tribubꝰ: et dimidie dederat Moyſes
trans Joꝛdanem poſſeſſionem abſqꝫ Leuitis: qui nihil
terre acceperunt inter fratres ſuos: ſed in eoꝛum ſucceſ
ſerant locum filij Joſeph in duas diuiſi tribus Manaſ
ſe et Epharim: nec acceperunt leuite aliam in terra par B
tem: niſi vꝛbes ad habitandum: et ſuburbana earum ad
alenda iumenta et pecoꝛa ſua. Sicut pꝛeceperat domi-
nus Moyſi: ita fecerunt filij Iſrael: et diuiſerunt terrā
Acceſſerunt itaqꝫ filij Juda ad Joſue in Galgala: locu-
tuſqꝫ eſt ad eum Caleb filius Jephone Ceneʒeus: No- num.14.d
ſti quid locutus ſit dominꝰ ad moyſen hoīem dei de me
⁊ te in cadeſbarne: Quadraginta annoꝝ eram: quando
miſit me Moyſes famulus domini dei de Cadeſbarne
vt cōſyderarē terrā: nunciauiqꝫ ei qō mihi verū videbat.
Fratres autē mei qui aſcenderant mecū: diſſoluerūt coꝛ
populi: et nihilominꝰ ego ſecutus ſum dn̄m deū meum.
Jurauitqꝫ Moyſes in die illo: dicēs: Terra quā calca- C
uit pes tuus: erit poſſeſſio tua: ⁊ filioꝝ tuoꝝ in eternū: ſupꝛa.1.8.

quia ſecutus es dominum deū tuū. Conceſſit ergo do-
minus vitā mihi: ſicut pollicitus eſt vſqꝫ ī pꝛęſentē diē.
Quadraginta et quinqꝫ anni ſunt: ex quo locutus eſt
dñs verbū iſtud ad Moyſen: quādo ambulabat iſrael ꝑ
Eccl.46 b ſolitudinē: Hodie octoginta quīqꝫ annoꝝ ſum: ſic valēs:
vt eo valebā tēpoꝛe: quādo ad exploꝛandū miſſus ſum:
D illius in me tēpoꝛis foꝛtitudo vſqꝫ hodie ꝑſeuerat: tā ad
bellandū ꝙ̄ ad gradiēdū. Da ergo mihi montē iſtū: quē
pollicitꝰ eſt dñs: te quoqꝫ audiēte: in quo Enachim ſunt
⁊ vꝛbes magnę atqꝫ munitę: ſi foꝛte ſit dñs mecū: ⁊ po-
tuero delere eos: ſicut ꝓmiſit mihi. Bñdixitqꝫ ei ioſue:
⁊ tradidit ei hebꝛon in poſſeſſionē: atqꝫ ex eo fuit hebꝛon
caleb filio iephone cenezeo vſqꝫ in pꝛęſentē diē: q̄a ſecutꝰ
eſt dñm deū iſrael. Nomē hebꝛō ante vocabat̄ cariath ar
be. Adam maximus ibi inter Enachim ſitus eſt: ⁊ terra
ceſſauit a pꝛelijs. XV.

A IGitur ſoꝛs filioꝝ Iudę ꝑ cognationes ſuas
iſta fuit. A termino Edom vſqꝫ ad deſertum
Syn cōtra meridiē: ⁊ vſqꝫ ad extremā partē
auſtralis plagę. Initiū eiꝰ a ſummitate ma-
ris ſalſiſſimi: et a lingua eius quę reſpicit meridiē. Egre
diturqꝫ cōtra aſcēſum ſcoꝛpionis: ⁊ ꝑtrāſibit in Sina:
aſcēditqꝫ in Cadeſbarne: ⁊ ꝑuenit in heſrom: aſcēdens
ad Daran: ⁊ circūiens Carcara: atqꝫ inde pertrāſiēs in
Aſemona: ⁊ perueniēs ad toꝛrentē ęgypti: erūtqꝫ termi
ni eius mare magnum. Hic erit finis meridianę plagę.
Ab oꝛiēte vō erit initiū mare ſalſiſſimū vſqꝫ ad extrema
Ioꝛdanis: ⁊ ea quę reſpiciunt ad aquilonē a lingua ma
ris vſqꝫ ad eundē Ioꝛdanis fluuiū: aſcēditqꝫ terminꝰ in
B Bethagla. Et trāſit ab aquilone ī Betharaba: aſcēdēs
ad lapidē Boem filij Ruben: ⁊ tēdēs vſqꝫ ad terminos
Debera de valle Achoꝛ cōtra aquilonē reſpiciēs Galga
la: quę eſt ex aduerſo aſcēſiōis Adomim: ab auſtrali par
te toꝛrētis: trāſitqꝫ aquas quę vocant̄ fons ſolis: et erūt
exitus eius ad fontē Rogel: aſcēditqꝫ per cōuallem filij
Ennon ex latere Iebuſęi ad meridiē: hęc eſt hieruſalē:
⁊ īde ſe erigēs ad verticē mōtis: qui eſt cōtra gehennon
ad occidentē in ſummitate vallis Raphaim cōtra aqui
lonē: pertrāſitqꝫ a vertice mōtis vſqꝫ ad fontē aquę nep-
thoa: ⁊ peruenit vſqꝫ ad vicos montis Ephꝛon: inclina
turqꝫ in Bala: quę eſt Cariathiarim: id eſt vꝛbs ſyluarū
⁊ circuit de Bala cōtra occidentē: vſqꝫ ad montē Seir.
Trāſitqꝫ iuxta latꝰ mōtis Iarim ad aquilonē ī cheſalō
⁊ deſcēdit ī bethſames: trāſitqꝫ in Thanna: et ꝑuenit cō
C tra aquilonem partis Accaron ex latere: inclinaturqꝫ ſe
crona: ⁊ trāſit montē baala: ꝑuenitqꝫ ī iabneel: ⁊ magni
maris contra occidentem fine concluditur. Hi ſunt ter
mini filioꝝ Iuda per circuitum in cognationibus ſuis.
Caleb vero filio Iephone dedit partem in medio filioꝝ
Iuda: ſicut pꝛęceperat ei dominꝰ: Cariatharbe patris
Enach: ipſa eſt hebꝛon: deleuitqꝫ ex ea Caleb tres filios
Iudic.1.d Enach: Seſai: ⁊ Achiman ⁊ Thalmai de ſtirpe enach.
Atqꝫ inde cōſcendens venit ad habitatoꝛes Dabir: quę
pꝛius vocabat̄ Cariathſepher: id eſt ciuitas literarum.
D Dixitqꝫ Caleb: Qui percuſſerit Cariathſepher: ⁊ cepe-
rit eā: dabo ei Axam filiā meā vxoꝛē. Cepitqꝫ eā Otho-
niel filius Cenez frater Caleb iunioꝛ: deditqꝫ ei Axā fi-
liam ſuā vxoꝛem. Qui cū pergerēt ſimul: ſuaſa eſt a viro
ſuo: vt peteret a patre ſuo agrū: ſuſpirauitqꝫ vt ſedebat
in aſino. Cui Caleb: Quid habes inquit? At illa reſpon
dit: Da mihi benedictionē: Terrā auſtralē ⁊ arentē de-
diſti mihi: iūge ⁊ irriguā. Dedit itaqꝫ ei Caleb irriguū
ſuperius ⁊ inferius. Hęc eſt poſſeſſio tribꝰ filioꝝ Iuda
per cognationes ſuas: erātqꝫ ciuitates ab extremis par
tibus filioꝝ iuda iuxta terminos Edom a meridie: cab
ſeel ⁊ Eder ⁊ Iagur ⁊ Cina ⁊ Dimona ⁊ Adada ⁊ Ce
des ⁊ haſoꝛ et ieth nan ziph et telem et baloth haſoꝛ ha-
datha et carioth heſron: hęc eſt haſoꝛ oman ſame et mo-
E lada ⁊ haſar gadda et haſſemon et bethphelet et haſar-
ſual et berſabee et baziothia et baala et ijm et ezem et el-
tholad et xil et hoꝛma et Sicelag ⁊ Medemena ⁊ Sen
ſenna Lebaoth et Selim et Ain et Remmon: omēs ci-
uitates viginti nouem et villę earum. In campeſtribus
vero Eſthaol et Sarea et Aſena et Zonea et Engan-
nim et Taphua et Enam et Ierimoth et Adulam ſo-
cho et Azeca et Saarim et Adithaim: et Gedera et Ge-
derothaim vꝛbes quatuoꝛdecim: ⁊ villę earum. Sanan
et Hadaſa et Magdalgad Delean et Maſpha et Ie-
cteel Lachis et Baſcat et Eglon et Cabon et Laha-
man Tebbō et Iehenam et Cethlis et Gideroth beth
dagon: et Naama et Maceda: ciuitates ſedecim et vil
lę earum. Labana et Ether et Aſan et Iephtah et Aſna F
et Neſib et Ceila et Achzib et Mareſa: ciuitates nouē
et villę earum. Accaron cum vicis et villulis ſuis. Ab ac
caron vſqꝫ ad mare oīa quę vergūt ad Azotū et viculos
eius. Azotus cū vicis et villulis ſuis. Gaza cum vicis et
villulis ſuis vſqꝫ ad toꝛrentē Aegypti et mare magnum
terminus eius: et in monte Samir et Iathir et ſocho
et Danna cariathſenna: hęc eſt Dabir Anab et Eſtemo
et Anim Goſen et Holon et Gilo: ciuitates vndecim ⁊
villę earum. Arab et * Ruma et Eſaan et Ianū et beth be. duma.
thaphua et afeca et humata et cariath arbe: hęc eſt He-
bꝛon et Sioꝛ: ciuitates nouem et villę earum. Maon G
et Chermel et ziph et iuta iezrael et iucadam et Zanoe
Cain Gabaa et Thanna: ciuitates decē ⁊ villę earum.
Halhul et bethſoꝛ et Gedoꝛ Maarath et bethanoth et
Eltecon: ciuitates ſex et villę earum. Cariathbaal hęc
eſt Cariathiarim: id eſt vꝛbs ſyluarum et Rabba: ciui-
tates duę ⁊ villę earū. In deſerto betharaba meddin et
ſachacha et nebſan ciuitates ſalis: et engaddi: ciuitates
ſex ⁊ villę eaꝝ. Fiūt ſimul cētū q̄ndecī. Iebuſęū aūt habi
tatoꝛem Ieruſalē nō potuerūt filij iuda delere. Habita
uitqꝫ Iebuſęus cū filijs Iuda in Ieruſalem vſqꝫ in pꝛę-
ſentem diem. XVI

CEcidit q̄qꝫ ſoꝛs filioꝝ Ioſeph: ab Ioꝛdane A
cōtra iericho: ⁊ ad aq̄s eiꝰ ab oꝛiēte ſolitudo
q̄ aſcēdit de iericho ad mōtē bethel: ⁊ egredi
tur de bethel luzā: trāſitqꝫ terminū archiata
roth: ⁊ deſcēdit ad occidentē iuxta terminū iefleti: vſqꝫ B
ad terminos bethhoꝛō īferioꝛis ⁊ gazer: finiuntqꝫ regio
nes eiꝰ mari magno: poſſederūtqꝫ filij ioſeph manaſſes ⁊
effraim. Et factꝰ eſt terminꝰ filioꝝ effraī ꝑ cognatiōes
ſuas: ⁊ poſſeſſio eoꝝ cōtra oꝛiētē ataroth adar vſqꝫ beth
hoꝛō ſuꝑioꝛē: egrediunturqꝫ ꝯfinia ī mare. Machmatath C
vero aq̄lonē reſpicit: et circuit terminos cōtra oꝛiētē in
thaanathſilo: ⁊ ꝑtrāſit a toꝛrēte ianohe: deſcēditqꝫ de ia
nohe ī ataroth et naaratha: ⁊ ꝑuenit ī iericho: egrediturqꝫ
ad ioꝛdanē de taphua: ꝑtrāſitqꝫ cōtra mare ī villā arūdi
neti: ſuntqꝫ egreſſus eiꝰ ī mare ſalſiſſimū. Hęc eſt poſſeſ D
ſio tribus filioꝝ effraim ꝑ familias ſuas: vꝛbeſqꝫ ſepara-
tę ſunt filijs effraim in medio poſſeſſiōis filioꝝ manaſſe
⁊ villę eaꝝ. Et nō interfecerūt filij effraim chananeum:
qui habitabat in Gazer: habitauitqꝫ chananęus in me-
dio effraim vſqꝫ in diem hanc tributarius. XVII.

CEcidit aūt ſoꝛs tribui Manaſſe: ipſe enim eſt A
pꝛimogenitus Ioſeph: Machir p̄mogenito
Manaſſe patre galaad: q̄ fuit vir pugnatoꝛ:
habuitqꝫ poſſeſſionē Galaad ⁊ Baſan: ⁊ reli-
quis filioꝝ manaſſe iuxta familias ſuas filijs Abiezer et
filijs helec et filijs aſriel ⁊ filijs Sichem ⁊ filijs hepher: ⁊
filijs Semida. Iſti ſunt filij Manaſſe filij ioſeph mares
per cognatiōes ſuas. Salphahad vero filio Hepher filij num.27.a
Galaad filij Machir filij Manaſſe nō erant filij: ſed ſo-
lę filię: quarū iſta ſunt nomina: Mahala et Noa et He
gla et Melcha et Terſa. Venerūtqꝫ in conſpectu Elea B
zari ſacerdotis ⁊ Ioſue filij Nun et principū: dicentes:
Dñs pꝛęcepit ꝑ manū Moyſi: vt daret̄ nobis poſſeſſio
in medio fratrū noſtroꝝ. Deditqꝫ iuxta imperiū dñi poſ
ſeſſionē ī medio fratrū patris earū: et ceciderūt funiculi
manaſſe decē abſqꝫ terra galaad ⁊ baſan trās Ioꝛdanē.

Filię eṁ manaſſe poſſederūt hereditatē ī medio filioꝝ
eiꝰ. Terra aūt Galaad cecidit in ſoꝛtē filioꝝ manaſſe: ꝗ
reliqui erāt. Fuitqꝫ terminꝰ Manaſſe ab Aſer machma
tha: quę reſpicit Sichē: ⁊ egredit̄ ad dexterā iuxta ha
bitatoꝛes fontis Taphuę. Etenī in ſoꝛte Manaſſe ceci
derat terra Taphuę: quę eſt iuxta terminos manaſſe fi
lioꝝ Ephꝛaim. Deſcēditqꝫ terminꝰ vallis harūdineti ī
meridiē toꝛrētis ciuitatū Ephꝛaim: quę in medio ſunt
C vrbiū Manaſſe. Terminꝰ Manaſſe ab aquilone toꝛrē
tis: ⁊ exitꝰ eiꝰ pgit ad mare: ita vt poſſeſſio ephꝛaim ſit
ab auſtro: ⁊ ab aqlone manaſſe: vt vtrāqꝫ claudat mare:
ꝛ cōiungant̄ ſibi ī tribu aſer ab aqlone: ꝛ ī tribu iſaſchar
ab oꝛiēte. Fuitqꝫ hereditas Manaſſe ī iſaſchar et ī aſer:
Bethſean ⁊ viculi eius: ⁊ Jeblaan cū viculis ſuis: ꝛ habi
tatoꝛes Doꝛ cū oppidis ſuis: habitatoꝛes quoqꝫ endoꝛ
cū viculis ſuis: ſimiliterqꝫ habitatoꝛes Thaanach cū vi
culis ſuis: ⁊ habitatoꝛes mageddo cū viculis ſuis: et ter
tia pars vꝛbis nopheth. Nec potuerūt filij manaſſe has
ciuitates ſubuertere: ſed coepit Chananęꝰ habitare in
terra ſua. Poſtꝗ aūt cōualuerūt filij Jſrael: ſubiecerūt
Chananęos: ꝛ fecerūt ſibi tributarios: nec interfecerūt
eos. Locutiqꝫ ſunt filij ioſeph ad ioſue: ꝛ dixerūt: Qua
re dediſti mihi terrā ī poſſeſſionē ſoꝛtis: ⁊ funiculi vniꝰ:
cū ſint tantę multitudinis: ꝛ benedixerit mihi dn̄s? Ad
D quos Joſue ait: Si populꝰ multus es: aſcēde ī ſyluā: ⁊
ſuccinde ſibi ſpacia ī terra Pherezęi ⁊ Raphaim: ꝗa an
guſta eſt tibi poſſeſſio mōtis Ephꝛaim. Cui reſpōderūt
filij Joſeph: Nō poterimꝰ ad mōtana cōſcendere: cū fer
reis curribꝰ vtant̄ Chananęi: ꝗ habitāt ī terra cāpeſtri:
ī qua ſiti ſunt Bethſean cū viculis ſuis: ⁊ Jezrael mediā
poſſidēs vallē. Dixitqꝫ Joſue ad domū Joſeph ⁊ ephꝛa
im ⁊ manaſſe: Populꝰ multus es: et magnę foꝛtitudi
nis: nō habebis ſoꝛtē vnā: ſed trāſibis ad montē: ⁊ ſucci
des tibi: atqꝫ purgabis ad habitādū ſpacia: ⁊ poteris vl
tra pcedere: cū ſubuerteris Chananęū: quem dicis fer
reos habere currus: ꝛ eſſe foꝛtiſſimū. XVIII.

A Congregatiqꝫ ſunt oīes filij Jſrael in Silo:
ibiqꝫ fixerūt tabernaculum teſtimonij: ⁊ fuit
eis terra ſubiecta. Remāſerant autem filioꝝ
Jſrael ſeptē tribus: quę necdum acceperant
poſſeſſiones ſuas. Ad quos Joſue ait: Vſquequo mar
cetis ignauia: ꝛ non intratis ad poſſidendam terram:
quam dominus deus patrum veſtroꝛum dedit vobis?
Eligite de ſingulis tribubꝰ ternos viros: vt mittā eos:
⁊ pergant: atqꝫ circumeant terram: ꝛ deſcribāt eā iuxta
numerū vniuſcuiuſqꝫ multitudinis: referātqꝫ ad me: qđ
deſcripſerint. Diuidite vobis terrā in ſeptē partes. Ju
das ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga: ⁊ domus Jo
ſeph ab aqlone: mediā inter hos terrā ī ſeptē partes de
ſcribite: ⁊ huc venietis ad me: vt corā dn̄o deo veſtro mit
tam vobis hic ſoꝛtē: quia nō eſt inter vos pars leuitarū:
ſed ſacerdotiū domini eſt eoꝝ hereditas. Gad aūt ꝛ ru
ben: ⁊ dimidia tribus Manaſſe iam acceperant poſſeſ
ſiones ſuas trans Joꝛdanem ad oꝛientalem plagam:
quas dedit eis Moyſes famulus domini. Cumqꝫ ſur
rexiſſent viri: ꝛ pergerent ad deſcribendam terram: pꝛę
B cepit eis Joſue: dicens: Circuite terram: ꝛ deſcribite
eam: ac reuertimini ad me: vt hic coꝛam domino deo ve
ſtro in Silo mittam vobis ſortem. Itaqꝫ perrexerunt:
ꝛ luſtrantes eam in ſeptem partes diuiſerunt: ſcribētes
in volumine. Reuerſiqꝫ ſunt ad Joſue in caſtra Silo.
Qui miſit ſortes corā domino in Silo: diuiſitqꝫ terrā
filijs Jſrael in ſeptem partes. Et aſcendit ſoꝛs pꝛima fi
lioꝛum Beniamin per familias ſuas: vt poſſiderent ter
ram inter filios Juda ꝛ filios Joſeph. Fuitqꝫ terminus
eoꝛum cōtra aquilonem a Joꝛdane: pergēs iuxta latus
Hiericho ſeptētrionalis plage: et inde cōtra occidentē
ad mōtana cōſcendēs: et pueniēs ad ſolitudinē Betha
uen: atqꝫ ptranſiēs iuxta luzā ad meridiē: ipa eſt bethel:
deſcēditqꝫ ī Ataroth Addar in monte: ꝗ eſt ad meridiē
Bethoꝛō īferioꝛis: et inclinat̄ circumiēs cōtra mare ad
meridiē mōtis: ꝗ reſpicit Bethoꝛō cōtra africū. Suntqꝫ
exitus eius in Cariathbaal: quę vocatur Cariathiarim
vrbē filioꝝ Juda. Hęc eſt plaga cōtra mare ad occiden C
tem. A meridie aūt ex parte Cariathiarim egredit̄ ter
minus cōtra mare: ⁊ puenit vſqꝫ ad fontē aquarū Nep
thoa. Deſcēditqꝫ in partē mōtis: ꝗ reſpicit vallē filioꝝ
Ennon: ⁊ eſt cōtra ſeptentrionalē plagā in extrema par
te vallis Raphaim. Deſcēditqꝫ in Gehennon: id eſt val
lis Ennon iuxta latus Jebuſei ad auſtrū: ⁊ peruenit ad
fontem Rogel: trāſiens ad aqlonē: ꝛ egrediēs ad Enſe
mes: id eſt fontē ſolis: ꝛ ptranſit vſqꝫ ad tumulos: ꝗ ſunt
e regiōe aſcēſus Adomim: deſcēditqꝫ Ebenbohen: id eſt
lapidē Bolhen filij Rubē: ꝛ pertrāſit ex latere aqlonis
ad cāpeſtria: deſcēditqꝫ ī planiciē: ⁊ pꝛętergredit̄ cōtra
aquilonē bethagla: ſuntqꝫ exitꝰ eiꝰ contra linguā maris D
ſalſiſſimi ab aquilone in fine Joꝛdanis ad auſtralem pla
gam: qui eſt terminus illius ab oꝛiēte. Hęc eſt poſſeſſio
filioꝝ Beniamin per terminos ſuos in circuitu: ꝛ fa
milias ſuas. Fuerūtqꝫ ciuitates eius Hiericho ⁊ betha
gla ⁊ vallis Caſis Betharaba ⁊ Samaraim et Bethel
⁊ Auim ⁊ Para ⁊ Offoꝛa villa Haimmonai Offni ⁊ ga
bee: ciuitates duodecim ⁊ villę earum. Gabaon et Rha
ma ⁊ Beroth ⁊ Maſpha ⁊ caphaira ⁊ amoſa et Recē:
Jarephel ⁊ Tharela ⁊ Sela: Heleph et Jebus: quę eſt
Hieruſalem: Gabaath ⁊ Cariath: ciuitates quatuoꝛde
cim ⁊ villę earū. Fuerūtqꝫ oēs ciuitates viginti ſex. Hęc
eſt poſſeſſio filioꝝ Beniamin iuxta familias ſuas. XIX

A Et egreſſa eſt ſoꝛs ſecūda filioꝝ Symeon per
cognatiōes ſuas: fuitqꝫ hereditas eoꝝ in me
dio poſſeſſiōis filioꝝ Juda: Berſabee et Sa
bee et Molada ⁊ Haſerſual: Bala: ⁊ Aſem
⁊ Heltholad: Bethul ⁊ hoꝛma: ꝛ Sicelag: ⁊ Bethmar
chaboth ⁊ Haſerſuſa ⁊ Bethlepaboth ꝛ Sarohē: ciui
tates tredecim: ꝛ villę earū. Ahim et Remon et Ether
⁊ Aſan: ciuitates quatuoꝛ: et villę earum: omnes viculi
p circuitū vꝛbiū iſtarū vſqꝫ ad Balaathbeer ramath con
tra auſtralē plagā. Fuerūtqꝫ oēs ciuitates decē ꝛ ſeptē.
Hęc eſt hereditas filioꝝ Symeon iuxta cognatiōes ſu
as in poſſeſſiōe ⁊ funiculo filioꝝ Juda: quia maioꝛ erat:
⁊ idcirco filij Symeon poſſederūt in medio hereditatis
eius. Ceciditqꝫ ſoꝛs tertia filioꝝ Zabulon p cognatio
nes ſuas: ⁊ factꝰ eſt terminꝰ poſſeſſiōis filioꝝ Zabulon
vſqꝫ Sarith. Aſcēditqꝫ de mari ⁊ Mareala: ⁊ peruenit
in Debbaſeth vſqꝫ ad toꝛrentē: ꝗ eſt contra Jocneā: ⁊ re
uertitur de Sarith cōtra oꝛientē in finem Ciſeloth tha
boꝛ: ꝛ egreditur ad Dabereth: aſcēditqꝫ cōtra Japhia:
B et inde pertranſit vſqꝫ ad oꝛientalem plagam Gethefer
⁊ Tachaſin: ⁊ egreditur ī Remon: Amthoar nea: ⁊ cir
cuit ad aquilonē ⁊ nathan. Suntqꝫ egreſſus eius vallis
Jeptahel ⁊ Catath et Naalol et Semron et Jedala et
Bethlehem: ciuitates duodecim: et villę earū. Hęc eſt
hereditas tribus filioꝛum Zabulon per cognationes
ſuas: vꝛbes ꝛ viculi earū. Jſaſchar egreſſa eſt ſoꝛs quar
ta per cognatiōes ſuas. Fuitqꝫ eius hereditas Jezrael
⁊ caſuloth ⁊ Sunē et hapharaim et ſioon et naharath et
Rabith et Ciſion et Abes et rameth et Engannim et
Enhadda et Bethpaſes: et peruenit terminus eiꝰ vſqꝫ
Thaboꝛ et Saaſima et Bethſemes: erantqꝫ exitus eiꝰ
Joꝛdanis: ciuitates ſedecim et villę earū. Hęc eſt poſ
ſeſſio filioꝛum Jſaſchar per cognationes ſuas: vꝛbes et
viculi earum. Ceciditqꝫ ſoꝛs quinta tribui filioꝛū Aſer
per cognationes ſuas. Fuitqꝫ terminus eoꝛum helchath
et Chali et Beten et Axaph et Elammelech et amaad
et Miſeal: et peruenit vſqꝫ ad Carmelum maris et Si
hoꝛ et Labanath: ac reuertitur contra oꝛientem Beth
dagon: et pertranſit vſqꝫ Zabulon et vallem Jephtha
hel contra aquilonem in Bethemech et Neiel: egredi C
turqꝫ ad leuā et cahul et Ebꝛon et Rohob et Ammō et
chana vſqꝫ ad ſydonē magnā: reuertiturqꝫ ī rama vſqꝫ ad

ciuitatē munitiſſimā Tyꝛū: ⁊ vſqꝫ Hoſa: eruntqꝫ exitus
ei⁹ in mare de funiculo Achziba ⁊ Amma ⁊ Afeg ⁊ Ro
hob: ciuitates vigītiduę ⁊ villę eaꝝ. Hęc eſt poſſeſſio fi
lioꝛū Aſer ꝑ cognatiōes ſuas vꝛbeſqꝫ ⁊ viculi earū. Filio-
rū Nephthali ſexta pars cecidit ꝑ familias ſuas. Et coe
pit termin⁹ de Heleph ⁊ Elon Saananim: ⁊ Edami:
quę eſt Neceb ⁊ Jabneel vſqꝫ Lecū: ⁊ egreſſus eoꝝ vſqꝫ
ad Joꝛdanē: reuertiturqꝫ termin⁹ cōtra occidētē ⁊ aza
noth thaboꝛ: atqꝫ inde egredit̄ in hucoca: ⁊ ꝑtrāſit in za
bulon cōtra meridiē: ⁊ ī Aſer cōtra occidentē: ⁊ ī Juda
ad Joꝛdanē cōtra oꝛtū ſolis: ciuitates munitiſſimę aſſi
dim ſer ⁊ ammath ⁊ racath et ceneretb et adama ⁊ ara-
ma ⁊ haſoꝛ ⁊ cedes ⁊ edrai ⁊ enhaſoꝛ ⁊ ieron ⁊ magdelel
hoꝛē ⁊ bethanath ⁊ bethſames ciuitates decē et nouē ⁊
villę eaꝝ. Hęc eſt poſſeſſio trib⁹ filioꝝ nephtali ꝑ cogna
tiones ſuas vꝛbes ⁊ viculi eaꝝ. Tribui filioꝝ dan ꝑ fami
lias ſuas egreſſa eſt ſoꝛs ſeptīa. Et fuit terminus poſſeſ
ſionis ei⁹ ſaraa ⁊ Eſtaol ⁊ irſemes: id eſt: ciuitas ſolis:
Saalabin ⁊ Aialon ⁊ Jethela elon themnatha et acarō
⁊ eltece ⁊ gibthon ⁊ baalath ⁊ iud ⁊ bane barac ⁊ gath-
remmon atqꝫ ierico: ⁊ aracō cū termino ꝙ reſpicit iop
pen: ⁊ in ip̄o fine cōcludit̄. Aſcēderuntqꝫ filij Dan: et pu
gnauerūt cōtra leſem: ceperūtqꝫ eā ⁊ ꝑcuſſerūt eā ī oꝛe
gladij: ⁊ poſſederūt: et habitauerūt in ea: vocātes nomē
ei⁹ leſemdan ex nomine Dan patr̄ ſui. Hęc eſt poſſeſſio
trib⁹ filioꝝ Dan ꝑ cognatiōes ſuas: vꝛbes ⁊ viculi earū.
Cūqꝫ cōpleſſet ſoꝛte diuidere terram ſingulis per trib⁹
ſuas: dederunt filij iſrael poſſeſſionē ioſue filio Nun in
medio ſui iuxta pꝛęceptum domini: vꝛbem quā poſtula-
uit Thānathſaraa in monte Effraim. Et ędificauit ci-
uitatem: habitauitqꝫ in ea. Hę ſunt poſſeſſiones: quas
ſoꝛte diuiſerunt Eleazar ſacerdos: ⁊ ioſue filius Nun: ⁊
pꝛincipes familiarum ac tribuum filioꝛum iſrael in Sy
lo coꝛam domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij: par
titiqꝫ ſunt terram.

XX.

A S Et locutus eſt dominus ad ioſue: dicens: Lo-
quere filijs iſrael: ⁊ dic eis: Separate vꝛbes fu
num.35.a gitiuoꝛū: de quibus locutus ſum ad vos per
deute.19.a manum Moyſi: vt confugiat ad eas: quicūqꝫ
animam percuſſerit neſcius: ⁊ poſſit euadere irā pꝛoxi-
mi: qui vltoꝛ eſt ſanguinis: cum ad vnam harum confu-
gerit ciuitatum: ſtabitqꝫ ante poꝛtā ciuitatis: et loque-
tur ſenioꝛibus vꝛbis illius ea quę ſe compꝛobēt innocen
tem: ſicqꝫ ſuſcipient eū: ⁊ dabunt ei locū ad habitādum.
B Cūqꝫ vltoꝛ ſanguinis eū fuerit perſecut⁹: nō tradent in
manus eius: quia ignoꝛans percuſſit pꝛoximū eius: nec
ante biduū triduūue ei⁹ pꝛobat̄ inimicus. Et habitabit
in ciuitate illa: donec ſtet ante iudiciū cauſam reddēs fa
cti ſui: ⁊ moꝛiatur ſacerdos magnus: qui fuerit ī illo tē
C poꝛe. Tūc reuertetur homicida: ⁊ ingrediet̄ ciuitatē: ⁊
domū ſuā: de qua fugerat. Decreuerūtqꝫ Cedes in Ga
lilęa mōtis Nephthali: ⁊ Sichē ī mōte ephꝛaim: et Ca
riatharbe: ipſa eſt Hebꝛon in mōte iuda: ⁊ trās ioꝛdanē
cōtra oꝛientalē plagā Hiericho: ſtatuerūt Boſoꝛ: quę
ſita eſt ī cāpeſtri ſolitudine de tribu Rubē: ⁊ Ramoth
in Galaad de tribu Gad: ⁊ Galan ī Baſan de tribu ma
D naſſe. Hę ciuitates cōſtitutę ſunt cunctis filijs iſrael: ⁊
aduenis: ꝙ habitabāt īter eos: vt fugeret ad eas: ꝙ aīam
neſcius percuſſiſſet: ⁊ nō moꝛeret̄ in manu pꝛoximi effu
ſum ſanguinē vindicare cupientis: donec ſtaret ante po
pulum expoſiturus cauſam ſuam.

XXI.

A A Cceſſerūtqꝫ pꝛincipes familiarum Leui ad
Eleazarum ſacerdotē: ⁊ ioſue filium Nun: ⁊
ad duces cognationū per ſingulas tribus fi-
lioꝛum iſrael: locutiqꝫ ſunt ad eos ī Silo ter-
rę Chanaan: atqꝫ dixerunt: Dominus pꝛęcepit per ma
num Moyſi: vt darentur nobis vꝛbes ad habitandum:
num.35.a ⁊ ſuburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntqꝫ fi
lij iſrael de poſſeſſionibus ſuis iuxta imperium domini
ciuitates et ſubu[illegible]ana earum. Egreſſaqꝫ eſt ſoꝛs in fa-
milia Caath filioꝝ Aaron ſacerdotis de tribu Juda et
Symeon ⁊ Beniamin: ciuitates tredecim: ⁊ reliquis fi
lioꝛum Caath: id eſt: Leuitis ꝙ ſupꝑfuerāt de tribubus
Ephꝛaim ⁊ Dan: ⁊ dimidię trib⁹ manaſſe ciuitates de-
cē. Poꝛro filijs Gerſon egreſſa eſt ſoꝛs: vt acciperēt de
tribub⁹ Jſaſchar ⁊ Aſer ⁊ Nephthali: dimidiaqꝫ tribu
Manaſſe in Baſan ciuitates numero tredecim. Et fi- 1.para.6 c
lijs merari ꝑ cognatiōes ſuas de tribub⁹ rubē ⁊ Gad et
Zabulon vꝛbes duodecim. Dederūtqꝫ filij Jſrael Leui B
tis ciuitates ⁊ ſuburbana earū: ſicut pꝛęcepit dn̄s ꝑ ma
nū Moyſi ſingulis ſoꝛte tribuentes. De tribub⁹ filioꝛū
Juda ⁊ Symeon dedit Joſue ciuitates: quaꝝ iſta ſunt
noīa filijs Aaron ꝑ familias Caath Leuitici gn̄is. Pꝛi
ma eīm ſoꝛs illis egreſſa eſt Cariatharbe patris Enach:
quę vocat̄ Hebꝛō ī mōte Juda ⁊ ſuburbana ei⁹ ꝑ circui
tū. Agros vō ⁊ villas ei⁹ dederat Caleb filio Jephone
ad poſſidēdū. Dedit ergo filijs Aarō ſacerdotis Hebꝛō
cōfugij ciuitatē ac ſuburbana ei⁹: ⁊ Lobnam cū ſubur-
banis ſuis: ⁊ Jathir: ⁊ eſtimoa ⁊ Holon ⁊ Dabir ⁊ Ain
⁊ Juthan ⁊ bethſames cū ſuburbanis ſuis: ciuitates no
nem de tribubus: vt dictū eſt de duab⁹. De tribu autem
filioꝛū Beniamin: Gabaon ⁊ Gaba ⁊ Anathot ⁊ Almō C
cum ſuburbanis ſuis ciuitates quatuoꝛ. Omnes ſimul
ciuitates filioꝝ Aaron ſacerdotis tredecim cū ſuburba
nis ſuis. Reliquis vero per familias filioꝝ Caath Le-
uitici generis hęc eſt data poſſeſſio. De tribu Ephꝛaim
vꝛbes cōfugij Sichē cū ſuburbanis ſuis in mōte Ephꝛa
im ⁊ Gazer ⁊ Capſaim ⁊ Bethhoꝛō cū ſuburbanis ſuis
ciuitates quatuoꝛ. De tribu qꝫ Dan Heltheco ⁊ gib-
thon ⁊ Haialon ⁊ gathꝛemmon cū ſuburbanis ſuis ciui
tates quatuoꝛ. Poꝛro de dimidia tribu Manaſſe Ta-
nach ⁊ gathꝛēmon cum ſuburbanis ſuis ciuitates duę.
Oēs ciuitates decē: ⁊ ſuburbana eaꝝ datę ſunt filijs ca-
ath inferioꝛis gradus. Filijs qꝫ Gerſon Leuitici gn̄is
dedit de dimidia tribu manaſſe cōfugij ciuitates: Gau-
lon ī Baſan: ⁊ Boeſtra cū ſuburbanis ſuis ciuitates du
as. Poꝛro de tribu Jſaſchar: Ciſion ⁊ Daberath ⁊ ia-
ramoth ⁊ Engānim cū ſuburbanis ſuis ciuitates q̄tu-
oꝛ. De tribu aūt Aſer Miſeal ⁊ Abdon ⁊ eleath ⁊ roob
cū ſuburbanis ſuis ciuitates quatuoꝛ. De tribu quoqꝫ
Nephthali ciuitates cōfugij Cedes ī Galilęa: ⁊ hāmo
thoꝛ ⁊ carthari cū ſuburbanis ſuis ciuitates tres. Oēs
vꝛbes familiaꝝ Gerſon tredecim cū ſuburbanis ſuis. Fi
lijs aūt merari leuitis īferioꝛis gradus ꝑ familias ſuas
data eſt de tribu Zabulō: Jecnal ⁊ Cartha ⁊ Damna et
Nahaol ciuitates q̄tuoꝛ cū ſuburbanis ſuis. De tribu D
gad ciuitates cōfugij: ramoth ī galaad ⁊ manaim et he
ſebon ⁊ Jazer ciuitates q̄tuoꝛ cū ſuburbanis ſuis.* De He. de tri-
tribu rubē vltra Joꝛdanē cōtra Hiericho ciuitates re- bu ruben
fugij: Boſoꝛ in ſolitudine: miſoꝛ ⁊ iazer ⁊ iethſon ⁊ maſ bezer et ia
pha: ciuitates q̄tuoꝛ cum ſuburbanis ſuis. Oēs vꝛbes fi haſa et ca-
lioꝛum merari ꝑ familias ⁊ cognatiōes ſuas duodecim. demoth et
Jtaqꝫ ciuitates vniuerſę Leuitarū ī medio poſſeſſiōis mephaath
filioꝝ iſrael fuerūt q̄draginta octo cū ſuburbanis ſuis: cū ſubur-
ſingulę per familias diſtributę. Deditqꝫ dn̄s de⁹ iſraeli banis ſuis
oēm terrā: quā traditurꝫ ſe patrib⁹ eoꝝ iurauerat: ⁊ poſ ciuitates
ſederūt illā: atqꝫ habitauerūt in ea. Dataqꝫ eſt ab eo pax quatuoꝛ.
in oēs per circuitū nationes: nulluſqꝫ eis hoſtiū reſiſtere
auſus eſt: ſed cuncti in eoꝝ ditionē redacti ſunt. Ne vnū
quidē verbū: quod illis pꝛęſtaturū ſe eſſe pꝛomiſerat: ir-
ritum fuit: ſed rebus expleta ſunt oīa.

XXII.

A E Odem tempoꝛe vocauit Joſue Rubenitas:
num.32.e et Gadditas: et dimidiam tribū Manaſſe:
dixitqꝫ ad eos: Feciſtis omnia quę pꝛęcepit
vobis Moyſes famulus domini: mihi quoqꝫ
in omnibus obediſtis: nec reliquiſtis fratres veſtros lon
go tēpoꝛe: vſqꝫ in pꝛęſentem diem: cuſtodiētes imperiū
domini dei veſtri. Quia igit̄ dedit dn̄s deus veſter fratri
bus veſtris quietē ⁊ pacē: ſicut pollicitus eſt: reuertimi
ni: ⁊ ite in tabernacula veſtra: et in terram poſſeſſionis:

quã tradidit vobis Moyſes famulus domini trãs Ioꝛ
danem: ita duntaxat: vt cuſtodiatis attente: ⁊ opere cõ
pleatis mandatum ⁊ legem: quã pꝛecepit vobis Moy
ſes famulus domini: vt diligatis dominum deũ veſtrũ:
et ambuletis in omnibus vijs eius: et obſeruetis man
data illius: adhereatiſqꝫ ei: ac ſeruiatis in omni coꝛde:
et in omni anima veſtra. Benedixitqꝫ eis Joſue: et di
miſit eos. Qui reuerſi ſunt in tabernacula ſua. Dimi
B diẽ autem tribui Manaſſe poſſeſſionem Moyſes de
derat in Baſan: et idcirco medie que ſuperfuit: dedit
Joſue ſoꝛtem inter ceteros fratres ſuos trans Ioꝛda
nem ad occidentalẽ eius plagã. Cumqꝫ dimitteret eos
in tabernacula ſua: et benedixiſſet eis: dixit ad eos: In
multa ſubſtantia atqꝫ diuitijs reuertimini ad ſedes ve
ſtras cum argẽto ⁊ auro: ere ac ferro: ⁊ veſte multiplici.
Diuidite pꝛedã hoſtiũ cũ fratribus veſtris. Reuerſiqꝫ
ſunt: ⁊ abierũt filij Ruben: ⁊ filij Gad: et dimidia tribꝰ
Manaſſe a filijs Iſrael de Silo: que ſita eſt ĩ chanaan:
vt intrarent Galaad terrã poſſeſſionis ſue: quam obti
nuerãt iuxta imperium domini in manu Moyſi. Cũqꝫ
veniſſent ad tumulos Ioꝛdanis in terrã Chanaan: edi
ficauerũt iuxta Ioꝛdanẽ altare infinite magnitudinis.
C Quod cũ audiſſent filij Iſrael: ⁊ ad eos certi nuncij de
tuliſſent edificaſſe filios Ruben: ⁊ Gad: ⁊ dimidie tri
bus Manaſſe altare ĩ terra Chanaan: ſuper Ioꝛdanis
tumulos contra filios Iſrael: cõuenerunt oẽs in Silo:
vt aſcẽderent: ⁊ dimicarẽt cõtra eos. Et interim miſe
rũt ad illos in terrã Galaad Phinees filiũ Eleazari ſa
cerdotis: ⁊ decẽ pꝛincipes cũ eo: ſingulos de ſingulis tri
bubus. Qui venerũt ad filios Rubẽ: ⁊ Gad: ⁊ dimidie
tribus Manaſſe in terram Galaad: dixerũtqꝫ ad eos:
D Hec mandat omnis populus domini: Que eſt iſta trãſ
greſſio? Cur reliquiſtis dominum deũ Iſrael: edifican
Num.25.a tes altare ſacrilegum: ⁊ a cultu illius recedẽtes? An pa
rum vobis eſt: ꝙ peccaſtis in Beelphegoꝛ: ⁊ vſqꝫ in pꝛe
ſentem diem macula huius ſceleris in vobis permanet:
multiqꝫ de populo coꝛruerunt: et vos hodie reliquiſtis
dominum: et cras in vniuerſum Iſrael ira eiꝰ deſeuiet?
Quod ſi putatis immundã eſſe terrã poſſeſſiõis veſtre:
Supra.7.a tranſite ad terrã: in qua tabernaculum domini eſt: ⁊ ha
bitate inter nos: tantũ vt a domino: ⁊ a noſtro conſoꝛtio
non recedatis: edificato altari pꝛeter altare domini dei
veſtri. Nõne Achan filius Zare pꝛeterijt mãdatũ dñi:
⁊ ſuper omnem populum Iſrael ira eius incubuit? Et
ille erat vnus homo: atqꝫ vtinã ſolus perijſſet in ſcelere
E ſuo. Reſponderũtqꝫ filij Ruben: ⁊ Gad: ⁊ dimidie tri
bus Manaſſe pꝛincipibus legatiõis Iſrael: Foꝛtiſſimꝰ
dñs deus Iſrael ipſe nouit: et Iſrael ſimul intelliget: ſi
pꝛeuaricatiõis aĩo hoc altare conſtruximus: non cuſto
diat nos: ſed puniat nos ĩ pꝛeſenti. Et ſi ea mẽte fecimꝰ
vt holocauſta: ⁊ ſacrificiũ: ⁊ pacificas victimas ſuper eo
imponeremus: ipſe querat ⁊ iudicet: ⁊ non ea magis co
gitatione atqꝫ tractatu: vt diceremus: Cras dicent filij
veſtri filijs noſtris: Quid vobis et domino deo Iſrael?
Terminum poſuit dñs inter nos ⁊ vos o filij Ruben: ⁊
filij Gad Ioꝛdanem fluuiũ: ⁊ idcirco partem non habe
tis in domino: ⁊ per hanc occaſionem auertẽt filij veſtri
filios noſtros a timoꝛe domini. Putauimꝰ itaqꝫ meliꝰ:
F ⁊ diximus: Extruamus nobis altare: nõ in holocauſta:
neqꝫ ad victimas offerẽdas: ſed in teſtimoniũ inter nos
et vos: et ſobolẽ noſtrã veſtrãqꝫ pꝛogeniẽ: vt ſeruiamus
domino: ⁊ iuris noſtri ſit: offerre holocauſta: ⁊ victimas
⁊ pacificas hoſtias: ⁊ nequaꝙ dicãt cras filij veſtri filijs
noſtris: Non eſt vobis pars in domino. Quod ſi volue
rint dicere: reſpondebunt eis: Ecce altare domini quod
fecerũt patres noſtri: nõ ĩ holocauſta: neqꝫ in ſacrificiũ:
ſed ĩ teſtimonium noſtrũ ac veſtrum. Abſit a nobis hoc
ſcelus: vt recedamus a dño: ⁊ eius veſtigia relinquamꝰ:
extructo altari ad holocauſta: ⁊ ſacrificia: ⁊ victimas of
ferẽdas: pꝛeter altare domini dei noſtri: quod extructũ

eſt ante tabernaculũ eiꝰ. Quibus auditis: Phinees ſa G
cerdos: ⁊ pꝛincipes legatiõis Iſrael: qui erãt cũ eo: pla
cati ſunt: ⁊ verba filioꝝ Ruben: ⁊ Gad: ⁊ dimidie tribꝰ
Manaſſe: libẽtiſſime ſuſceperũt. Dixitqꝫ Phinees filiꝰ
Eleazari ſacerdos ad eos: Nũc ſcimꝰ: ꝙ nobiſcũ ſit do
minus: quoniã alieni eſtis a pꝛeuaricatione hac: ⁊ libera
ſtis filios Iſrael de manu dñi. Reuerſuſqꝫ eſt cũ pꝛinci
pibus a filijs Rubẽ ⁊ Gad: de terra Galaad: finiũ Cha
naan ad filios iſrael: ⁊ retulit eis. Placuitqꝫ ſermo cũ
ctis audiẽtibꝰ. Et laudauerũt deũ filij iſrael: et nequaꝙ
vltra dixerũt: vt aſcẽderẽt cõtra eos: atqꝫ pugnarent: ⁊
delerent terram poſſeſſionis eoꝛum. Vocaueruntqꝫ fi
lij Ruben: ⁊ filij Gad: altare quod extruxerant: teſtimo
nium noſtrum: quod dominus ipſe ſit deus. XXIII.
EVoluto autem multo tempoꝛe: poſtꝙ pacem A
dederat dominus Iſraeli: ſubiectis in gy
ro nationibus vniuerſis: ⁊ Joſue iam longe
uo: et perſenilis etatis. Poſtꝙ diuiſerat ter
ram filijs Iſrael ſecundum quod dominus imperaue
rat: vocauit Joſue omnem Iſraelem: maioꝛeſqꝫ natu:
et pꝛĩcipes: ac duces: ac magiſtros: dixitqꝫ ad eos: Ego
ſenui: et pꝛogreſſioꝛis etatis ſum: voſqꝫ cernitis omnia
que fecerit dominus deus veſter cunctis per circuitũ na
tionibus: quomodo pꝛo vobis ipſe pugnauerit. Et nũc
quia vobis ſoꝛte diuiſit oẽm terrã: ab oꝛiẽtali parte Ioꝛ
danis vſqꝫ ad mare magnũ: multeqꝫ adhuc ſupſunt na
tiones: dominus deus veſter diſperdet eas: et auferet a
facie veſtra: ⁊ poſſidebitis terrã: ſicut vobis pollicitꝰ eſt.
Tantũ cõfoꝛtamini: ⁊ eſtote ſoliciti: vt cuſtodiatis cun B
cta que ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi: ⁊ nõ de
clinetis ab eis: neqꝫ ad dexterã: neqꝫ ad ſiniſtrã: ne poſtꝙ
intraueritis ad gẽtes: que ĩter vos future ſunt: iuretis
in nomine deoꝝ earum: ⁊ ſeruiatis eis: ⁊ adoꝛetis illos:
ſed adhereatis domino deo veſtro: quod feciſtis vſqꝫ in
diem hanc: ⁊ tũc auferet dominus deus in conſpectu ve C
ſtro gentes magnas ⁊ robuſtiſſimas: ⁊ nullus vobis re
ſiſtere poterit. Vnus e vobis perſequetur hoſtium mil
le viros: quia dominꝰ deus veſter pꝛo vobis ipſe pugna
bit: ſicut pollicitus eſt: hoc tantum diligentiſſime pꝛe
cauete: vt diligatis dominum deum veſtrum. Quod ſi
volueritis gentiũ harũ: que inter vos habitãt erroꝛibus
adherere: ⁊ cum eis miſcere cõnubia: atqꝫ amicitias co
pulare: iam nunc ſcitote: ꝙ dominus deus veſter nõ eas
deleat ante faciẽ veſtram: ſed erunt vobis in foueam: ac
laqueum: ⁊ offendiculum ex latere veſtro: ⁊ ſudes in ocu
lis veſtris: donec vos auferat: atqꝫ diſperdat de terra hac
optima: quam tradidit vobis. En ego hodie ingrediar D
viã vniuerſe terre: ⁊ toto animo cognoſcetis: ꝙ de omni
bus verbis: que ſe dominus pꝛeſtiturum vobis eſſe pol
licitus eſt: vnũ nõ pꝛeterierit incaſſum. Sicut ergo im 3.reg.2.a.
pleuit opere: qđ pmiſit: ⁊ pſpera cuncta venerũt: ſic ad
ducet ſup vos: quicqđ maloꝝ cõminatus eſt: donec vos
auferat atqꝫ diſperdat de terra hac optima: quam tradi
dit vobis: eo ꝙ pꝛeterieritis pactũ domini dei veſtri: qđ
pepigit vobiſcũ: ⁊ ſeruieritis dijs alienis: et adoꝛaueritis
eos. Cito atqꝫ velociter cõſurget ĩ vos furoꝛ dñi: ⁊ aufe
remini ab hac terra optĩa: quã tradidit vobis. XXIIII.
COngregauitqꝫ Joſue omnes tribꝰ Iſrael in A
Sichẽ: ⁊ vocauit maioꝛes natu: ac pꝛincipes
⁊ iudices: ⁊ magiſtros: ſteterũtqꝫ in cõſpectu
domini: et ad populum ſic locutus eſt: Hec
dicit dominus deus Iſrael: Trans fluuium habitaue Gen.11.a.
rũt patres veſtri ab initio: Thare pater Abꝛaam ⁊ Na
choꝛ: ſeruieruntqꝫ dijs alienis. Tuli ergo patrẽ veſtrũ Gen.21.b Gen.25.c
Abꝛaã de Meſopotamie finibꝰ: et adduxi eũ ĩ terrã cha
naan: multiplicauiqꝫ ſemen eiꝰ: ⁊ dedi ei iſaac: illiqꝫ rur
ſum dedi Jacob ⁊ Eſau. E qbꝰ Eſau dedi mõtẽ ſeir ad
poſſidẽdũ: Jacob vo ⁊ filij eiꝰ deſcẽderũt in Aegyptũ.
Miſiqꝫ moyſen ⁊ aaron: et pcuſſi egyptũ multis ſignis Exo.14.b.
atqꝫ poꝛtẽtis: eduxiqꝫ vos ⁊ patres veſtros de egypto:

B ⁊ veniſtis ad mare: perſecutiq; ſunt Aegyptij patres ve-
ſtros cū curribꝰ ⁊ eq̄tatu: vſq; ad mare rubꝛū. Clamaue-
rūt aūt ad dn̄m filij Jſrael: ꝗ poſuit tenebꝛas īter vos ⁊
Aegyptios: ⁊ adduxit ſup eos mare: ⁊ operuit eos. Vi-
derūt oculi veſtri cūcta que in Aegypto fecerim: ⁊ habi-
num. 22. a taſtis in ſolitudine multo tēpoꝛe: ⁊ ītroduxi vos ī terrā
Amoꝛrei: ꝗ habitabat trās Joꝛdanē. Cūq; pugnarent
cōtra vos: tradidi eos in manꝰ veſtras: et poſſediſtis ter-
rā eoꝝ: atq; īterfeciſtis eos. Surrexit aūt Balach filiꝰ
Sephoꝛ rex Moab: ⁊ pugnauit cōtra Jſraelem. Mi-
C ſitq; ⁊ vocauit Balaā filiū Beoꝛ: vt malediceret vobis:
⁊ ego nolui audire eū: ſed ecōtrario p illū bn̄dixi vobis:
⁊ liberaui vos de manu eius. Trāſiſtiſq; Joꝛdanē: ⁊ ve-
niſtis ad Hiericho: pugnauerūtq; cōtra vos viri ciuita-
tis eiꝰ: Amoꝛreus ⁊ Pherezeꝰ ⁊ Chananeus ⁊ Etheꝰ
⁊ Gergeſeus et Eueus et Jebuſeus: et tradidi illos in
infra eodē manus veſtras. Miſiq; ante vos ſcabꝛones: et eieci eos
1. reg. 7. a. de locis ſuis duos reges Amoꝛreoꝝ: nō in gladio ⁊ in ar-
thob. 14. c cu tuo: dediq; vobis terrā in qua nō laboꝛaſtis: et vꝛbes
quas nō edificaſtis: vt habitaretis ī eis: vineas ⁊ olineta
que nō plātaſtis. Nūc ergo timete dominū: et ſeruite ei
perfecto coꝛde atq; veriſſimo: ⁊ auferte deos: quibꝰ ſer-
uierūt patres veſtri in Meſopotamia ⁊ in Aegypto: ac
D ſeruite dn̄o. Sin aūt malū vobꝭ videt̄: vt dn̄o ſeruiatis:
optio vobis dat̄. Eligite hodie qd̄ placet: cui ſeruire po-
tiſſimū debeatis: vtrū dijs quibꝰ ſeruierūt patres veſtri
in Meſopotamia: an dijs Amoꝛreoꝝ: in quoꝝ terra ha-
bitatis. Ego aūt ⁊ domꝰ mea ſeruiemus dn̄o. Reſpon-
ditq; populꝰ: ⁊ ait: Abſit a nobis: vt relinquamus dn̄m:
⁊ ſeruiamus dijs alienis. Dominus deus noſter ipē edu-
xit nos ⁊ patres nr̄os de terra Aegypti ⁊ de domo ſerui-
tutis: fecitq; vidētibꝰ nobis ſigna ingētia: et cuſtodiuit
nos in om̄i via per quā ambulauimus: et in cūctis popu-
lis per quos trāſiuimꝰ: et eiecit vniuerſas gētes Amoꝛ-
reoꝝ habitatoꝛē terre a facie noſtra. Seruiemus igit̄
domino: qꝛ ipē eſt deꝰ noſter. Dixitq; Joſue ad populū:
E Nō poteritis ſeruire dn̄o: deꝰ em̄ ſanctꝰ et foꝛtis emula-
toꝛ eſt: nec ignoſcet ſceleribꝰ veſtris atq; peccatis. Si di-
miſeritis dn̄m: ⁊ ſeruieritis dijs alienis: cōuertet ſe ⁊ af-
fliget vos atq; ſubuertet: poſtq̄ vobis preſtiterit bona.
Dixitq; populꝰ ad Joſue: Nequaq̄ ita vt loqueris erit:
ſup. eodē. ſed dn̄o ſeruiemus. Et Joſue ad populū: Teſtes: iquit:
vos eſtis: quia ipſi elegeritis vobis dn̄m: vt ſeruiatis ei.
Reſpōderuntq;: Teſtes. Nunc ergo: ait: auferte deos
alienos de medio veſtri: et īclinate coꝛda veſtra ad dn̄m
deū Jſrael. Dixitq; populꝰ ad Joſue: Dn̄o deo noſtro
F ſeruiemus: ⁊ obedientes erimus pꝛeceptis eius. Per-
cuſſit ergo Joſue in die illo foedus: ⁊ pꝛopoſuit populo
pꝛecepta atq; iudicia in Sichem. Scripſit quoq; om̄ia
verba hec in volumine legis domini: ⁊ tulit lapidē per-
grandem: poſuitq; eum ſubter quercū: que erat in ſan-
ctuario domini: ⁊ dixit ad oēm populum: En lapis iſte
erit vobis in teſtimoniū: ꝙ audieritis oīa verba domini:
que locutꝰ eſt vobis: ne foꝛte poſtea negare velitis: ⁊ mē-
G tiri domino deo veſtro. Dimiſitq; populum ſingulos in
poſſeſſionē ſuam. Et poſt hec moꝛtuus eſt Joſue filius
Nun ſeruus domini: centum ⁊ decem annoꝛum: ſepelie-
runtq; eū in finibus poſſeſſionis ſue in Thamnathſare:
que eſt ſita in mōte Ephꝛaim: a ſeptētrionali parte mō-
tis Gaas. Seruiuitq; Jſrael domino cūctis diebꝰ Jo-
Exo. 13. d. ſue ⁊ ſenioꝛū: ꝗ lōgo vixerāt tēpoꝛe poſt Joſue: ⁊ qui no-
uerant om̄ia opera domini: que fecerat in Jſrael. Oſſa
quoq; Joſeph: que tulerant filij Jſrael de Aegypto: ſe-
pelierunt in Sichē in parte agri: quē emerat Jacob a fi-
lijs Emoꝛ patris Sichem centū nouellis ouibus: ⁊ fuit
in poſſeſſionē filioꝛū Joſeph. Eleazar quoq; filiꝰ Aaron
moꝛtuꝰ eſt: ⁊ ſepelierūt eū ī Gabaath Phinees filij eiꝰ:
que data eſt ei in monte Ephꝛaim.

¶ Finis.

¶ Liber Judicum: Hebꝛaice Sophtim. Caput I.

P Oſt moꝛtem Joſue con- A
ſuluerunt filij Jſrael dominum: dicētes:
Quis aſcēdet ante nos cōtra Chananeū:
⁊ erit dux belli? Dixitq; dominus: Judas
aſcendet: ecce tradidi terrā in manu eius.
Et ait Judas Symeoni fratri ſuo: Aſcēde mecū in ſoꝛ-
tem meā: et pugna contra Chananeum: vt ⁊ ego pergā
tecum in ſoꝛtem tuam. Et abijt cum eo Symeon. Aſcē-
ditq; Judas: ⁊ tradidit dominus Chananeū: ac Phe-
rezeum in manus eoꝛum: ⁊ percuſſerunt in Bezech de-
cem milia viroꝛum. Jnueneruntq; Adonibezech in Be-
zech: ⁊ pugnauerunt contra eū: ac percuſſerunt Chana-
neum ⁊ Pherezeū. Fugit autem Adonibezech: quem B
perſecuti compꝛehenderunt: ceſis ſummitatibus ma-
nuum eius ac pedum. Dixitq; Adonibezech: Septua-
ginta reges amputatis manuum ac pedum ſummitati-
bus: colligebant ſub mēſa mea ciboꝛum reliquias: ſicut
feci: ita reddidit mihi dominus. Adduxeruntq; eum in
Hieruſalem: ⁊ ibi moꝛtuus eſt. Oppugnantes ergo fi-
lij Juda Hieruſalem: ceperunt eam: et percuſſerunt in
oꝛe gladij: tradentes cunctam incendio ciuitatem. Et
poſtea deſcendentes pugnauerunt cōtra Chananeum:
qui habitabat in montanis: et ad meridiem in campe-
ſtribus. Pergenſq; Judas contra Chananeum: qui
habitabat in Hebꝛon: cuius nomen fuit antiquitus Ca-
riatharbe: percuſſit Seſai: ⁊ Haiman: ⁊ Thalmai: atq;
inde profectus abijt ad habitatoꝛes Dabir: cuius nomē
vetus erat Cariathſepher: id eſt ciuitas literarum. Di- C
xitq; Caleb: Qui percuſſerit Cariathſepher: et vaſta-
uerit eam: dabo ei Axam filiam meam vxoꝛem. Cumq; 1. para. 2. f
cepiſſet eā Othoniel filius Cenez frater Caleb minoꝛ:
dedit ei Axam filiam ſuam coniugem. Quam pergen-
tē ī itinere monuit vir ſuus: vt peteret a patre ſuo agrū.
Que cū ſuſpiraſſet ſedēs in aſino: dixit ei Caleb: Quid
habes? At illa reſpondit: Da mihi benedictionem: quia
terram arentem dediſti mihi: da ⁊ irriguam aquis. De-
dit ergo ei Caleb irriguum ſuperius: et irriguum infe-
rius. Filij autem Cinei cognati Moyſi aſcenderunt de
ciuitate palmarū: cū filijs Juda in deſertū ſoꝛtis eius:
quod eſt ad meridiem Arath: ⁊ habitauerūt cū eo. Abijt D
autem Judas cum Symeone fratre ſuo: et percuſſerūt
ſimul Chananeum: qui habitabat in Sephat: et inter-
fecerunt eum. Vocatumq; eſt nomen vꝛbis Hoꝛma:
id eſt anathema. Cepitq; Judas Gazan cum finibus Ioſue. 15. b
ſuis: et Aſcalonem: atq; Accaron cum terminis ſuis.
Fuitq; dominus cum Juda: et montana poſſedit: nec
potuit delere habitatoꝛes vallis: quia falcatis curri-
bus abundabant: dederuntq; Caleb Hebꝛon: ſicut di- Ioſue. 15. g
xerat Moyſes: qui deleuit ex ea tres filios Enach.
Hiebuſeum autem habitatoꝛem Hieruſalem non dele-
uerunt filij Beniamin: habitauitq; Hiebuſeus cum fi- E
lijs Beniamin in Hieruſalem vſq; in pꝛeſentem diem.
Domus quoq; Joſeph aſcēdit in Bethel: fuitq; domi-
nus cum eis. Nam cum obſiderent vꝛbem: que pꝛius
Luza vocabatur: viderunt hominem egredientem de ci-
uitate: dixeruntq; ad eum: Oſtende nobis introitum ci- F
uitatis: et faciemus tecum miſericoꝛdiam. Qui cum
oſtendiſſet eis: percuſſerunt vꝛbem in oꝛe gladij: homi-
nem autem illum ⁊ omnem cognationem eius dimiſe- heb. ethe-
runt. Qui dimiſſus abijt in terram * Ethim: et edifica- rum.
uit ibi ciuitatem: vocauitq; eam Luzam: que ita appel-
latur vſq; in pꝛeſentē diem. Manaſſes quoq; non dele-
uit Bethſean: ⁊ Taanath cum viculis ſuis: ⁊ habitato-
res Doꝛ: ⁊ Jeblaā: ⁊ mageddo cū viculis ſuis: coepitq;

Chananeus habitare cum eis. Poſtꝙ autem conforta
tus eſt Iſrael: fecit eos tributarios: et delere noluit. E-
phraim etiam nō interfecit Chananeum: qui habitabat
in Gazer: ſed habitauit cum eo. Zabulon non deleuit ha
bitatores Cetron: ⁊ Nahalolol: ſed habitauit Chana-
neus in medio eius: factuſqꝫ eſt ei tributarius. Azer quoqꝫ
nō deleuit habitatores Acho: ⁊ Sidonis: Ahalab: et A-
chazib: ⁊ Halba: ⁊ Aphech: ⁊ Roob: habitauitqꝫ in me-
dio Chananei habitatoris illiꝰ terre: nec interfecit eū.
B Nephthali quoqꝫ nō deleuit habitatores Bethſemes:
⁊ Bethanat: ⁊ habitauit inter chananeū habitatorē ter
re: fueruntqꝫ ei Bethſemite: et Bethanite tributarij.
Artauitqꝫ Amorreus filios Dan in mōte: nec dedit eis
locum: vt ad planiora deſcenderēt: habitauitqꝫ in mōte
Phares: quod interpretatur teſtatio in Hailon: ⁊ Sa
labim. Et aggrauata eſt manꝰ domus Joſeph: factuſqꝫ
eſt ei tributarius. Fuit aūt terminus Amorrei ab aſcēſu
ſcorpionis: petra: ⁊ ſuperiora loca. II.

AScenditqꝫ angelus domini de Galgalis ad
A locum flentiū: ⁊ ait: Eduxi vos de Aegypto: ⁊
introduxi in terrā: pro qua iuraui patribus
veſtris: ⁊ pollicitus ſum: vt nō facerem irritū
pactum meū vobiſcum in ſempiternum: ita dūtaxat: vt
non feriretis foedus cum habitatoribus terre huius: et
aras eorum ſubuerteretis: ⁊ noluiſtis audire vocē meā.
Cur hoc feciſtis? Quamobrem nolui delere eos a facie
veſtra: vt habeatis hoſtes: ⁊ dij eorum ſint vobis in rui-
ioſue.7.b. nam. Cumqꝫ loqueretur angelus domini hec verba ad
omnes filios Iſrael: eleuauerūt vocem ſuā: ⁊ fleuerunt.
Et vocatum eſt nomen loci illius: locus flētium: ſiue la
chrymarum: immolaueruntqꝫ ibi hoſtias domino. Dimi
ſit ergo Joſue populū: et abierūt filij Iſrael vnuſquiſqꝫ
in poſſeſſionem ſuam: vt obtinerent eam: ſeruieruntqꝫ
domino cunctis diebus eius: ⁊ ſeniorū: qui longo poſt eū
vixerunt tempore: ⁊ nouerant omnia opera dñi magna:
que fecerat cum Iſrael. Mortuus eſt aūt Joſue filius
Nun: famulus domini centum ⁊ decem annorum: ⁊ ſe-
pelierunt eum in finibus poſſeſſionis ſue in Thamnath
ſare in mōte Ephraim: a ſeptentrionali plaga montis
B Gaas. Omniſqꝫ illa generatio congregata eſt ad patres
ſuos: ⁊ ſurrexerūt alij: qui nō nouerūt dominum: et ope
ra que fecerat cum Iſrael. Fecerūtqꝫ filij Iſrael malum
in conſpectu domini: et ſeruierūt Baalim: ac dimiſerūt
dominum deū patrū ſuorum: qui eduxerat eos de terra
Aegypti: ⁊ ſecuti ſunt deos alienos: deos quoqꝫ populo
rum: qui habitabant in circuitu eorum: et adorauerunt
eos: ⁊ ad iracundiam concitauerunt dominum: dimit-
C tentes eū: ⁊ ſeruientes Baal: ⁊ Aſtaroth. Iratuſqꝫ dñs
contra Iſrael: tradidit eos in manus diripientium: qui
ceperūt eos: ⁊ vendiderunt hoſtibus: qui habitabāt per
gyrum: nec potuerūt reſiſtere aduerſarijs ſuis: ſed quo-
cunqꝫ pergere voluiſſent: manꝰ domini ſuper eos erat:
ſicut locutꝰ eſt: ⁊ iurauit eis: ⁊ vehementer afflicti ſunt.
Suſcitauitqꝫ dominus iudices: qui liberarēt eos de va
ſtantium manibus: ſed nec eos audire voluerunt: forni-
cantes cum dijs alienis: et adorantes eos. Cito deſerue
runt viam per quā ingreſſi fuerant patres eorum: ⁊ au-
D dientes mādata domini omnia fecere contraria. Cūqꝫ
dominus iudices ſuſcitaret: in diebus eorū flectebatur
miſericordia: ⁊ audiebat afflictorū gemitus: ⁊ liberabat
eos de cede vaſtantiū. Poſtꝙ autem mortuus eſſet iu-
dex: reuertebantur: ⁊ multo faciebant maiora: ꝙ fecerāt
patres eorum: ſequentes deos alienos: ſeruienteſqꝫ eis:
⁊ adorātes illos. Non dimiſerunt adinuentiones ſuas:
⁊ viam duriſſimā: per quā ambulare conſueuerant. Ira
tuſqꝫ eſt furor domini in Iſrael: ⁊ ait: Quia irritum fe-
cit gens iſta pactum meum: quod pepigeram cum pa-
tribus eorum: ⁊ vocem meam audire contempſit: ⁊ ego
nō delebo gētes quas dimiſit ioſue: ⁊ mortuus eſt: vt in
ipſis experiar Iſrael: vtrū cuſtodiāt viam domini: ⁊ am
bulent in ea: ſicut cuſtodierunt patres eorum: an non.
Dimiſit ergo dominus omnes nationes has: ⁊ cito ſub-
uertere noluit: nec tradidit in manus Joſue. III.

HAe ſunt gentes quas dominus dereliquit: vt A
erudiret in eis Iſraelem: ⁊ omnes qui nō no
uerant bella Chananeorū: ⁊ poſtea diſcerēt fi
lij eorū certare cū hoſtibꝰ: ⁊ habere cōſuetudi-
nem preliādi: quinqꝫ ſatrapas Philiſtinorū: oēmqꝫ Cha-
naneum: ⁊ Sidoniū atqꝫ Eueū: q̃ habitabāt ī mōte Li
bano: de mōte Baal Hermō vſqꝫ ad introitū Emath.
Dimiſitqꝫ eos: vt in ipſis experiretur Iſraelem: vtrum
audirent mandata domini: que preceperat patribus eo
rum: per manum Moyſi: an nō. Itaqꝫ filij Iſrael habi-
tauerunt in medio Chananei: et Ethei: et Amorrei: et
Pherezei: ⁊ Euei: ⁊ Jebuſei: ⁊ duxerunt vxores filias
eorū: ipſiqꝫ filias ſuas filijs eorū tradiderūt: et ſeruierunt
dijs eorū. Fecerūtqꝫ malum in cōſpectu dñi: ⁊ obliti ſunt
dei ſui: ſeruientes Baalim: et Aſtaroth. Iratuſqꝫ cōtra
Iſrael dñs tradidit eos in manꝰ Chuſanraſathaim re-
gis meſopotamie: ſeruierūtqꝫ ei octo annis. Et clama-
uerūt ad dñm: q̃ ſuſcitauit eis ſaluatorē ⁊ liberauit eos:
Othoniel videlicet filiū Cenez: fratrē Caleb minorem:
fuitqꝫ in eo ſpūs dñi: et iudicauit Iſrael. Egreſſuſqꝫ eſt ſupra.z.b
ad pugnā: ⁊ tradidit dñs ī manꝰ eiꝰ Chuſanraſathaim et infra.4.
regē Syrie: ⁊ oppſſit eū. Quieuitqꝫ terra q̃draginta an a.et.10.b.
nis: ⁊ mortuus eſt Othoniel filiꝰ Cenez. Addiderūt aūt B infra.eod.
filij Iſrael facere malum in cōſpectu dñi: qui cōfortauit et ſup.eo.
aduerſum eos Eglon regē Moab: quia fecerunt malū
in conſpectu eiꝰ. Et copulauit ei filios Ammon: ⁊ Ama
lech: abijtqꝫ ⁊ ꝑcuſſit iſrael: atqꝫ poſſedit vrbē palmarū.
Seruierūtqꝫ filij iſrael Eglon regi Moab decē et octo
annis: ⁊ poſtea clamauerūt ad dominū. Qui ſuſcitauit
eis ſaluatorē vocabulo Ehud: filiū Gera filij Jemini: q̃
vtraqꝫ manu pro dextera vtebaṫ. Miſerūtqꝫ filij Iſrael C
per illū munera Eglon regi Moab. Qui fecit ſibi gla-
diū ancipitē: habentē in medio capulū lōgitudinis pal-
me manus: ⁊ accinctꝰ eſt eo ſubter ſagū in dextro foemo
re. Obtulitqꝫ munera Eglon regi Moab: erat aūt E-
glon craſſus nimis. Cūqꝫ obtuliſſet ei munera: ꝓſecutꝰ
eſt ſocios: qui cū eo venerāt: ⁊ reuerſus de Galgalis: vbi
erāt idola: dixit ad regē: Verbum ſecretū habeo ad te o
rex. Et ille imperauit ſilentiū. Egreſſiſqꝫ omnibꝰ: q̃ cir-
ca eū erāt: ingreſſus eſt Ehud ad eū: ſedebat aūt in eſti-
uo cenaculo ſolus: dixitqꝫ: Verbū dei habeo ad te. Qui
ſtatim ſurrexit de throno. Extēditqꝫ Ehud ſiniſtrā ma-
nū: ⁊ tulit ſicā de dextro foemore ſuo: īfixitqꝫ eā in vētrē
eiꝰ tā valide: vt capulus ſequereṫ ferrū in vulnere: ac pin
guiſſimo adipe ſtringereṫ. Nec eduxit gladiū: ſed ita vt
percuſſerat reliquit in corpore: ſtatimqꝫ ꝑ ſecreta natu-
re alui ſtercora ꝓruperūt. Ehud aūt clauſis diligētiſſi-
me oſtijs coenaculi: ⁊ obfirmatis ſera per poſticā egreſ-
ſus eſt. Seruiqꝫ regis ingreſſi viderūt clauſas fores coe
naculi: atqꝫ dixerunt: Forſitan purgat aluū in eſtiuo coe D
naculo. Expectāteſqꝫ diu donec erubeſcerent: ⁊ vidētes
ꝙ nullus aperiret: tulerunt clauem: ⁊ aperiētes inuene
runt dominum ſuum in terra iacentem mortuū. Ehud
autem dum illi turbarētur: effugit: ⁊ pertranſijt locum
Idolorum: vnde reuerſus fuerat. Venitqꝫ in Seirath:
⁊ ſtatim inſonuit buccina in monte Ephraim: deſcende
runtqꝫ cū eo filij Iſrael: ipſo in frōte gradiēte. Qui dixit
ad eos: Sequimini me: tradidit em̄ dñs inimicos nr̄os
Moabitas in manus noſtras. Deſcēderuntqꝫ poſt eū: ⁊
occupauerūt vada Jordanis: que trāſmittūt ī Moab:
⁊ nō dimiſerūt trāſire quēꝙ: ſed percuſſerunt Moabi-
tas in tempore illo circiter decem milia: omnes robuſtos
⁊ fortes viros. Nullus eorū euadere potuit. Humilia-
tuſqꝫ eſt Moab ī die illo ſub manu Iſrael: ⁊ quieuit ter
ra octoginta annis a prelijs. Poſt hūc fuit Sangar fi-
lius Anath: qui percuſſit de Philiſtijm ſexcentos viros
vomere: ⁊ ipſe quoqꝫ defendit Iſrael. IIII.

A 1 reg. 2. b. ADdiderūtqꝫ filij Iſrael facere malū in cōſpe
ctu domini poſt mortē ehud: ⁊ tradidit illos
dominus in manus Jabin regis chanaā: qui
regnauit ī Haſor: habuitqꝫ ducem exercitus
ſui nomine Siſarā. Ipſe autē habitabat in harſeth gen-
tium. Clamaueruntqꝫ filij iſrael ad dominū. Nōgetos
enim habebat falcatos currus: ⁊ per viginti annos vehe
mēter oppreſſerat eos. Erat autem Debora prophetes
vxor Lapidoth: que iudicabat populū in illo tempore:
et ſedebat ſub palma: que nomine illius vocabatur: īter
Rama ⁊ Bethel in monte Ephraim: aſcendebātqꝫ ad
eam filij Iſrael in omne iudicium. Que miſit et vocauit
Barach: filiū Abinoan de Cedes Nephthali. Dixitqꝫ
ad eum: Precepit tibi dominus deus Iſrael: Uade de
ſcende: ⁊ duc exercitum in montem Thabor: tolleſqꝫ te
cum decem milia pugnatorum de filijs Nephthali: ⁊ de
filijs Zabulon. Ego autē adducam ad te in loco torren
tis Ciſon: Siſaram principem exercitus Jabin: et cur
rus eius: atqꝫ omnē multitudinē: et tradam eos in ma-
B nu tua. Dixitqꝫ ad eam Barach: Si venis mecum: va-
dam: ſi nolueris venire mecum: non pergam. Que dixit
ad eum: Ibo quidē tecum: ſed in hac vice victoria nō re-
putabitur tibi: quia ī manu mulieris tradetur Siſara.
Surrexit itaqꝫ Debora: ⁊ perrexit cū Barach ī Cedes.
Qui accerſitis Zabulō: ⁊ Nephthali: aſcēdit cum decē
milib⁹ pugnator: habēs Deborā in comitatu ſuo. Aber
aūt Cineus receſſerat quōdā a ceteris Cineis fratrib⁹
ſuis filijs Obab: cognati moyſi: ⁊ tetenderat tabernacu
la vſqꝫ ad vallē que vocatur Sennim: et erat iuxta Ce-
des. Nunciatūqꝫ eſt Siſare: ꝙ aſcendiſſet Barach fili⁹
Abinoam in montē Thabor cum Debora: et congrega
uit nongētos falcatos currus: ⁊ oēm exercitū de Har-
ſeth gentiū ad torrentē Ciſon. Dixitqꝫ Debora ad ba-
rach: Surge: hec eſt enim dies in qua tradidit dñs Si-
C ſarā in manus tuas. En ipſe ductor eſt tuus. Deſcendit
itaqꝫ barach de monte Thabor: et decem millia pugna-
torum cum eo. Perterruitqꝫ dominus Siſaram: ⁊ om
nes currus eius: vniuerſamqꝫ multitudinē in ore gladij
ad conſpectum barach: intantū vt Siſara de curru deſi
liens: pedibus fugeret: ⁊ barach perſequeret fugientes
currus: ⁊ exercitū vſqꝫ ad Harſeth gentiū: et omnis ho-
ſtiū multitudo vſqꝫ ad internitionē caderet. Siſara aūt
fugiēs peruenit ad tentoriū Jahel vxoris Aber Cinei.
Erat autē pax inter Jabin regem Haſor: ⁊ domū Aber
Cinei. Egreſſa igitur Jahel in occurſum Siſare: dixit
ad eum: Intra ad me domine mi: ne timeas. Qui īgreſ
ſus tabernaculū eius: et opert⁹ ab ea pallio: dixit ad eā:
Da mihi obſecro paululū aque: q̄a ſitio valde. Que ape-
ruit vtrē lactis: ⁊ dedit ei bibere: et operuit illū. Dixitqꝫ
D Siſara ad eā: Sta āte oſtiū tabernaculi: ⁊ cū venerit ali
quis interrogans te: ⁊ dicēs: nunqd hic eſt aliquis? Re
ſpondebis: Nullus eſt. Tulit itaqꝫ Jahel vxor aber cla-
uū tabernaculi: aſſumens pariter ⁊ malleū: ⁊ ingreſſa ab
ſcondite: ⁊ cū ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius
clauū: percuſſumqꝫ malleo defixit in cerebrū vſqꝫ ad ter
rā: qui ſoporē morti ſocians defecit: et mortu⁹ eſt. Et ec
ce barach ſequēs Siſarā veniebat: egreſſaqꝫ Jahel ī oc-
curſum eius dixit ei: Ueni: et oſtendā tibi virū quē que-
ris. Qui cū intraſſet ad eam: vidit Siſarā iacentē mor-
tuum: et clauum infixū in tempore eius. Humiliauit er
go deus in die illo Jabin regē Chanaan corā filijs iſra-
el: qui creſcebant quotidie: ⁊ forti manu opprimebāt Ja
bin regem chanaan: donec delerent eum. V.
A CEcineruntqꝫ Debora ⁊ barach filius Abinoā
in illo die dicētes: Qui ſponte obtuliſtis de iſ
rael aīas veſtras ad periculū: benedicite dño:
Audite reges: auribus percipite principes:
Ego ſum: ego ſum que dño canā: pſallā dño deo iſrael.
Dñe cū exires de Seir: ⁊ tranſires per regiōes Edom:
terra mota eſt: celiqꝫ ac nubes diſtillauerūt aquis. Mō
tes fluxerunt a facie domini: ⁊ Sinai a facie domini dei
Iſrael. In diebus Sangar filij Anath: in diebus Jahel
quieuerunt ſemite: ⁊ qui ingrediebant per eas: ambula
uerunt per calles deuios. Ceſſauerunt fortes in Iſrael
⁊ q̄euerūt: donec ſurgeret debora: ſurgeret mater ī iſra
el. Noua bella elegit dominus: et portas hoſtiū ipſe ſub
uertit. Clypeus ⁊ haſta ſi apparuerunt in quadraginta
millibus iſrael. Cor meum diligit principes iſrael: q̄ p-
pria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini: benedicite do- B
mino. Qui aſcēditis ſuper nitentes aſinos: ⁊ ſedetis ſu
pra in iudicio: et ambulatis in via: loquimini. Ubi colli
ſi ſunt currus: ⁊ hoſtiū ſuffocatus eſt exercitus: ibi nar-
rentur iuſtitie domini: et clemētia in fortes iſrael. Tūc
deſcendit populus domini ad portas: et obtinuit princi
patū. Surge ſurge Debora: ſurge ſurge: et loquere can
ticum. Surge Barach: et apprehēde captiuos fili Abi
naon. Saluate ſunt reliquie populi. Dominus in for-
tibus dimicauit. Ex Ephraim deleuit eos in Amalech
et poſt eum ex Beniamin in populos tuos o Amalech.
De Machir principes deſcenderunt: ⁊ de Zabulon qui
exercitum ducerent ad bellandum. Duces Iſſachar fu
ere cum Debora: et barach veſtigia ſunt ſecuti: qui qua
ſi in preceps ac barathrū ſe diſcrimini dedit. Diuiſo cō-
tra ſe Ruben: magnanimorū reperta eſt cōtentio. Qua
re habitas inter duos terminos: vt audias ſibilos gre- C
gum? Diuiſo cōtra ſe Ruben: magnanimoꝝ reperta eſt
cōtentio. Galaad trās iordanem quieſcebat: et Dan va
cabat nauibus. Aſer habitabat ī littore maris: et in por
tubus morabatur. Zabulon vero et Nephthali obtule
rūt aīas ſuas morti in regiōe Merome. Uenerūt reges
⁊ pugnauerūt: pugnauerūt reges chanaan in thanach:
iuxta aquas Mageddon: ⁊ tamē nihil tulere p̄dantes.
De celo dimicatū eſt cōtra eos: ſtelle manentes in ordi
ne et curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt. Tor-
rens ciſon traxit cadauera eorum: torrēs cadumim tor
rens ciſon: cōculca anima mea robuſtus. Ungule equo-
rum ceciderunt fugientibus impetu: ⁊ per preceps ruē
tibus fortiſſimis hoſtium. Maledicite terre Meroz: di
xit angelus dñi: maledicite habitatoribus eius: q̄a nō ve
nerunt ad auxiliū dñi ī adiutoriū fortiſſimorū eius. Be
nedicta inter mulieres Jahel vxor Aber Cinei: et bene
dicatur in tabernaculo ſuo. Aquam petenti lac dedit: et D
in phiala principum obtulit butyrū. Siniſtrā manū mi- Leui. 1. d.
ſit ad clauum: et dextram ad fabrorum malleos: percuſ
ſitqꝫ Siſaram: querens in capite vulneri locum: ⁊ tem-
pus valide perforans: inter pedes eius ruit: defecit: ⁊ mor
tuus eſt. Uoluebatur ante pedes eius: et iacebat exani-
mis ⁊ miſerabilis. Per feneſtrā reſpiciens: vlulabat ma
ter eius: et de coenaculo loquebat. Cur moratur regre-
di currus eius: quare tardauerunt pedes quadrigarū il
lius? Una ſapiētior ceteris vxorib⁹ eius: hec ſocrui ver
ba reſpondit: Forſitan nūc diuidit ſpolia: ⁊ pulcherrima
foeminarū eligit ei. Ueſtes diuerſorū coloꝝ Siſare tra
duntur in predam: et ſupellex varia ad ornāda colla con
geritur. Sic pereant omnes inimici tui domine: qui au
tē diligunt te: ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet: ita rutilent.
Quieuitqꝫ terra per quadraginta annos. VI.
FEcerunt aūt filij Iſrael malū in cōſpectu do A
mini: qui tradidit illos ī manu madian ſeptē ſupra. 2. b
annis: et oppreſſi ſunt valde ab eis. Feceruntqꝫ ⁊. 3. a ⁊ 4. a
ſibi antra et ſpeluncas in mōtibus: ⁊ munitiſ
ſima ad repugnandū loca. Cumqꝫ ſeuiſſet iſrael: aſcēde
bat Madian ⁊ Amalech: cetericqꝫ orientaliū nationū: et
apud eos figentes tentoria: ſicut erāt in herbis cuncta
vaſtabāt vſqꝫ ad introitū Gaze: nihilqꝫ omnino ad vitā
ptinens relinquebāt in Iſrael. Nō oues: nō boues: non
aſinos. Ipſi enī ⁊ vniuerſi greges eorū veniebant cū ta-
bernaculis ſuis: ⁊ inſtar locuſtaꝝ vniuerſa cōplebant: in
numera multitudo hoīm: ⁊ camelorū quicqd tetigerāt
deuaſtantes. Humiliatuſqꝫ eſt Iſrael valde in cōſpectu

Madian. Et clamauit ad dominum poſtulans auxiliũ
contra Madianitas. Qui miſit ad eos virum prophe-
B tam: et locutus eſt: Hec dicit domin⁹ deus Iſrael: ego
vos feci conſcendere de Aegypto: et eduxi vos de domo
ſeruitutis: et liberaui de manu Aegyptiorũ: et omnium
inimicorum qui affligebant vos. Eiecitq; eos ad introi-
tum veſtrum: ⁊ tradidi vobis terrã eorum: et dixi: Ego
dominus deus veſter: Ne timeatis deos Amorreorum
in quorum terra habitatis: Et noluiſtis audire vocem
meam. Uenit autẽ angelus domini: et ſedit ſub quercu
que erat in Ephra: et pertinebat ad Joas patrem fami
lie Ezri. Cumq; Gedeon filius eius excuteret atq; pur
garet frumenta in torculari: vt fugeret Madian: appa
ruit ei angelus domini: ⁊ ait: Dominus tecum virorum
C fortiſſime. Dixitq; ei Gedeõ: Obſecro mi domine: ſi do
minus nobiſcũ eſt: cur ergo apprehenderũt nos hec om
nia? Ubi ſunt mirabilia eius: que narrauerũt patres no
ſtri: atq; dixerunt: de egypto eduxit nos dñs? Nunc au-
tem dereliquit nos dominus: et tradidit in manu Ma
dian. Reſpexitq; ad eum dominus: et ait: Uade in hac
fortitudine tua: et liberabis Iſrael de manu Madian:
Scito ꝙ miſerim te. Qui reſpondens ait: Obſecro mi
1. reg. 12. d domine: i quo liberabo Iſrael? Ecce familia mea infima
eſt in Manaſſe: et ego minim⁹ in domo patris mei. Di
D xitq; ei domin⁹: Ego ero tecũ: et percuties madian qua
ſi vnũ virũ. Et ille: Si inueni (inquit) gratiam coram te:
da mihi ſignũ: ꝙ tu ſis qui loqueris ad me. Ne recedas
hinc: donec reuertar ad te: portans ſacrificiũ: et offerẽs
tibi. Qui reſpondit: Ego preſtolabor aduentum tuum.
Ingreſſus eſt itaq; Gedeon: et coxit hoedum: et de fari
ne modio azymos panes: carneſq; ponens in caniſtro: ⁊
ius carnium mittens in ollam: tulit oĩa ſub quercũ: et
obtulit ei. Cui dixit angelus dñi: Tolle carnes et azy-
mos panes: et pone ſupra petram illã: et ius deſuper fun
de. Cumq; feciſſet ita: extendit angelus domini ſummi
tatẽ virge quã tenebat i manu: ⁊ tetigit carnes ⁊ panes
azymos: aſcẽditq; ignis de petra: ⁊ carnes: azymoſq; pa
nes conſumpſit: angelus autẽ domini euanuit ex oculis
E eius. Uideſq; Gedeõ: ꝙ eſſet angelus domini: ait: Heu
mi domine deus: quia vidi angelum domini facie ad fa-
ciẽ. Dixitq; ei domin⁹: Pax tecũ: Ne timeas: nõ mori-
eris. Aedificauit ergo ibi Gedeon altare domino: voca-
uitq; illud domini pax vſq; in preſentem diem. Cũq; ad
huc eſſet i Ephra: q̃ eſt familie Ezri: nocte illa dixit do-
minus ad eum: Tolle taurum patris tui: ⁊ alterum tau
rum annorum ſeptem: deſtrueſq; aram Baal que eſt pa
tris tui: ⁊ nemus qđ circa aram eſt ſuccide: ⁊ edificabis
altare domino deo tuo in ſummitate petre huius: ſuper
quã ante ſacrificiũ poſuiſti: tolleſq; taurũ ſecundum: et
offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum: que de ne-
more ſucciderís. Aſſumptis ergo Gedeon decẽ viris de
F ſeruis ſuis fecit: ſicut preceperat ei dominus. Timẽs au
tẽ domum patris ſui: et homines illius ciuitatis: per di
em noluit facere: ſed omnia nocte compleuit. Cũq; ſur-
rexiſſent viri oppidi eius mane: viderũt deſtructam arã
baal: lucumq; ſucciſum: ⁊ taurum alterum impoſitũ ſu-
Infra. 15. b. per altare: qđ tunc edificatum erat. Dixeruntq; ad inui
cem: Quis hoc fecit? Cumq; perquirerent authorem fa
cti dictum eſt: Gedeon filius Joas fecit hec omnia. Et
dixerunt ad Joas: Produc filiũ tuũ huc: vt moriatur:
quia deſtruxit aram baal: ⁊ ſuccidit nemus. Quibus il-
le reſpondit: Nunquid vltores eſtis Baal: vt pugnetis
pro eo? qui aduerſarius eſt ei⁹: moriatur anteꝙ lux cra-
ſtina veniat. Si deus eſt: vindicet ſe de eo: q̃ ſuffodit arã
eius. Ex illo die vocatus eſt Gedeon Hierobaal: eo ꝙ
G dixiſſet Joas: vlciſcatur ſe de eo Baal: qui ſuffodit arã
eius. Igitur omnis Madian et Amalech: ⁊ orientales
populi congregati ſunt ſimul: et tranſeuntes Jordanẽ:
caſtrametati ſunt in valle Jezrael. Spiritus autem do-
mini induit Gedeon: qui clangens buccina conuocauit
domum Abiezer: vt ſequeretur ſe. Miſitq; nũcios i vni
uerſum Manaſſen: qui et ipſe ſecutus eſt eum. Et alios
nuncios in Aſer et Zabulon et Nephthali: qui occurre
runt ei. Dixitq; gedeon ad dominum: Si ſaluum facis
per manum meam populũ Iſrael: ſicut locutus es: po-
nam hoc vellus lane in area. Si ros i ſolo vellere fuerit
⁊ in omni terra ſiccitas: ſciam qđ per manũ meam: ſicut
locutus es: liberabis Iſrael. Factumq; eſt ita. Et de no
cte conſurgens expreſſo vellere: concham rore impleuit
Dixitq; rurſus ad dominum: Ne iraſcatur furor tuus
contra me: ſi adhuc ſemel tentauero ſignum querens in
vellere: oro vt ſolum vellus ſiccum ſit: ⁊ omnis terra ro-
re madens. Fecitq; dominus nocte illa vt poſtulauerat:
et fuit ſiccitas in ſolo vellere: et ros in oĩ terra. VII

IGitur Hierobaal qui et Gedeon de nocte cõ A
ſurgens: et omnis populus cũ eo: venit ad fon
tem qui vocatur Arad. Erant autẽ caſtra ma
dian in valle ad ſeptẽtrionalem plagam collis
excelſi. Dixitq; dominus ad gedeon: Mult⁹ tecum eſt
populus: nec tradetur Madian in manus eius: ne glo-
rietur contra me Iſrael: et dicat: meis viribus liberat⁹
ſum. Loquere ad populum: et cunctis audientibus pre
dica: Qui formidoloſus et timidus eſt reuertatur. Re Deu. 20. b. 1. Mac. 3. g
ceſſeruntq; de mõte galaad: et reuerſi ſunt ex populo vi
ginti duo milia virorũ: et tantum decem millia remanſe
runt. Dixitq; domin⁹ ad gedeon: Adhuc populus mul- B
tus eſt. Duc eos ad aquas: ⁊ ibi probabo illos: et de quo
dixero tibi vt tecum vadat: ipſe pergat: quem ire prohi-
buero: reuertatur. Cũq; deſcendiſſet populus ad aq̃s:
dixit dominus ad gedeon: Qui manu et lingua lambu-
erint aquas: ſicut ſolent canes lambere: ſeparabis eos ſe
orſum: qui aut curuatis genibus biberint: in altera par
te erũt. Fuit itaq; numerus eorum qui manu ad os pĳ
ciente aquas lambuerant trecenti viri: omnis autẽ re-
liqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait domin⁹ ad C
gedeon: In trecentis viris qui lambuerunt aquas: libe
rabo vos: ⁊ tradã in manu tua Madian: omnis aũt re-
liqua multitudo reuertatur in locum ſuum. Sumptis
itaq; pro numero cibariĳs et tubis: omnem reliquã mul
titudinem abire precepit ad tabernacula ſua: ⁊ ipſe cum
trecentis viris ſe certamini dedit. Caſtra autem madiã
erãt ſubter in valle. Eadem nocte dixit dominus ad eũ:
Surge: et deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu
tua. Sin autem ſolus ire formidas: deſcendat tecũ pha
ra puer tuus. Et cum audieris quid loquant̃: tunc con
fortabũtur manus tue: et ſecurior ad hoſtium caſtra de-
ſcendes. Deſcendit ergo ipſe et Phara puer eius i par- D
tem caſtrorũ: vbi erãt armatorum vigilie. Madiã aũt
et Amalech: et omnes orientales populi fuſi iacebant in
valle: vt locuſtarũ multitudo. Cameli autem innumera
biles erant: ſicut arena que iacet in littore maris. Cum
q; veniſſet gedeon: narrabat aliquis ſomnium proximo
ſuo: et in hunc modum referebat qđ viderat. Uidi ſom
niũ: et videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hor-
deo volui: et in caſtra Madian deſcendere. Cumq; per
ueniſſet ad tabernaculum: percuſſit illud atq; ſubuertit
et terre funditus coequauit. Reſpondit is cui loqueba
tur: Non eſt hoc aliud: niſi gladius gedeonis filĳ Joas
viri Iſraelite. Tradidit enim dominus in manus eius E
Madian: ⁊ omnia caſtra eius. Cumq; audiſſet gedeon
ſomnium: et interpretationẽ eius: adorauit: ⁊ reuerſus
eſt ad caſtra Iſrael: ⁊ ait: Surgite: tradidit enim domi
nus in manus noſtras caſtra madian. Diuiſitq; trecen-
tos viros in tres partes: et dedit tubas in manibus eorũ
lagenaſq; vacuas: ac lampades in medio lagenarũ. Et
dixit ad eos: Quod me facere videritis: hoc facite. In- Infra. 9. f.
grediar partẽ caſtrorum: ⁊ qđ fecero: ſectamini. Quan-
do perſonuerit tuba in manu mea: vos quoq; per caſtro
rũ circuitũ clangite: ⁊ conclamate domino et gedeoni. In
greſſuſq; eſt gedeon: et trecenti viri qui erant cum eo in

partem caſtrorum incipiētibus vigilijs noctis medie: ⁊
cuſtodibus ſuſcitatis: coeperūt buccinis clangere: ⁊ cō-
F plodere inter ſe lagenas. Cumqꝫ per gyrum caſtrorum
in tribus perſonarent locis: ⁊ hydrias confregiſſent: te-
nuerunt ſiniſtris manibus lampades: et dextris ſonan-
tes tubas: clamaueruntqꝫ gladius domini ⁊ Gedeonis
ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum ho-
ſtilium. Omīa itaqꝫ caſtra turbata ſunt: ⁊ vociferantes:
vlulanteſqꝫ fugerunt. Et nihilominus inſiſtebāt trecē-
ti viri buccinis perſonantes. Immiſitqꝫ dominus gla-
dium in omnibus caſtris: ⁊ mutua ſe cede truncabant:
fugientes vſqꝫ ad Bethſitta: et crepidinem Abelmeho-
la in Tabaath. Cōclamantes aūt viri Iſrael de Neph-
thali et Aſer: et omni manaſſe perſequebantur madian.
Et dedit dominus victoriam populo Iſrael in die illa.
Miſitqꝫ Gedeon nuncios in omnem montē Ephraim
G dicens: Deſcendite in occurſum Madian: et occupate
aquas vſqꝫ Bethbera atqꝫ iordanem. Clamauitqꝫ om-
nis Ephraim: et preoccupauit aquas atqꝫ iordanem vſ
qꝫ Bethbera. Apprehenſoſqꝫ duos viros madian: Oreb
et Zeb: interfecit Oreb in petra Oreb: Zeb vero in tor-
culari Zeb. Et ꝑſecuti ſunt madian capita Oreb ⁊ Zeb
portantes ad Gedeon trans fluēta iordanis. VIII
A Dixeruntqꝫ ad eum viri Ephraim: Quid eſt
hoc qđ facere voluiſti: vt nos nō vocares cum
ad pugnam pergeres contra madian: iurgā-
tes fortiter: et prope vim inferētes? Quibus
ille reſpondit: Quid enim tale facere potui: quale vos fe
ciſtis? Nonne melior eſt racemus Ephraim: vindemijs
Abiezer? In manus veſtras dn̄s tradidit principes ma
dian: Oreb ⁊ Zeb: Quid tale facere potui: q̄le vos feci-
ſtis? Qđ cū locutus eſſet: requieuit ſpiritus eorꝫ: quo tu
mebāt cōtra eū. Cumqꝫ veniſſet Gedeō ad iordanē trā
ſiuit eū cū trecentis viris q̄ ſecū erāt: ⁊ pre laſſitudine fu
gientes ꝑſequi nō poterāt. Dixitqꝫ ad viros Soccoth:
Date obſecro panes populo q̄ mecū eſt: q̄a valde defece-
B rūt: vt poſſimus ꝑſequi Zebee ⁊ Salmana regis madiā
Reſponderūt principes Soccoth: Forſitan palme ma
Infra. eo. nuū Zebee ⁊ Salmana ī manu tua ſunt: ⁊ idcirco poſtu
las: vt demus exercitui tuo panes? Quibꝰ ille ait: Cū er
*Et cū reuerſus fuero victor ī pace: ſupereſt go tradiderit dn̄s Zebee ⁊ Salmana ī manus meas: *
⁊ cū reuerſus fuero victor in pace: cōterā carnes veſtras
cū ſpinis: tribuliſqꝫ deſerti. Et inde cōſcendēs: venit in
Phanuel: locutuſqꝫ eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui
C ⁊ illi reſponderūt: ſicut reſpōderāt viri Soccoth. Dixit
Victor ſupereſt. itaqꝫ eis: Cū reuerſus fuero: * victor ī pace: deſtruā tur
rim hāc. Zebee aūt ⁊ Salmana requieſcebāt cū oī exer-
citu ſuo. Quindecim eñi millia viri remāſerāt ex oībus
turmis orientaliū populorꝫ: ceſis centū viginti millibus
bellatorꝫ: ⁊ educentiū gladiū. Aſcendenſqꝫ Gedeon ꝑ vi
am eorū qui in tabernaculis morabanť ad orientalē par
tē Nobe: ⁊ Iecbaa: ꝑcuſſit caſtra hoſtiū: q̄ ſecuri erāt: et
nihil aduerſi ſuſpicabanť. Fugeruntqꝫ Zebee ⁊ Salma
D na: q̄s perſequens Gedeon cōprehendit: turbato omī ex
Supra eo ercitu eorꝫ. Reuerten ſqꝫ de bello ante ſolis ortū: appre-
hendit puerū de viris Soccoth: interrogauitqꝫ eū noīa
principū et ſeniorꝫ Soccoth: ⁊ deſcripſit ſeptuaginta ſe-
ptē viros. Venitqꝫ ad Soccoth: ⁊ dixit eis: En Zebee
⁊ Salmana ſuper quibꝰ exprobraſtis mihi: dicētes: For
ſitan manus zebee ⁊ Salmana in manibus tuis ſunt: et
idcirco poſtulas: vt demus viris qui laſſi ſunt: ⁊ defece-
rūt panes. Tulit ergo ſeniores ciuitatis: ⁊ ſpinas deſer-
ti ac tribulos: et cōtriuit cū eis atqꝫ cōminuit viros ſoc
coth. Turrim q̄qꝫ Phanuel ſubuertit: occiſis habitato
E ribus ciuitatis. Dixitqꝫ ad zebee et Salmana: Quales
fuerūt viri quos occidiſtis in Thabor? Qui reſpōderūt
Similes tui: ⁊ vnus ex eis quaſi filius regis. Quibus il-
le reſpondit: Fratres mei fuerūt filij matris mee. Viuit
dn̄s: quia ſi ſeruaſſetis eos: nō vos occiderē. Dixitqꝫ Ie
ther primogenito ſuo: Surge: ⁊ īterfice eos. Qui nō edu
xit gladiū: Timebat eñi q̄a adhuc puer erat. Dixerūtqꝫ
Zebee ⁊ Salmana: Tu ſurge et irrue in nos: quia iuxta
etatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon: ⁊ interfe
cit Zebee ⁊ Salmana: ⁊ tulit ornamenta ac bullas: qui
bus colla regalium camelorum decorari ſolēt. Dixerūt
qꝫ omnes viri Iſrael ad Gedeon: Dominare noſtri tu ⁊
filius tuus: et filius filij tui: quia liberaſti nos de manu
Madian. Quibus ille ait: Non dominabor veſtri: nec
dominabitur in vos filius meus: ſed dominabitur vo-
bis dominus. Dixitqꝫ ad eos: Vnā petitionē poſtulo a
vobis: Date mihi īaures ex preda veſtra. Inaures eñi au
reas Iſmaelite habere cōſueuerāt. Qui reſponderunt: Li F
bentiſſime dabimus. Expandenteſqꝫ ſuper terram pal-
lium: proiecerunt in eo inaures de preda: et fuit pōdus
poſtulatarum inaurium: mille ſeptingenti auri ſicli: abſ
qꝫ ornamentis: ⁊ monilibus: ⁊ veſte purpurea: quibꝰ re
ges Madiā vti ſoliti erant: ⁊ preter torques aureas ca
melorum. Fecitqꝫ ex eo Gedeon Ephot: ⁊ poſuit illud ī
ciuitate ſua Ephra. Fornicatuſqꝫ eſt omnis Iſrael in eo
⁊ factū eſt Gedeoni: ⁊ omni domui eius in ruinam. Hu
miliatus eſt autem Madian coram filijs Iſrael: nec po
tuerūt vltra ceruices eleuare: ſed quieuit terra per qua-
draginta annos: quibus Gedeon ꝓfuit. Abijt itaqꝫ hie- G
robaal filius Ioas: ⁊ habitauit in domo ſua: habuitqꝫ ſe 4. reg. 10.
ptuaginta filios: q̄ egreſſi ſunt de femore eius: eo qđ plu
res haberet vxores. Concubina autē illius: quā habebat ī
Sichem: genuit ei filiū nomīe Abimelech. Mortuuſqꝫ
eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona: ⁊ ſepultus eſt
in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Ezri.
Poſtq̄ autē mortuꝰ eſt Gedeon: auerſi ſunt filij Iſrael
et fornicati ſunt in Baalim. Percuſſeruntqꝫ cum Ba-
al foedus: vt eſſet eis in deū: nec recordati ſunt domini
dei ſui: qui eruit eos de manibus inimicorum ſuorꝫ om-
nium per circuitum: nec fecerunt miſericordiam cū do-
mo Hierobaal Gedeon iuxta oīa bona q̄ fecerat iſraeli.
Abijt autem Abimelech filius Hie- IX. A
robaal in Sichē ad fratres matris ſue: et lo-
cutus eſt ad eos: et ad omnem cognationem
domꝰ patris matriſqꝫ ſue: dicens: Loquimi-
ni ad omnes viros Sichē: Quid vobis eſt melius: vt do
minētur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Hierobaal:
an vt dominetur vobis vnus vir? Simulqꝫ conſyderate:
quia os veſtrū: ⁊ caro veſtra ſum. Locutiqꝫ ſunt fratres
matris eius de eo ad omnes viros Sichē vniuerſos ſer-
mones iſtos: et inclinauerunt cor eorū poſt Abimelech:
dicentes: Frater noſter eſt. Dederūtqꝫ illi ſeptuaginta
pondo argenti de phano Baal Berith. Qui cōduxit ſi
bi ex eo viros inopes et vagos: ſecutiqꝫ ſunt eum. Et ve
nit in domum patris ſui in Ephra: et occidit fratres ſu
os filios Hierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem
vnum. Remāſitqꝫ Ioathan filius Hierobaal minimꝰ:
et abſconditus eſt. Congregati ſunt autē omnes viri ſi
chem: ⁊ vniuerſe familie vrbis Mello: abieruntqꝫ: ⁊ cō-
ſtituerūt regē Abimelech iuxta quercum: que ſtabat in
Sichē. Qđ cum nunciatum eſſet Ioathan: iuit ⁊ ſtetit
in vertice montis Garizim: eleuataqꝫ voce: clamauit et
dixit: Audite me viri Sichē: ita vt audiat vos dn̄s. Ie- B
runt ligna: vt vngerent ſuper ſe regē. Dixerūtqꝫ oliue:
Impera nobis. Que reſpōdit: Nunq̄d poſſum deſerere
pinguedinē meā: qua ⁊ dij vtuntur: ⁊ homines: ⁊ venire
vt inter ligna promouear? Dixeruntqꝫ ligna ad arborē
ficū: Veni: ⁊ ſuper nos regnū accipe. Que reſpondit eis
Nunq̄d poſſum deſerere dulcedinē meā: fructuſqꝫ ſua-
uiſſimos: ⁊ ire vt inter cetera ligna ꝓmouear? Locuta-
qꝫ ſunt ligna ad vitē: Veni: ⁊ impera nobis. Que reſpō
dit eis: Nūq̄d poſſum deſerere vinū meū: qđ letificat de
um ⁊ hoīes: et inter ligna cetera ꝓmoueri? Dixeruntqꝫ
oīa ligna ad Rhamnū: Veni: ⁊ impera ſuper nos. Que
reſpondit eis: Si vere me regē vobis cōſtituiſtis: venite
⁊ ſub vmbra mea requieſcite. Si aūt nō vultis: egrediať

ignis de Rhãno: et deuoꝛet cedros Libani. Nũc igiť ſi
recte ⁊ abſqꝫ peccato cõſtituiſtis ſuꝑ vos regem Abime
lech: ⁊ bene egiſtis cũ Hierobaal: ⁊ cũ domo eius: et red
didiſtis vicẽ beneficijs eius: qui pugnauit pꝛo vobis: ani
mam ſuam dedit periculis: vt erueret vos de manu ma-
dian: q̃ nũc ſurrexiſtis cõtra domũ patris mei: et interfe
ciſtis filios eius ſeptuagĩta viros ſuper vnum lapidẽ: et
conſtituiſtis regẽ Abimelech filium ancille eius ſuꝑ ha-
C bitatoꝛes Sichẽ: eo ꝙ frater veſter ſit. Si ergo recte: et
abſqꝫ vitio egiſtis cũ Hierobaal: ⁊ domo eius: hodie le-
tamini in Abimelech: ⁊ ille leteť in vobis. Sin aũt pue-
ſe: egrediať ignis ex eo: ⁊ cõſumat habitatoꝛes Sichẽ: ⁊
oppidũ mello: egrediaturqꝫ ignis de viris Sichẽ: et de
oppido mello: et deuoꝛet Abimelech. Que cũ dixiſſet: fu
git et abijt in Bera: habitauitqꝫ ibi ob metũ Abimelech
fratris ſui. Regnauit itaqꝫ Abimelech ſuꝑ Iſrael trib'
annis. Miſitqꝫ dñs ſpiritũ peſſimũ inter Abimelech: et
habitatoꝛes Sichẽ: q̃ coeperũt eũ deteſtari: ⁊ ſcelus ĩter
fectionis ſeptuaginta filioꝛũ Hierobaal: et effuſionẽ ſan
guinis eoꝝ cõferre in Abimelech fratrẽ ſuũ: ⁊ inter cete
ros Sichimoꝛũ principes qui eũ adiuuerãt. Poſuerũt
D qꝫ inſidias aduerſum eũ in ſummitate montiũ: ⁊ dũ illi'
pꝛeſtolarenť aduentũ: exercebãt latrocinia: agentes pꝛe
das de pꝛetereũtibus. Nunciatũqꝫ eſt Abimelech. Ue-
nit aũt Gaal filius Obed cũ fratribus ſuis: ⁊ trãſiuit in
Sichimã. Ad cuius aduentũ erecti habitatoꝛes Sichẽ
egreſſi ſunt in agros vaſtãtes vineas: vuaſqꝫ calcãtes: ⁊
factis cantãtiũ choꝛis ingreſſi ſunt phanũ dei ſui: et ĩter
epulas ⁊ pocula maledicebãt Abimelech: clamãte gaal
filio Obed: Quis eſt iſte Abimelech: ⁊ q̃ eſt Sichẽ: vt ſer-
uiamus ei? Nunq̃d nõ eſt ipſe filius Hierobaal: ⁊ cõſti-
tuit pꝛincipẽ Zebul ſeruũ ſuũ ſuꝑ viros Hemoꝛ patris ſi
chẽ? Cur ergo ſeruiemus ei? Utinã daret aliqs populũ
iſtũ ſub manu mea: vt auferrẽ de medio Abimelech. Di
ctũqꝫ eſt Abimelech: Cõgrega exercitus multitudinẽ:
⁊ veni. Zebul enĩ pꝛinceps ciuitatis auditis ſermonib'
gaal filij Obed: irat' eſt valde: et miſit clã ad abimelech
nuncios: dicẽs: Ecce Gaal filius Obed: venit in Sichi
mã cũ fratrib' ſuis: et oppugnat aduerſum te ciuitatẽ.
E Surge itaqꝫ nocte cũ populo q̃ tecũ eſt: et latita ĩ agro:
⁊ pꝛimo mane oꝛiente ſole: irrue ſuper ciuitatẽ. Illo aũt
egrediẽte aduerſum te cũ populo ſuo: fac ei qd̃ potuerꝭ.
Surrexit itaqꝫ Abimelech cũ oĩ exercitu ſuo nocte: et
tetẽdit inſidias iuxta Sichimã in quatuoꝛ locis. Egreſ
ſuſqꝫ eſt gaal filius Obed: ⁊ ſtetit in ĩtroitu poꝛte ciuita
tis. Surrexit aũt Abimelech: ⁊ oĩs exercitus cũ eo de in
ſidiarũ loco. Cũqꝫ vidiſſet populũ gaal: dixit ad Zebul:
Ecce de montibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpõ
dit: Umbꝛas montiũ vides quaſi capita hoĩm: ⁊ hoc er-
roꝛe deciperis. Rurſumqꝫ gaal ait: Ecce ppl's de vm-
bilico terre deſcendit: ⁊ vnus cuneus venit ꝑ viã: que re-
ſpicit quercum. Cui dixit Zebul: Ubi eſt nũc os tuum
q̃ loquebaris: quis eſt Abimelech: vt ſeruiamus ei? Nõ
ne hic populus eſt: quẽ deſpiciebas? Egredere: ⁊ pugna
contra eum. Abijt ergo Gaal: expectante Sichimoꝛum
populo: et pugnauit contra Abimelech: qui perſecutus
eſt eum fugientem: ⁊ in vꝛbem compulit. Cecideruntqꝫ
ex parte eius plurimi: vſqꝫ ad poꝛtam ciuitatis: et Abi-
melech ſedit in Ranna. Zebul autem Gaal: et ſocios ei
us expulit de vꝛbe: nec in ea paſſus eſt cõmoꝛari. Sequẽ
F ti ergo die egreſſus eſt populus in campum: qd̃ cũ nun-
ciatum eſſet Abimelech: tulit exercitum ſuum: ⁊ diuiſit
ĩ tres turmas: tendens inſidias in agris. Uidenſqꝫ ꝙ e-
grederet populus de ciuitate: ſurrexit et irruit in eũ cũ
cuneo ſuo: oppugnans et obſidens ciuitatem: due autẽ
turme palantes per campum aduerſarios perſequeban
tur. Poꝛro Abimelech omni die illo oppugnabat vꝛbẽ:
quam cepit: interfectis habitatoꝛibus eius: ipſaqꝫ de-
ſtructa: ita vt ſal ĩ ea diſꝑgeret. Qd̃ cũ audiſſent: q̃ habi-
tabãt in turre Sichimoꝝ: ingreſſi ſunt phanũ dei ſui be

rith: vbi foed' cũ eo pepigerãt: ⁊ ex eo locus nomẽ acce
perat: q̃ erat munitus valde. Abimelech qꝗ audiẽs vi-
ros turris Sichimoꝝ pariter cõglobatos: aſcẽdit ĩ mõ
tẽ Selmon cũ omni ppl'o ſuo: ⁊ arrepta ſecuri: pꝛecidit
arboꝛꝭ ramũ: impoſitũqꝫ ferẽs humero: dixit ad ſocios:
Qd̃ me vidiſtis facere: cito facite. Igiť certatim ramos Sup. 7. c.
de arboꝛibus pꝛecidentes: ſequebanť ducẽ. Qui circun- B
dãtes pꝛeſidiũ: ſuccenderũt: atqꝫ ita factũ eſt: vt fumo ⁊
igne mille hominũ necarentur: viri pariter et mulieres
habitatoꝛũ turris Sichem. Abimelech aũt inde pꝛofici
ſcẽs venit ad oppidũ Thebes: qd̃ circundans obſidebat
exercitu. Erat autẽ turris excelſa in media ciuitate: ad
quã cõfugerant ſimul viri: ac mulieres: et oẽs pꝛincipes
ciuitatis clauſa firmiſſime ianua: ⁊ ſuper turris tectum
ſtantes per pꝛopugnacula. Accedẽſqꝫ Abimelech iuxta
turrim: pugnabat foꝛtiter: ⁊ appꝛopinquans oſtio: ignẽ
ſupponere nitebať. Et ecce vna mulier fragmẽ mole de 2. reg. 11. c
ſuper iacens: illiſit capiti Abimelech: ⁊ cõfregit cerebꝛũ
eius. Qui vocauit cito armigerũ ſuũ: ⁊ ait ad eũ: Euagi 1. reg. 31. b
na gladium tuũ: et percute me: ne foꝛte dicatur ꝙ a foe- 1. par. 10. a
mina interfectus ſim. Qui iuſſa ꝑficiens: interfecit eũ.
Illo quoqꝫ moꝛtuo: oẽs qui cũ eo erant: de Iſrael reuer
ſi ſunt in ſedes ſuas: ⁊ reddidit deus malum: qd̃ fecerat
Abimelech cõtra patrẽ ſuũ: interfectis ſeptuaginta fra-
tribus ſuis. Sichimitis quoqꝫ qd̃ operati erãt: retribu
tũ eſt: ⁊ venit ſuꝑ eos maledictio Ioathã filij hierobaal.

Post Abimelech ſurrexit dux in iſrael X. A
Thola fili' Phua patrui Abimelech: vir de
Iſaſchar: q̃ habitauit ĩ Sanir mõtis Ephra
im: et iudicauit Iſrael viginti ⁊ trib' annis:
moꝛtuuſqꝫ eſt: ac ſepultus in Sanir. Huic ſucceſſit Ia
ir Galaadites: qui iudicauit Iſrael per viginti et duos
annos: habẽs triginta filios ſedentes ſuper triginta pul
los aſinarum: ⁊ pꝛincipes triginta ciuitatũ: q̃ ex noĩe ei'
ſunt appellate Auothiair: id eſt oppida Iair: vſqꝫ in pꝛe
ſentẽ diẽ in terra Galaad. Moꝛtuuſqꝫ eſt in Iair: ac ſe
pultus in loco: cui eſt vocabulũ Camon. Filij autẽ Iſrael D
peccatis veteribus iungentes noua: fecerũt malũ in con ſupꝛa. 2. b
ſpectu dñi: ⁊ ſeruierũt idolis Baalim ⁊ aſtaroth: ⁊ dijs 2. 3. a. 2. 4
Syrie ac Sydonis: ⁊ moab filioꝝ Ammon ⁊ philiſtijm a. 9. a. in
dimiſerũtqꝫ dñm: ⁊ nõ coluerũt eũ. Cõtra q̃s dñs irat' fra. 13.
tradidit eos in manus philiſtijm ⁊ filioꝛũ Ammon: affli
ctiqꝫ ſunt: ⁊ vehemẽter oppꝛeſſi ꝑ annos decẽ ⁊ octo: oẽs
q̃ habitabãt trans ioꝛdanẽ in terra Amoꝛrei: q̃ eſt in ga
laad: intantũ vt filij Ammõ ioꝛdane trãſmiſſo vaſtarent
Iudã ⁊ beniamin ⁊ Ephraim. Afflictuſqꝫ eſt Iſrael ni-
mis. Et clamãtes ad dñm: dixerũt: Peccauim' tibi: q̃a C
dereliq̃mus te dñm deũ noſtrũ: ⁊ ſeruiuim' baalĩ. Qui-
bus locutus eſt dñs: Nũquid nõ egyptij ⁊ Amoꝛrei: fi-
lijqꝫ Ammon ⁊ philiſtijm: Sidonij quoqꝫ ⁊ Amalech et
Chanaã oppꝛeſſerũt vos: ⁊ clamaſtis ad me: et erui vos
de manu eoꝛũ? Et tamẽ reliquiſtis me: et coluiſtis deos
alienos. Idcirco nõ addã: vt vltra vos liberẽ: Ite: ⁊ in-
uocate deos q̃s elegiſtis: ipſi vos liberẽt ĩ tẽpoꝛe angu-
ſtie. Dixerũtqꝫ filij iſrael ad dñm: Peccauimus: redde D
tu nobis q̃cq̃d tibi placet: tãtũ nũc libera nos. Que di
centes oĩa de finibus ſuis alienoꝝ deoꝝ idola ꝓiecerũt: ⁊
ſeruierũt dño deo: qui doluit ſuꝑ miſerijs eoꝝ. Itaqꝫ fi-
lij ammõ cõclamãtes in galaad: fixere tẽtoꝛia: cõtra q̃s
cõgregati filij iſrael: in maſpha caſtrametati ſunt. Dixe
rũtqꝫ pꝛincipes galaad ſinguli ad pꝛoximos ſuos: Qui
pꝛimus ex nobis cõtra filios Ammon coeperit dimica-
re: erit dux populi Galaad. XI.

Fuit itaqꝫ illo in tẽpoꝛe Iephthe galaadites A
vir foꝛtiſſim' atqꝫ pugnatoꝛ: filius mulieris
meretricis: q̃ natus eſt de galaad. Habuit au
tẽ Galaad vxoꝛẽ: de q̃ ſuſcepit filios: q̃ poſtq̃
creuerãt: eiecerũt Iephthe: dicẽtes: Heres in domo pa
tris noſtri eſſe nõ poteris: q̃a de adultera matre nat' es
Quos ille fugiẽs: atqꝫ deuitãs habitauit in terra Thob

Cõgregatiq; ſunt ad eũ viri inopes: ⁊ latrõcinãtes: ⁊ q̄
ſi principẽ ſequebant. Jn illis diebus pugnabãt filij am
mon cõtra iſrael. Quibus acriter inſtãtibus prexerunt
maiores natu de galaad: vt tollerẽt in auxiliũ ſui Jeph
Geñ.26.f B the de terra thob. Dixerũtq; ad eũ: Veni: ⁊ eſto prĩceps
noſter: ⁊ pugna cõtra filios ammon. Quib⁹ ille reſpon-
dit: Nõne vos eſtis q̄ odiſtis me: et eieciſtis de domo pa
tris mei: ⁊ nũc venit᷑ ad me neceſſitate cõpulſi? Dixerũt
q; principes galaad ad Jephthe: Ob hanc igit᷑ cauſam
nũc ad te venim⁹: vt ꝓficiſcaris nobiſcũ: ⁊ pugnes cõtra
filios ammon: ſiſq; dux oĩm qui habitãt in galaad. Jeph
the q̄q; dixit eis: Si vere veniſtis ad me: vt pugnẽ ꝓ vo
bis cõtra filios ammon: tradideritq; eos dñs in manus
meas: ego ero veſter prĩceps. Qui responderũt ei: Dñs
qui hec audit: ipſe mediator ac teſtis eſt: qđ noſtra ꝓmiſ
ſa faciem⁹. Abijt itaq; Jephthe cũ principib⁹ galaad: fe
citq; eũ oĩs pplus principẽ ſui. Locutuſq; eſt Jephthe
oẽs ſermones ſuos corã dño in maſpha. Et miſit nũcios
ad regẽ filioꝝ Ammon: qui ex ꝑſona ſua dicerẽt: Quid
C mihi et tibi eſt: q̄a veniſti cõtra me: vt vaſtares terrã me
am? Quibus ille reſpondit: Quia tulit iſrael terrã meã:
quãdo aſcendit de egypto a finibus Arnon vſq; Jeboch
atq; iordanẽ. Nũc ergo cũ pace redde mihi eã. Per q̄s
rurſum mãdauit Jephthe: et imperauit eis vt dicerent
num.20. regi ammon. Hec dicit iephthe: Nõ tulit iſrael terram
moab: nec terrã filioꝝ ammon: ſed quãdo de egypto con
ſcẽderunt: ambulauit ꝑ ſolitudinẽ vſq; ad mare rubrũ:
⁊ venit in Cades. Miſitq; nuncios ad regẽ Edom: di-
cens: Dimitte vt tranſeã terrã tuã. Qui noluit acquieſ-
cere p̄cibus eius. Miſit q̄q; ad regẽ moab: q̄ ⁊ ipſe tran
ſitũ prebere contẽpſit. Mãſit itaq; in Cades: et circũi
uit ex latere terrã Edom: ⁊ terrã moab. Venitq; ad ori
entalẽ plagã terre moab: ⁊ caſtrametat⁹ eſt trans arnõ:
nec voluit intrare terminos moab. Arnõ quippe cõfiniũ
D eſt terre moab. Miſit itaq; iſrael nũcios ad Seon regẽ
Ammorreoꝝ: q̄ habitabat in Heſebon: et dixerũt ei: Di
mitte vt tranſeã per terrã tuã vſq; ad fluuiũ. Qui ⁊ ipſe
iſrael verba deſpiciẽs: nõ dimiſit eũ tranſire ꝑ terminos
ſuos: ſed infinita multitudine cõgregata egreſſus eſt cõ
tra eũ in Jaſa: et fortiter reſiſtebat. Tradiditq; eũ dñs
in man⁹ iſrael cũ oĩ exercitu ſuo: ⁊ ꝑcuſſit eũ: et poſſedit
oẽm terrã Ammorrei habitatoris regiõis illius: ⁊ vni-
uerſos fines eius de Arnon vſq; Jeboch: et de ſolitudi-
ne vſq; ad iordanẽ. Dñs ergo de⁹ iſrael ſubuertit amor
reũ: pugnãte cõtra illũ populo ſuo iſrael: et tu nunc vis
poſſidere terrã ei⁹? Nõne ea q̄ poſſedit Chamos de⁹ tu
E us: tibi iure debent᷑? Que aũt dñs deus noſter victor ob
tinuit: in noſtrã cedẽt poſſeſſionẽ: niſi forte melior es ba
lach filio Sephor rege moab: aut docere potes: ꝙ iurga
tus ſit cõtra iſrael: ⁊ pugnauerit cõtra eũ: quãdo habita
uit in heſebon: ⁊ viculis eius: ⁊ in aroer: ⁊ villis illius: vl'
in cũctis ciuitatibus iuxta iordanẽ ꝑ trecentos annos.
Quare tanto tempore nihil ſuꝑ hac repetitiõe tentaſti?
Igit᷑ nõ ego pecco in te: ſed tu cõtra me male agis: indi
cẽs mihi bella nõ iuſta. Judicet dñs arbiter hui⁹ diei in
ter iſrael: ⁊ filios Ammon. Noluitq; acquieſcere rex fili
orũ ammon verbis Jephthe: que ꝑ nũcios mãdauerat.
Factus eſt ergo ſuꝑ iephthe ſpiritus dñi: et circumiens
F galaad: ⁊ manaſſe: maſpha quoq; galaad: ⁊ inde tranſi-
ens ad filios ammon votũ vouit dño: dicens: Si tradi-
deris filios ammon ĩ manus meas: quicũq; primus fue
rit egreſſus de forib⁹ domus mee: mihiq; occurrerit re
uertẽti cũ pace a filijs ammõ: eũ holocauſtũ offerã dño.
Tranſiuitq; Jephthe ad filios ammon: vt pugnaret cõ
tra eos: quos tradidit dñs in manus ei⁹: percuſſitq; ab
Aroer vſq; dũ venias in mennith: viginti ciuitates: ⁊ vſ
q; ad abel: que eſt vineis cõſita: plaga magna nim᷑. Hu
miliatiq; ſunt filij Ammon a filijs Jſrael. Reuertenti
autem Jephthe in Maſpha domum ſuam: occurrit ei
vnigenita filia ſua cum tympanis et choris: nõ eñ habe-
bat alios liberos. Qua viſa: ſcidit veſtimenta ſua: et ait:
Heu me filia mi: decepiſti me: ⁊ ipſa decepta es. Aperui G
enim os meum ad dominum: ⁊ aliud facere non potero
Cui illa reſpondit: Pater mi: ſi aperuiſti os tuũ ad do-
minũ: fac mihi qđcunq; pollicit⁹ es: conceſſa tibi vltiõe
atq; victoria de hoſtib⁹ tuis. Dixitq; ad patrẽ: Hoc ſo-
lũ mihi preſta qđ deprecor: Dimitte me: vt duobus men
ſibus circumeã montes: et plangã virginitatẽ meã cum
ſodalibus meis. Cui ille reſpõdit: Vade. Et dimiſit eã
duobus menſibus. Cumq; abijſſet cum ſocijs: ac ſodali
bus ſuis: flebat virginitatẽ ſuam in montibus. Expletiſ
q; duobus menſibus: reuerſa eſt ad patrẽ ſuũ: et fecit ei
ſicut vouerat. Que ignorabat virũ. Exinde mos incre-
uit in Jſrael: ⁊ cõſuetudo ſeruata eſt: vt poſt anni circu-
lum cõueniant in vnũ filie Jſrael: et plangant filiã ieph
the Galaadite diebus quatuor. XII.
Ecce autẽ in Ephraim orta eſt ſeditio: nam A
tranſeuntes cõtra aquilonẽ dixerunt ad ieph
the: Quare vadẽs ad pugnã cõtra filios Am
mon vocare nos noluiſti: vt ꝑgeremus tecũ?
Igitur incendemus domum tuam. Quibus ille reſpõ-
dit: Diſceptatio erat mihi et pplo meo cõtra filios Am
mon vehemens: vocauiq; vos vt preberetis mihi auxili
um: et facere noluiſtis. Quod cernens: poſui animã me
am in manibus meis: tranſiuiq; ad filios Ammõ: ⁊ tra-
didit eos domin⁹ in manus meas. Quid cõmerui: vt ad B
uerſum me conſurgatis in prelium? Vocat᷑ itaq; ad ſe
cũctis vir᷑ de Galaad: pugnabat cõtra Ephraim. Per
cuſſeruntq; viri Galaad Ephraim: quia dixerat: Fugi-
tiuus eſt Galaad de Ephraim: ⁊ habitat in medio Eph
raim: ⁊ Manaſſe. Occupauerũtq; Galaadite vada ior
danis: ꝑ que Ephraim reuerſurus erat. Cumq; veniſ-
ſet ad ea de Ephraim numero fugiens atq; dixiſſet: Ob
ſecro vt me tranſire permittas. dicebant ei Galaadite:
Nunq̄d Ephrateus es? Quo dicente: Non ſum: inter
rogabãt eum: Dic ergo Siboleth: qđ interpretat᷑ ſpica. C
Qui reſpondit Chiboloth: eadem litera ſpicam expri-
mere non valens: ſtatimq; apprehenſum iugulabant in
ipſo Jordanis tranſitu. Et ceciderunt illo tempore de
Ephraim quadragintaduo milia. Judicauit itaq; ieph
the Galaadites iſrael ſex annis: ⁊ mortu⁹ eſt: ac ſepult⁹
in ciuitate ſua Galaad. Poſt hũc iudicauit Jſrael Ab-
eſſan de Bethlehẽ: qui habuit triginta filios: ⁊ totidẽ fi
lias: quas emittens foras maritis dedit: et einſdem nu-
meri filijs ſuis accepit vxores: introducens in domũ ſu-
am. Qui ſeptẽ annis iudicauit iſrael: mortuuſq; eſt ac ſe D
pultus in Bethlehẽ. Cui ſucceſſit Elon Zabulonites:
et iudicauit Jſrael decẽ annis: mortuuſq; eſt ac ſepult⁹
in Aialon. Poſt hunc iudicauit Jſrael Abdon: fili⁹ hel-
lel Pharatonites: qui habuit quadraginta filios: ⁊ tri-
ginta ex eis nepotes: aſcendẽtes ſuper ſeptuaginta pul-
los aſinarum: ⁊ iudicauit Jſrael octo annis: mortuuſq;
eſt ac ſepult⁹ ĩ pharaton: terre ephraim ĩ mõte amelech.
Rurſumq; filij Jſrael fecerunt ma XIII. A
lum in conſpectu domini: qui tradidit eos in
manus philiſtinorũ q̄draginta annis. Erat
autem quidã vir de Saraa: ⁊ de ſtirpe Dan:
nomine Manue: habens vxorẽ ſterilẽ: cui apparuit an-
gelus domini: ⁊ dixit ad eã: Sterilis es: et abſq; liberis:
ſed cõcipies ⁊ paries filiũ. Caue ergo ne bibas vinum ac
ſiceram: nec immũdum quicq̄ comedas: quia concipies
⁊ paries filium: cuius non tanget caput nouacula. Erit B
enim Nazareus dei ab infantia ſua: et ex matris vtero:
et ipſe incipiet liberare Jſrael de manu Philiſtinorum.
Que cum veniſſet ad maritum ſuũ: dixit ei: Vir dei ve-
nit ad me: habens vultum angelicum: terribilis nimis.
Quem cum interrogaſſem quis eſſet: et vnde veniſſet: ⁊
quo nomine vocaretur: noluit mihi dicere: ſed hoc reſpõ
dit: Ecce concipies et paries filium: caue ne vinum bi- Geñ.16.c.
bas nec ſiceram: et ne aliquo veſcaris immundo: erit eñ Luce.11.b

puer Nazareus dei ab infantia ſua: et ex vtero matris
ſue: vſqꝫ ad diem mortis ſue. Orauit itaqꝫ Manue do-
minum: ⁊ ait: Obſecro dñe: vt vir dei quē miſiſti: veniat
iterum: ⁊ doceat nos quid debeamus facere de puero: q̄
naſciturus eſt. Exaudiuitqꝫ dominus deprecantē Ma
nue: ⁊ apparuit rurſum angelus dñi vxori eius ſedēti in
agro. Manue aūt maritus eius non erat cum ea. Que
cum vidiſſet angelū: feſtinauit: et cucurrit ad virū ſuū:
C nunciauitqꝫ ei dicens: Ecce apparuit mihi vir quē ante
videram. Qui ſurrexit: ⁊ ſecutus eſt vxorē ſuam: veniēſ-
qꝫ ad virū dixit ei: Tu es: qui locutus es mulieri? Et il-
le reſpondit: ego ſum. Cui Manue: quando: inquit: ſer
mo tuꝰ fuerit expletus: quid vis vt faciat puer: aut quo
ſe obſeruare debebit? Dixitqꝫ angelus domini ad Ma-
nue: Ab om̄ibus que locutus ſum vxori tue: abſtineat: ⁊
quicq̄d ex vinea naſcitur: non comedat: vinum et ſicerā
non bibat: nullo veſcatur immundo: et qđ ei precepi: im
pleat atqꝫ cuſtodiat. Dixit itaqꝫ Manue ad angelū do-
mini: Obſecro te: vt acq̄eſcas precibus meis: ⁊ faciamꝰ
tibi hoedū de capris. Cui reſpondit angelus: Si me co
gis: nō comedā panes tuos: ſi autē vis holocauſtū face-
re: offer illud dño. Et neſciebat Manue: ꝙ angelus do-
mini eſſet: dixitqꝫ ad eum: Quod eſt tibi nomen: vt ſi ſer
mo tuus fuerit expletus: honoremus te? Cui ille reſpon
gene.23.5 dit: Cur queris nomen meū: qđ eſt mirabile? Tulit ita-
D qꝫ Manue hoedum de capris: et libamenta: ⁊ poſuit ſu
per petrā: offerens domino: qui facit mirabilia. Ipſe au
tem et vxor eius intuebantur. Cumqꝫ aſcenderet flam-
ma altaris in celum: angelus domini pariter in flamma
aſcendit. Quod cum vidiſſet manue: et vxor eius: proni
ceciderunt in terrā: ⁊ vltra eis non apparuit angelus do
mini. Statimqꝫ intellexit Manue angelū dñi eſſe: et
dixit ad vxorē ſuā: Morte moriemur: quia vidimus do
minū. Cui reſpondit mulier: Si dñs nos vellet occide-
re: de manibus noſtris holocauſtū: ⁊ libamēta non ſuſce
piſſet: nec oſtendiſſet nobis hec oīa: neqꝫ ea q̄ ſunt ventu
ra: dixiſſet. Peperit itaqꝫ filiū: ⁊ vocauit nomē eiꝰ Sā-
ſon. Creuitqꝫ puer: et benedixit ei dñs. Coepitqꝫ ſpiritꝰ
dñi eſſe cū eo in caſtris Dan inter Saraa et Eſthaol.
A Deſcendit ergo Samſon ī Tham XIIII.
natha: videnſqꝫ ibi mulierē de filiabus Phili
ſtijm: aſcendit et nunciauit patri ſuo: ⁊ matri
ſue: dicens: Vidi mulierē in Thamnatha de
filiabus Philiſtinorū: quā queſo vt mihi accipiatis vxo
rem. Cui dixerunt pater ⁊ mater ſua: Nunquid non eſt
mulier in filiabus fratrum tuorum: et ī om̄i populo tuo
q̄a vis accipere vxorē de Philiſtijm: qui īcircunciſi ſunt
Dixitqꝫ Samſon ad patrem ſuum: Hanc mihi accipe:
quia placuit oculis meis. Parentes autem eius neſcie-
bant: ꝙ res a domino fieret: et quereret occaſiones cō-
tra Philiſtijm. Eo eñi tempore Philiſtijm dominabā-
Sup.15.a. tur Iſraeli. Deſcendit itaqꝫ Samſon cum patre ſuo: et
B matre ī Thamnatha. Cumqꝫ veniſſent ad vineas oppi-
ſub eodē. di: apparuit catulus leonis ſeuus: ⁊ rugiēs: et occurrit
ei. Irruit autē ſpiritus domini in Samſon: ⁊ dilacera-
uit leonē: quaſi hoedū in fruſta decerperet: nihil om̄ino
habēs in manu: et hoc patri ⁊ matri noluit indicare. De
ſcenditqꝫ ⁊ locutus eſt mulieri: que placuerat oculis ei-
us. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eā: decli
nauit vt videret cadauer leonis: ⁊ ecce examen apum in
ore leonis erat ac fauus mellis. Quē cū ſumpſiſſet ī ma
nibus: comedebat in via: veniēſqꝫ ad patrē ſuū: ⁊ matrē
dedit eis partē: qui ⁊ ipſi comederunt: nec tamē eis vo-
luit indicare: qđ mel de corpore leonis aſſumpſerat. De
C ſcendit itaqꝫ pater eius ad mulierē: ⁊ fecit filio ſuo ſam-
ſoni conuiuiū. Sic eñi iuuenes facere cōſueuerant. Cū
ergo ciues loci illius vidiſſent eū: dederūt ei ſodales tri
ginta qui eſſent cū eo. Quibus locutꝰ eſt Samſon: pro-
ponā vobis pblema: qđ ſi ſolueritis mihi intra ſeptē di-
es cōuiuij: dabo vobis triginta ſindones: ⁊ totidē tuni-
cas. Sin aūt nō potueritis ſoluere: vos dabitis mihi tri
ginta ſindones: ⁊ eiuſdē numeri tunicas. Qui reſpōde-
runt ei: Propone problema vt audiamus. Dixitqꝫ eis:
De comedente exiuit cibus: et de forti egreſſa eſt dulce-
do. Nec potuerūt ꝑ tres dies propoſitionē ſoluere. Cū
qꝫ adeſſet dies ſeptimus: dixerunt ad vxorem Samſon
Blandire viro tuo: et ſuade ei vt indicet tibi quid ſigni
ficet problema: quod ſi facere nolueris: incendemus te:
et domū patris tui. An idcirco vocaſtis nos ad nuptias
vt ſpoliaretis? Que fundebat apđ Samſon lachrymas
⁊ querebatur: dicens: Odis me ⁊ nō diligis: idcirco pro D
blema qđ propoſuiſti filijs populi mei: non vis mihi ex-
ponere. At ille reſpondit: Patri meo: et matri nolui di-
cere: et tibi indicare potero? Septem igitur diebus con
uiuij flebat ante eum: tandemqꝫ die ſeptimo cum ei eſſet
moleſta: expoſuit. Que ſtatim indicauit ciuibꝰ ſuis. Et
illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum: Quid
dulcius melle: et quid fortius leone? Qui ait ad eos Si Sup. eod
non araſſetis in vitula mea: non inueniſſetis propoſitio ifra.15.c.
nem meam. Irruit itaqꝫ in eum ſpiritus domini: deſcē-
ditqꝫ Aſcalonem: ⁊ percuſſit ibi triginta viros: quorū ab
latas veſtes dedit his: qui problema ſoluerāt. Iratuſqꝫ
nimis aſcendit in domum patris ſui: vxor autē eius ac-
cepit maritū vnū de amicis eius ⁊ pnubis. XV.
Poſt aliquantulum autem temporis: cum di- A
es triticee meſſis inſtarent: venit Samſon ī
uiſere volens vxorem ſuam: et attulit ei hoe-
dum de capris. Cumqꝫ cubiculum eius ſoli-
to vellet intrare: prohibuit illum pater illius: dicens:
Putaui ꝙ odiſſes eam: et ideo tradidi illam amico tuo
Sed habet ſororem: que iunior et pulchrior illa eſt: ſit ti
bi pro ea vxor. Cui Samſon reſpondit: Ab hac die non
erit culpa in me cōtra Philiſteos: faciā enim vobis ma
la. Perrexitqꝫ et cepit trecentas vulpes: caudaſqꝫ earꝫ
iunxit ad caudas: et faces ligauit in medio: quas igne
ſuccendens dimiſit vt huc illucqꝫ diſcurrerent. Que ſta-
tim perrexerūt in ſegetes Philiſtinorum. Quibus ſuc- B
cenſis: et comportate iam fruges: ⁊ adhuc ſtantes ī ſti-
pula concremate ſunt: in tantum vt vineas quoqꝫ: et oli
ueta flamma conſumeret. Dixerūtqꝫ philiſtijm: Quis
fecit hanc rem? Quibus dictū eſt: Samſon gener tham
nathei: quia tulit vxorem eius: et alteri tradidit: hec ope
ratus eſt. Aſcenderuntqꝫ Philiſtijm: ⁊ combuſſerūt tā
mulierem: q̄ patrem eius. Quibus ait Samſon: Licet
hec feceritis: tamen adhuc ex vobis expetam vltionem:
et tunc quieſcam. Percuſſitqꝫ eos ingenti plaga: ita vt
ſtupentes ſuram foemori imponerent. Et deſcendens
habitauit in ſpelunca petre Ethan. Igitur aſcēdentes
Philiſtijm in terram Iuda caſtrametati ſunt in loco:
qui poſtea vocatus eſt Lechi: id eſt maxilla: vbi eorū fu-
ſus eſt exercitus. Dixerūtqꝫ ad eos de tribu Iuda: Cur
aſcēdiſtis aduerſum nos? Qui reſpōderūt: Vt ligemꝰ
Samſon venimus: ⁊ reddamus ei que in nobis operatus
eſt. Deſcenderūt ergo tria milia virorꝫ de iuda: ad ſpecū C
ſilicis Ethan: dixerūtqꝫ ad ſamſon: Neſcis qđ philiſtijm
īperent nobis: q̄re ergo hec facere voluiſti? Quibus ille
ait: Sicut fecerūt mihi: ſic feci eis. Ligare: inquiunt: te
venimꝰ: ⁊ tradere ī manus philiſtinorꝫ. Quibus ſamſon
iurate: ait: et ſpondete mihi: ꝙ non occidetis me. Dixe-
rūt: Nō te occidemus: ſed vinctū tradēmꝰ. Ligauerūt
qꝫ eū duobus nouis funibus: ⁊ tulerūt eum de petra E-
than. Qui cū veniſſet ad locum maxille: et philiſtijm vo
ciferātes occurriſſent ei: irruit ſpiritus dñi in eū: ⁊ ſicut
ſolēt ad ardorem ignis ligna cōſumi: ita vincula q̄bus
ligatus erat: diſſipata ſunt ⁊ ſoluta. Inuentāqꝫ maxillā
id eſt mandibulā aſini: que iacebat: arripiens: interfecit
in ea mille viros: ⁊ ait: In maxilla aſini: ī mādibula pul D
li aſinarꝫ deleui eos: et percuſſi mille viros: Cumqꝫ hec
verba canēs cōpleſſet: proiecit mandibulā de manu: et vo
cauit nomē loci illius Ramathlechi: quod interpretat

eleuatio maxillę. Sitiēſqꝫ valde clamauit ad dominū: ⁊
ait: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutē hanc maximam
atqꝫ victoriā: ⁊ en ſiti morior: incidamqꝫ in manus incir
cunciſorum. Aperuit itaqꝫ dominus molarem dētem in
maxilla aſini: ⁊ egreſſi ſunt ex eo aquę. Quibus hauſtis:
refocillauit ſpiritum: et vires recepit. Jdcirco appella-
tum eſt nomē loci illius: fons inuocātis de maxilla: vſqꝫ
in pręſentem diem. Judicauitqꝫ Jſrael in diebus Phi-
liſtijm viginti annis. XVI.
A ABijt quoqꝫ ī Gazam: ⁊ vidit ibi mulierē me-
retricē: ingreſſuſqꝫ eſt ad eā. Quod cū audiſ-
ſent Philiſtijm: ⁊ ꝑcrebuiſſet apud eos: in-
traſſe vrbē Samſon: circūdederūt eū poſitis
in porta ciuitatis cuſtodibꝰ: ⁊ ibi tota nocte cum ſilētio
pręſtolātes: vt facto mane exeūtē occiderēt. Dormiuit
aūt Samſon vſqꝫ ad mediū noctis: ⁊ inde cōſurgēs ap-
prehēdit ambas portę fores cū poſtibꝰ ſuis ⁊ ſera: impo
ſitaſqꝫ humeris ſuis portauit ad verticē mōtis: ꝗ reſpi-
cit Hebron. Poſt hęc amauit mulierē: quę habitauit ī
valle Soreth: ⁊ vocabaꝛ Dalila. Venerūtqꝫ ad eā prin-
cipes Philiſtinorū: atqꝫ dixerunt: Decipe eū: ⁊ diſce ab
illo: in quo habeat tantā fortitudinē: ⁊ quomodo eū ſu-
B perare valeamus: ⁊ vinctum affligere. Quod ſi feceris:
dabimus tibi ſinguli mille cētum argēteos. Locuta eſt
ergo Dalila ad ſamſon: Dic mihi obſecro: ī quo ſit tua
maxima fortitudo: ⁊ quid ſit quo ligatus erumpere ne-
queas? Cui reſpōdit Samſon: Si ſeptē neruiceis funi
bus necdum ſiccis: ⁊ adhuc humentibus ligatus fuero:
infirmus ero vt cęteri homines. Attulerūtqꝫ ad eam ſa-
trapę Philiſtinorū ſeptē funes: vt dixerat: quibus vin-
xit eum: latētibus apud ſe inſidijs: et in cubiculo finē rei
sup. eodē. expectantibus. Clamauitqꝫ ad eum: Philiſtijm ſuper
infra eodē te Samſon. Qui rupit vincula: quomodo ſi rūpat quis
filum de ſtupa tortū ſputamine: cū ardorem ignis acce-
perit: ⁊ non eſt cognitū in quo eſſet fortitudo eius. Di-
xitqꝫ ad eū Dalila: Ecce illuſiſti mihi: ⁊ falſum locutus
es: ſaltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille
reſpondit: Si ligatus fuero nouis funibꝰ: qui nunꝙ fue
runt in opere: infirmus ero: ⁊ aliorꝫ hoīm ſimilis. Qui-
bus rurſum Dalila vinxit eum: ⁊ clamauit: Philiſtijm
ſuꝑ te Samſon: in cubiculo īſidijs pręparatis. Qui ita
rupit vincula ꝗſi fila telarū. Dixitqꝫ Dalila rurſum ad
C eū: Vſqꝫquo decipis me: ⁊ falſum loqueris? Oſtēde de ꝗ
vinciri debeas. Cui reſpōdit Samſon: Si: inquit: ſeptē
crines capitis mei cum licio plexueris: ⁊ clauum his cir
sup. eodē. cūligatum terrę fixeris: infirmus ero. Quod cum feciſ-
infra eodē ſet Dalila: dixit ad eū: Philiſtijm ſuꝑ te Samſon. Qui
D conſurgēs de ſomno extraxit clauū cū crinibus: et licio.
Dixitqꝫ ad eū Dalila: Quomodo dicis ꝙ amas me: cū
animus tuus non ſit mecū? Per tres vices mētitus es
mihi: ⁊ noluiſti dicere: in quo ſit maxima fortitudo tua.
Cūqꝫ moleſta eſſet ei: et ꝑ multos dies iugiter adhęre-
ret: ſpaciū ad quietē nō tribuēs: defecit aīa eiꝰ: ⁊ ad mor
tē vſqꝫ laſſata eſt. Tunc aperiēs veritatē rei dixit ad eā:
Ferrū nunꝙ aſcēdit ſuꝑ caput meū: quia Nazaręus: id
eſt: conſecratus dn̄o ſum de vtero matris meę: ſi raſum
fuerit caput meum: recedet a me fortitudo mea: ⁊ defi-
ciam: eroqꝫ ſicut cęteri hoīes: Videnſqꝫ illa ꝙ confeſſus
ei eſſet omnem animū ſuū: miſit ad principes Philiſti-
E norum: ac mādauit: Aſcēdite adhuc ſemel: ꝗa nūc mihi
aperuit cor ſuum. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia:
quā promiſerāt. At illa dormire eū fecit ſuꝑ genua ſua: ⁊
in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitqꝫ tonſorem: ⁊ raſit
ſeptē crines eius: ⁊ coepit abigere eum: ⁊ a ſe repellere.
Stati eni ab eo fortitudo diſceſſit: dixitqꝫ: Philiſtijm
ſuꝑ te Samſon. Qui de ſomno cōſurgēs: dixit ī animo
F ſuo: Egrediar ſicut ante feci: ⁊ me excutiā: neſciēs ꝙ re-
ceſſiſſet ab eo dn̄s. Quē cū apprehēdiſſent philiſtijm: ſta
tim eruerunt oculos eius: ⁊ duxerunt Gazam vinctum
catenis: ⁊ clauſum in carcere molere fecerunt. Jamqꝫ
capilli eius renaſci coeperant: et principes Philiſtinorꝫ
cōuenerunt in vnum: vt immolarēt hoſtias magnificas
Dagon deo ſuo: ⁊ epularētur: dicētes: Tradidit deꝰ no
ſter inimicū noſtrū Samſon in manꝰ nr̄as. Quod etiā
populꝰ vidēs: laudabat deū ſuū: eadēqꝫ dicebat: Tradi-
dit deus noſter aduerſariū noſtrū in manꝰ noſtras: qui
deleuit terrā noſtrā: ⁊ occidit plurimos. Lętātesqꝫ per
conuiuia: ſumptis iam epulis pręceperunt vt vocaretur
Samſon: ⁊ ante eos luderet. Qui adductus de carcere
ludebat ante eos: fecerūtqꝫ eum ſtare inter duas colum
nas. Qui dixit puero regēti greſſus ſuos: Dimitte me: E
vt tangā colūnas ꝗbus oīs imminet domus: et recliner
ſuꝑ eas: ⁊ paululū requieſcam. Domus autem erat ple-
na virorū ac mulierum: ⁊ erāt ibi omnes principes Phi
liſtinorū: ac de tecto ⁊ ſolario circiter tria milia vtriuſqꝫ
ſexus ſpectantes ludentē Samſon. At ille inuocato do
mino ait: Domine deꝰ meus memēto mei: ⁊ redde mihi
nunc fortitudinē meā priſtinam deus meus: vt vlciſcar
me de hoſtibus meis: ⁊ pro amiſſiōe duorꝫ luminū vnam
vltionē recipiā. Et apprehēdens ambas columnas: qui-
bus innitebatur domus: alterāqꝫ earꝫ dextra: ⁊ alteram
leua tenens: ait: Moriatur anima mea cū Philiſtijm. supra. 14.
Cōcuſſiſqꝫ fortiter columnis: cecidit domus ſuper oēs et. 15. d.
principes: ⁊ cęterā multitudinē quę ibi erat. Multoqꝫ
plures interfecit moriens: ꝙ ante viuus occiderat. De-
ſcēdentes aūt fratres eiꝰ: ⁊ vniuerſa cognatio tulerunt
corpꝰ eiꝰ: ⁊ ſepelierūt īter Saraa ⁊ Eſthaol ī ſepulchro
patris ſui manue: iudicauitqꝫ iſrael vigīti annis. XVII.
FVitqꝫ eo tēpore vir ꝗdā de mōte Ephraim A
nomine Michas: qui dixit matri ſue: Mil-
le centum argenteos quos ſeparaueras: ⁊ ſu
per quibus me audiente iuraueras: ecce ego
habeo: ⁊ apud me ſunt. Cui illa reſpōdit: Benedictus
filiꝰ meus domino. Reddidit ergo eos matri ſuę: quę
dixerat ei: Cōſecraui: ⁊ voui hoc argentum domino: vt
de manu mea ſuſcipiat filiꝰ meus: ⁊ faciat ſculptile atqꝫ B
conflatile: ⁊ nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos
matri ſuę: quę tulit ducentos argenteos: ⁊ dedit eos ar
gentario: vt faceret ex eis ſculptile atqꝫ conflatile: quod
fuit in domo Michę. Qui ędiculā quoqꝫ in ea deo ſepa C
rauit: ⁊ fecit Ephot ⁊ Teraphim: id eſt veſtem ſacerdo-
talem: ⁊ idola. Jmpleuitqꝫ vnius filiorū ſuorū manum: infra. 8. a.
⁊ factus eſt ei ſacerdos. Jn diebus illis non erat rex in et. 21. d.
Jſrael: ſed vnuſquiſqꝫ quod ſibi rectū videbaꝛ: hoc facie- D
bat. Fuit quoqꝫ in tēpore illo alter adoleſcēs de Bethle
hem Juda ex cognatiōe eiꝰ: eratqꝫ ipſe leuites: ⁊ habita
bat ibi. Egreſſuſqꝫ de ciuitate bethlehē: peregrinari vo-
luit vbicunqꝫ ſibi cōmodum reperiſſet. Cūqꝫ veniſſet in
montē Ephraim iter faciēs: ⁊ declinaſſet paruꝑ in do
mo Michę: interrogatꝰ eſt ab eo vnde veniſſet. Qui re-
ſpōdit: Leuita ſum de Bethlehē iuda: ⁊ vado vt habitē
vbi potero: ⁊ vtile mihi eſſe ꝓſpexero. Dixitqꝫ Micha:
Mane apud me (inꝗt) ⁊ eſto mihi parēs ac ſacerdos: da
boqꝫ tibi ꝑ annos ſingulos decē argēteos: ac veſtē dupli
cem: ⁊ quę ad victum ſunt neceſſaria. Acquieuit ⁊ manſit
apud hoīem: fuitqꝫ illi quaſi vnus de filijs. Jmpleuitqꝫ
micha manū eiꝰ: ⁊ habuit puerū ſacerdotē apud ſe: nunc
ſcio dicens: ꝙ benefaciet mihi deus habenti Leuitici ge
neris ſacerdotem. XVIII.
IN diebus illis non erat rex in Jſrael: ⁊ tribꝰ A
Dan quęrebat poſſeſſionē ſibi: vt habitaret
in ea. Vſqꝫ ad illum enim diem inter cęteras
tribus ſortem non acceperat: miſerunt ergo
filij Dan ſtirpis ⁊ familię ſuę quinqꝫ viros fortiſſimos
de Saraa ⁊ eſthaol: vt explorarēt terrā: ⁊ diligēter in-
ſpicerent. Dixerūtqꝫ eis: Jte ⁊ conſyderate terrā. Qui sup. 17. c.
cum pergentes veniſſent in montem Ephraim: ⁊ intraſ infra. 21. d
ſent domū Michę: requieuerunt ibi: ⁊ agnoſcentes vo-
cem adoleſcētis Leuitę: vtēteſqꝫ illius diuerſorio: dixe
runt ad eū: Quis te huc adduxit? ꝗd hic agis: quam ob

cauſam huc venire voluiſti? Quid hic agis? Qui reſpō-
dit eis: Hęc ⁊ hęc pręſtitit mihi Michas: ⁊ me merce-
de cōduxit: vt ſim ei ſacerdos. Rogauerūt aūt eū: vt cō-
B ſuleret dn̄m: ⁊ ſcire poſſent: an proſpero itinere perge-
rent: ⁊ res haberet effectū. Qui reſpōdit eis: Ite cū pa-
num.13.c. ce: dn̄s reſpicit viam veſtrā: ⁊ iter quo pergitis. Euntes
igit̄ quinq; viri venerūt Lais: viderūtq; populum habi
tantem in ea abſq; vllo timore: iuxta conſuetudinē Si-
doniorum ſecurū et quietū: nullo eis penitus reſiſtente:
magnarūq; opū: ⁊ procul a Sidone: atq; a cunctis ho-
minibus ſeparatum. Reuerſiq; ad fratres ſuos in Sa-
raa et Eſthaol: ⁊ quid egiſſent ſciſcitantibus reſponde-
runt: Surgite: ⁊ eamus ad eos: Uidimus enim terram
valde opulentam ⁊ vberē: nolite negligere: nolite ceſſa-
C re. Eamus: et poſſideamus eam: nullus erit labor. In-
trabimus ad ſecuros in regionem latiſſimam: tradetq;
nobis dominus locū: in quo nullius rei eſt penuria eorū
quę gignuntur in terra. Profecti igitur ſunt de cogna
tione Dan: id eſt de Saraa ⁊ Eſthaol ſexcenti viri accin
cti armis bellicis: aſcendenteſq; manſerunt in Caria-
D thiarim Iudę: qui locus ex eo tēpore caſtrorū Dan no-
men accepit: ⁊ eſt poſt tergū Cariathiarim. Inde trāſie
runt in montē Ephraim. Cūq; veniſſent ad domū Mi
chę: dixerūt q̄nq; viri: q̄ prius miſſi fuerāt ad cōſyderan
dam terram Lais cęteris fratribus ſuis. Noſtis ꝙ in
domibus iſtis ſit Ephot: theraphim ⁊ ſculptile atq; cō-
flatile: videte quid vobis placeat. Et cū paululum decli-
naſſent: ingreſſi ſunt domum adoleſcentis Leuitę: qui
erat in domo Michę: ſalutaueruntq; eum verbis pacifi
cis. Sexcenti aūt viri ita vt erant armati: ſtabant ante
oſtiū. At illi qui ingreſſi fuerant domū iuuenis: ſculptile
⁊ Ephot et Theraphim: atq; cōflatile tollere nitebant̄:
⁊ ſacerdos ſtabat ante oſtiū: ſexcentis viris fortiſſimis:
E haud procul expectātibus. Tulerunt igitur: qui intra-
uerant ſculptile Ephot idola atq; conflatile. Quibus
dixit ſacerdos: Quid facitis? Cui reſpōderunt: Tace: ⁊
pone digitū ſup os tuū: veniq; nobiſcum: vt habeamus
te patrē ac ſacerdotē. Quid tibi melius eſt: vt ſis ſacer-
dos in domo vni⁹ viri: an ī vna tribu ⁊ familia ī Iſrael?
Quod cum audiſſet: acquieuit ſermonibus eorū: ⁊ tulit
Ephot ⁊ idola ac ſculptile: et ꝓfectus eſt cū eis. Qui cū
F pergerent: ⁊ ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumenta: ⁊
om̄e quod erat precioſum: iamq; a domo Michę eſſent
procul: viri qui habitabāt in ędibus Michę cōclaman
tes ſecuti ſunt: et poſt tergum clamare coeperunt. Qui
cum reſpexiſſent: dixerūt ad Micham: Quid tibi vis?
cur clamas? Qui reſpondit: Deos meos quos mihi feci
tuliſtis: ⁊ ſacerdotem: ⁊ om̄ia quę habeo: ⁊ dicitis: quid
tibi eſt? Dixeruntq; ei filij Dan: Caue ne vltra loquaris
ad nos: ⁊ veniant ad te viri animo concitati: et ipſe cum
om̄i domo tua pereas. Et ſic coepto itinere perrexerūt.
Uidens autem Micha: ꝙ fortiores ſe eſſent: reuerſus
G eſt in domum ſuam. Sexcēti autem viri tulerunt ſacer-
dotem: ⁊ quę ſupra diximus: veneruntq; in Lais ad po
pulum quieſcentē atq; ſecurū: ⁊ percuſſerunt eos in ore
gladij: vrbemq; incendio tradiderunt: nullo penitus fe-
rente pręſidium: eo ꝙ procul habitarēt a Sidone: et cū
nullo hominum haberent quicꝙ̄ ſocietatis ac negocij.
Erat aūt ciuitas ſita ī regiōe Rohob. Quam rurſum
extruentes habitauerunt in ea: vocato nomine ciuitatis
Dan: iuxta vocabulum patris ſui: quē genuerat Iſrael:
quę prius Lais dicebatur. Poſuerūtq; ſibi ſculptile: et
ſup.17.c. Ionathan filiū Gerſan filij Moyſi: ac filios eius ſacer-
ſup.eodē. dotes in tribu Dan vſq; ad diem captiuitatis ſuę. Mā
⁊ infra.21.b ſitq; apud eos idolū Michę om̄i tēpore: q̄ fuit domus
dei in Silo. In dieb⁹ illis nō erat rex in Iſrael. XIX.
A FUit quidam vir Leuites: habitans in latere
mōtis Ephraim: q̄ accepit vxorē de Bethle
hem Iuda: quę reliquit eū: ⁊ reuerſa eſt ī do-
mū patris ſui in Bethlehē: māſitq; apud eū
quatuor menſibus. Secutuſq; eſt eam vir ſuus: volens
recōciliari ei: atq; blandiri: ⁊ ſecū reducere: habens in co
mitatu puerū et duos aſinos. Quę ſuſcepit eū: ⁊ intro-
duxit in domum patris ſui. Quod cū audiſſet ſocer ei⁹:
eūq; vidiſſet: occurrit ei lętus: ⁊ amplexatus eſt hoīem.
Māſitq; gener in domo ſoceri tribus diebus: comedēs
cū eo ⁊ bibēs familiariter: Die aūt quarto de nocte con-
ſurgens: proficiſci voluit. Quē tenuit ſocer: ⁊ ait ad eū: B
Guſta prius puſillū panis: ⁊ cōforta ſtomachū: ⁊ ſic ꝓfi-
ciſceris. Sederūtq; ſimul: ac comederūt: ⁊ biberūt. Di-
xitq; pater puellę ad generū ſuū: Queſo te: vt hodie hic
maneas: pariterq; lętemur. At ille cōſurgēs: coepit vel
le ꝓficiſci. Et nihilomin⁹ obnixe eū ſocer tenuit: ⁊ apud
ſe fecit manere. Mane aūt facto: parabat leuites iter.
Cui ſocer rurſuꝫ: Obſecro: inq̄t: vt paululū cibi capias:
⁊ aſſumptis virib⁹: donec increſcat dies poſtea ꝓficiſca-
ris. Comederūt ergo ſimul: ſurrexitq; adoleſcēs: vt per C
geret cū vxore ſua ⁊ puero. Cui rurſum locut⁹ eſt ſocer:
Cōſydera: ꝙ dies ad occaſum decliuior ſit: ⁊ ꝓpinquat 1.Reg.11.b
ad veſperū: mane apud me etiā hodie: ⁊ duc lętū diem: ⁊
cras ꝓficiſcer̄: vt vadas ī domū tuā. Noluit gener ac-
quieſcere ſermonib⁹ ei⁹: ſed ſtatim ꝑrexit: ⁊ venit cōtra
Iebus: quę altero noīe vocat̄ hieruſalē: ducēs ſecū duos
aſinos onuſtos ⁊ cōcubinā. Iāq; aderāt iuxta Iebus: ⁊
dies mutabat̄ in noctē. Dixitq; puer ad dn̄m ſuū: Ueni
obſecro: declinemus ad vrbē Iebuſęorū: ⁊ maneamus in
ea. Cui reſpondit dn̄s: Nō ingrediar oppidū gētis alie D
nę: quę nō eſt de filijs Iſrael: ſed trāſibo vſq; gabaa: ⁊ cū
illuc ꝑuenero manebim⁹ ī ea: aut certe in vrbe Rhama.
Trāſierunt ergo Iebus: ⁊ coeptum carpebāt iter: occu
buitq; eis ſol iuxta Gabaa: quę eſt ī tribu Beniamin: dī
uerteruntq; ad eā: vt manerēt ibi. Quo cū intraſſent: ſe
debant in platea ciuitatis: ⁊ nullus eos recipere volebat
hoſpitio. Et ecce apparuit hō ſenex: reuertēs de agro: ⁊
de opere ſuo veſperi: q̄ ⁊ ipē de mōte erat Ephraim: ⁊ pe
regrinus habitabat in gabaa. Hoīes aūt regionis illius
erāt filij Iemini. Eleuatiſq; oculis: vidit ſenex ſedētem
hoīem cū ſarcinulis ſuis ī platea ciuitatis: ⁊ dixit ad eū:
Unde venis: ⁊ quo vadis? Qui reſpōdit ei: Profecti ſu E
mus de Bethlehē Iuda: ⁊ ꝑgim⁹ ad locū noſtrū: q̄ eſt ī
latere mōtis Ephraim: vn̄ ieram⁹ ī Bethlehē: ⁊ nūc va-
dimus ad domū dei: nulluſq; ſub tectū ſuū nos vult reci
pere: habētes paleas ⁊ foenū in aſinorū pabulū: ⁊ panē ac
vinū ī meos ⁊ ancillę tuę vſus: ⁊ pueri q̄ mecū eſt: nulla
re indigemus: niſi hoſpitio. Cui rn̄dit ſenex: Pax tecū
ſit: ego prębebo oīa quę neceſſaria ſunt: tantū queſo: ne ī
platea maneas. Introduxitq; eū in domū ſuā: ⁊ pabulū
aſinis prębuit: ac poſtꝙ̄ lauerūt pedes ſuos: recepit eos Gen.19.b
in cōuiuiū. Illis epulātibus: ⁊ poſt laborē itineris: cibo
⁊ potu reficiētib⁹ corpora: venerūt viri ciuitat̄ illi⁹ filij F
Belial: id eſt: abſq; iugo: ⁊ circūdantes domū ſenis: fo-
res pulſare coeperūt: clamātes ad dn̄m dom⁹: atq; dicē
tes: Educ virū q̄ ingreſſus eſt domū tuā: vt abutamur
eo. Egreſſuſq; eſt ad eos ſenex: ⁊ ait: Nolite fratres: no
lite facere malū hoc: q̄a ingreſſus eſt hō hoſpitiū meuꝫ:
⁊ ceſſate ab hac ſtulticia: habeo filiā virginē: ⁊ hic homo
habet concubinā: educā eas ad vos: vt humilietis eas: ⁊
veſtram libidinem cōpleatis: tantum obſecro ne ſcelus
hoc contra naturā operemini in virū. Nolebāt acquie-
ſcere ſermonib⁹ illius. Quod cernens hō: eduxit ad eos
concubinā ſuam: ⁊ eis tradidit illudendam. Quā cū to G
ta nocte abuſi eſſent: dimiſerūt eā mane. At mulier rece
dentibus tenebris: venit ad oſtiū dom⁹: vbi manebat do
minus ſuus: ⁊ ibi corruit. Mane facto: ſurrexit homo:
⁊ aperuit oſtium: vt coeptā expleret viā: ⁊ ecce cōcubina
eius iacebat ante oſtiū: ſparſis in limine manib⁹: Cui il-
le putās eā quieſcere: loquebat̄: Surge: vt ambulemus.
Qua nihil reſpōdente: intelligens ꝙ erat mortua: tulit
eā: ⁊ impoſuit aſino: reuerſuſq; eſt in domū ſuam. Quā
cū eſſet ingreſſus: arripuit gladiū: ⁊ cadauer vxoris cū

oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta cōcidēs: miſit
in omnes terminos Iſrael. Quod cum vidiſſent ſingu-
li: conclamabant: Nunq̄ res talis facta eſt in Iſrael: ex
eo die quo aſcēderunt patres noſtri de Aegypto: vſqꝫ in
preſens tēpus: ferte ſententiā: et ī cōmune decernite: q̄d
facto opus ſit. XX.


A Egreſſi itaqꝫ ſunt oēs filij Iſrael: ⁊ pariter cō-
gregati: q̄ſi vir vnus de Dan vſqꝫ Berſabee:
⁊ terra Galaad ad dn̄m ī Maſpha: ⁊ oēs an
guli populoꝝ: et cūcte tribꝰ Iſrael in eccleſiā
populi dei cōuenerunt quadraginta milia peditum pu
gnatorū. Nec latuit filios Beniamin: ꝙ aſcēdiſſent filij
Iſrael ī Maſpha. Interrogatuſqꝫ Leuita maritꝰ mu-
lieris interfecte: quomodo tantū ſcelus ꝑpetratū eſſet:
reſpōdit: Ueni in Gabaa Beniamin cum vxore mea: il-
lucqꝫ diuerti. Et ecce homines ciuitatis illius circunde
derūt nocte domū in qua manebā: volētes me occidere:
et vxorē meā incredibili furore libidinis vexātes: deniqꝫ
mortua eſt. Quā arreptā: ī fruſta cōcidi: miſiqꝫ partes ī
oēs terminos poſſeſſiōis veſtre: q̄a nunq̄ tantū nefas: et
tam grande piaculū factū eſt in Iſrael. Adeſtis oēs filij
Iſrael: decernite quid facere debeatis. Stanſqꝫ oīs po-
pulus: ⁊ quaſi vnius hoīs ſermone reſpōdit: Nō recede
mus in tabernacula noſtra: nec ſuā quiſquā intrabit do-
B mū: ſed hoc cōtra Gabaa in cōmune facie̅mꝰ. Decē viri
eligant̄ e centū: ex omnibꝰ tribubꝰ Iſrael: et centum de
mille: ⁊ mille de decē millibus: vt comportent exercitui
cibaria: et poſſimus pugnare cōtra Gabaa Beniamin:
⁊ reddere ei pro ſcelere quod meret̄. Cōuenitqꝫ vniuer-
ſus Iſrael ad ciuitatē: q̄ſi homo vnus eadē mēte: vnoqꝫ
conſilio: ⁊ miſerūt nūcios ad oēm tribū Beniamin: q̄ di
cerēt: Cur tantū nefas in vobis repertum eſt? Tradite
hoīes de Gabaa: q̄ hoc flagitiū ꝑpetrarunt: vt moriant̄:
⁊ auferat̄ malū de iſrael. Qui noluerūt fratrū ſuoꝝ filio-
rum Iſrael audire mādatū: ſed ex cūctis vrbibꝰ: que ſor
tis ſue erāt: cōuenerūt in Gabaa: vt illis ferrēt auxiliū:
et cōtra vniuerſum populū Iſrael dimicarēt. Inuētiqꝫ
ſunt vigintiq̄nqꝫ milia de Beniamin educentiū gladiū:
preter habitatores Gabaa: q̄ ſeptingēti erāt viri fortiſſi
mi: ita ſiniſtra vt dextra preliantes: ⁊ ſic fundis lapides
ad certū iacientes: vt capillū quoqꝫ poſſent percutere: et
C nequaq̄ in alteram partē ictus lapidis deferretur. Ui-
rorum quoqꝫ Iſrael abſqꝫ filijs Beniamin inuēta ſunt
quadringēta millia educētiū gladios: et paratoꝝ ad pu
gnam. Qui ſurgētes venerūt ī domū dei: hoc eſt in ſilo:
cōſuluerūtqꝫ dn̄m: atqꝫ dixerūt: Quis erit in exercitu
noſtro prīceps certaminis cōtra filios Beniamin? Qui
bus reſpōdit dn̄s: Iudas ſit dux veſter. Statimqꝫ filij
Iſrael ſurgētes mane caſtrametati ſunt iuxta Gabaa:
⁊ inde ꝓcedētes ad pugnā: cōtra Beniamin vrbē oppu
gnare coeperūt. Egreſſiqꝫ filij Beniamin de Gabaa: oc
ciderūt de filijs Iſrael die illo vigintiduo millia viroꝝ.
Rurſum filij Iſrael ⁊ fortitudine: ⁊ numero cōfidētes:
in eodē loco: ī q̄ prius certauerāt: aciē direxerūt: ita tn̄
vt prius aſcēderent: ⁊ flerēt corā domino vſqꝫ ad noctē:
cōſulerentqꝫ eū: ⁊ dicerent: Debemus vltra ꝓcedere ad
dimicandū cōtra filios Beniamin fratres nr̄os: an nō?
D Quibus ille reſpōdit: Aſcēdite ad eos: ⁊ inite certamē.
Cūqꝫ filij Iſrael altera die cōtra filios beniamin ad pre
lium ꝓceſſiſſent: eruperūt filij Beniamin de portis Ga-
baa: ⁊ occurrētes eis tāta in illos cede bacchati ſunt: vt
decē et octo millia viroꝝ educentiū gladiū ꝓſternerent.
Quāobrē oēs filij Iſrael venerūt ī domū dei: ⁊ ſedentes
flebāt corā dn̄o. Ieiunaueruntqꝫ die illo vſqꝫ ad veſperā:
⁊ obtulerūt ei holocauſta: atqꝫ pacificas victimas: ⁊ ſup
ſtatu ſuo interrogauerūt. Eo tēpore ibi erat arca foede
ris dn̄i: ⁊ Phinehes filiꝰ Eleazari filij Aaron prepoſitꝰ
domꝰ. Cōſuluerunt igit̄ dn̄m: atqꝫ dixerūt: Exire vltra
debemus ad pugnā contra filios Beniamin fratres no-
E ſtros: an q̄eſcere? Quibꝰ ait dn̄s: Aſcēdite: cras eñ tra-
dam eos in manꝰ veſtras. Poſuerūtqꝫ filij Iſrael inſidi
as ꝑ circuitū vrbis gabaa: ⁊ tertia vice: ſicut ſemel ⁊ bis
cōtra Beniamin exercitū produxerūt. Sed ⁊ filij benia
min audacter eruperunt de ciuitate: ⁊ fugiētes aduerſa
rios lōgiꝰ ꝑſecuti ſunt: ita vt vulnerarēt ex eis ſicut pri-
mo die ⁊ ſecūdo: ⁊ cederēt ꝑ duas ſemitas vertētes ter-
ga: quaꝝ vna ferebat̄ ī bethel: ⁊ altera ī gabaa: atqꝫ pro-
ſternerēt triginta circiter viros. Putauerunt eñ ſoli-
to eos more cedere. Qui fugā arte ſimulātes: inierūt cō
ſilium: vt abſtraherēt eos de ciuitate: et quaſi fugientes
ad ſupradictas ſemitas ꝑducerēt. Oēs itaqꝫ filij Iſrael
ſurgentes de ſedibus ſuis: tetenderūt aciem in loco qui
vocatur Baalthamar. Inſidie quoqꝫ que circa vrbem
erāt: paulatim ſe aperire coeperūt: ⁊ ab occidētali vrbis
parte procedere. Sed ⁊ alia decem millia viroꝝ de vni-
uerſo Iſrael: habitatores vrbis ad certamina prouoca-
bant. Ingrauatūqꝫ eſt bellum cōtra filios Beniamin: ⁊
nō intellexerunt: ꝙ ex om̄i parte illis inſtaret interitus.
Percuſſitqꝫ eos dominus in conſpectu filiorū Iſrael: ⁊ F
interfecerūt ex eis in illo die vigintiquinqꝫ millia: ⁊ cen-
tum viros: oēs bellatores ⁊ educētes gladium. Filij aūt
beniamin: cum ſe inferiores eſſe vidiſſent: coeperūt fuge
re. Quod cernētes filij Iſrael: dederunt eis ad fugiēdū
locū: vt ad preparatas inſidias deuenirēt: quas iuxta vr
bem poſuerant. Qui cū repēte de latibulis ſurrexiſſent:
⁊ beniamin terga cedentibus daret: ingreſſi ſunt ciuita
tem: ⁊ percuſſerūt eā in ore gladij. Signū aūt dederant
filij Iſrael his: quos in inſidijs collocauerant: vt poſtq̄
vrbem cepiſſent: igne accenderent: vt aſcendente in altū
fumo: captam vrbē demonſtrarent. Quod cū cernerent G
filij Iſrael in ipſo certamine poſiti: putauerūt enim filij
beniamin eos fugere: et inſtantius perſequebātur: ceſis
de exercitu eoꝝ triginta viris: et viderunt quaſi colum-
nam fumi de ciuitate conſcendere. Beniamin quoqꝫ re-
ſpiciens retro: cum captam cerneret ciuitatem: ⁊ flam-
mas in ſublime ferri: qui prius ſimulauerāt fugam: ver-
ſa facie fortius reſiſtebant. Quod cum vidiſſent filij be-
niamin: in fugam verſi ſunt: et ad viam deſerti ire coepe
runt: illuc quoqꝫ eos aduerſarijs perſequētibus. Sed ⁊
hi qui vrbē ſuccenderant: occurrerunt eis: atqꝫ ita factū
eſt: vt ex vtraqꝫ parte ab hoſtibus cederētur: nec erat vl
la requies morientiū. Ceciderūt: atqꝫ proſtrati ſunt ad
orientalem plagā vrbis Gabaa. Fuerūt aūt qui in eodem
loco interfecti ſunt: decem ⁊ octo millia virorum: om̄es
robuſtiſſimi pugnatores. Quod cū vidiſſent qui reman
ſerant de beniamin: fugerūt in ſolitudinem: et pergebāt
ad petrā: cuius vocabulū eſt Remmon. In illa quoqꝫ
fuga palantes: ⁊ in diuerſa tendentes: occiderūt quinqꝫ
millia viros. Et cū vltra tēderent: perſecuti ſunt eos: ⁊
interfecerūt etiā alia duo millia. Et ſic factū eſt: vt oēs
qui ceciderāt de beniamin in diuerſis locis: eſſent vigin
tiquinqꝫ millia pugnatores ad bella promptiſſimi. Re
manſerūt itaqꝫ de om̄i numero beniamin: q̄ euadere po
tuerant: ⁊ fugere in ſolitudinē ſexcēti viri: ſederūtqꝫ in
petra Remmon menſibus quatuor. Regreſſi aūt filij
Iſrael oēs reliquias ciuitatis a viris vſqꝫ ad iumenta:
gladio percuſſerūt: cunctaſqꝫ vrbes ⁊ viculos beniamin
vorax flamma conſumpſit. XXI.

Iurauerunt quoqꝫ filij Iſrael in Maſpha: ⁊ A
dixerunt: Nullus noſtrum dabit filijs benia infra eodē
min de filiabus ſuis vxorē. Ueneruntqꝫ oēs
ad domum dei in Silo: ⁊ in conſpectu eius ſe
dentes vſqꝫ ad veſperam: leuauerunt vocem: ⁊ magno
vlulatu coeperunt flere: dicentes: Quare domine deus
Iſrael factū eſt hoc malum in populo tuo: vt hodie vna
tribus auferretur ex nobis? Altera aūt die diluculo con
ſurgētes: extruxerūt altare: obtulerūtqꝫ ibi holocauſta:
⁊ pacificas victimas: ⁊ dixerūt: Quis nō aſcēdit in exer
citum domini de vniuerſis tribubus Iſrael? Grādi eñ
iuramēto ſe cōſtrinxerant: cū eſſent in Maſpha: interfi

ci eos qui defuiſſent. Ductiqꝫ poenitẽtia filij Iſrael ſup
B fratre ſuo beniamin: coeperũt dicere: Ablata eſt tribus
vna de Iſrael: vnde vxores accipiẽt? Oẽs eñi in cõmune
iurauimus: nõ daturos nos his filias noſtras. Idcirco
dixerũt: Quis eſt de vniuerſis tribubꝰ Iſrael: q̄ nõ aſcen
dit ad dñm ĩ Maſpha? Et ecce inuẽti ſunt habitatores
Iabis: Galaad in illo exercitu nõ fuiſſe. Eo quoqꝫ tẽpo
re cũ eſſent in Silo: nullus ex eis ibi repertus eſt. Miſe
rũt itaqꝫ decẽ millia viros robuſtiſſimos: ⁊ preceperũt
eis: Ite: ⁊ ꝑcutite habitatores Iabis Galaad ĩ ore gla-
dij: tã vxores: ꝙ paruulos eorum: et hoc erit qd̄ obſeruare
num. 31. c. debebitis. Omne generis maſculini: ⁊ mulieres que co-
gnouerũt viros: interficite: virgines aũt reſeruate. In-
ueneteqꝫ ſunt de Iabis Galaad quadringẽte virgines:
que neſcierũt viri thorũ: ⁊ adduxerũt eas ad caſtra in ſi-
C lo ĩ terrã Chanaan. Miſerũtqꝫ nũcios ad filios Benia
min: q̄ erãt in petra Remmon: et preceperũt eis: vt eas
ſuſciperẽt in pace. Veneruntqꝫ filij Beniamin in illo tẽ-
pore: et date ſunt eis vxores de filiabus Iabis Galaad:
alias aũt nõ repererũt: quas ſimili modo traderẽt. Vni
uerſuſqꝫ Iſrael valde doluit: ⁊ egit poenitentiã ſup in-
terfectione vnius tribus ex Iſrael. Dixerũtqꝫ maiores
natu: Quid faciemus reliquis: q̄ nõ acceperũt vxores?
Oẽs in Beniamin foeminę cõciderunt: ⁊ magna nobis
cura ingentiqꝫ ſtudio prouidendũ eſt: ne vna tribus de-
ſup. eodẽ. leatur ex Iſrael. Filias eñi noſtras eis dare nõ poſſumꝰ:
cõſtricti iuramẽto: ⁊ maledictiõe qua diximus: maledi-
D ctus q̄ dederit de filiabus ſuis vxorẽ Beniamin. Cepe-
rũtqꝫ cõſiliũ: atqꝫ dixerũt: Ecce ſolẽnitas dñi eſt ĩ Silo
anniuerſaria: que ſita eſt ad ſeptẽtrionẽ vrbis Bethel:
ad orientalem plagã vię: quę de Bethel tẽdit ad Sichi
mam: ⁊ ad meridiem oppidi Lebona. Preceperũtqꝫ fi
lijs Beniamin: atqꝫ dixerunt: Ite: et latitate in vineis.
Cũqꝫ videritis filias Silo ad ducẽdos choros ex more
procedere: exite repẽte de vineis: et rapite ex eis ſinguli
vxores ſingulas: ⁊ ꝑgite in terrã Beniamin. Cũqꝫ vene
rint patres earum: ac fratres: ⁊ aduerſum vos queri coepe
rint: atqꝫ iurgari: dicemus eis: Miſeremini eorũ. Non
eñi rapuerũt eas iure bellantiũ: atqꝫ victorũ: ſed rogãti-
bus vt acciperẽt: nõ dediſtis: et a veſtra parte peccatum
eſt. Feceruntqꝫ filij Beniamin: vt ſibi fuerat impera-
tum: ⁊ iuxta numerũ ſuũ rapuerunt ſibi de his: que du-
cebant choros vxores ſingulas: abieruntqꝫ in poſſeſſio-
ſup. 12. c. et. 18. a. nem ſuã: ędificãtes vrbes: ⁊ habitãtes in eis. Filij quoqꝫ
Iſrael reuerſi ſunt per tribus: et familias ĩ tabernacula
ſua. In diebus illis nõ erat rex in Iſrael: ſed vnuſquiſqꝫ
quod ſibi rectum videbatur: hoc faciebat.

¶ Finis.

¶ Liber Ruth. Caput. j.



A N diebus vnius Iu-
dicis: quãdo iudices preerãt: facta
eſt fames in terra. Abijtqꝫ homo de
Bethlehem Iuda: vt peregrinare-
tur in regiõe Moabitide cũ vxore
ſua: ac duobꝰ liberis. Ipſe vocabat
Elimelech: ⁊ vxor eiꝰ noemi: et duo
filij: alter Mahalon: ⁊ alter Chilion: Ephratei de beth
lehem Iuda. Ingreſſiqꝫ regionẽ Moabitidẽ: morabã
tur ibi. Et mortuus eſt Elimelech maritus Noemi: re
B manſitqꝫ ipſa cũ filijs. Qui acceperũt vxores Moabiti-
das: quarum vna vocabat Orpha: altera Ruth. Manſerũtqꝫ
ibi decẽ annis: ⁊ ambo mortui ſunt: Mahalõ videlicet
⁊ Chilion: remãſitqꝫ mulier orbata duobꝰ liberis ac ma
rito. Et ſurrexit: vt in patriã pergeret cum vtraqꝫ nuru
ſua de regione Moabitide. Audierat eñi: ꝙ reſpexiſſet
dñs populũ ſuũ: ⁊ dediſſet eis eſcas. Egreſſa eſt itaqꝫ de
loco peregrinatiõis ſuę cũ vtraqꝫ nuru: ⁊ iã in via reuer
tendi poſita in terrã Iuda: dixit ad eas: Ite in domum
matris veſtre: faciat vobiſcũ dñs miſericordiã: ſicut feci-
ſtis cũ mortuis ⁊ mecũ. Det vobis inuenire requiem in
domibus virorũ: quos ſortiturę eſtis: ⁊ oſculata eſt eas.
Quę eleuata voce flere coeperũt: ⁊ dicere: Tecũ perge-
mus ad populũ tuũ. Quibꝰ illa reſpõdit: Reuertimini
filię meę: cur venitis mecũ? Num vltra habebo filios in
vtero meo: vt viros ex me ſperare poſſitis? Reuertimi-
ni filię meę: ⁊ abire. Iam eñi ſenectute cõfecta ſum: nec C
apta vinculo coniugali: etiam ſi poſſem hac nocte conci
pere: et parere filios: ſi eos expectare velitis donec cre-
ſcant: ⁊ annos pubertatis impleãt: ante eritis vetulę ꝙ
nubatis. Nolite queſo filię meę facere hoc: quia veſtra
anguſtia magis me premit: ⁊ egreſſa eſt manus domini
cõtra me. Eleuata igitur voce: rurſum flere coeperunt.
Orpha oſculata eſt ſocrũ: ac reuerſa eſt: Ruth adheſit
ſocrui ſuę. Cui dixit noemi: En reuerſa eſt cognata tua
ad populũ ſuũ: ⁊ ad deos ſuos: vade cũ ea. Quę reſpon-
dit: Ne aduerſeris mihi: vt relinquam te: ⁊ abeam: quo 2. reg. 15. c
cunqꝫ eñi perrexeris: pergã: et vbi morata fueris: et ego
pariter morabor. Populus tuus: populus meus: ⁊ deꝰ
tuus: deus meus. Quę te terra morientẽ ſuſceperit: in
ea moriar: ibiqꝫ locum accipiam ſepulturę. Hęc mihi fa
ciat deus: ⁊ hęc addat: ſi nõ ſola mors me ⁊ te ſeparaue-
rit. Vidẽs ergo Noemi: ꝙ obſtinato animo Ruth de- D
creuiſſet ſecũ pergere: aduerſari noluit: nec ad ſuos vl-
tra reditum perſuadere. Profecteqꝫ ſunt ſimul: ⁊ vene-
rũt in Bethlehem. Quibus vrbẽ ingreſſis: velox apud
cũctos fama ꝑcrebuit: dicebãtqꝫ mulieres: Hęc eſt illa
Noemi. Quibꝰ ait: Ne vocetis me noemi: id eſt dulcẽ:
ſed vocate me Mara: id eſt amarã: q̄a amaritudine val
de repleuit me oñipotẽs. Egreſſa ſum plena: ⁊ vacuam
reduxit me dñs. Cur ergo vocatis me noemi: quã dñs
humiliauit: ⁊ afflixit oñipotẽs? Venit ergo Noemi cũ
ruth moabitide nuru ſua: de terra peregrinationis ſuę:
ac reuerſa eſt in Bethlehem: quando primum hordea
metebantur. II.

E Rat aũt viro Elimelech cõſanguineꝰ: homo A
potẽs: et magnarũ opũ: noĩe Booz. Dixitqꝫ
Ruth Moabitis ad ſocrũ ſuã: Si iubes: va
dã in agrũ: ⁊ colligã ſpicas: quę fugerint ma
nus metentiũ: vbicũqꝫ clemẽtis ĩ me patriſfamilias re-
perero gratiam. Cui illa reſpõdit: Vade filia mi. Abijt
itaqꝫ: et colligebat ſpicas poſt terga metentiũ. Accidit
aũt vt ager ille haberet dñm noĩe Booz: q̄ erat de cogna
tione Elimelech. Et ecce ipſe veniebat ad Bethlehẽ: di
xitqꝫ meſſoribꝰ: Dñs vobiſcũ. Qui reſpõderũt ei: Bene B
dicat tibi dñs. Dixitqꝫ Booz iuueni: q̄ meſſoribus prę-
erat: cuiꝰ eſt hęc puella? Cui reſpõdit: Hęc eſt moabitis:
quę venit cũ Noemi: de regiõe moabitide: et rogauit vt
ſpicas colligeret remanẽtes: ſequens meſſorũ veſtigia: ⁊
de mane vſqꝫ nũc ſtat in agro: ⁊ nec ad momentum qui-
dem domũ reuerſa eſt. Et ait Booz ad Ruth: Audi fi-
lia: ne vadas in alterũ agrũ ad colligẽdum: nec recedas
ab hoc loco: ſed iũgere puellis meis: ⁊ vbi meſſuerint: ſe-
quere. Mãdaui eñi pueris meis: vt nemo moleſtꝰ ſit ti-
bi: ſed etiã ſi ſitieris: vade ad ſarcinulas: ⁊ bibe aquas: de
quibꝰ ⁊ pueri mei bibunt. Quę cadẽs in faciẽ ſuã: et ado C
rãs ſup terrã: dixit ad eũ: Vnde mihi hoc: vt inuenerim
gratiã ante oculos tuos: ⁊ noſſe me dignareris peregri-
nam mulierẽ? Cui ille reſpõdit: Nũciata ſunt mihi oĩa
quę feceris ſocrui tuę poſt mortem viri tui: ⁊ qd̄ relique
ris parẽtes tuos: ⁊ terrã in qua nata es: ⁊ veneris ad po
pulũ: quẽ antea neſciebas. Reddat tibi dñs pro opere
tuo: et plenã mercedẽ recipias a domino deo Iſrael: ad
quem veniſti: ⁊ ſub cuiꝰ cõfugiſti alas. Quę ait: Inueni
gratiam corã oculis tuis dñe mi: qui cõſolatus es me: ⁊
locutus ad cor ancillę tuę: quę nõ ſum ſimilis vniꝰ puel
larum tuarũ. Dixitqꝫ ad eã Booz: Quãdo hora veſcen-
di fuerit: veni huc: et comede panem: et intinge buccel-

lam tuam in aceto. Sedit itaqꝫ ad meſſoꝛū latus: et con
geſſit polentam ſibi: comeditqꝫ: ⁊ ſaturata eſt: et tulit re
liquias. Atqꝫ inde ſurrexit: vt ſpicas ex moꝛe colligeret.
Pꝛęcepit autem Booz pueris ſuis: dicens: Etiā ſi vo-
biſcum metere voluerit: ne pꝛohibeatis eā: et de veſtris
quoqꝫ manipulis ꝓijcite de induſtria: et remanere per-
mittite: vt abſqꝫ ruboꝛe colligat: ⁊ colligentē nemo coꝛ-
ripiat. Collegit ergo in agro vſqꝫ ad veſperā: ⁊ quę col-
D legerat virga cędens et excutiens: inuenit hoꝛdei quaſi
ephi menſuram: id eſt tres modios: quos poꝛtās reuer-
ſa eſt in ciuitatē: ⁊ oſtendit ſocrui ſuę: inſuper pꝛotulit:
et dedit ei de reliquijs cibi ſui: quo ſaturata fuerat. Di-
xitqꝫ ei ſocrꝰ ſua: Ubi hodie collegiſti: ⁊ vbi feciſti opꝰ?
Sit benedictꝰ: q̄ miſertus eſt tui. Indicauitqꝫ ei apud
rorum ex omni Iſrael:perrexit ad inueſtigandum Da-
uid ⁊ viros eius:etiā ſuper abruptiſſimas petras:que ſo
lis ibicibus peruie ſunt. Et venit ad caulas ouiū:que ſe
offerebāt vianti:eratqꝫ ibi ſpelunca: quam ingreſſus eſt
Saul:vt purgaret ventrē. Porro Dauid ⁊ viri eius in
interiore parte ſpelūce latebāt. Et dixerūt ſerui Dauid
ad eū: Ecce dies de qua locutus eſt dominus ad te: Ego
tradā tibi inimicū tuū:vt facias ei ſicut placuerit in ocu
lis tuis. Surrexit ergo Dauid:⁊ preſcidit orā chlamy-
dis Saul ſilēter. Poſt hec percuſſit cor ſuū Dauid: eo
infra eodē ꝙ abſcidiſſet oram chlamydis Saul. Dixitqꝫ ad viros
B ſuos: Propitius ſit mihi dominus:ne faciā hanc rē do-
mino meo Chriſto domini:vt mittam manū meā in eū:
infra 26.b quia Chriſtus domini eſt. Viuit dominus:quia niſi do-
minus percuſſerit eū:aut dies eius venerit vt moriatur:
aut deſcēdens in prelium perierit:propitius mihi ſit do
minus:vt non mittam manum meam in Chriſtum do-
mini. Et cōfregit Dauid ſeruos ſuos ſermonibus iſtis:
⁊ nō ꝑmiſit eos:vt conſurgerēt in Saul. Porro Saul
exurgēs de ſpelunca:pergebat coepto itinere. Surrexit
aūt Dauid poſt eū:⁊ egreſſus de ſpelunca clamauit poſt
tergū Saul:dicens: Dn̄e mi rex. Et reſpexit Saul poſt
ſe:⁊ inclinans ſe Dauid pronus in terram:adorauit:di-
xitqꝫ ad Saul: Quare audis verba hoīm loquentium:
Dauid querit malū aduerſum te? Ecce hodie viderunt
oculi tui: ꝙ tradiderit te dn̄s in manu mea in ſpelunca:
C ⁊ cogitaui vt occiderē te:ſed pepercit tibi oculus meus.
Dixi em̄: Nō extēdā manū meā ī dn̄m meū: ꝗa Chriſtꝰ
ſup. eodē. dn̄i eſt. Quinpotius pater mi vide ⁊ cognoſce orā chla-
mydis tue in manu mea:quoniā cū preſcinderē ſummi-
tatē chlamidis tue: nolui extendere manū meam in te.
Animaduerte:⁊ vide: quoniā nō eſt in manu mea malū:
neqꝫ iniquitas:neqꝫ peccaui in te. Tu aūt inſidiaris ani
D me mee:vt auferas eā. Judicet dn̄s inter me ⁊ te:⁊ vlci-
ſcatur me dn̄s ex te: manus aūt mea nō ſit in te: ſicut et
in prouerbio antiquo dicitur: Ab impijs egredietur im
pietas. Manus ergo mea nō ſit ī te. Quē ꝑſequeris rex
iſrael:quē ꝑſequeris? Canē mortuū ꝑſequeris: ⁊ pulicē
vnū. Sit dn̄s iudex:⁊ iudicet īter me ⁊ te:⁊ videat ⁊ iu-
dicet cauſam meā: et eruat me de manu tua. Cū aūt cō
pleſſet dauid loquēs ſermones huiuſcemodi ad Saul:
dixit Saul: Nūꝗd vox hec tua eſt fili mi dauid? Et leua
uit Saul vocē ſuā:⁊ fleuit:dixitqꝫ ad dauid: Juſtior tu
es:ꝙ̄ ego. Tu em̄ tribuiſti mihi bona: ego aūt reddidi ti
bi mala. Et tu indicaſti mihi hodie ꝗ̄ feceris mihi bona:
quomodo tradiderit me dominus in manu tua:⁊ nō oc
cideris me. Quis em̄ cū inuenerit inimicū ſuū:dimittet
eū in via bona? Sed dominus reddat tibi viciſſitudinē
hanc:pro eo quod hodie operatus es in me. Et nūc quia
ſcio: ꝙ certiſſime regnaturus ſis: ⁊ habiturus in manu
tua regnū Iſrael: iura mihi in domino:ne deleas ſemen
meum poſt me: neqꝫ auferas nomen meum de domo pa
tris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in
domum ſuam: ⁊ Dauid:⁊ viri eius aſcenderunt ad tu-
tiora loca. XXV.

Mortuus eſt aūt Samuel: ⁊ congregatus eſt A
vniuerſus Iſrael:⁊ planxerunt eum nimis:
⁊ ſepelierunt eū in domo ſua in Ramatha.
Conſurgēſqꝫ Dauid: deſcendit in deſertum
Pharan. Erat aūt vir quiſpiam in ſolitudine Maon:
⁊ poſſeſſio eius ī Carmelo: ⁊ homo ille magnus nimis.
Erātqꝫ ei oues tria millia: ⁊ mille capre. Et accidit: vt
tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen aūt viri il-
lius erat Nabal:⁊ nomen vxoris eius Abigail. Eratqꝫ
mulier illa prudētiſſima ⁊ ſpecioſa. Porro vir eius du-
rus:⁊ peſſimus:⁊ malicioſus. Erat aūt de genere Ca-
leb. Cū aūt audiſſet dauid in deſerto: ꝙ tōderet Nabal
gregē ſuū:miſit decē iuuenes:⁊ dixit eis: Aſcēdite in car
melum:⁊ venietis ad Nabal:⁊ ſalutabitis eum ex nomi
ne meo pacifice:⁊ ſic dicetis: Sit fratribus meis et tibi B
pax:⁊ domui tue pax:⁊ om̄ibꝰ quecūqꝫ habes: ſit pax:ex
multis annis ſaluos faciēs tuos:⁊ oīa tua. Audiui ꝙ tō sup.21.8.
derent paſtores tui greges tuos:qui erant nobiſcum in
deſerto. Nunꝙ̄ eis moleſti fuimus: nec aliquādo defuit
quicꝙ̄ eis de grege omni tēpore: quo fuerunt nobiſcum
in Carmelo. Interroga pueros tuos:⁊ indicabūt tibi.
Nunc ergo inueniāt pueri tui gratiā in oculis tuis. In
die enim bona venimus ad te. Quodcūqꝫ inuenerit ma-
nus tua:da ſeruis tuis:⁊ filio tuo dauid. Cūqꝫ veniſſent
pueri dauid: locuti ſunt ad Nabal omnia verba hec ex
nomine Dauid:⁊ ſiluerūt. Reſpondens autem Nabal
pueris dauid:ait: Quis eſt dauid: ⁊ quis eſt filius Iſai?
Hodie increuerūt ſerui:qui fugiūt dominos ſuos. Tol
lam ergo panes meos: ⁊ aquas meas: ⁊ carnes pecorū:
que occidi tōſoribus meis:⁊ dabo viris quos neſcio vn- C
de ſint? Regreſſi ſunt itaqꝫ pueri dauid per viam ſuam:
⁊ reuerſi venerūt:⁊ annunciauerūt ei omnia verba: que
dixerat Nabal. Tūc ait dauid pueris ſuis. Accingatur
vnuſquiſqꝫ gladio ſuo. Et accincti ſunt ſinguli gladijs
ſuis. Accinctuſqꝫ eſt ⁊ dauid enſe ſuo: ⁊ ſecuti ſunt Da-
uid quaſi quadringēti viri. Porro ducenti remanſerūt
ad ſarcinas. Abigail aūt vxori Nabal nūciauit vnus de
pueris ſuis: dicēs: Ecce dauid miſit nūcios de deſerto:
vt benedicerēt dn̄o noſtro:⁊ auerſatus eſt eos. Hoīes
iſti boni ſatis fuerunt nobis:⁊ non moleſti:nec quicꝙ̄ ali
quando perijt omni tēpore:quo fuimus cōuerſati cū eis
in deſerto. Pro muro erāt nobis tam in nocte ꝙ̄ in die
om̄ibꝰ diebus:ꝗbus pauimus apud eos greges. Quā-
obrem cōſydera:⁊ recogita quid facias:quoniā comple-
ta eſt malicia aduerſum virū tuum:⁊ aduerſus domum
tuam:⁊ ipſe eſt filius Belial:ita vt nemo poſſit ei loqui.
Feſtinauit igitꝰ Abigail:⁊ tulit ducentos panes:⁊ duos D
vtres vini:⁊ quinqꝫ arietes coctos: ⁊ quinqꝫ ſata polen-
te:⁊ centum ligaturas vue paſſe: ⁊ ducentas maſſas ca
ricarū:⁊ impoſuit ſuꝑ aſinos:dixitqꝫ pueris ſuis: Pre-
cedite me:⁊ ecce ego poſt tergum ſequar vos. Viro aūt
ſuo Nabal non indicauit. Cū ergo aſcēdiſſet aſinum:⁊
deſcēderet ad radicē montis: Dauid ⁊ viri eius deſcen-
debant in occurſum eiꝰ: quibꝰ ⁊ illa occurrit. Et ait da-
uid: Vere fruſtra ſeruaui om̄ia:que huius erāt in deſer-
to:⁊ nō perijt quicꝙ̄ de cūctis que ad eū ꝑtinebāt:⁊ red
didit mihi malū pro bono. Hec faciat dominus inimi-
cis dauid:⁊ hec addat: Si reliquero de omnibꝰ que ad
ipſum pertinent vſqꝫ mane mingentē ad parietē. Cum

aũt vidiſſet Abigail dauid:feſtinauit:⁊ deſcendit de aſi-
no:et procidit coram Dauid ſuper faciem ſuã: et adora
uit ſuper terrã: et cecidit ad pedes eius:et dixit: In me
ſit domine mi hęc iniquitas. Loquatur obſecro ancilla
tua ĩ auribus tuis:et audi verba famulę tuę. Ne ponat
oro dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum ini
quum Nabal: quia ſecundũ nomẽ ſuũ ſtultus eſt:et ſtul
ticia eſt cũ eo. Ego autẽ ancilla tua non vidi pueros tu-
E os domine mi:quos miſiſti. Nũc ergo domine mi viuit
domin⁹:et viuit anima tua:qui prohibuit te: ne venires
in ſanguinẽ: et ſaluauit animã tuam tibi. Et nunc fiant
ſicut Nabal inimici tui:⁊ qui quęrunt domino meo ma
Gen.33.b lum. Quapropter ſuſcipe benedictionẽ hanc: quã attu-
lit ancilla tua tibi domino meo: et da pueris qui ſequun
tur te dominũ meũ. Aufer iniquitatẽ famulę tuę. Faci-
ens enĩ faciet domin⁹ tibi domino meo domũ fidelẽ: q̃a
pręlia dñi domine mi tu pręliaris. Malicia ergo non in
ueniat in te oĩbus diebus vitę tuę. Si enĩ ſurrexerit ali-
quãdo homo pſequens te vel quęrens aĩam tuã: erit aĩa
dñi mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentiũ apud domi
nũ deũ tuũ. Porro inimicorũ tuorum anima rotabit:qua
ſi impetu:et circulo fundę. Cum ergo fecerit tibi domi-
nus dño meo oĩa hęc:quę locutus eſt bona de te: et cõſti
tuerit te ducẽ ſuper iſrael:nõ erit tibi hoc in ſingultũ:⁊ ĩ
ſcrupulũ cordis domino meo: ꝙ effuderis ſanguinẽ in-
F noxiũ:aut ipſe te vltus fueris. Et cum benefecerit domi
ſup.14.c. deute.32.e nus domino meo:recordaberis ancillę tuę: et tu benefa
cies ei. Et ait Dauid ad Abigail: Benedictus domin⁹
deus iſrael:qui miſit te hodie in occurſum meum:et be-
dictũ eloquiũ tuũ:et benedicta tu:quę ꝓhibuiſti me ho-
die ne irẽ ad ſanguinẽ:et vlciſcerer me manu mea. Alio-
quin viuit dominus deus iſrael:qui prohibuit me ne ma
lũ facerẽ tibi:niſi cito veniſſes ĩ occurſum mihi: nõ remã
ſiſſet Nabal vſq; ad lucem matutinã mingens ad parie
tẽ. Suſcepit ergo dauid de manu eius omnia quę attu
lerat ei. Dixitq; ei: Vade pacifice in domũ tuã. Ecce au
diui vocẽ tuã:et honoraui faciẽ tuã. Venit autem Abi-
gail ad nabal. Et ecce erat ei conuiuiũ in domo ei⁹ quaſi
conuiuiũ regis: et Cor nabal iocundũ. Erat enim ebri⁹
nimis:et non indicauit ei verbũ puſillum aut grande vſ
q; mane. Diluculo aũt cum digeſſiſſet vinũ Nabal:indi
G cauit ei vxor ſua verba hęc:⁊ emortuũ eſt cor eius intrin
ſecus:⁊ factus eſt quaſi lapis. Cumq; pertranſiſſent de
cẽ dies:percuſſit dominus Nabal: et mortuus eſt. Quõ
cũ audiſſet Dauid mortuũ Nabal:ait: Benedictus do
minus:q̃ vindicauit cauſam opprobrij mei de manu na-
bal:et ſeruum ſuum cuſtodiuit a malo:et maliciam Na
bal reddidit dominus in caput eius. Miſit ergo dauid
et locutus eſt ad Abigail:vt ſumeret eam ſibi in vxorem
Et venerunt pueri dauid ad Abigail in Carmelũ: et lo
cuti ſunt ad eam:dicentes: Dauid miſit nos ad te: vt ac
cipiat te ſibi in vxorem. Quę conſurgens adorauit pro
na in terram: et ait: Ecce famula tua ſit in ancillam: vt
lauet pedes ſeruorum domini mei. Et feſtinauit et ſur-
rexit Abigail:et aſcendit ſuper aſinum:et quinq; puellę
ierunt cũ ea pediſſequę eius: et ſecuta eſt nuncios dauid
et facta eſt illi vxor. Sed et Achinoen accepit Dauid de
Jezrael: et fuit vtraq; vxor eius. Saul aũt dedit Mich
ol filiam ſuam vxorem dauid alio viro: Phalti filio La-
is:qui erat de Gallim. XXVI.

A ET venerunt Ziphei ad Saul in Gabaa: dicẽ-
tes: Ecce Dauid abſcõditus eſt in colle hachi
la:quę eſt ex aduerſo ſolitudinis. Et ſurrexit
ſaul: et deſcẽdit in deſertũ Ziph: et cũ eo tria
milia virorum de electis Iſrael:vt quęreret dauid ĩ deſerto
Ziph. Et caſtrametatus eſt ſaul ĩ Gabaa Hachila:quę
erat ex aduerſo ſolitudinis in via. Dauid autem habita
bat in deſerto. Videns autem ꝙ veniſſet Saul poſt ſe in
deſertum: miſit exploratores: et didicit ꝙ illuc veniſſet
certiſſime. Et ſurrexit Dauid clam: et venit ad locum

vbi erat Saul. Cumq; vidiſſet locum ĩ quo dormiebat
Saul:et Abner filius Ner princeps militię eius:et ſau
lem dormientem in tentorio: et reliquũ vulgus per cir
cuitum eius: ait Dauid ad Achimelech Etheum: et
Abiſai filium Saruię:fratrem Joab:dicens: Quis de- B
ſcẽdet mecum ad Saul in caſtra? Dixitq; Abiſai: Ego
deſcendam tecũ. Venerunt ergo dauid et Abiſai ad po
pulum nocte:et inuenerunt ſaul iacentem:et dormientẽ
in tentorio: et haſtam fixam in terra ad caput eius: Ab-
ner autem et populum dormientes in circuitu eius.
Dixitq; Abiſai ad dauid: Concluſit deus inimicum tu
um hodie in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eũ lan
cea in terra ſemel: ⁊ ſecundo opus non erit. Et dixit da
uid ad Abiſai: Ne interficias eum. Quis enim extẽdet
manum ſuam in Chriſtũ domini:et innocẽs erit? Et di
xit dauid: Viuit dominus: quia niſi domin⁹ percuſſerit
eum:aut dies eius venerit vt moriatur: aut in pręliũ de
ſcendens perierit:propitius ſit mihi dominus ne exten-
dam manum meam in Chriſtum domini. Nunc igitur
tolle haſtam:quę eſt ad caput eius:⁊ cyphum aquę:⁊ ab
eamus. Tulit igitur dauid haſtam:⁊ cyphum aquę:qui
erat ad caput eius:et abierunt. Et nõ erat quiſq̃ qui vi
deret:et intelligeret: ⁊ euigilaret:ſed om̃es dormiebãt:
quia ſopor domini irruerat ſuper eos. Cumq; tranſiſſet
dauid ex aduerſo :et ſtetiſſet in vertice montis delonge:
et eſſet grãde internallum inter eos:clamauit dauid ad
populum:et ad Abner filium Ner:dicens: Nõne reſpõ
debis Abner? Et reſpondens Abner: ait: Quis es tu q̃ C
clamas:et inquietas regẽ? Et ait dauid ad abner: Nun
quid nõ vir tu es? Et q̃s alius ſimilis tui ĩ Iſrael? Qua-
re ergo non cuſtodiſti dominum tuum regem? Ingreſ-
ſus eſt enim vnus de turba:vt interficeret regem domi-
num tuum. Non eſt bonum hoc qđ feciſti. Viuit domi-
nus:quoniam filij mortis eſtis vos: quia non cuſtodiſtis
dominum veſtrum Chriſtum domini. Nunc ergo vide
vbi ſit haſta regis:et vbi ſit cyphus aquę: qui erat ad ca-
put eius. Cognouit autem Saul vocem dauid:et dixit
Nunquid vox hęc tua fili mi dauid? Et ait dauid: Vox ſup.20.b
mea domine mi rex. Et ait: Quã ob cauſam domin⁹ me
us perſequitur ſeruũ ſuum? Quid feci:aut quod eſt ma-
lum in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex
verba ſerui tui. Si domin⁹ incitat te aduerſum me: odo
retur ſacrificium. Si aũt filij hominũ:maledicti ſunt in
conſpectu domini qui eiecerunt me hodie: vt non habi-
tẽ ĩ hereditate dñi: dicẽtes: Vade ſerui dijs alienis. Et D
nunc non effundatur ſanguis meus in terra corã domi-
no:quia egreſſus eſt rex Iſrael: vt quęrat pulicem vnũ:
ſicut perſequit perdix in montibus. Et ait Saul: Pec-
caui. Reuertere fili mi dauid. Nequaq̃ enim vltra tibi
malefaciam:eo ꝙ precioſa fuerit anima mea in oculis tu
is hodie. Apparet enim ꝙ ſtulte egerim:⁊ ignorauerim
multa nimis. Et reſpondens dauid:ait: Ecce haſta re-
gis:tranſeat vnus de pueris regis:et tollat eam. Domi
nus aũt retribuat vnicuiq; ſecundum iuſticiam ſuam et
fidem. Tradidit enim te dominus hodie in manum me
am:et nolui extendere manum meam in Chriſtũ domi-
ni. Et ſicut magnificata eſt aĩa tua hodie ĩ oculis meis:
ſic magnificetur anima mea in oculis domini:et liberet
me de omni anguſtia. Ait ergo Saul ad dauid: Benedi
ctus tu fili mi dauid. Et quidem faciens facies:⁊ potẽs
poteris. Abijt autẽ dauid in viam ſuam: et Saul reuer
ſus eſt in locum ſuum. XXVII.

ET ait Dauid in corde ſuo: Aliquando incidã A
vna die ĩ manus Saul. Nõne melius eſt vt fu
giã: et ſaluer in terra philiſtinorũ: vt deſperet
ſaul: ceſſetq; me quęrere in cunctis finibus iſ
rael? Fugiã ergo manus ei⁹. Et ſurrexit dauid: et abijt
ipſe:et ſexcenti viri cũ eo:ad Achis filiũ Maoch regem infra.30.a
Geth. Et habitauit dauid cũ Achis in geth:ipſe ⁊ viri ei B
us:⁊ domus eius: ⁊ duę vxores eius Achitoẽ Jezraeli-

tes:et Abigail vxoꝛ Nabal Carmeli. Et nunciatum eſt
Saul ꝙ fugiſſet Dauid in geth:et non addidit vltra q̄-
rere eum. Dixit autē dauid ad Achis: Si inueni gratiā
in oculis tuis:detur mihi locus in vna vꝛbium regionis
huius: vt habitem ibi. Cur enim manet ſeruus tuus in
ciuitate regis tecum? Dedit itaqꝫ ei Achis ī die illa Si-
celag. Propter quam cauſam facta eſt ſicelag regū Iu
da vſqꝫ in diē hanc. Fuit autē numerus dierum quibus
C habitauit dauid ī regiōe philiſtinoꝝ:q̄tuoꝛ mēſiū. Et aſ
cendit Dauid:et viri eius: et agebāt pꝛędas de geſſuri:
et de Gerzi:⁊ de Amalechitis. Hi enim pagi habitabāt
in terra antiquitus euntibus Sur vſqꝫ ad terrā Aegy-
pti. Et percutiebat dauid oēm terrā illoꝝ:nec relinque
bat viuentē virū et mulierē:tollenſqꝫ oues:et boues: et
aſinos:et camelos:et veſtes reuertebatur: ⁊ veniebat ad
D Achis. Dicebat aūt ei Achis: In quē irruiſti hodie? Re
ſpondebat dauid: Contra meridiem Iudę: ⁊ cōtra me
ridiem Ierahmeel:et contra meridiē Ceni. Virū ⁊ mu
lierem non viuificabat Dauid:nec adducebat in Geth:
dicens: Ne foꝛte loquātur aduerſum nos: Hęc fecit da
uid. Et hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus
habitauit in regione philiſtinoꝝū. Credidit ergo achis
dauid dicens: Multa enim mala operatus eſt cōtra po
pulum ſuū iſrael. Erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

A Actum eſt autē in diebus illis XXVIII.
F Congregauerunt philiſtijm agmina ſua: vt
p̄pararent̄ ad bellū cōtra Iſrael. Dixitqꝫ ach
is ad dauid: Sciens nunc ſcito:quoniā mecū
egredieris in caſtris tu et viri tui. Dixitqꝫ dauid ad ach
is: Nunc ſcies quę facturus eſt ſeruus tuus. Et ait ach
ſupꝛa 25 a is ad dauid: Et ego cuſtodē capitis mei ponam te cun-
ctis diebus. Samuel autē moꝛtuus eſt: planxitqꝫ eū om-
nis iſrael: et ſepelierunt eum in Ramatha vꝛbe ſua. Et
Saul abſtulit magos et hariolos de terra: et interfecit
eos:qui phythones habebāt ī ventre. Cōgregatiqꝫ ſunt
philiſtijm:et venerunt:et caſtrametati ſunt in Sunam.
Cōgregauit aūt et ſaul vniuerſum Iſrael: et venit ī gel
boe. Et vidit ſaul caſtra philiſtijm:et timuit:et expauit
coꝛ eius nimis. Cōſuluitqꝫ dominū: et nō reſpondit ei:
neqꝫ per ſomnia:neqꝫ per ſacerdotes:neqꝫ per ꝓphetas.
Dixitqꝫ ſaul ſeruis ſuis: Querite mihi mulierē habentē
ſupꝛ.14.f. phythonē:et vadā ad eam:⁊ ſciſcitaboꝛ per illā. Et dixe
Leui.20d runt ſerui eius ad eum: Eſt mulier phythonē habens in
deut. 18.b Endoꝛ. Mutauit ergo habitū ſuū: veſtituſqꝫ eſt alijs ve
actū.16.c ſtimētis:et abijt ipſe ⁊ duo viri cū eo:veneruntqꝫ ad mu
B lierē nocte:⁊ ait illi: Diuina mihi ī phythōe:⁊ ſuſcita mi
hi quē dixero tibi. Et ait mulier ad eum: Ecce tu noſti
quanta fecerit ſaul:et quomodo eraſerit magos:⁊ hari-
olos de terra. Quare ergo inſidiaris animę meę: vt occi
dar? Et iurauit ei ſaul in domino:dicēs: Viuit domin⁹
quia nō eueniet tibi quicꝙ̄ mali pꝛopter hanc rē. Dixit-
qꝫ ei mulier: Quē ſuſcitabo tibi? qui ait: Samuelē mihi
ſuſcita. Cū aūt vidiſſet mulier ſamuelē:exclamauit vo
ce magna:⁊ dixit ad Saul: Quare impoſuiſti mihi? Tu
es enim ſaul. Dixitqꝫ ei rex: Noli timere. Quid vidiſti?
Et ait mulier ad ſaul: Deos vidi aſcendentes de terra.
Dixitqꝫ ei: Qualis eſt foꝛma eius? Quę ait: Vir ſenex aſ-
cendit:et ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit ſaul:ꝙ ſa-
C muel eſſet:et inclinauit ſe ſuper faciem ſuā in terra:⁊ ad
oꝛauit. Dixit autē Samuel ad ſaul: Quare inquietaſti
me:vt ſuſcitarer? Et ait ſaul: Coartoꝛ nimis. Siquidē
philiſtijm pugnāt aduerſum me:et deus receſſit a me:⁊
exaudire me noluit:neqꝫ ī manu ꝓphetarū:neqꝫ per ſom
nia. Vocaui ergo te:vt oſtenderes mihi quid faciā. Et
ſupꝛa.25f ait ſamuel:quid interrogas me:cū dominus receſſerit a
te:⁊ tranſierit ad ęmulū tuū? Faciet eñ tibi dominus:ſi
cut locutus eſt in manu mea:et ſcindet regnū tuū de ma
nu tua:⁊ dabit illud pꝛoximo tuo dauid:quia nō obedi-
ſti voci domini: neqꝫ feciſti irā furoꝛis eius in Amalech.
Idcirco ꝙ pateris:fecit tibi dominus hodie:⁊ dabit do

minus etiā Iſrael tecum in manu philiſtijm. Cras aūt
tu et filij tui mecum eritis:ſed ⁊ caſtra Iſrael tradet do
minus in manus philiſtijm. Statimqꝫ ſaul cecidit poꝛ-
rectus in terram. Extimuerat eñ verba ſamuelis:et ro
bur non erat in eo : quia non comederat panem tota die
illa. Ingreſſa eſt itaqꝫ mulier illa ad Saul. Conturba D
tus enim erat valde. Dixitqꝫ ad eum: Ecce obediuit an
cilla tua voci tuę: et poſui animam meam in manu mea
et audiui ſermones tuos: quos locutus es ad me. Nūc
igitur audi et tu vocem ancillę tuę : et ponam coꝛam te
buccellam panis:vt comedens cōualeſcas:et poſſis iter Geñ.18.a.
agere. Qui renuit: et ait : Non comedam. Coegerunt
autem eum ſerui ſui et mulier:⁊ tandem audita voce eo
rum ſurrexit de terra:⁊ ſedit ſuper lectū. Mulier aūt il
la habebat vitulum paſcualem in domo:et feſtinauit: et
occidit eum. Tollenſqꝫ farinam : miſcuit eam: et coxit
azyma:et poſuit ante Saul:et ante ſeruos eius. Qui cū
comediſſent:ſurrexerunt et ambulauerunt per totā no-
ctem illam. XXIX.

C Ongregata ſunt Philiſtijm vniuerſa agmi A
na in Aphec. Sed et Iſrael caſtrametat⁹ eſt
ſuper fontem: qui erat in Iezrael. Et ſatra-
pę quidem Philiſtijm incedebant in centu-
rijs ⁊ milibus. Dauid aūt: ⁊ viri eius erāt in nouiſſimo
agmīe cū achis. Dixerūtqꝫ pꝛincipes philiſtijm ad achis: B
Quid ſibi volūt hebręi iſti? Et ait achis ad pꝛīcipes phi 1.para.12.
liſtijm: Nunq̇d ignoꝛatis dauid:q̄ fuit ſeruus ſaul reg
Iſrael:⁊ eſt apud me multis dieb⁹ ⁊ annis? Et nō īueni
in eo q̇cꝙ̄ mali:ex die q̄ tranſfugit ad me:vſqꝫ ad diē hāc.
Irati ſunt aūt aduerſus eū pꝛincipes Philiſtijm:et di-
xerūt ei: Reuertatur vir: et ſedeat in loco ſuo:in quo cō
ſtituiſti eum: et non deſcendat nobiſcum in pꝛęlium: ne
fiat nobis aduerſarius : cum pꝛęliari coeperimus: quo-
modo enim aliter poterit placare dominum ſuum: niſi
in capitibus noſtris? Nōne iſte eſt Dauid cui cantabāt
in choꝛis:dicentes: Percuſſit Saul in milibus ſuis: et ſupꝛa.13.c
Dauid in decem milibus ſuis. Vocauit ergo Achis Da īfra. 31.d.
uid:et ait ei: Viuit dominus:quia rectus es tu: et bon⁹ C
in conſpectu meo:et exitus tuus:et introitus tuus me- eccle 47a
cum eſt in caſtris. Et non inueni in te quicꝙ̄ mali ex die
qua veniſti ad me:vſqꝫ in diem hanc: ſed ſatrapis nō pla
ces. Reuertere ergo ⁊ vade in pace:et non offendas ocu
los ſatraparum Philiſtijm. Dixitqꝫ Dauid ad Achis:
Quid enim feci: ⁊ quid inueniſti in me ſeruo tuo a die q̄
fui in conſpectu tuo vſqꝫ in diem hanc:vt non veniam: et
pugnē contra inimicos domini mei regis? Reſpondēs
autem Achis: locutus eſt ad Dauid: Scio quia bonus
es tu in oculis meis: ſicut angelus dei:ſed pꝛincipes phi
liſtinoꝛum dixerunt: Non aſcendet nobiſcum in pꝛęliū.
Igitur conſurge mane:tu et ſerui domini tui:qui vene- D
runt tecum:et cum de nocte ſurrexeritis: ⁊ coeperit dilu
ceſcere:ꝑgite. Surrexit itaqꝫ de nocte Dauid ipſe et vi-
ri eius:vt pꝛoficiſcerentur mane:⁊ reuerterentur ad ter
ram philiſtijm: Philiſtijm autē aſcenderunt in iezrael.

C Umqꝫ veniſſent Dauid:et viri XXX.
eius in Sicelag die tertia: Amalechitę impe- A
tum fecerant ex parte auſtrali in Sicelag:⁊ ꝑ
cuſſerant Sicelag:et ſuccenderant eam igni:
⁊ captiuas duxerāt mulieres ex ea a minimo vſqꝫ ad ma
gnum:et non interfecerant quēꝙ̄:ſed ſecum duxerāt:et
pergebant itinere ſuo. Cum ergo veniſſet Dauid:et vi-
ri eius ad ciuitatem:et inueniſſent eam ſuccenſam igni:
et vxoꝛes ſuas: et filios ſuos : et filias ductas eſſe capti-
uas: leuauerunt Dauid et populus: qui erat cum eo:vo
ces ſuas:et planxerunt donec deficerent in eis lachrymę
Siquidem et duę vxoꝛes Dauid captiuę ductę fuerant ſupꝛa 27a
Achinoen Iezraelites : et Abigail vxoꝛ Nabal Carme B
li: et contriſtatus eſt Dauid valde. Volebat enim eum
populus lapidare:quia amara erat anima vniuſcuiuſqꝫ
viri ſuper filijs ſuis:et filiabus. Confoꝛtatus eſt autem

Dauid in domino deo ſuo:et ait ad Abiathar ſacerdotē
filiū Achimelech: Applica ad me Ephot. Et applicuit
Abiathar Ephot ad Dauid:et conſuluit Dauid domi-
C nuum dicens: Perſequar latrunculos hos:et coprehen
ſup.13.b. dam eos an non? Dixitq́ ei dominus: Perſequere: abſ-
q́ dubio enim cōprehēdes eos:et excuties prędā. Abijt
ergo Dauid ipſe et ſexcenti viri:qui erant cum eo:et ve-
nerunt vſq́ ad torrentē Beſor:et laſſi quidē ſubſtiterūt
Perſecutus eſt autē Dauid ipſe et quadrīgenti viri cū
eo. Subſtiterant enim ducenti:qui laſſi tranſire non po
terant torrentem Beſor. Et inuenerunt virū Aegypti
um in agro:⁊ adduxerunt eum ad Dauid. Dederuntq́
ei panem:vt comederet et biberet aquam:ſed et fragmē
maſſę caricarum:et duas ligaturas vuę paſſę. Qui cum
comediſſet:reuerſus eſt ſpiritus eius:et refocillatus eſt
Nō enim comederat panem: neq́ biberat aquā tribus
diebus:et tribus noctibus. Dixit itaq́ ei dauid: Cuius
D es tu:vl' vnde:⁊ q̊ pergis? Qui ait: Puer ęgyptius ego
ſum:ſeruus viri Amalechitę. Dereliquit aūt me domi-
nus meus: quia ęgrotare coepi nudiuſtertius. Siq́dē
nos erupimus ad auſtralem plagam Cerethi: et cōtra
Iudam:et ad meridiem Caleph:et Sicelag ſuccendi-
mus igni. Dixitq́ ei dauid: Potes me ducere ad cune
um iſtū? Qui ait: Iura mihi per deū: ꝙ nō occidas me:
et non tradas me in man⁹ domini mei:⁊ ego ducā te ad
cuneū iſtum. Et iurauit ei Dauid. Qui cū duxiſſet eū:
ecce illi diſcumbebāt ſuper faciē vniuerſę terrę comedē
tes et bibentes:et quaſi feſtum celebrantes diē pro cun-
cta pręda:et ſpolijs quę ceperant de terra Philiſtijm:⁊
E de terra Iuda. Et percuſſit eos dauid a veſpere vſq́ ad
veſperam alterius diei:et non euaſit ex eis quiſꝙ̄:niſi tā
tum quadringenti viri adoleſcentes:qui aſcenderant ca
melos:et fugerant. Eruit ergo dauid omnia quę tule-
rant Amalechitę:et duas vxores ſuas eruit. Nec defuit
quiſꝙ̄ a paruo vſq́ ad magnū:tam de filijs ꝙ̄ de filiabus
et de ſpolijs:et quęcunq́ rapuerant:omnia reduxit Da
uid:et tulit vniuerſos greges et armenta:⁊ minauit an
te faciē ſuā. Dixeruntq́:hęc eſt pręda dauid. Venit aūt
dauid ad ducentos viros: qui laſſi ſubſtiterāt: nec ſequi
poterant dauid: et reſidere eos iuſſerat in torrente Be
F ſor. Qui egreſſi ſunt obuiam Dauid:et populo qui erat
cum eo. Accedens autē dauid ad populū: ſalutauit eos
pacifice. Reſpondenſq́ omnis vir peſſimus:et iniquus
de viris:qui erant cū dauid:dixit: Quia non venerūt no
biſcum:non dabimus eis quicꝙ̄ de pręda quā eruimus:
ſed ſufficiat vnicuiq́ vxor ſua et filij: quos cū acceperit:
recedāt. Dixit autē dauid: Non ſic facietis fratres mei
de his quę tradidit nobis dominus: et cuſtodiuit nos:
et dedit latrunculos qui eruperant aduerſum nos ī ma
nus noſtras:nec audiet vos quiſꝙ̄ ſub ſermone hoc. Ae-
qua enim pars erit deſcendentis ad prelium:et remanē
tis ad ſarcinas:⁊ ſimiliter diuidēt. Et factum eſt hoc ex
die illa:et deinceps conſtitutum et prefinitū: ⁊ quaſi lex
G in Iſrael vſq́ in diem hanc. Venit ergo Dauid in Sice
lag: et miſit dona de pręda ſenioribꝰ Iuda et proximis
ſuis:dicens: Accipite benedictiōem de pręda hoſtiū dn̄i
His qui erant in Bethel:⁊ qui in Ramoth ad meridi-
em:et qui in Iathir:⁊ q̊ in Aroer:et qui in Siphamoth
et q̊ in Eſthamoa:et qui ī Rachal:et qui in vrbibus Ie
rahmeel:et qui in vrbibus Ceni:et qui in Horma:⁊ qui
in lacu Aſoan:et qui in Atach:et qui in Hebron: et reli-
quis qui erant in his locis:in quibus commoratus fue-
rat dauid et viri eius. XXXI.

A
1.par.10.a Philiſtijm aūt pugnabāt aduerſum iſrael. Et
fugerūt viri iſrael ante faciē philiſtijm:⁊ ceci
derunt interfecti in mōte Gelboe. Irruerūt-
q́ philiſtijm in Saul ⁊ in filios eius:⁊ percuſ
ſerunt Ionathan et Abinadab et Melchiſua filios ſaul:
totumq́ pondus prelij verſum eſt in Saul. Et conſecu
ti ſunt eum viri ſagittarij: ⁊ vulneratus eſt vehementer
a ſagittarijs. Dixitq́ ſaul ad Armigerum ſuum: Euagi
na gladium tuum:et percute me: ne forte veniant incir B
cumciſi iſti:et interficiāt me illudentes mihi. Et noluit Judi.8.g
armiger eiꝰ:fuerat enim nimio terrore perterritus. Ar- 1para 10a
ripuit itaq́ Saul gladium ſuum: et irruit ſuper eum.
Quod cum vidiſſet armiger eius:videlicet ꝙ mortuus
eſſet Saul:irruit etiā ipſe ſuper gladium ſuum:et mor-
tuus eſt cū eo. Mortuus eſt ergo ſaul:⁊ tres filij eius:et
armiger illius:et vniuerſi viri eius ī die illa pariter. Vi C
dentes aūt filij iſrael: qui erant trans vallem ⁊ trans ior
danem:ꝙ fugiſſent viri Iſraelitę:et ꝙ mortuꝰ eſſet ſaul
et tres filij eius:reliquerunt ciuitates ſuas et fugerunt.
Veneruntq́ Philiſtijm:et habitauerunt ibi. Facta au-
tē die altera venerunt philiſtijm:vt expoliarent interfe-
ctos:et inuenerunt ſaul:et tres filios eius iacentes ī mō
te gelboe. Et preciderunt caput Saul: et expoliauerūt
eum armis:et miſerunt in terram philiſtinorū per circu
itum:vt annunciaretur in templis idolorum:et in popu
lis. Et poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth: corpꝰ D
vero eius ſuſpenderunt in muro Bethſean. Quod cum
audiſſent habitatores Iabes Galaad:quęcunq́ fecerāt
philiſtijm ſaul:ſurrexerunt omnes viri fortiſſimi:et am
bulauerunt tota nocte:et tulerunt cadauer Saul:et ca
dauera filiorum eius de muro Bethſean. Veneruntq́ vi
ri Iabes Galaad: et combuſſerunt ea igni: et tulerunt
oſſa eorum:et ſepelierunt in nemore Iabes:et ieiunaue
runt ſeptem diebus.

Finis

Secundus Liber Samuelis

quem nos ſecundum Regum dicimus. Cap. I

Factū eſt autē poſtꝙ̄ mor- A
tuus eſt Saul:vt dauid reuerteretur a cęde
Amalech:et maneret in Sicelag duos dies
In die autē tertia apparuit homo veniens
de caſtris ſaul veſte cōſciſſa: ⁊ puluere conſperſus caput
Et vt venit ad Dauid: cecidit ſuper faciem ſuam:et ad
orauit. Dixitq́ ad eū Dauid: Vnde venis? Qui ait ad 2.reg.4.d
eū: De caſtris Iſrael fugi. Et dixit ad eum Dauid: Quod
eſt verbum qd̄ factum eſt? Indica mihi. Qui ait: Fugit ifra.24.e
populus ex prelio: et multi corruētes e populo mortui 1.par.12.b
ſunt:ſed et ſaul et Ionathas filius eius interierunt. Di
xitq́ Dauid ad adoleſcentem: qui nunciabat ei: Vnde B
ſcis quia mortuus eſt Saul:⁊ Ionathas filius eius? Ait
adoleſcens qui nunciabat ei: Caſu veni in montem Gel
boe: et ſaul incumbebat ſuper haſtā ſuā. Porro currus
et equites appropinquabant ei: ⁊ cōuerſus poſt tergum
ſuū: videnſq́ me vocauit. Cui cū reſpondiſſem: aſſum.
Dixit mihi: Quis nam es tu? Et aio ad eū: Amalechi-
tes ego ſum. Et locutus eſt mihi: Sta ſuper me:⁊ inter
fice me:qm̄ tenent me anguſtię: et adhuc tota aīa mea ī
me eſt. Stāſq́ ſuper eum:occidi illum: Sciebā em̄ ꝙ vi
uere non poterat poſt ruinam. Et tuli diadema qd̄ erat infra.3.f. 2.13.f.
in capite eius: et armillam de brachio illius:et attuli ad C
te dominum meū huc. Apprehēdens autem dauid veſti
mēta ſua ſcidit:oēſq́ viri qui erant cum eo: ⁊ planxerūt
⁊ fleuerūt:⁊ ieiunauerūt vſq́ ad veſperam ſuper Saul:
⁊ ſuper Ionathan filiū eius:⁊ ſuper populū domini:⁊ ſu
per domum Iſrael:eo ꝙ corruiſſent gladio. Dixitq́ da
uid ad iuuenē qui nunciauerat ei: Vnde es tu? Qui re-
ſpondit: Filius hominis aduenę Amalechitę ego ſum.
Et ait ad eum Dauid: Quare non timuiſti mittere ma
num tuam:vt occideres Chriſtū domini? Vocanſq́ da
uid vnum de pueris ſuis:ait: Accedens irrue in eū. Qui
pcuſſit illū:⁊ mortuꝰ eſt. Et ait ad eū Dauid: Sanguis
tuus ſuper caput tuū. Os em̄ tuū locutū eſt aduerſum

te dicẽs: Ego interfeci Chriſtum domini. Planxit aũt
dauid planctũ huiuſcemodi ſuper ſaul: et ſuper ionathã
heb. arc⁹ ecce ſcriptus eſt in libro iuſtorum filiũ eius: ⁊ pꝛecepit: vt docerent filios Juda* arcũ: ſicut
ſcriptũ eſt in libꝛo iuſtoꝛũ. Et ait: Cõſydera iſrael ꝓ his
qui moꝛtui ſunt ſup excelſa tua vulnerati. Inclyti iſrael
ſuper montes tuos ĩterfecti ſunt. Quomodo ceciderũt
D foꝛtes? Nolite annunciare in Geth: neqꝫ annũcietis in
cõpitis aſcalonis: ne foꝛte lętentur filię philiſtijm: ne ex
ultent filię incircũciſoꝛũ. Montes gelboe: nec ros: nec
pluuia veniãt ſuper vos. Neqꝫ ſint agri pꝛimitiarũ: quia
ibi abiectus eſt clypeus foꝛtiũ: clypeus ſaul quaſi non eſ
ſet vnctus oleo: a ſanguine interfectoꝛũ ab adipe foꝛtiũ
Sagitta ionathę nunꝙ redijt retroꝛſum: ⁊ gladius ſaul
non eſt reuerſus inanis. Saul et Jonathas amabiles: ⁊
decoꝛi valde in vita ſua: in moꝛte quoqꝫ non ſunt diuiſi.
Aquilis velociores: leonibus foꝛtioꝛes. Filię Iſrael ſup
Saul flete: qui veſtiebat vos coccino in delitijs: qui pꝛę
bebat oꝛnamẽta aurea cultui veſtro. Quomodo cecide-
runt foꝛtes in pꝛęlio? Jonathas in excelſis tuis occiſus
eſt. Doleo ſup te frater mi ionatha decoꝛe nimis: et ama
bilis ſuper amoꝛẽ mulierũ. Sicut mater vnicũ amat fili
um ſuum: ita ego te diligebam. Quomodo ceciderũt ro
buſti: ⁊ perierunt arma bellica? II.

A Igitur poſt hęc cõſuluit Dauid dominum: di
cens: Num aſcendã in vnã de ciuitatibus iu-
da? Et ait dominus ad eum: Aſcende. Dixit
qꝫ dauid: Quo aſcendã? Et reſpondit ei: In
Hebꝛon. Aſcendit ergo dauid: et duę vxoꝛes eius Achi
noem iezraelites: et Abigail vxoꝛ Nabal Carmeli: ſed ⁊
viros qui erãt cũ eo: duxit dauid ſingulos cũ domo ſua:
⁊ manſerũt in oppidis hebꝛon. Veneruntqꝫ viri Juda: et
vnxerũt ibi dauid: vt regnaret ſup domũ Juda. Et nun
ciatum eſt dauid: ꝙ viri Jabes galaad ſepeliſſent Saul
1. reg. 31. d Miſit ergo dauid nuncios ad viros iabes galaad: dixit
qꝫ ad eos: Benedicti vos a domino: ꝗ feciſtis miſericoꝛ-
diã hanc cum dño veſtro ſaul: ⁊ ſepeliſtis eũ. Et nunc re-
tribuet vobis quidẽ dñs miſericoꝛdiã et veritatẽ: ſed et
ego reddã gratiã: eo ꝙ feciſtis verbum iſtud. Cõfoꝛten-
tur man⁹ veſtrę: et eſtote filij foꝛtitudinis: licet eñ moꝛ-
tuus ſit dominus veſter Saul: tamen me vnxit domus
C Juda in regem ſibi. Abner autẽ filius Ner pꝛinceps ex
ercitus ſaul: tulit Iſboſeth filiũ Saul: ⁊ circunduxit eũ
per caſtra: regẽqꝫ conſtituit ſuper galaad: et ſuper Aſſu
ri: ⁊ ſuper Jezrael: ⁊ ſuper Ephraim: et ſup Beniamin
et ſuper Iſrael vniuerſum. Quadraginta annoꝛum erat
Iſboſeth filius ſaul: cũ regnare cepiſſet ſuper Iſrael:
et duobus annis regnauit. Sola autẽ domus Juda ſeq
infra. 5. a. batur Dauid. Et fuit numerus dierũ quos cõmoꝛatus
eſt Dauid: imperans in hebꝛon ſuper domũ Juda ſeptẽ
annoꝛũ: et ſex menſiũ. Egreſſuſqꝫ eſt Abner filius Ner:
⁊ pueri Iſboſeth filij ſaul de caſtris in Gabaon. Poꝛro
Joab filius Saruię: ⁊ pueri dauid egreſſi ſunt: ⁊ occur
rerũt eis iuxta piſcinã gabaon. Et cũ in vnũ cõueniſſent
e regione: ſederũt hi in vna parte piſcinę: et illi ex altera.
Dixitqꝫ Abner ad Joab: Surgãt pueri: et ludant coꝛã
D nobis. Et reſpondit Joab: Surgãt. Surrexerũt ergo
et tranſierunt numero duodecim de beniamin ex parte
Iſboſeth filij ſaul: ⁊ duodecim de pueris dauid. Appꝛe-
henſoqꝫ vnuſquiſqꝫ capite cõparis ſui: defixit gladiũ ĩ la-
tus cõtrarij: et ceciderũt ſimul. Vocatũqꝫ eſt nomẽ loci
illius ager robuſtoꝝ in Gabaon. Et oꝛtũ eſt bellum du-
rum ſatis in die illa. Fugatuſqꝫ eſt Abner ⁊ viri Iſrael a
pueris dauid. Erant autẽ ibi tres filij Saruię: Joab: ⁊
Abiſai: et Aſahel. Poꝛro aſahel curſoꝛ velociſſimus fu-
it: quaſi vnus de capꝛeis quę moꝛantur in ſyluis. Perſe
quebat̃ autẽ Aſahel Abner: ⁊ non declinauit ad dexterã
neqꝫ ad ſiniſtrã: omittens perſequi Abner. Reſpexit ita
qꝫ Abner poſt tergũ ſuũ: ⁊ ait: Tu ne es Aſahel? Qui re
E ſpondit: Ego ſum. Dixitqꝫ ei abner: Vade ad dexterã:
ſiue ad ſiniſtrã: et appꝛehende vnũ de adoleſcentibus: et

tolle tibi ſpolia eius. Noluit aũt Aſahel omittere quin
vꝛgeret eũ. Ruſumqꝫ locutus eſt abner ad aſahel: Re
cede: ⁊ noli me ſequi: ne foꝛte cõpellar cõfodere te in ter-
ram: ⁊ leuare nõ potero faciẽ meã ad Joab fratrẽ tuum
Qui audire cõtempſit: et noluit declinare. Percuſſit er F
go eũ abner auerſa haſta in inguine: ⁊ tranſfodit: ⁊ moꝛ infra 29. d
tuus eſt in eadem loco. Omneſqꝫ qui tranſibant per lo-
cum in quo ceciderat Aſahel: et moꝛtuus erat: ſubſiſte-
bant. Perſequentibus autẽ Joab: ⁊ Abiſai fugientẽ ab
ner: Sol occubuit. Et venerunt vſqꝫ ad collem aquędu
ctus: qui eſt ex aduerſo vallis ⁊ itineris deſerti in gaba-
on. Cõgregatiqꝫ ſunt filij beniamin ad Abner: et cõglo
bati in vnũ cuneũ: ſteterunt in ſummitate tumuli vnius
Et exclamauit Abner ad Joab: et ait: Num vſqꝫ ad in- num. 17. d
ternitionẽ tuus mucro deſęuiet? An ignoꝛas ꝙ pericu-
loſa ſit deſperatio? Vſqꝫ quo nõ dicis populo: vt omittat
ꝑſequi fratres ſuos? Et ait Joab: Viuit dñs: ſi locutus G
fuiſſes mane: receſſiſſet populus ꝑſequens fratrẽ ſuum. infra 30. g
Inſonuit ergo ioab buccina: ⁊ ſtetit oĩs exercit⁹: nec ꝑ-
ſecuti ſunt vltra iſrael: neqꝫ iniere certamẽ. Abner autẽ
et viri eius abierunt per campeſtria moab tota nocte il-
la: ⁊ tranſierũt ioꝛdanẽ: et luſtrata omni bethoꝛon: vene
rũt ad caſtra. Poꝛro ioab reuerſus omiſſo abner: cõgre
gauit oẽm populũ: ⁊ defuerũt de pueris dauid decẽ ⁊ no
uem viri excepto aſahele. Serui aũt dauid ꝑcuſſerũt de
beniamin: ⁊ de viris qui erãt cũ abner trecentos ſexagi
ta: ꝗ ⁊ moꝛtui ſunt. Tulerũtqꝫ aſahel: ⁊ ſepelierũt eum ĩ
ſepulchꝛo patris ſui in bethlehẽ: ⁊ ambulauerũt tota no
cte Joab: et viri qui erant cũ eo: et in ipſo crepuſculo per
uenerunt in Hebꝛon. III.

Facta eſt ergo longa concertatio inter domũ A
Dauid: et inter domum ſaulis. Dauid pꝛofi
ciens et ſemper ſeipſo robuſtioꝛ: domus autẽ
Saul decreſcens quotidie. Natiqꝫ ſunt ſex fi
lij Dauid in Hebꝛon. Fuitqꝫ pꝛimogenitus ei⁹ Amnõ
de Achinoem iezraelite: ⁊ poſt eum Cheleab de Abigail
vxoꝛe Nabal Carmeli. Poꝛro tertius Abſalon fili⁹ ma
acha filię Tholmai regis Geſſur. Quartus aũt Adoni
as: filius Agith. Et quintus Saphacias: filius abithal
Sextus quoqꝫ Jethraan de Egla vxoꝛe Dauid. Hi na
ti ſunt dauid in hebꝛon. Cum ergo eſſet pꝛęliũ inter do-
mũ ſaul: ⁊ domũ dauid: abner filius Ner regebat domũ
Saul. Fuerat autẽ Sauli cõcubina nomine Reſpha fi-
lia Aia: ingreſſuſqꝫ eſt ad eã abner. Dixitqꝫ Iſboſeth ad
Abner: Quare ingreſſus es ad cõcubinam patris mei? B
Qui iratus nimis pꝛopter verba iſboſeth: ait: Nũꝗd ca
put canis ego ſum aduerſum Judã hodie: ꝗ fecerim mi
ſericoꝛdiã ſuper domũ Saul patris tui: ⁊ ſuper fratres
et pꝛoximos eius: ⁊ non tradidi te in manus dauid: ⁊ tu
requiſiſti in me ꝙ argueres pꝛo muliere hodie? Hęc fa- iſra. eodẽ.
ciat de⁹ abner: ⁊ hęc addat ei: niſi quomodo iurauit do-
min⁹ dauid: ſic faciã cũ eo: vt transferat̃ regnũ de domo
Saul: et eleuetur thꝛonus dauid ſuper iſrael: et ſuper iu
dã: a Dan vſqꝫ berſabee. Et nõ potuit reſpondere ei ꝗc-
ꝙ: quia metuebat illum. Miſit ergo Abner nuncios ad
Dauid in hebꝛon pꝛo ſe dicẽtes: Cui⁹ eſt terra? Et vt lo
querent̃: Fac mecũ amicitias: et erit manus mea tecũ: et
reducam ad te vniuerſum iſrael. Qui ait: Optime: ego
faciã tecũ amicitias: ſed vnam rem peto a te: dicẽs: Nõ
videbis faciem meam anteꝙ adduxeris Michol filiam
Saul: et ſic venies et videbis me. Miſit aũt dauid nun
cios ad Iſboſeth filiũ Saul: dicens: Redde vxoꝛẽ meã 1. re. 18. g.
Michol quã deſpõdi mihi centũ pꝛęputijs Philiſtijm.
Miſit ergo Iſboſeth: ⁊ tulit eam a viro ſuo Phaltiel
filio Lais. Sequebaturqꝫ eam vir ſuus: ploꝛãs vſqꝫ ba-
hurim. Et dixit ad eũ Abner: Vade: reuertere. Qui re-
uerſus eſt. Sermonẽ quoqꝫ ĩtulit abner ad ſenioꝛes iſrael
dicẽs: Tam heri ꝙ nudiuſtertius quęrebatis dauid: vt
regnaret ſup vos. Nunc ergo facite: qm̃ dominus locu-
tus eſt ad Dauid dicẽs: In manu ſerui mei dauid: ſalua

bo populum meum iſrael de manu Philiſtijm: et omni
D um inimicorū eius. Locutus eſt autē Abner etiā ad be⸗
niamin: Et abijt vt loqueretur ad dauid in hebron oīa:
quę placuerāt Iſraeli et vniuerſo beniamin: venitqꝫ ad
dauid hebron cum viginti viris. Et fecit dauid abner: et
viris eius qui venerāt cum eo conuiuiū. Et dixit Abner
ad Dauid: Surgam: vt congregē ad te dominum meū
regem omnem Iſrael: et ineam tecum foedus: et impe⸗
res omnibus: ſicut deſyderat aīa tua. Cum ergo dedu⸗
xiſſet dauid abner: ⁊ ille iſſet in pace: ſtatim pueri dauid
et Joab venerūt cęſis latronibus: cum prȩda magna ni
mis. Abner autē nō erat cum dauid in hebron: quia iam
dimiſerat eum: ⁊ profectus fuerat in pace: ⁊ Joab ⁊ om
nis exercitus qui erant cum eo: poſtea venerant. Nunci
atū eſt itaqꝫ Joab a narrantibꝰ: Venit Abner filius ner
ad regē: et dimiſit eum: et abijt in pace. Et ingreſſus eſt
E Joab ad regem: et ait: Quid feciſti? Ecce venit Abner
ad te: Quare dimiſiſti eum: ⁊ abijt et receſſit? Ignoras
3.reg.2.c Abner filium Ner: quoniā ad hoc venit ad te: vt decipe
ret te: ⁊ ſciret exitum tuū ⁊ introitū tuū: ⁊ noſcet omnia
quę agis? Egreſſus itaqꝫ Joab a Dauid: miſit nuncios
poſt Abner: et reduxit eū a ciſterna Syra ignorāte Da⸗
uid. Cumqꝫ redijſſet Abner in Hebron: ſeorſum addu⸗
īfra eo. b. xit eum Joab ad medium portę: vt loqueretur ei in do⸗
F lo: ⁊ percuſſit illū ibi in inguine: ⁊ mortuus eſt in vltio⸗
nem ſanguinis Aſahel fratris eius. Quod cum audiſſet
Dauid rem iam geſtā: ait: Mundus ego ſum: et regnū
meū apud deū vſqꝫ in ſempiternū a ſanguine Abner filij
Ner: et veniat ſuper caput Joab: et ſup omnē domū pa⸗
tris eius: nec deficiat de domo Joab fluxum ſeminis ſu
Dañ. 13.c ſtinens: et leproſus ⁊ tenens fuſum: et cadens gladio et
Act. 10.f. indigens pane. Igitur ioab et Abiſai frater eius inter⸗
fecerunt abner: eo ꝙ occidiſſet aſahel fratrem eorum in
Gabaon in prȩlio. Dixit autē dauid ad Joab: ⁊ ad oēm
populū qui erat cum eo: Scindite veſtimenta veſtra: et
ſup. eodē. ſup. 1.b. accingimini ſaccis: ⁊ plangite ante exeq̄as abner. Por
īfra. 31. f. ro rex Dauid ſequebatur feretrū. Cūqꝫ ſepeliſſent Ab⸗
ner in hebron: leuauit rex Dauid vocē ſuam: et fleuit ſu
per tumulum Abner. Fleuit autē et oīs populus. Plā⸗
G genſqꝫ rex et lugens: abner ait: Nequaꝗ̄ vt mori ſolent
ignaui: mortuus es abner. Manus tuę ligatę non ſunt
et pedes tui non ſunt cōpedibus aggrauati: ſed ſicut ſo
ſupra. eo. lent cadere coram filijs iniquitatis: ſic corruiſti. Conge
minanſqꝫ omnis populus fleuit ſuper eū. Cumqꝫ venıſ⸗
ſet vniuerſa multitudo cibū capere cum dauid: clara ad
huc die: iurauit dauid: dicens: Hęc faciat mihi deus: et
hęc addat: ſi ante occaſum ſolis guſtauero panē vel ali⸗
ud quicꝗ̄. Omniſqꝫ populus audiuit: et placuerunt eis
cūcta quę fecit rex in cōſpectu totius populi. Et cogno
uit om̄e vulgus: et vniuerſus iſrael ī die illa: q̄m nō actū
fuiſſet a rege: vt occiderer abner filius ner. Dixit quoqꝫ
rex ad ſeruos ſuos: Nū ignoratis: q̄m princeps et maxi
mus cecidit hodie in Iſrael? Ego aūt adhuc delicatus
ſum: et vnctus rex. Porro viri iſti filij ſaruię duri ſunt
mihi. Retribuat dn̄s facienti malū iuxta malitiā ſuam

A Adiuit autē Iſboſeth filius ſaul: IIII.
ꝙ cecidiſſet abner in hebron: et diſſolutę ſunt
manus eius: oīſqꝫ Iſrael pturbatus eſt. Duo
aūt viri principes latronū erant filio ſaul: no⸗
mē vni Baana: et nomē alteri Rechab: filij Remmon
B berothitę de filijs beniamin. Siquidē et beroth repu\ta
ta eſt in beniamin. Et fugerūt berothitę in gethaim: fu
eruntqꝫ ibi aduenę vſqꝫ ad tempus illud. Erat aūt Jo⸗
nathę filio ſaul filius debilis pedibꝰ. Quinquēnis enim
fuit: quando venit nuncius de Saul et ionatha ex iezra
hel. Tollens itaqꝫ eum nutrix ſua fugit. Cumqꝫ feſtina
ret vt fugeret: cecidit: ⁊ claudus effectꝰ eſt: habuitqꝫ vo
cabulū Mephiboſeth. Venietes igitur filij Remmon
berothitę rechab ⁊ baana: ingreſſiqꝫ ſunt feruēte die do
mum iſboſeth. Qui dormiebat ſup ſtratū ſuū meridie: ⁊

oſtiaria domus purgans triticū: obdormiuit. Ingreſſi C
ſunt autē domū latenter aſſumētes ſpicas tritici: et per
cuſſerunt eū in inguine rechab: et baana frater eius: ⁊ fu
gerunt. Cum aūt ingreſſi fuiſſent domū: ille dormiebat
ſuper lectū ſuū in conclaui: et percutientes interfecerūt
eum. Sublatoqꝫ capite eius: abierunt per viā deſerti to
ta nocte: et attulerunt caput Iſboſeth ad dauid in He
bron. Dixerūtqꝫ ad regē: Ecce caput Iſboſeth filij ſaul D
inimici tui: qui quęrebat animā tuā: et dedit dominꝰ do
mino noſtro regi vltionē hodie de ſaul: et de ſemine eius
Reſpondens aūt dauid Rechab: ⁊ baana fratri eius fi⸗
lijs renunon berothitę: dixit ad eos: Viuit dominus: q̄
eruit animā meā de omni anguſtia: quoniā eum qui an⸗
nunciauerat mihi: et dixerat: Mortuus eſt ſaul: qui pu
tabat ſe proſpera nunciare: tenui et occidi eum in Sice
lag: cui oportebat me mercedē dare pro nuncio. Quan
to magis nunc: cū hoīes impij interfecerunt virū inno⸗
xiū ī domo ſua ſuper lectū ſuum: nō quęrā ſanguinē eiꝰ
de manu veſtra: et auferā vos de terra? Precepit itaqꝫ
dauid pueris ſuis: et interfecerunt eos: prȩcidēteſqꝫ ma
nus ⁊ pedes eorū: ſuſpēderunt eos ſuper piſcinā in He⸗
bron. Caput aūt iſboſeth tulerunt: ⁊ ſepelierūt in ſepul
chro abner in Hebron. V.

Et venerunt vniuerſę tribus iſrael ad Dauid A
in hebron: dicētes: Ecce nos os tuum: ⁊ caro 1.para.11.
tua ſumus. Sed et heri: ⁊ nudiuſtertius cum infra.10.c
eſſet ſaul rex ſup nos: tu eras educens ⁊ redu ſupra.2.
cēs iſrael. Dixit autē dn̄s ad te: Tu paſces populū meū
Iſrael: et tu eris dux ſuper Iſrael. Venerūt quoqꝫ et ſe
niores iſrael ad regē in Hebron: et pcuſſit cū eis rex Da
uid foedus ī hebron corā dn̄o: vnxerūtqꝫ dauid ī regē ſu
per iſrael. Filius triginta annorū erat dauid: cū regnare
coepiſſet: et quadraginta annis regnauit. In hebron re
gnauit ſup Judā ſeptē annis: ⁊ ſex menſibus. In hieru
ſalē aūt regnauit trigintatribus annis ſup oēm iſrael et
Judā. Et abijt rex: ⁊ oēs viri qui erāt cū eo in hieruſalē
ad iebuſęum habitatorē terrę. Dictūqꝫ eſt dauid ab eis:
Nō ingredieris huc: niſi abſtuleris cęcos ⁊ claudos: di
cētes: Nō ingrediet dauid huc. Cepit aūt dauid arcem B
Sion: hęc eſt ciuitas dauid. Propoſuerat em̄ Dauid ī
die illa prȩmiū qui pcuſſiſſet Jebuſęum: et tetigiſſet do
matū fiſtulas: ⁊ abſtuliſſet cęcos et claudos odiētes ani
mā dauid. Idcirco dicitur in puerbio: Cęcus ⁊ claudꝰ
nō intrabūt ī templū. Habitauit aūt dauid in arce ſion:
⁊ vocauit eam ciuitatē dauid: ⁊ ędificauit p gyrū a mel⸗
lo et intrinſecus. Et ingrediebat proficiēs atqꝫ ſuccreſ⸗
cens: ⁊ dn̄s deus exercituū erat cū eo. Miſit quoqꝫ hirā 1.par.14.
rex Tyri nuncios ad dauid: et ligna cedrina: et artifices
lignorū: artificeſqꝫ lapidū ad parietes: et ędificauerunt
domum Dauid. Et cognouit dauid: quoniā cōfirmaſſet C
eū dominus regē ſuper iſrael: ⁊ quoniā exaltaſſet regnū
eius ſuper populū ſuū iſrael. Accepit ergo dauid adhuc
cōcubinas: ⁊ vxores de hieruſalē: poſtꝗ̄ venerat de He⸗
bron. Natiqꝫ ſunt dauid ⁊ alij filij ⁊ filię: et hęc nomina
eorꝫ qui nati ſunt ei in hieruſalē: Samua et Sobab ⁊ na infra eod.
than ⁊ Salomon et Jabaar et Heliſua et Nepheg ⁊ ia
phia ⁊ heliſama et helida ⁊ eliphalet. Audierūt ergo phi
liſtijm: ꝙ vnxiſſent dauid in regē ſup iſrael: ⁊ aſcenderūt
vniuerſi: vt quęrerēt dauid. Qd̄ cū audiſſet dauid: deſcē
dit ī prȩſidiū. Philiſtijm aūt veniētes: diffuſi ſunt ī valle
raphaim. Et cōſuluit dauid dn̄m: dicēs: Si aſcendā ad D
philiſtijm: et ſi dabis eos in manu mea? Et dixit dn̄s ad
dauid: Aſcēde: q̄a tradens dabo philiſtijm in manu tua.
Venit ergo dauid in baalpharaſim: et pcuſſit eos ibi: et
dixit: Diuiſit dn̄s inimicos meos corā me: ſicut diuidū⸗
tur aquę. Propterea vocatū eſt nomē loci illius Baal⸗
pharaſim: ⁊ reliquerūt ibi ſculptilia ſua: quę tulit dauid
⁊ viri eius. Et addiderunt adhuc philiſtijm: vt aſcende⸗
rēt: ⁊ diffuſi ſunt ī valle raphaim. Cōſuluit aūt Dauid
dn̄m: Si aſcēdā cōtra philiſteos: ⁊ tradas eos in manus

meas? Qui reſpōdit: Nō aſcēdas cōtra eos: ſꝫ gyra poſt
tergū eorū: ⁊ venies ad eos ex aduerſo pirorū. Et cū au
dieris ſonitū clamoris gradiētis in cacumine pirorū: tūc
inibis plīū: ꝗa tūc egredietur dn̄s ante faciē tuā: vt ꝑcu
tiat caſtra philiſtijm. Fecit itaqꝫ dauid ſicut ꝓceperat ei
dn̄s: ⁊ ꝑcuſſit philiſtijm de gabaa: vſqꝫ dū venias gazer.
A 1.par.13.a Congregauit aūt rurſum dauid oēs VI.
electos ex iſrael trigīta millia. Surrexitqꝫ da
uid: ⁊ abijt: ⁊ vniuerſus populus ꝗ erat cū eo
de viris Juda: vt adducerēt arcā dei: ſuꝑ quā
inuocatū eſt nomē dn̄i exercituū ſedētis ī Cherubim ſu
per eā. Et impoſuerūt arcā dei ſuꝑ plauſtrū nouū. Tule
rūtqꝫ eā de domo Abinadab: ꝗ erat in gabaa. Oza aūt: ⁊
Haio filij abinadab minabāt plauſtrū nouū. Cūqꝫ tuliſ
ſent eā de domo abinadab: ꝗ erat in gabaa cuſtodiēs ar-
cā dei: Haio precedebat arcā dei: dauid aūt: et oīs iſrael
B ludebāt corā dn̄o in oībus lignis fabrefactis: ⁊ citharis
⁊ lyris ⁊ tympanis ⁊ ſiſtris ⁊ cymbalis. Poſtꝙ autē ve
nerūt ad areā Nachor: extēdit Oza manū ad arcā dei: ⁊
tenuit eā: qm̄ calcitrabāt boues: ⁊ declinauerūt eā. Ira-
tuſqꝫ eſt indignatione dn̄s cōtra Ozā: ⁊ percuſſit eū ſu-
per temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcā dei. Con
triſtatus eſt autē dauid: eo ꝙ percuſſiſſet dn̄s Ozam: et
vocatū eſt nomē loci illius percuſſio Oze vſqꝫ in diē hāc
Et extimuit dauid dn̄m in die illa: dicēs: Quomodo in
gredietur ad me arca dn̄i? Et noluit diuertere ad ſe arca
domini in ciuitatē dauid: ſed diuertit eā in domū Obe-
C dedom gethei. Et habitauit arca dn̄i in domo Obede-
dom gethei tribus menſibus: et benedixit dn̄s obededō
et oēm domū eius. Nunciatūqꝫ eſt regi dauid: ꝙ benedi
xiſſet dn̄s obededom: ⁊ oīa eius ꝓpter arcā dei. Dixitqꝫ
dauid: Ibo: ⁊ reducā arcā cū benedictiōe in domū meā.
Abijt ergo dauid: et adduxit arcā dei de domo obededō
in ciuitatē dauid cū gladio: ⁊ erāt cū dauid ſeptē chori:
⁊ victima vituli. Cūqꝫ traſcendiſſent: qui portabant ar-
ꝑcutiebat ⁊c. nō habetur ī hebraeo. cam domini ſex paſſus: immolabāt bouē ⁊ ouē ⁊ arietē:
⁊ dauid *ꝑcutiebat in organis armigatis: et ſaltabat to
tis viribus ante dominū. Porro dauid erat accinctus
ephot lineo: ⁊ dauid: ⁊ oīs domus iſrael ducebāt arcā te
ſtamēti dn̄i in iubilo: ⁊ in clāgore buccine. Cūqꝫ intraſ-
ſet arca domini in ciuitatē dauid: Michol filia ſaul pro
ſpiciēs ꝑ feneſtrā: vidit regē dauid ſubſilientē: atqꝫ ſaltā
tem corā domino: ⁊ deſpexit eum in corde ſuo. Et intro
D duxerunt arcā domini: et impoſuerunt eam in loco ſuo
in medio tabernaculi: qđ tetēderat ei dauid. Et obtulit
dauid holocauſta: et pacifica corā domino. Cūqꝫ cōpleſ
ſet offerēs holocauſta ⁊ pacifica: benedixit populo in no
mine dn̄i exercituū. Et partit⁹ eſt vniuerſe multitudini
iſrael: tā viro ꝙ mulieri: ſingulis collyridā panis vnā: ⁊
aſſaturā bubale carnis vnā: ⁊ ſimilā frixiā oleo. Et abijt
omnis populus vnuſquiſqꝫ in domum ſuam. Reuerſuſ
eſt Dauid: vt benediceret domui ſue: ⁊ egreſſa Michol
filia Saul in occurſum Dauid: ait: Quam glorioſus fu
it hodie rex iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorū
ſuorum: et nudatus eſt: quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris.
Dixitqꝫ dauid ad michol: Viuit dominus: quia ludā an
te dominū: qui elegit me potius: ꝙ patrem tuū: ⁊ ꝙ om-
nem domū eius: ⁊ precepit mihi vt eſſem dux ſuper oēm
populū domini in iſrael. Et ludam: ⁊ vilior fiā plus ꝙ fa
ctus ſum: et ero humilis in oculis meis: ⁊ cū ancillis: de
ꝗbus locuta es: glorioſior apparebo. Igitur michol filie
Saul nō eſt nat⁹ filius vſqꝫ in diē mortis ſue. VII.
A Factū eſt aūt cū ſediſſet rex in domo ſua: et do
minus dediſſet ei requiē vndiqꝫ ab vniuerſis
inimicis ſuis: dixit ad Nathā ꝓphetā: Vides
1.par.17.a ne ꝙ ego habitē ī domo cedrina: ⁊ arca dei po
ſita ſit ī medio pelliū? Dixitqꝫ nathā ad regē. Oē qđ eſt
in corde tuo: vade fac: ꝗa dn̄s tecū eſt. Factū eſt aūt in il
la nocte: ⁊ ecce ſermo dn̄i ad nathan: dicēs: Vade: ⁊ loꝗ
re ad ſeruū meum dauid: Hec dicit domin⁹: Nunꝗd tu
edificabis mihi domum ad habitādum? Neqꝫ enim ha
bitaui in domo ex die illa: qua eduxi Iſrael de terra egy
pti: vſqꝫ in diem hanc: ſed ambulabam in tabernaculo: ⁊
in tentorio per cuncta loca: que tranſiui cum omnibus
filijs Iſrael. Nunquid loquens locutus ſum ad vnā de
tribubus Iſrael: cui precepi vt paſceret populum meū
Iſrael: dicens: Quare nō edificaſti mihi domum cedri- B
nam? Et nūc hec dices ſeruo meo Dauid: Hec dicit do 1.reg.16 b
minus exercituum: Ego tuli te de paſcuis ſequentē gre 1.par.17.a
ges: vt eſſes dux ſuper populū meum Iſrael: et fui tecū
in omnibus vbicunqꝫ ambulaſti: ⁊ īterfeci vniuerſos ini
micos tuos a facie tua: feciqꝫ tibi nomen grande iuxta
nomen magnorum qui ſunt in terra. Et ponam locū po
pulo meo Iſrael: et plantabo eum: et habitabo cum eo:
et non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis:
vt affligant eum: ſicut prius ex die qua conſtitui iudices
ſuper populum meum Iſrael. Et requiem dabo tibi ab
omnibus inimicis tuis: predicitqꝫ tibi dominus: ꝙ do-
mum faciat tibi dominus. Cumqꝫ completi fuerint di- 4.reg.18.c
es tui: et dormieris cum patribus tuis: ſuſcitabo ſemen 1.para.16.
tuum poſt te: qđ egredietur de vtero tuo: et firmabo re- 1.par.22.c
gnum eius. Ipſe edificauit domum nomini meo: et ſta C
biliam thronum regni eius vſqꝫ in ſempiternū. Ego ero
ei in patrem: et ipſe erit mihi in filiū. Qui ſi inique aliꝗd
geſſerit: arguam eum in virga virorum: et in plagis fili
orum hominum. Miſericordiam autem meam non au
feram ab eo: ſicut abſtuli a Saul: quē amoui a facie mea
Et fidelis erit domus tua: et regnum tuum vſqꝫ in eter
num ante faciē meā: et thronus tu⁹ erit firmus iugiter.
Secundū omnia verba hec: et iuxta vniuerſam viſionē
iſtam: ſic locutus eſt Nathā ad dauid. Ingreſſus eſt au
tem rex Dauid: et ſedit corā domino: ⁊ dixit: Quis ego
ſum domine deus: et que dom⁹ mea: quia adduxiſti me
hucuſqꝫ? Sed et hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo
domine deus: niſi loquereris etiā de domo ſerui tui in lō
ginquū. Iſta eſt enim lex Adam dn̄e deus. Quid ergo ad-
dere poterit adhuc dauid: vt loquatur ad te? Tu enim ſcis
ſeruū tuū domine deus. Propter verbum tuū: et ſecun
dū cor tuū feciſti omnia magnalia hec: ita vt notū faceres
ſeruo tuo. Idcirco magnificatus es domine deus: quia
nō eſt ſimilis tui: neqꝫ eſt deus extra te in oībus que au-
diuimus auribus noſtris. Que eſt aūt vt populus tuus D
Iſrael gens in terra: propter quā iuit de⁹: vt redimeret Exo.14.g
eam ſibi ī populū: et poneret ſibi nomē: faceretqꝫ eis ma
gnalia: ⁊ horribilia ſuꝑ terrā a facie populi tui: quē rede
miſti tibi ex egypto gente: et deo eius? Firmaſti enim tibi
populū tuū iſrael in populū ſempiternum: et tu dn̄e de⁹
factus es eis in deū. Nūc ergo dn̄e deus verbum: qđ lo
cutus es ſuꝑ ſeruum tuum: et ſuper domū eius: ſuſcita
in ſempiternū: et fac ſicut locutus es: vt magnificetur no-
mē tuū vſqꝫ in ſempiternū: atqꝫ dicatur: Dn̄s de⁹ exerci
tuū de⁹ ſuꝑ Iſrael: Et dom⁹ ſerui tui dauid erit ſtabilis
corā dn̄o: ꝗa tu dn̄e exercituū deus iſrael reuelaſti auricu
lā ſerui tui: dicēs: Domū edificabo tibi: propterea inue
nit ſeruus tuus cor ſuū: vt oraret te oratione hac. Nūc
ergo dn̄e deus tu es deus: ⁊ verba tua erunt vera. Locu
tus es enim ad ſeruū tuum bona hec. Incipe ergo: ⁊ bene
dic domui ſerui tui: vt ſit in ſempiternū corā te: ꝗa tu do
mine deus locutus es hec: ⁊ benedictione tua benedicetur
domus ſerui tui in ſempiternum. VIII.
Factū eſt aūt poſt hec ꝑcuſſit dauid philiſtijm A
⁊ humiliauit eos: ⁊ tulit Dauid frenū tributi 1.par.16.a
de manu philiſtijm: ⁊ ꝑcuſſit moab: et mēſus
eſt eos funiculo coequās terre. Mēſus ē aūt
duos funiculos: vnū ad occidēdū: ⁊ vnū ad viuificādum
Factuſqꝫ ē moab dauid ſeruiēs ſub tributo. Et ꝑcuſſit
dauid adar ezer filiū roob regē ſoba: quando ꝓfectus eſt vt
dn̄aretur ſuꝑ flumē euphratē. Et captis dauid ex parte
ei⁹ mille ſeptingētis eꝗtibus: ⁊ vigiti millib⁹ peditū ſub
neruauit oēs iugales curruū. Dereliꝗt aūt ex eis cētum

curꝛꝰ. Venitq́ꝫ ſyꝛia damaſci: vt pſidiū ferret adar ezer
B regi ſoba. Et pcuſſit Dauid de Syꝛia vigītiduo millia
viroꝝ: ⁊ poſuit Dauid pſidiū ī Syꝛia Damaſci: factaqꝫ
eſt Syꝛia Dauid ſeruiēs ſub tributo. Seruauitqꝫ dñs
dauid ī oībꝰ: ad quecūqꝫ pfectꝰ eſt. Et tulit dauid arma
aurea: ⁊ toꝛques aureos: q̄s habebāt ſui adar ezer: ⁊ de-
tulit ea ī hieruſalē. Et de betah ⁊ de berothai ciuitatibꝰ
adar ezer tulit rex dauid es multū nimis: de q̄ fecit Sa
lomō oīa vaſa erea ī tēplo: ⁊ mare eneū: ⁊ colūnas: ⁊ alta
C re. Audiuit aūt Thoi rex hemath: ꝙ percuſſiſſet dauid
oēm robur adar ezer: ⁊ miſit Thoi ioꝛā filiū ſuū ad regē
Dauid: vt ſalutaret eū cōgratulās: ⁊ gratias ageret: eo
ꝙ expugnaſſet adar ezer: ⁊ pcuſſiſſet euꝫ. Hoſtis quippe
erat Thoi adar ezer: ⁊ ī manu eiꝰ erāt vaſa aurea: ⁊ vaſa
argentea: ⁊ vaſa erea: que ⁊ ipa ſanctificauit rex Dauid
domino cū argento ⁊ auro: que ſanctificauerat de vni-
uerſis gētibus: quas ſubegerat de Syꝛia: ⁊ Moab: ⁊ fi
lijs ammon ⁊ philiſtijm ⁊ amalec: et de manubijs Adar
D ezer filij Rohob regis ſoba. Fecit q́ꝫ ſibi Dauid nomē:
Nō eſt in hebꝛeo. infra. 20.g cū reuerteret̄ capta Syꝛia ī valle Salinarū: ceſis decē ⁊
octo millibꝰ: * ⁊ ī Gebelem ad vigintitria millia: et poſuit
in idumea cuſtodes: ſtatuitqꝫ pꝛeſidiū. Et facta eſt vni-
uerſa Jdumea ſeruiēs Dauid: ⁊ ſeruauit dñs Dauid in
omnibꝰ ad quecūqꝫ pfectꝰ eſt. Et regnauit Dauid ſup
oēm Jſrael. Faciebat quoqꝫ Dauid iudiciū: ⁊ iuſtitiam
omni populo ſuo. Joab aūt filius Saruie erat ſup exerci
tum. Poꝛro Joſaphat filiꝰ Ahilud erat a cōmentarijs:
⁊ Sadoch filiꝰ achitob: ⁊ achimelec filiꝰ Abiathar: erāt
ſacerdotes: ⁊ ſaraias ſcriba. Banaias aūt filiꝰ ioiade et
cerethi ⁊ phelethi. Filij aūt dauid ſacerdotes erāt. IX.

A ET dixit Dauid: Putas ne eſt aliquis q̄ remā
ſerit de domo Saul: vt faciā cū eo miſericoꝛ-
diam ꝓpter Jonatham? Erat autē de domo
Saul ſeruꝰ noīe Siba. Quē cū vocaſſet rex
ad ſe: dixit ei: Tu ne es ſiba? Et ille reſpondit: Ego ſum
ſeruus tuus. Et ait rex: Nūquid ſupereſt aliquis de do
mo Saul: vt faciam cum eo miſericoꝛdiam dei? Dixitqꝫ
B Siba regi: Supereſt filiꝰ ionathe debilis pedibꝰ. Ubi:
inquit: eſt? Et Siba ad regē: Ecce ait in domo eſt Ma
chir filij Ammiel in lodabar. Miſit ergo rex Dauid: et
tulit eū de domo machir filij ammiel de lodabar. Cum
aūt veniſſet Mephiboſeth filius Jonathe filij Saul ad
Dauid: coꝛruit in faciē ſuā: ⁊ adoꝛauit. Dixit dauid: me
infra. 19.a 1.reg. 18.d phiboſeth. Qui reſpōdit: Adſum ſeruꝰ tuꝰ. Et ait ei da
uid: Ne timeas: q̄a faciēs faciā in te miſericoꝛdiā ꝓpter
Jonathā patrē tuū: ⁊ reſtituā tibi oēs agros Saul pa-
C tris tui: ⁊ tu comedes panē in mēſa mea ſemꝑ. Qui ado
rās eū: dixit: Quis ego ſum ſeruus tuus: quoniā reſpe-
xiſti ſup canē moꝛtuū ſimilē mei? Uocauit itaqꝫ rex Si
bam puerū Saul: et dixit ei: Oīa quecūqꝫ fuerūt Saul:
⁊ vniuerſam domū eius: dedi filio dñi tui. Operare igit̄
ei terram tu: ⁊ filij tui: ⁊ ſerui tui: ⁊ īferes filio dñi tui ci-
bos: vt alat̄. Mephiboſeth aūt filiꝰ dñi tui comedet ſem
per panē ſup mēſam meā. Erāt aūt Sibe q̄ndecim filij:
D ⁊ viginti ſerui. Dixitqꝫ Siba ad regē: Sicut iuſſiſti dñe
mi rex ſeruo tuo: ſic faciet ſeruus tuꝰ. Et mephiboſeth
comedet ſup mēſam meā q̄ſi vnus de filijs regis. Habe
bat aūt mephiboſeth filiū paruulū noīe micha. Oīs vo
cognatio domus Sibe ſeruiebat mephiboſeth. Poꝛro
mephiboſeth habitabat in Hieruſalē: q̄a de mēſa regis
iugiter veſcebat̄: ⁊ erat claudus vtroqꝫ pede. X.

A FActū eſt aūt poſt hec: vt moꝛeret̄ rex filioꝛum
1.par. 19.c Ammon: et regnauit hanun filius eiꝰ pꝛo eo.
Dixitqꝫ dauid: Faciā miſericoꝛdiā cū hanun
filio Naas: ſicut fecit pater eius mecū miſeri
coꝛdiam. Miſit ergo Dauid conſolans eum per ſeruos
ſuos ſuper patris interitu. Cū aūt veniſſent ſerui Da-
uid in terrā filioꝝ Ammon: dixerūt pꝛincipes filioꝛum
Ammon ad Hanun dñm ſuum: Putas ꝙ pꝛopter ho-
noꝛem patris tui miſerit Dauid ad te cōſolatoꝛes: ⁊ nō
ideo vt te inueſtigaret: ⁊ exploꝛaret ciuitatem: ⁊ euerte-
ret eam: miſit Dauid ſeruos ſuos ad te? Tulit itaqꝫ Ha
nun ſeruos Dauid: raſitqꝫ dimidiā partē barbe eoꝛum:
⁊ pꝛeſcidit veſtes eoꝛū medias vſqꝫ ad nates: et dimiſit
eos. Quod cū nunciatū eſſet Dauid: miſit in occurſum
eoꝛum. Erant eñ viri cōfuſi turpiter valde. Et manda-
uit eis dauid: Manete ī Hiericho donec creſcat barba B
veſtra: ⁊ tunc reuertimini. Uidentes aūt filij Ammon:
ꝙ iniuriā feciſſent Dauid: miſerūt ⁊ conduxerunt mer-
cede Syꝛū Rohob: ⁊ Syꝛū ſoba viginti milia peditū: ⁊
a rege maacha mille viros: et ab iſtob decē milia viroꝛū.
Quod cū audiſſet Dauid: miſit Joab: et oēm exercitū
bellatoꝝ. Egreſſi ſunt ergo filij Ammon: et direxerunt
aciem ante ipſum introitum poꝛte. Syꝛus aūt Soba: ⁊
Rohob: ⁊ Jſtob: ⁊ Maacha ſeoꝛſum erant in cāpo. Ui
dens ergo Joab: ꝙ pꝛeparatū eſſet aduerſum ſe pꝛeliū:
⁊ ex aduerſo ⁊ poſt tergum: elegit ſibi ex omnibus electis
Jſrael: ⁊ inſtruxit aciem cōtra Syꝛū: reliquā aūt partē
populi tradidit Abiſai fratri ſuo. Qui direxit aciē ad- C
uerſus filios Ammō. Et ait Joab: Si pꝛeualuerint ad-
uerſum me ſyꝛi: eris mihi ī adiutoꝛiū: ſi aūt filij ammon
pꝛeualuerint aduerſum te: auxiliaboꝛ tibi. Eſto vir foꝛ-
tis: ⁊ pugnemꝰ pꝛo populo noſtro: ⁊ ciuitate dei noſtri.
Dñs aūt faciet qđ bonum eſt ī cōſpectu ſuo. Jnijt itaqꝫ
Joab: ⁊ populꝰ eiꝰ q̄ erat cū eo: certamē cōtra Syꝛos: q̄
ſtatim fugerūt a facie eiꝰ. Filij aūt ammō vidētes: q̄a fu-
giſſent Syꝛi: fugerūt ⁊ ipi a facie Abiſai: ⁊ ingreſſi ſunt
ciuitatē. Reuerſuſqꝫ eſt Joab a filijs ammō: ⁊ venit hie
ruſalē. Uidētes igit̄ filij ammon quoniā Syꝛꝰ expauit:
⁊ quoniā coꝛruiſſet coꝛā Jſrael: cōgregati ſunt pariter.
Miſitqꝫ adar ezer: ⁊ eduxit Syꝛos: q̄ erāt trās fluuiū: ⁊
adduxit eoꝝ exercitū. Sobach autem magiſter militie
adar ezer erat pnceps eoꝝ. Qđ cū nunciatū eſſet dauid: D
cōtraxit oēm Jſraelē: ⁊ trāſiuit Joꝛdanē: venitqꝫ ī hela
ma. Et direxerūt aciē Syꝛi ex aduerſo Dauid: ⁊ pugna
uerūt cōtra Jſrael. Fugerūtqꝫ Syꝛi a facie Jſrael: ⁊ oc
cidit dauid de ſyꝛis ſeptingētos currus: ⁊ q̄dragita mil
lia equitū: ⁊ ſobach pncipē militie pcuſſit: q̄ ſtatim moꝛ
tuus eſt. Uidētes aūt vniuerſi reges qui erāt ī pꝛeſidio
adar ezer: ſe victos eſſe ab iſrael: expauerūt ⁊ fugerūt q̄n
quaginta ⁊ octo millia coꝛā iſrael. Et fecerūt pacē cum
Jſrael: ⁊ ſeruierūt eis: timueruntqꝫ Syꝛi auxiliū pꝛebe-
re filijs Ammon. XI.

FActū eſt aūt vertēte anno: eo tēpoꝛe q̄ ſolēt A
reges ad bella ꝓcedere: miſit dauid ioab: et
ſeruos ſuos cū eo: ⁊ vniuerſuꝫ iſrael: ⁊ vaſta
uerūt filios ammō: ⁊ obſederūt rabba. Da-
uid aūt remāſit ī hieruſalē. Dū hec ageren
tur: accidit q̄dā die: vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo poſt
meridiē: ⁊ deambularet in ſolario domus regie: viditqꝫ
mulierē ſe lauantē ex aduerſo ſup ſolariū ſuū. Erat aūt
mulier pulchꝛa valde. Miſit ḡ rex: ⁊ req̄ſiuit q̄ eſſet mu
lier. Nūciatūqꝫ eſt ei: ꝙ ipa eſſet bathſaba filia eliā: vxoꝛ
vꝛie hethei. Miſſis itaqꝫ dauid nūcijs tulit eā. Que cū
ingreſſa eſſet ad illū: doꝛmiuit cū ea. Statiqꝫ ſctificata
eſt ab immūditia ſua: ⁊ reuerſa eſt in domū ſuā cōcepto
foetu. Mittēſqꝫ nūciauit Dauid: ⁊ ait: Concepi. Mi- B
ſit autem dauid ad ioab: dicens: Mitte ad me Uriā he
theū. Miſitqꝫ ioab vꝛiā ad dauid. Et venit vꝛias ad da-
uid. Queſiuitqꝫ dauid: ꝙ recte ageret ioab: ⁊ populus:
⁊ quomodo adminiſtraretur bellum. Et dixit dauid ad
Uriā: Uade in domū tuā: ⁊ laua pedes tuos. Et egreſ-
ſus eſt Urias de domo regis: ſecutuſqꝫ eſt eum cibus re
gius. Doꝛmiuit autem Urias ante poꝛtā domꝰ regie:
cū alijs ſeruis dñi ſui: ⁊ nō deſcēdit ad domū ſuā. Nun-
ciatumqꝫ eſt Dauid a dicētibus: Nō iuit Urias ī domū
ſuā. Et ait dauid ad Uriam: Nūquid nō de via veniſti?
Quare nō deſcēdiſti in domū tuā? Et ait Urias ad da-
uid: Arca dei ⁊ Jſrael ⁊ Juda habitāt in papilionibus:
⁊ dominus meus Joab: ⁊ ſerui domini mei ſup faciem

terrę manent:⁊ ego ingrediar domū meā: vt comedam
Iſra.14.c. ⁊ bibam:⁊ doꝛmiam cum vxoꝛe mea? Per ſalutē tuam:
Judi.19.c ⁊ per ſalutem animę tuę non faciam rem hanc. Ait ergo
Dauid ad Uriam: Mane hic etiā hodie:⁊ cras dimit-
tam te. Māſit Urias in Hieruſalē in die illa ⁊ altera:⁊
vocauit eū Dauid: vt comederet coꝛā ſe ⁊ biberet:⁊ ine-
bꝛiauit eum. Qui egreſſus veſpere doꝛmiuit ī ſtratu ſuo
C cū ſeruis domini ſui:⁊ in domum ſuam nō deſcēdit. Fa-
ctum eſt ergo mane:⁊ ſcripſit Dauid epiſtolā ad Joab:
miſitqꝫ ꝑ manū Urię: ſcribēs in epiſtola: Ponite Uriā
ex aduerſo belli: vbi foꝛtiſſimū eſt pꝛęliū: et derelinquite
eū: vt percuſſus intereat. Igiť cū Joab obſideret vꝛbē:
poſuit Uriam ī loco: vbi ſciebat viros eſſe foꝛtiſſimos.
Egreſſiqꝫ viri de ciuitate: bellabāt aduerſum Joab: et
ceciderūt de populo ſeruoꝝ Dauid: et moꝛtuus eſt etiā
Urias Ethęus. Miſit itaqꝫ Joab: et nūciauit Dauid
oīa vba pꝛęlij: pꝛęcepitqꝫ nūcio: dicēs: Cū compleueris
vniuerſos ſermones belli ad regē: ſi eū videris īdignari:
⁊ dixerit: Quare acceſſiſtꝭ ad muꝝ: vt pꝛęliaremini? an
ignoꝛabatis: ꝙ multa deſuper ex muro tela mittantur?
D Quis pcuſſit Abimelech filiū Hierobaal? Nōne mulier
miſit ſup eū fragmē molę de muro:⁊ īterfecit eū ī The-
Judi.9.d bes? Quare iuxta murū acceſſiſtis? dices: Etiā ſeruus
tuus Urias Ethęus occubuit. Abijt ergo nūcius:⁊ ve-
nit:⁊ narrauit Dauid oīa quę ei pꝛęceperat Joab:⁊ di-
xit nuncius ad Dauid: Pꝛęualuerūt aduerſum nos vi-
ri: et egreſſi ſunt ad nos in agrū. Nos aūt facto impetu
perſecuti eos ſumꝰ vſqꝫ ad poꝛtas ciuitatis:⁊ direxerūt
iacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſuper: moꝛ-
tuiqꝫ ſunt de ſeruis regis. Quinetiā ſeruus tuꝰ Urias
Ethęus moꝛtuus eſt. Et dixit Dauid ad nunciū: Hęc
dices Joab: Nō te frāgat iſta res. Uarius enī euētꝰ eſt
belli:⁊ nūc hūc:⁊ nūc illū cōſumit gladiꝰ. Cōfoꝛta bella-
toꝛes tuos aduerſus vꝛbē: vt deſtruas eam: et exhoꝛtare
eos. Audiuit autem vxoꝛ Urię: ꝙ moꝛtuus eſſet Urias
vir ſuus:⁊ planxit eū. Tranſactoqꝫ luctu miſit Dauid:
⁊ introduxit eam in domum ſuā:⁊ facta eſt ei vxoꝛ: pepe
ritqꝫ ei filium. Et diſplicuit verbum hoc: quod fecerat
Dauid coꝛam domino. XII.

A Miſit ergo dominꝰ Nathan ad Dauid. Qui
cum veniſſet ad eū: dixit ei: Reſpōde mihi iu
dicium: Duo viri erant in ciuitate vna: vnus
diues:⁊ alter pauper. Diues habebat oues ⁊
boues plurimos valde: paup aūt nihil habebat omnino:
pꝛęter ouem vnam paruulam quā emerat: et nutrierat:
et quę creuerat apud eum cum filijs eius: ſimul de pane
illius comedens:⁊ de calice eius bibens: et in ſinu illius
B doꝛmiens: eratqꝫ illi ſicut filia. Cū aūt peregrinus qui-
dam veniſſet ad diuitē: parcēs ille ſumere de ouibꝰ:⁊ de
bobꝰ ſuis: vt exhiberet conuiuiū peregrino illi: qui vene-
rat ad ſe: tulit ouē viri pauperis:⁊ pꝛęparauit cibos ho
mini illi: qui venerat ad ſe. Iratus autem indignatione
Dauid aduerſus hominē illū nimis: dixit ad Nathan:
Uiuit dominꝰ: quoniā filius moꝛtis eſt vir ꝗ fecit hoc.
Ouē reddet ī quadruplū: eo ꝙ fecerit verbū iſtud:⁊ non
pepercerit. Dixit aūt Nathan ad Dauid: Tu es ille vir
qui feciſti hāc rē. Hęc dicit dominus deus Iſrael: Ego
vnxi te in regē ſup Iſrael:⁊ ego erui te de manu Saul:
⁊ dedi tibi domū dn̄i tui:⁊ vxoꝛes dn̄i tui ī ſinu tuo: de-
diqꝫ tibi domū Iſrael ⁊ Juda:⁊ ſi parua ſunt iſta: adijci
C am tibi multo maioꝛa. Quare ergo contēpſiſti verbū do
mini: vt faceres malū in conſpectu meo? Uriā Ethęū ꝑ-
cuſſiſti gladio:⁊ vxoꝛē illiꝰ accepiſti ī vxoꝛē tibi:⁊ inter-
feciſti eū gladio filioꝝ Ammō. Quāobꝛē nō recedet gla
dius de domo tua vſqꝫ in ſempiternum: eo ꝙ deſpexeris
me:⁊ tuleris vxoꝛē Urię Ethęi: vt eſſet vxoꝛ tua. Itaqꝫ
hęc dicit dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum
de domo tua:⁊ tollam vxoꝛes tuas in oculis tuis:⁊ da-
bo pꝛoximo tuo:⁊ doꝛmiet cum vxoꝛibus tuis in oculis
ſolis huius. Tu enī feciſti abſcōdite: ego autem faciam
verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael: et in cōſpectu
ſolis huius. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui do- D
mino. Dixitqꝫ Nathan ad Dauid: Dn̄s quoqꝫ tranſtu-
lit peccatum tuum. Non moꝛieris. Ueruntamen quo-
niam blaſphemare feciſti inimicos nomē domini ꝓpter
verbū hoc: filius qui natus eſt tibi: moꝛte moꝛietur. Et
reuerſus eſt Nathan ī domū ſuā. Percuſſit quoqꝫ dn̄s
paruulū quē pepererat vxoꝛ Urię Dauid:⁊ deſperatus
eſt. Depꝛecatuſqꝫ eſt dauid dn̄m ꝓ paruulo: et ieiunauit
Dauid ieiunio:⁊ īgreſſus ſeoꝛſum iacuit ſup terrā. Ue
nerunt aūt ſenioꝛes domꝰ eiꝰ: cogētes eū vt ſurgeret de
terra. Qui noluit: nec comedit cum eis cibum. Accidit E
autem die ſeptima vt moꝛeretur infans: timuerūtqꝫ ſer
ui Dauid nunciare ei: ꝙ moꝛtuus eſſet paruulus: dixe-
runt enim: Ecce cum paruulus adhuc viueret: loqueba
mur ad eum:⁊ nō audiebat vocem noſtram: quanto ma
gis ſi dixerimus: moꝛtuus eſt puer: ſe affliget? Cū ergo
Dauid audiſſet ſeruos ſuos muſſitātes: ītellexit ꝙ moꝛ
tuus eſſet infantulꝰ. Dixitqꝫ ad ſeruos ſuos: Num moꝛ
tuus eſt puer? Qui reſpōderunt ei: Moꝛtuus eſt. Sur
rexit ergo Dauid de terra:⁊ lotus vnctuſqꝫ eſt. Cumqꝫ
mutaſſet veſtem: ingreſſus eſt domū domini:⁊ adoꝛauit
⁊ venit in domum ſuam: petiuitqꝫ vt ponerent ei panē:
⁊ comedit. Dixerunt autem ei ſerui ſui: Quis eſt ſermo F
quem feciſti? pꝛopter infantem: cum adhuc viueret: ieiu
naſti ⁊ flebas: moꝛtuo autem puero ſurrexiſti: et comedi
ſti panem. Qui ait: Pꝛopter infantē dū adhuc viueret: 1.para.3.d
ieiunaui et fleui. Dicebā enī: Quis ſcit ſi foꝛte donet eū Matt.1.a.
mihi dominus:⁊ viuat infans? Nunc autem quia moꝛ-
tuus eſt: quare ieiuno? Nūquid potero reuocare eū am
plius? Ego vadam magis ad eū: ille vero non reuerteť
ad me. Et cōſolatus eſt Dauid Bathſaba vxoꝛē ſuam:
ingreſſuſqꝫ ad eam doꝛmiuit cū ea. Quę genuit filiū: et
vocauit nomen eius Salomon:⁊ dominus dilexit eum.
Miſitqꝫ eū ī manu Nathan pꝛophetę:⁊ vocauit nomē
eiꝰ amabilis domino: eo ꝙ diligeret eum dominus. Igi
tur pugnabat Joab cōtra Rabbath filioꝝ Ammon: et
expugnabat vꝛbē regiam. Miſitqꝫ Joab nūcios ad Da
uid: dicens: Dimicaui aduerſum Rabbath:⁊ capienda G
eſt vꝛbs aquarū. Nūc igitur congrega reliquā partē po
puli:⁊ obſide ciuitatē:⁊ cape eā: ne cum a me vaſtata fue
rit vꝛbs: nomini meo aſcribatur victoꝛia. Cōgregauit
itaqꝫ Dauid oēm populū:⁊ ꝓfectꝰ eſt aduerſum Rab-
bath. Cūqꝫ dimicaſſet cepit eā. Et tulit diadema regis
eoꝛū de capite eius pondo auri talentum: habēs gēmas
pꝛecioſiſſimas:⁊ impoſitū eſt ſuper caput Dauid. Sed
⁊ pꝛędam ciuitatis aſpoꝛtauit multā valde: populum
quoqꝫ eius adducens ſeruauit: et circumegit ſuper eos
ferrata carpenta. Diuiſitqꝫ cultris:⁊ traduxit in typo la
terū. Sic fecit vniuerſis ciuitatibꝰ filioꝝ Ammō. Et re-
uerſus eſt dauid:⁊ oīs exercitꝰ ī Hieruſalē. XIII.

Factum eſt aūt poſt hęc: vt Abſalom filij Da- A
uid ſoꝛoꝛem ſpecioſiſſimam vocabulo Tha-
mar adamaret Ammon filius Dauid:⁊ depe
riret in eam valde: ita vt pꝛopter amoꝛē eius
ęgrotaret: quia cū eſſet virgo: difficile ei videbať: vt ꝗp-
piam inhoneſte ageret cū ea. Erat autem Ammon ami-
cus nomine Jonadab: filius Semma fratris Dauid:
vir pꝛudēs valde. Qui dixit ad eum: Quare ſic attenua
ris macie fili regis per ſingulos dies? Cur non indicas
mihi? Dixitqꝫ ei Ammon: Thamar ſoꝛoꝛem fratris mei
Abſalō amo. Cui reſpōdit Jonadab: Cuba ſup lectulū
tuū:⁊ languoꝛē ſimula. Cūqꝫ venerit pater tuus vt viſi
tet te: dic ei: Ueniat oꝛo thamar ſoꝛoꝛ mea: vt det mihi
cibum:⁊ faciat pulmentū:⁊ comedā de manu eius. Ac-
cubuit itaqꝫ Ammon:⁊ quaſi ęgrotare coepit. Cūqꝫ ve- B
niſſet rex ad viſitandū eū: ait Ammon ad regem: Ueniat
obſecro thamar ſoꝛoꝛ mea: vt faciat in oculis meis duas
ſoꝛbitiūculas:⁊ cibū paratū capiam de manu eius. Mi
ſit ergo Dauid ad Thamar domū: dicēs: Ueni ī domū

Amnon fratris tui: ⁊ fac ei pulmentū. Venitq̧ thamar
in domum Amnon fratris ſui: ille aūt iacebat. Que tol
lens farinā cōmiſcuit: ⁊ liquefaciens in oculis eius coxit
ſorbitiunculas: tollenſq̧ quod coxerat: effudit: ⁊ poſuit
C coram eo: ⁊ noluit comedere. Dixitq̧ Amnon: Eijcite
vniuerſos a me. Cūq̧ eieciſſent omnes: dixit Amnon ad
Thamar: Infer cibū in cōclaui: vt veſcar de manu tua.
Tulit ergo Thamar ſorbitiunculas quas fecerat: ⁊ in-
tulit ad Amnon fratrē ſuū in conclaui. Cūq̧ obtuliſſet
ei cibū: apprehēdit eā: ⁊ ait: Veni cuba mecū ſoror mea.
Gen. 34.c Que reſpondit ei: Noli frater mi: noli opprimere me:
neq̧ eñ hoc fas eſt ī iſrael: noli facere ſtultitiā hāc. Ego
eñ ferre nō potero opprobriū meū: ⁊ tu eris quaſi vnus
de inſipientibus in Iſrael: quin potius loquere ad regē:
⁊ nō negabit me tibi. Noluit aūt Amnon acqeſcere pci-
bus eius: ſed preualens virib⁹ oppſſit eā: ⁊ cubauit cum
ea. Et exoſam eā habuit odio magno nimis: ita vt mai⁹
eſſet odiū quo oderat eā: amore quo ante dilexerat. Di-
xitq̧ ei Amnon: Surge ⁊ vade. Que reſpōdit ei: Mai⁹
eſt hoc malū: quod nūc agis aduerſum me: ꝙ qđ ante fe-
ciſti: expellēs me. Et noluit audire eā: ſed vocato puero
D qui miniſtrabat ei: dixit: Eijce hanc a me foras: ⁊ claude
oſtiū poſt eam. Que induta erat talari tunica: huiuſce-
modi enim filie regis virgines veſtibus vtebant̄. Eiecit
itaq̧ eam miniſter illius foras: clauſitq̧ fores poſt eam.
Que aſpergens cinerē capiti ſuo ſciſſa talari tunica: im
poſitiſq̧ manibus ſuper caput ſuum ibat egrediens: et
clamans. Dixit autem ei Abſalom frater ſuus: Nūquid
Amnon frater tuus concubuit tecū? Sed nūc ſoror ta-
ce: frater tuus eſt. Neq̧ affligas cor tuum pro hac re.
Māſit itaq̧ Thamar contabeſcens in domo Abſalom
fratris ſui. Cum aūt audiſſet rex Dauid verba hec: con
triſtatus eſt valde: ⁊ noluit cōtriſtare ſpiritū Amnon fi-
lij ſui: quoniam diligebat eū: quia primogenit⁹ erat ei.
Porro non eſt locutus Abſalom ad Amnon: nec malū:
nec bonum. Oderat enim Abſalom Amnon: eo ꝙ violaſ
ſet Thamar ſororē ſuam. Factū eſt aūt poſt tēpus bien-
nij: vt tōderent̄ oues Abſalom in Baalaſor: que eſt iuxta
E Ephraim. Et vocauit Abſalom oēs filios regꝫ: venitq̧
ad regē: ⁊ ait ad eū: Ecce tondent̄ oues ſerui tui: veniat
oro rex cum ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum. Dixitq̧ rex ad
abſalom: Noli fili mi noli rogare: vt veniamus oēs: ⁊
grauemus te. Cum aūt cogeret eum: ⁊ noluiſſet ire: be-
nedixit ei. Et ait Abſalom ad dauid: Si nō vis venire:
veniat obſecro nobiſcum ſaltē Amnon frater meus. Di-
xitq̧ ad eū rex: Non eſt neceſſe vt vadat tecum. Coegit
itaq̧ Abſalom eū: ⁊ dimiſit cū eo Amnon: ⁊ vniuerſos fi
lios regis. Fecerat itaq̧ Abſalom conuiuiū: quaſi conui
uium regis. Preceperat autē Abſalom pueris ſuis: di
cens: Obſeruate cum temulentus fuerit Amnon vino:
F ⁊ dixero vobis: percutite eum: ⁊ interficite: nolite time-
re. Ego eñ ſum: qui precipio vobis: roboramini: ⁊ eſto-
te viri fortes. Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum
Amnon: ſicut preceperat eis Abſalom. Surgēteſq̧ oēs
filij regis aſcenderunt ſinguli mulas ſuas: et fugerunt.
Cūq̧ adhuc pergerent in itinere: fama peruenit ad Da
uid: dicens: Percuſſit Abſalom omnes filios regis: et
ſupra. 1.b. et.3.f. nō remanſit ex eis ſaltem vnus. Surrexit itaq̧ rex Da-
uid: ⁊ ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ cecidit ſuper terrā: ⁊ oēs
ſerui illius qui aſſiſtebant ei: ſciderunt veſtimenta ſua.
Reſpondens autem Ionadab filius Semma fratris
Dauid: dixit: Ne eſtimet dominus meus rex: ꝙ omnes
pueri regis occiſi ſint. Amnon ſolus mortuus eſt: quo-
G niam in odio Abſalom erat poſitus: ex die qua oppreſſit
Thamar ſororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus
meus rex ſuper cor ſuum verbum iſtud: dicens: Oēs filij
regis occiſi ſunt: quoniam Amnon ſolus mortuus eſt.
Fugit aūt Abſalom: et eleuauit puer ſpeculator oculos
ſuos: ⁊ aſpexit: ⁊ ecce populus multus veniebat per iter
deuium ex latere mōtis. Dixit aūt Ionadab ad regem:
Ecce filij regꝫ adſunt: iuxta verbū ſerui tui: ſic factū eſt.
Cūq̧ ceſſaſſet loqui: apparuerūt ⁊ filij regis. Et intran
tes leuauerūt vocē ſuam: ⁊ fleuerunt. Sed ⁊ rex ⁊ oēs
ſerui eius fleuerūt ploratu magno nimis. Porro Abſa
lom fugiens: abijt ad Tholmai filium Ammiur regem
Geſſur. Luxit ergo Dauid filium ſuū Amnon multis
dieb⁹. Abſalom autem cū fugiſſet: ⁊ veniſſet in Geſſur:
fuit ibi trib⁹ annis: ceſſauitq̧ rex Dauid pſeq̄ Abſalom:
eo ꝙ cōſolatus eſſet ſup Amnon interitu. XIIII.

Intelligēs aūt Ioab filius Saruie: ꝙ cor re- A
gis verſum eſſet ad Abſalom: miſit Thecuā:
⁊ tulit inde mulierē ſapientē: dixitq̧ ad eam:
Lugere te ſimula: ⁊ induere veſte lugubri: et
ne vngaris oleo: vt ſis quaſi mulier iam plurimo tempo
re lugēs mortuum: ⁊ ingredieris ad regem: et loqueris
ad eum ſermones huiuſcemodi. Poſuit aūt verba ioab
in ore eius. Itaq̧ cum igreſſa fuiſſet mulier Thecuites
ad regem: cecidit coram eo ſuper terram: ⁊ adorauit: et
dixit: Serua me rex. Et ait ad eam rex: Quid cauſe ha-
bes? Que reſpondit: Heu mulier vidua ego ſum. Mor
tuus eſt enim vir meus: ⁊ ancille tue erant duo filij: qui 4.regū.6f
rixati ſunt aduerſum ſe in agro: nulluſq̧ erat q̄ eos pro- B
hibere poſſet: ⁊ percuſſit alter alterum: ⁊ interfecit eū: ⁊
ecce conſurgens vniuerſa cognatio aduerſum ancillam
tuam: dicit: Trade eū qui percuſſit fratrē ſuum: vt occi
damus eum pro anima fratris ſui quem interfecit: ⁊ de-
leamus heredem: ⁊ querūt extinguere ſcintillā meam:
que relicta eſt: vt nō ſuperſit viro meo nomē: ⁊ reliquie
ſuper terrā. Et ait rex ad mulierem: Vade ī domū tuā: C
⁊ ego iubebo ꝑ te. Dixitq̧ mulier Thecuites ad regē:
In me dñe mi rex ſit iniquitas: et in domū patris mei:
rex aūt ⁊ thronus eius ſit innocēs. Et ait rex: Qui con-
tradixerit tibi: adduc eū ad me: ⁊ vltra nō addet vt tan-
gat te. Que ait: Recordetur rex dñi dei ſui: vt non mul
tiplicentur proximi ſanguinis ad vlciſcēdum: ⁊ nequaq̄
interficiant filium meū. Qui ait: Viuit dominus: q̄a nō
cadet de capillis filij tui ſuper terrā. Dixit ergo mulier: D
Loquatur ancilla tua ad dominum meum regē verbū.
Et ait: Loq̄re. Dixitq̧ mulier: Quare cogitaſti huiuſ-
cemodi rē cōtra populū dei: ⁊ locut⁹ eſt rex verbū iſtud
vt peccet: ⁊ nō reducat eiectū ſuum? Omnes morimur:
⁊ quaſi aque dilabimur in terram: que nō reuertuntur. Eccl.25.c
Nec vult deus perire aīam: ſed retractat: cogitās: ne pe
nitus pereat qui abiectus eſt. Nunc igit̄ veni: vt loq̄r ad
dominum meū regem verbū hoc preſente populo. Et di
xit ancilla tua: Loq̄r ad regē: ſi quo modo faciat rex ver
bum ancille ſue. Et audiuit rex verba: vt liberaret ancil infra.29 a
lam ſuā de manu oīm q̄ volebāt de hereditate dñi delere
me: ⁊ filiū meū ſimul. Dicat ergo ancilla tua: vt fiat ver-
bum dñi mei regis: ſicut ſacrificiū. Sicut eñ angel⁹ do- E
mini: ſic eſt dominus meus rex: vt nec benedictione: nec
maledictione moueat̄. Vnde ⁊ dñs deus tuus eſt tecū.
Et reſpōdens rex: dixit ad mulierē: Ne abſcondas a me
verbū qđ te interrogo. Dixitq̧ ei mulier: Loquere dñe ſup.12.b.
mi rex. Et ait rex: Nunq̄d man⁹ Ioab tecū eſt in oīb⁹
iſtis? Reſpōdit mulier: ⁊ ait: Per ſalutē aīe tue dñe mi
rex: nec ad ſiniſtrā: nec ad dextrā eſt ex oīb⁹ his que locu
tus eſt dñs meus rex. Seruus eñ tuus Ioab: ipſe pre-
cepit mihi: ⁊ ipe poſuit ī os ancille tue oīa verba hec: vt
verterē figurā ſermonis hui⁹. Seru⁹ eñ tuus ioab pre-
cepit iſtud. Tu aūt dñe mi rex: ſapiēs es: ſicut habet ſa-
pientiam angelus dei: vt intelligas oīa ſup terrā. Et
ait rex ad Ioab: Ecce placat⁹ feci vbū tuū. Vade ergo:
⁊ reuoca puerū Abſalom. Cadēſq̧ Ioab ſup faciē ſuam
in terrā: adorauit: et benedixit regi. Et dixit Ioab: Ho F
die intellexit ſeruus tuus: q̄a inueni gratiā ī oculis tuis
domine mi rex. Feciſti enim ſermonē domine mi rex ſer-
ui tui. Surrexit ergo Ioab: ⁊ abijt ī Geſſur: et adduxit
Abſalom ī Hieruſalē. Dixit aūt rex: Reuertatur in do-
mum ſuā: ⁊ faciem meam nō videat. Reuerſus eſt itaq̧

Abſalom in domum ſuā: ꝛ faciē regis non vidit. Porro
ſicut Abſalom vir nō erat pulcher in omī Iſrael: ꝛ deco-
rus nimis. A veſtigio pedis vſqꝫ ad verticem: nō erat in
eo vlla macula. Et quādo tōdebat capillū (ſemel autem
in anno tōdebatur: quia grauabat eū ceſaries) pōdera-
bat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico.
Nati ſunt aūt Abſalom filij tres: 7 filia vna: noīe Tha-
mar: elegātis formę. Manſitqꝫ Abſalom ī hieruſalē duo
bus annis: ꝛ faciē regis nō vidit. Miſit itaqꝫ ad Ioab:
vt mitteret eū ad regē. Qui noluit venire ad eū. Cūqꝫ
ſecūdo miſiſſet: 7 ille noluiſſet venire ad eum: dixit ſeruis
ſuis: Scitis agrū Ioab iuxta agrū meū: habentem meſ
ſem hordei: ite igitur: ꝛ ſuccēdite eū igni. Succēderunt
ergo ſerui Abſalom ſegetē igni. Et veniētes ſerui ioab:
ſciſſis veſtibꝰ ſuis: dixerūt: Succēderūt ſerui Abſalom
partē agri igni. Surrexitqꝫ Ioab: 7 venit ad Abſalom ī
domū eiꝰ: 7 dixit: Quare ſuccēderunt ſerui tui ſegetem
meā igni? Et reſpondit Abſalom ad Ioab: Miſi ad te
obſecrans: vt venires ad me: 7 mitterē te ad regē: et dice
res ei: Quare veni de Geſſur? Melꝰ mihi erat ibi eſſe.
Obſecro ergo: vt videam faciē regis: ꝙ ſi memor eſt ini
quitatis meę: interficiat me. Ingreſſus itaqꝫ ioab ad re
gē: nūciauit ei omīa hęc. Vocatuſqꝫ eſt Abſalom: et in-
trauit ad regem: ꝛ adorauit ſuper faciem terrę corā eo.
Oſculatuſqꝫ eſt rex Abſalom. XV.
A IGitur poſt hęc fecit ſibi Abſalom currꝰ 7 eq̄-
tes: 7 q̄nquaginta viros q̄ pręcederent eū. Et
mane cōſurgēs Abſalom: ſtabat iuxta introi
tum portę ī via: 7 omnem virum qui habebat
negociū: vt veniret ad regis iudiciū: vocabat Abſalom
ad ſe: 7 dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui reſpondens
aiebat: Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus. Re-
ſpondebatqꝫ ei Abſalom: Videntur mihi ſermones tui
boni ꝛ iuſti: ſed nō eſt q̄ te audiat conſtitutus a rege. Di
cebatqꝫ Abſalom: Quis me conſtituat iudicē ſuper ter-
ram: vt ad me veniant omnes qui habēt negocium: 7 iu
ſte iudicem? Sed ꝛ cū accederet ad eū homo: vt ſaluta-
ret illum: extendebat manū ſuam: ꝛ apprehēdens: oſcu-
labatur eum. Faciebatqꝫ hoc omī Iſrael venienti ad iu-
dicium: vt audiretur a rege: 7 ſollicitabat corda virorū
B Iſrael. Poſt quatuor autem annos: dixit Abſalom ad
regē dauid: Vadā: ꝛ reddā vota mea: quę voui domino
in Hebron. Vouens enī vouit ſeruus tuus: cum eſſet in
ſupra.13.g Geſſur Syrię: dicēs: Si reduxerit me dominus in Hie
ruſalem: ſacrificabo dn̄o. Dixitqꝫ ei rex Dauid: Vade in
pace. Et ſurrexit: ꝛ abijt ī Hebron. Miſit aūt Abſalom
exploratores in vniuerſas tribꝰ Iſrael: dicens: Statim
vt audieritis clangorē buccinę: dicite: Regnabit Abſa
lom ī Hebron. Porro cū Abſalom ierūt ducēti viri de
Hieruſalē vocati: eūtes ſimplici corde: 7 cauſam penitꝰ
ignorātes. Accerſiuit q̊qꝫ Abſalom Achitofel Gilonitē
C cōſiliariū Dauid de ciuitate ſua Gilo. Cūqꝫ imolaret vi
ctimas: facta eſt cōiuratio valida: populuſqꝫ cōcurrens
augebat̄ cū Abſalom. Venit igit̄ nūciꝰ ad dauid: dicēs:
Toto corde vniuerſus iſrael ſequit̄ Abſalom. Et ait da-
uid ſeruis ſuis: q̄ erāt cū eo ī Hieruſalē: Surgite: 7 fu-
giamus: neqꝫ enī erit nobis effugiū a facie Abſalom. Fe-
ſtinate egredi: ne forte veniēs occupet nos: 7 ipellat ſup
nos ruinā: 7 ꝑcutiat ciuitatē ī ore gladij. Dixerūtqꝫ ſer-
D ui regis ad eū: Oīa quęcūqꝫ pręceperit dn̄s noſter rex: li
bēter exequemur ſerui tui. Egreſſus eſt ergo rex: 7 vni-
uerſa domus eiꝰ pedibꝰ ſuis. Et dereliquit rex decē mu
lieres cōcubinas ad cuſtodiēdam domū: Egreſſuſqꝫ rex
7 omīs Iſrael pedibꝰ ſuis: ſtetit ꝓcul a domo: 7 vniuerſi
ſerui eius ambulabāt iuxta eum: 7 legiones Cerethi: et
Phelethi: 7 omnes Gethei pugnatores validi ſexcenti
viri: q̄ ſecuti eū fuerāt de geth pedites pręcedebāt regē.
Dixit aūt rex ad Ethai Gethęū: Cur venis nobiſcum?
Reuertere: 7 habita cū rege: q̄a peregrinus es: 7 egreſ-
ſus es de loco tuo. Heri veniſti: 7 hodie compelleris no
biſcū egredi. Ego aūt vadā: q̊ iturus ſuꝫ. Reuertere: et
reduc tecū fratres tuos: 7 dn̄s faciet tecuꝫ miſericordiā
7 veritatē: q̄a oſtēdiſti gratiā 7 fidē. Et reſpōdit ethai
regi: dicens: Viuit dn̄s: ꝛ viuit dn̄s meus rex: quoniam
in quocunqꝫ loco fueris dn̄e mi rex: ſiue in morte: ſiue in
vita: ibi erit ſeruus tuus. Et ait Dauid Ethai: Veni: 7
trāſi. Et trāſiuit Ethai Gethęus: et rex: 7 oēs viri q̄ cū
eo erāt: 7 reliqua multitudo. Oēſqꝫ flebāt voce magna: E
et vniuerſus populus trāſibat. Rex vero trāſgrediebat̄
torrentē Cedron: ꝛ cūctus populus īcedebat cōtra viā Ruth.1.c.
oliuę: quę reſpicit ad deſertū. Venit aūt 7 ſadoch ſacer-
dos: 7 vniuerſi leuitę cū eo: portātes arcā foederis dei: 7
depoſuerūt arcā dei. Et aſcēdit Abiathar: donec exple-
tus eſſet oīs populus: q̄ egreſſus fuerat de ciuitate. Et
dixit rex ad Sadoch: Reporta arcā dei ī vrbē. Si inue- F
nero gratiā in oculis dn̄i: reducet me: ꝛ oſtēdet mihi eā
ꝛ tabernaculū ſuuꝫ. Si aūt dixerit mihi: nō places: pręſ-
ſto ſum: faciat quod bonum eſt corā ſe. ꝛ dixit rex ad Sa
doch ſacerdotē: O vidēs reuertere ī ciuitatē in pace: et
Achimaas filiꝰ tuus: 7 Ionathas filius abiathar duo fi
lij veſtri ſint vobiſcū. Ecce ego abſcondar in cāpeſtribus
deſerti: donec veniat ſermo a vobis: īdicās mihi. Repor
tauerūt ergo Sadoch 7 Abiathar arcā dei ī Hieruſalē:
ꝛ manſerunt ibi. Porro Dauid aſcēdebat cliuū oliuarū:
ſcādens 7 flēs: nudis pedibus incedēs: 7 operto capite.
Sed 7 omnis populus qui erat cū eo: operto capite aſcē
debat plorās. Nūciatū eſt aūt Dauid: ꝙ Achitofel eſſet G
in cōiuratione cum Abſalom. Dixitqꝫ Dauid: Infatua
queſo dn̄e conſiliū Achitofel. Cumqꝫ aſcēderet Dauid
ſummitatē mōtis: ī quo adoraturus erat dominū: ecce
occurrit ei chuſai arachites: ſciſſa veſte: 7 terra pleno ca infra.17.e
pite. Et dixit ei Dauid: Si veneris mecū: eris mihi one
ri: ſi aūt ī ciuitatē reuertaris: 7 dixeris Abſalom: ſeruus
tuus ſum rex: patere me viuere: ſicut fui ſeruus patris
tui: ſic ero ſeruus tuus: diſſipabis cōſiliū Achitofel. Ha
bes aūt tecū Sadoch 7 Abiathar ſacerdotes: 7 omē ver
bū quodcūqꝫ audieris ī domo regis: īdicabis Sadoch 7
Abiathar ſacerdotibꝰ. Sūt enī cū eis duo filij eoꝝ Achi
maas filiꝰ Sadoch: 7 Ionathan filiꝰ Abiathar: 7 mitte
tis ꝑ eos ad me omē vbū qd̄ audieritis. Veniēte ḡ chu-
ſai amico Dauid in ciuitatē: Abſalom quoqꝫ ingreſſus
eſt Hieruſalē: 7 Achitofel cum eo. XVI.
CVmqꝫ Dauid trāſiſſet paululū montis ver- A
ticem: apparuit Siba puer Mephiboſeth ī
occurſum eius cum duobus aſinis: qui onera
ti erant ducētis panibus: 7 centum alligatu
ris vuę paſſę: ꝛ ſeptem maſſis palatarū: 7 duobus vtri-
bus vini. Et dixit rex Sibę: Quid ſibi volunt hęc? Re-
ſpōditqꝫ Siba: Domine mi rex: aſini domeſticis regis
vt ſedeant: 7 panes 7 palatę ad veſcendum pueris tuis:
vinū aūt vt bibat: ſi quis defecerit in deſerto. Et ait rex:
Vbi eſt filius domini tui? Reſpōditqꝫ Siba regi. Re-
manſit in Hieruſalem: dicēs: Hodie reſtituet mihi dn̄s
Iſrael regnum patris mei. Et ait rex Sibę: Tua ſint B
omnia quę fuerunt Mephiboſeth. Dixitqꝫ Siba: Oro
vt inueniā gratiā apud te dn̄e mi rex. Venit ergo rex da
uid vſqꝫ Bahurim. Et ecce egrediebat̄ īde vir de cogna
tione domus Saul: noīe Semei filiꝰ Gera: ꝓcedebatqꝫ
egrediēs: 7 maledicebat: mittebatqꝫ lapides cōtra Da-
uid: 7 cōtra vniuerſos ſeruos regis Dauid. Oīs aūt po
pulꝰ: ꝛ vniuerſi bellatores a dextro ꝛ a ſiniſtro latere re-
gis incedebāt. Ita aūt loquebat̄ Semei cū malediceret
regi: Egredere: egredere vir ſanguinū 7 vir belial. Red
didit tibi dn̄s vniuerſum ſanguinē domꝰ Saul: quoniā
inuaſiſti regnū ꝓ eo: ꝛ dedit dn̄s regnū ī manu Abſalō fi
lij tui: 7 ecce p̄mūt te mala tua: q̄m vir ſanguinū es. Di- infra.19.a
xit aūt Abiſai filiꝰ Saruię regi: Quare maledicit canis Eccl.25.e
ħ mortuꝰ dn̄o meo regi? Vadā 7 amputabo caput eiꝰ C
Et ait rex: q̄d mihi 7 vobis eſt filij ſaruię? Dimittite eū:
vt maledicat: dn̄s enī pręcepit ei: vt malediceret dauid.

Et quis eſt q̃ audeat dicere: quare ſic feceritꝰ Et ait rex
Abiſai: ⁊ vniuerſis ſeruis ſuis: Ecce filiꝰ meus: q̇ egreſ-
ſus eſt de vtero meo: querit aīam meam: quanto magis
hic filius Jemini maledicet mihiꝰ Dimittite eū: vt ma-
ledicat iuxta pręceptū dn̄i: ſi forte reſpiciat dominus af-
flictionē meā: ⁊ reddat mihi dominus bonū pro maledi
ctione hac hodierna. Ambulabat itaqꝫ dauid: ⁊ ſocij eiꝰ
per viā cū eo. Semei autem per iugū montis ex latere:
cōtra illum gradiebat̄: maledicēs: ⁊ mittēs lapides ad-
uerſum eū: terrāqꝫ ſpargens. Uenit itaqꝫ rex David: et
vniuerſus populꝰ cū eo laſſus: ⁊ refocillati ſunt ibi. Ab-
ſalom aūt: ⁊ omnis populus eius ingreſſi ſunt Hieruſa
lem: ſed ⁊ Achitofel cū eo. Cū aūt veniſſet Chuſai Ara-
chites amicus David ad abſalom: locutꝰ eſt ad eū: Sal
ue rex: ſalue rex. Ad quē Abſalō: Hęc eſt (inquit) gratia
D tua ad amicū tuūꝰ Quare non iiſti cū amico tuoꝰ Re-
ſpōditqꝫ Chuſai ad Abſalom: Nequaꝗ̄: q̇a illiꝰ ero quē
elegit dominus: ⁊ oīs hic populus: ⁊ vniuerſus Jſrael:
⁊ cū eo manebo. Sed vt ⁊ hoc inferā: cui ego ſeruiturus
ſumꝰ Nōne filio regisꝰ Sicut parui patri tuo: ita parcebo
⁊ tibi. Dixit aūt Abſalom ad Achitofel: Jnite cōſilium:
q̇d agere debeamus. Et ait Achitofel ad Abſalom: Jn-
gredere ad cōcubinas patris tui: quas dimiſit ad cuſto-
diendam domū: vt cū audierit oīs Jſrael: ꝙ foedaueris
patrē tuū: roborētur tecū manus eoꝝ. Tetēderūt ergo
Abſalom tabernaculū in ſolario: ingreſſuſqꝫ eſt ad cōcu
binas patris ſui coram vniuerſo Jſrael. Conſilium aūt
Achitofel: quod dabat in diebꝰ illis: quaſi ſi q̇s cōſuleret
deū. Sic erat om̄e cōſilium Achitofel: et cum eſſet cum
David: ⁊ cum eſſet cum Abſalom. XVII.
A Dixit ergo Achitofel ad abſalom: Eligā mihi
duodecim millia viroꝝ: ⁊ cōſurgens pſequar
David hac nocte: ⁊ irruēs ſup eū: q̇ppe q̇ laſ-
ſus eſt: ⁊ ſolutis manibꝰ percutiā eū. Cūqꝫ fu
gerit omnis populus qui cum eo eſt: percutiā regē deſo
latum: ⁊ reducā vniuerſum populū: quomodo vnus ho
mo reuerti ſolet. Unū em̄ virum tu quęris: ⁊ oīs popu-
lus erit in pace. Placuitqꝫ ſermo eiꝰ Abſalom: ⁊ cūctis
maioribꝰ natu Jſrael. Ait aūt Abſalom: Uocate Chu-
ſai Arachiten: ⁊ audiamus q̇d etiā ipſe dicat. Cumqꝫ ve
niſſet Chuſai ad Abſalom: ait Abſalom ad eū: Huiuſce
B modi ſermonē locutus eſt Achitofel. Facere debemus
an nonꝰ quod das conſiliūꝰ Et dixit Chuſai ad Abſalō:
Non eſt bonū cōſiliū: quod dedit Achitofel hac vice. Et
rurſum ītulit chuſai: Tu noſti patrē tuū: ⁊ viros qui cū
eo ſunt eſſe fortiſſimos ⁊ amaro aīo: veluti ſi vrſa raptis
catulis ī ſaltu ſęuiat. Sed ⁊ pater tuus vir bellator eſt:
nec morabitur cū populo. Forſitan nūc latitat ī foueis:
aut in vno quo voluerit loco: et cū ceciderit vnꝰ quilibet
in principio audiet: quicunqꝫ audierit: ⁊ dicet: Facta eſt
plaga in populo: q̇ ſequebatur Abſalom. Et fortiſſimus
quiſqꝫ cuius cor eſt q̇ſi leonis: pauore ſoluetur. Scit em̄
oīs populus Jſrael fortem eſſe patrē tuum: ⁊ robuſtos
C om̄es qui cum eo ſunt. Sed hoc mihi videtur rectū eſſe
conſilium. Cōgregetur ad te vniuerſus populꝰ iſrael: a
Dan vſqꝫ Berſabee: q̇ſi arena maris innumerabilis: et
tu eris in medio eoꝝ: ⁊ irruemus ſuper eū in quocunqꝫ
loco inuentus fuerit: ⁊ operiemus eū: ſicut cadere ſolet
ros ſup terrā: ⁊ nō relinquemus de viris qui cū eo ſunt:
nec vnū q̇dem. Quod ſi vrbē aliquā fuerit ingreſſus: cir
cundabit oīs Jſrael ciuitati illi funes: ⁊ trahemus eā in
torrentē: vt nō reperiat̄ nec calculus q̇dē ex ea. Dixitqꝫ
Abſalom: ⁊ om̄es viri Jſrael: Melius eſt cōſiliū chuſai
Arachitę: cōſilio Achitofel. Dn̄i aūt nutu diſſipatū eſt
cōſilium Achitofel vtile: vt īduceret dn̄s ſuper Abſalom
Sapi.15.b. malum. Et ait chuſai ſadoch ⁊ abiathar ſacerdotibus.
D Hoc ⁊ hoc modo cōſilium dedit Achitofel Abſalom: et
ſenioribus Jſrael: ⁊ ego tale ⁊ tale dedi cōſilium. Nunc
ergo mittite cito: ⁊ nunciate dauid: dicentes: Ne more-
ris nocte hac in campeſtribus deſerti: ſed abſqꝫ dilatio-
ne trāſgredere: ne forte abſorbeatur rex: ⁊ oīs populus
qui cum eo eſt. Jonathas aūt ⁊ Achimaas ſtabāt iuxta
fontē Rogel. Abijt ancilla: ⁊ nunciauit eis: ⁊ illi profe-
cti ſunt: vt referrent ad regem David nuncium. Nō em̄ E
poterant videri: aut introire ciuitatem. Uidit aūt eos
quidam puer: et indicauit Abſalom. Jlli vero concito
gradu ingreſſi ſunt domū cuiuſdam viri in Bahurim:
qui habebat puteū in veſtibulo ſuo: ⁊ deſcēderunt in eū.
Tulit aūt mulier: ⁊ expandit velamen ſup os putei qua
ſi ſiccans priſanas: ⁊ ſic latuit res. Cumqꝫ veniſſent ſer-
ui Abſalom in domum ad mulierem: dixerunt: Ubi eſt
Achimaas ⁊ ionathasꝰ Et reſpōdit eis mulier: Trāſie-
runt feſtināter guſtata paululum aqua. At hi qui quę-
rebant cum non reperiſſent: reuerſi ſunt in Hieruſalem
Cumqꝫ abijſſent: aſcenderunt illi de puteo: ⁊ pergētes
nunciauerūt regi David: ⁊ dixerūt: Surgite: ⁊ tranſite F
cito fluuium: quoniam huiuſcemodi dedit cōſilium con
tra vos Achitofel. Surrexit ergo David: ⁊ om̄is popu
lus qui cum eo erat: ⁊ tranſierunt Jordanem: donec di-
luceſceret anteꝗ̄ denudaret̄ verbū: et nec vnus quidem
reſiduꝰ fuit: q̇ nō trāſiſſet fluuiū. Porro achitofel vidēs
ꝙ nō fuiſſet factū conſiliū ſuū: ſtrauit aſinum ſuū: ſurre-
xitqꝫ: ⁊ abijt in domum ſuā ⁊ in ciuitatē ſuā: et diſpoſita
domo ſua: ſuſpendio interijt: ⁊ ſepultus eſt in ſepulchro
patris ſui. David aūt venit in caſtra: et Abſalom trāſijt
Jordanē: ipſe ⁊ omnes viri Jſrael cum eo. Amaſam ve-
ro conſtituit Abſalom pro Joab ſuper exercitū. Amaſa
aūt erat filiꝰ cuiuſdā viri: q̇ vocabat̄ Jezra de Jezraeli:
qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas: ſororem Sar
uię quę fuit mater Joab. Et caſtrametatus eſt Jſrael G
cum Abſalom in terra Galaad. Cumqꝫ veniſſet David
in caſtra Sobi filiꝰ Naas de Rabbath filioꝝ Ammō:
⁊ Machir filius Ammihel de Lodabar: ⁊ berzellai ga-
laadites de rogelim: obtulerunt ei ſtratoria ⁊ tapetia: et
vaſa fictilia: frumentū ⁊ hordeum ⁊ farinam et polētam
⁊ fabam ⁊ lentem: ⁊ frixum oleo cicer: ⁊ mel ⁊ butyrum:
oues ⁊ pingues vitulos: dederuntqꝫ David: et populo
qui cum eo erat ad veſcendum. Suſpicati enim ſunt po
pulum fame ⁊ ſiti fatigari in deſerto. XVIII.
Jgitur conſiderato David populo ſuo: conſti A
tuit ſuper eos tribunos ⁊ centuriones: ⁊ de-
dit populi tertiā partē ſub manu Joab: ⁊ ter
tiam partē ſub manu Abiſai filij Saruię fra-
tris Joab: ⁊ tertiā partem ſub manu Ethai: qui erat de
Geth. Dixitqꝫ rex ad populū: Egrediar ⁊ ego vobiſcūꝰ
Et reſpōdit pplus: Nō exibis. Siue em̄ fugerimus: nō Jfra.21.d.
magnopere ad eos de nobis ptinebit: ſiue media pars ce
ciderit e nobis: nō ſatis curabūt: q̇a tu vnus ſolꝰ p decē
millibus cōputaris. Melius eſt igit̄: vt ſis nobis ī vrbe infra eodē
pręſidio. Ad quos rex ait: Quod vobis videt̄ rectū: hoc
faciā. Stetit ergo rex iuxta portā. Egrediebaturqꝫ po- B
pulus p turmas ſuas centeni ⁊ milleni. Et pręcepit rex
Joab ⁊ Abiſai ⁊ Ethai: dicēs: Seruate mihi puerū Ab-
ſalom. Et oīs populus audiebat pręcipiētem regē cun
ctis pricipibus p Abſalom. Jtaqꝫ egreſſus eſt populus
in campum cōtra Jſrael: et factum eſt pręlium in ſaltu
Ephraim. Et cęſus eſt ibi populus iſrael ab exercitu da
uid: factaqꝫ eſt plaga magna ī die illa vigīti milliū. Fuit
autem ibi pręlium diſperſum ſuper faciē omnis terrę: ⁊
multo plures erāt quos ſaltus cōſumpſerat de populo:
ꝗ̄ hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem
vt occurreret abſalom ſeruis David: ſedēs mulo. Cūqꝫ
ingreſſus fuiſſet mulus ſubter cōdenſam quercum ⁊ ma
gnam: adhęſit caput eius quercui: ⁊ illo ſuſpēſo īter ce C
lum ⁊ terrā: mulus cui inſederat: ptranſiuit. Uidit aūt
hoc q̇ſpiā: ⁊ nūciauit Joab dicēs: Uidi abſalom pēdere
de quercu. Et ait Joab viro: qui nunciauerat ei: Si vi-
diſti: quare non confodiſti eum cum terra: et ego dediſ-
ſem tibi decem argenti ſiclos: et vnum balthcum. Qui
dixit ad Joab: Si appēderes ī manibꝰ meis mille argē

teos: nequaq̄ mittere manum meam in filiū regis. Au-
sup. eodē. dientibus em̄ nobis pręcepit rex tibi: ⁊ Abiſai: ⁊ Ethai:
dicēs: Cuſtodite mihi puer̄ Abſalom. Sed ⁊ ſi feciſſem
cōtra animā meā audacter: nequaq̄ hoc regē latere po-
tuiſſet: ⁊ tu ſtares ex aduerſo. Et ait Joab: Nō ſicut tu
vis: ſed aggrediar eū corā te. Tulit ergo Joab tres lan
C ceas in manu ſua: ⁊ infixit eas ī corde Abſalom. Cūq̄
adhuc palpitaret hęrens in quercu: cucurrerūt decē iu-
uenes armigeri Joab: ⁊ percutiētes iterfecerūt eū. Ce-
D cinit aūt Joab buccina: ⁊ retinuit populū: ne pſequeret̄
iosue.7.b fugientē Jſrael: volēs parcere multitudini. Et tulerūt
Abſalom: ⁊ proiecerūt eū in ſaltu in foueam grandem: ⁊
cōportauerūt ſup eū aceruū lapidū magnū nimis. Oīs
aūt iſrael fugit ī tabernacula ſua. Porro Abſalom ere-
xerat ſibi: cū adhuc viueret titulū: q̄ eſt ī valle regis. Di-
xerat em̄: Nō habeo filiū: ⁊ hoc erit monimētū nominis
mei. Vocauitq̄ titulū noīe ſuo: ⁊ appellat̄ manus Abſa
E lom vſq̄ ad hāc diē. Achimaas aūt fili⁹ ſadoch ait: Cur
rā: ⁊ nūciabo regi: q̄a iudiciū fecerit ei deus de manu ini
micorum ei⁹. Ad quē Joab dixit: Nō eris nūcius in hac
die: ſed nūciabis in alia. Hodie nolo te nūciare. Fili⁹ em̄
regis eſt mortuus. Et ait Joab Chuſai: Vade: ⁊ nūcia
regi q̄ vidiſti. Adorauit Chuſai Joab: ⁊ cucurrit. Rur
ſus aūt Achimaas fili⁹ ſadoch dixit ad Joab: Quid im
pedit ſi etiam ego curro poſt Chuſai? Dixitq̄ ei Joab:
Quid vis currere fili mi? Veni huc. Nō eris boni nūcij
baiul⁹. Qui rūdit: quid em̄ ſi cucurrero? Et ait ei: Cur
re. Currēs ģ Achimaas p viā cōpēdij: trāſiuit Chuſai.
F Dauid aūt ſedebat iter duas portas. Speculator vo q̄
erat in faſtigio portę ſup murū: eleuās oculos: vidit ho
minē currentē ſolū: ⁊ exclamans indicauit regi. Dixitq̄
rex: Si ſolus eſt: bonus eſt nūcius ī ore ei⁹. Properāte
aūt illo: ⁊ accedēte ppius: vidit ſpeculator hoīem alterū
currentē: ⁊ vociferās ī culmine: ait: Apparet mihi alter
homo currēs ſolus. Dixitq̄ rex: Et iſte bon⁹ eſt nunci⁹.
Speculator aūt cōtēplor ait curſū prioris: q̄ſi curſum
G Achimaas filij Sadoch. Et ait rex: Vir bon⁹ eſt: ⁊ nun
ciū portās bonū: venit. Clamās aūt achimaas: dixit ad
regē: Salue rex. Et adorans regē corā eo pronus ī ter
ram: ait: Benedictus dominus deus tuus: qui cōcluſit
hoīes: q̄ leuauerūt manus ſuas cōtra dn̄m meū regem.
Et ait rex: Eſt ne pax puero Abſalom? Dixitq̄ Achima
as: Vidi tumultū magnū: cū mitteret Joab ſeruus tu⁹
infra.19.a o rex me ſeruū tuū: neſcio aliud. Ad quē rex: Trāſi ait:
⁊ ſta hic. Cūq̄ ille trāſiſſet: ⁊ ſtaret: apparuit Chuſai: ⁊
veniēs ait: Bonū apporto nūciū dn̄e mi rex. Judicauit
enim pro te dominus hodie de manu omnium qui ſurre
xerunt contra te. Dixit autē rex ad Chuſai: Eſt ne pax
puero Abſalom? Cui reſpōdens chuſai: Fiāt: inq̄t: ſicut
puer inimici dn̄i mei regis: ⁊ vniuerſi qui cōſurgūt ad-
uerſus eū in malū. Cōtriſtatus itaq̄ rex: aſcēdit cena-
culū portę: ⁊ fleuit: Et ſic loquebat̄: vadēs: Fili mi Ab-
infra eodē ſalom: Abſalō fili mi: q̄s mihi tribuat: vt ego moriar p
te: Abſalom fili mi: fili mi Abſalom.

XIX.

A NUnciatū eſt aūt Joab q̄ rex fleret: et lugeret
filiū ſuum: ⁊ verſa eſt victoria in luctum ī die
illa omī populo. Audiuit em̄ populus in die
illa dici: dolet rex ſup filio ſuo. Et declinauit
populus in die illa ingredi ciuitatē: quomodo declinare
sup.18.g. ſolet populus verſus: ⁊ fugiēs de prelio. Porro rex ope
ruit caput ſuū: ⁊ clamabat voce magna: Fili mi Abſalō:
Abſalom fili mi. Jngreſſus ergo Joab ad regē in domū
dixit: Cōfudiſti hodie vultus oīm ſeruorū tuorū: qui ſal
uam fecerūt animam tuā: ⁊ animam filiorū tuorū: ⁊ filia-
rum tuarū: ⁊ animam vxorū tuarum: ⁊ animam cōcubi
B narum tuarū. Diligis odientes te: ⁊ odio habes dilige-
tes te. Et oſtēdiſti hodie: q̄a nō curas de ducibus tuis:
⁊ de ſeruis tuis: ⁊ vere cognoui modo: q̄a ſi Abſalom vi
ueret: ⁊ oēs nos occubuiſſemus: tūc placeret tibi. Nūc
igitur ſurge: ⁊ pcede: ⁊ alloquens ſatiſfac ſeruis tuis.
Juro em̄ tibi per dominū: q̄ ſi nō exieris: ne vnus quidē
remanſurus ſit tecū nocte hac: ⁊ pei⁹ erit hoc tibi: q̄ oīa
mala: quę venerūt ſup te ab adoleſcētia tua vſq̄ in prę-
ſens. Surrexit ergo rex: ⁊ ſedit ī porta. Et omī populo
nūciatū eſt: q̄ rex ſederet ī porta. Venitq̄ vniuerſa mul
titudo corām rege: Jſrael aūt fugit in tabernacula ſua.
Oīs quoq̄ populus certabat in cūctis tribub⁹ Jſrael:
dicēs: Rex liberauit nos de manu inimicorū noſtrorū:
ipſe ſaluauit nos de manu Philiſtinorum: ⁊ nunc fugit
de terra propter Abſalom. Abſalom aūt quē vnximus
ſup nos: mortuus eſt ī bello. Vſq̄quo ſiletis: ⁊ nō redu-
citis regē? Et cōſiliū totius Jſrael venit ad regē. Rex
vero Dauid miſit ad Sadoch: ⁊ Abiathar ſacerdotes: E
dicēs: Loq̄mini ad maiores natu iuda: dicētes: Cur ve
niſtis nouiſſimi ad reducendū regē ī domū ſuā? Sermo
aūt oīs Jſrael peruenerat ad regē: vt reducerēt eū in do
mum eius: q̄a dixerat rex: Hęc dicetis ad populū iuda:
Fratres mei vos: os meū: ⁊ caro mea vos. Quare nouiſ-
ſimi reducitis regē? Et Amaſę dicite: Nonne os meū:
⁊ caro mea es? Hęc faciat mihi deus: ⁊ hęc addat: ſi nō
magiſter militię fueris corā me omni tēpore pro Joab.
Et inclinauit cor omnium viror̄ iuda: quaſi viri vnius.
Miſerūtq̄ ad regē: dicētes: Reuertere tu: ⁊ oēs ſerui 2.reg.2.b
tui. Et reuerſus eſt rex. Et venit vſq̄ ad iordanē: et oīs
Juda venit vſq̄ in galgala: vt occurreret regi: ⁊ tradu-
ceret eū Jordanem. Feſtinauit aūt Semei filius Gera
filij Jemini de Bahurim: ⁊ deſcendit cū viris Juda in
occurſum regis Dauid cū mille viris de Beniamin: et
Siba puer de domo Saul: ⁊ q̄ndecim filij ei⁹ ac viginti
ſerui erāt cū eo: ⁊ irrūpentes Jordanē ante regē tranſie
runt vada: vt traducerent domū regis: ⁊ facerent iuxta D
iuſſionē eius. Semei aūt filius Gera proſtratus corā re
ge: cum iam tranſiſſet Jordanem dixit ad eū: Ne repu- ſupra.16.
tes mihi dn̄e mi iniquitatē: neq̄ memineris iniuriarū ſup.16.b.
ſerui tui ī die: qua egreſſus es dn̄e mi rex de Hieruſalē:
neq̄ ponas rex ī corde tuo. Agnoſco em̄ ſeruus tu⁹ pec-
catum meum: ⁊ idcirco hodie prim⁹ veni de omī domo
Joſeph: deſcēdiq̄ ī occurſum dn̄i mei regis. Reſpōdēs
vero Abiſai fili⁹ Saruię dixit: Nūquid pro his vbis nō
occidetur Semei: q̄ maledixit Chriſto domini? Et ait
Dauid: Quid mihi ⁊ vobis filij Saruię? Cur efficimini
mihi hodie in Sathan? Ergo ne hodie interficiet̄ vir in
Jſrael? An ignoro hodie me factū regē ſuper iſrael? Et G
ait rex Semei: Non morieris. Jurauitq̄ ei. Miphibo
ſeth quoq̄ fili⁹ Saul deſcēdit in occurſum regis illotis
pedibus: ⁊ intonſa barba: veſteſq̄ ſuas nō lauerat a die
qua egreſſus fuerat rex: vſq̄ ad diem reuerſiōis eius in
pace. Cūq̄ occurriſſet regi: dixit ei rex: Quare non ve-
niſti mecū mephiboſeth? Et reſpōdēs ait: Dn̄e mi rex:
ſeruus me⁹ contēpſit me. Dixitq̄ ei: Ego famul⁹ tuus:
vt ſterneret mihi aſinū: vt aſcēdens abirem cū rege: clau ſupra.16.
dus em̄ ſum ſeruus tuus. Inſuper ⁊ accuſauit me ſeruū ſup.14.d.
tuū ad te dn̄m meū regē. Tu aūt dn̄e mi rex: ſicut ange Gen.33.b
lus dei es: fac quod placitū eſt tibi. Neq̄ em̄ fuit dom⁹ Deu.15.d. Sup.9.b.
patris mei: niſi morti obnoxia dn̄o meo regi: tu aūt po-
ſuiſti me ſeruū tuū inter cōuiuas menſę tuę. Quid ergo
habeo iuſtę querelę: aut quid poſſum vltra vociferari ad
regē? Ait ergo ei rex: Quid vltra loquer̄is? Fixū eſt quod
locutus ſum. Tu ⁊ Siba diuidite poſſeſſiones. Reſpō
ditq̄ Miphiboſeth regi: Etiā cūcta accipiat: poſtq̄ re 3.regū.b.
uerſus eſt dn̄s me⁹ rex pacifice ī domū ſuā. Berzellai q̄- F
q̄ Galaadites ſenex valde deſcēdēs de Rogelim tradu
xit regē Jordanē: paratus etiā vltra fluuiū pſequi eū.
Erat aūt berzellai galaadites ſenex valde: id eſt octoge-
narius: ⁊ ipſe prębuit alimēta regi: cū moraret̄ ī caſtris.
Fuit q̄ppe vir diues nimis. Dixit itaq̄ rex ad berzellai:
Veni mecū: vt requieſcas ſecurus in hieruſalē. Et ait ber
zellai ad regē: Quot ſunt dies annorū vitę meę: vt aſcē-
dam cum rege in Hieruſalem? Octogenarius ſum ho-
die. Nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſua-

ne aut amarū: aut delectare poteſt ſeruū tuū cibus ⁊ po-
tus: vel audire poſſum vltra vocē cantoꝝ atqꝫ cantatri
cū? Quare ſeruus tuus ſit oneri dn̄o meo regi? Paulu
lū procedā famulus tuus ab iordane tecū. Nō indigeo
hac viciſſitudine: ſed obſecro vt reuertar ſeruꝰ tuꝰ ⁊ mo
riar ī ciuitate mea: ⁊ ſepeliar iuxta ſepulchꝛū patris mei
G et matr ̄ meę. Eſt aūt ſeruus tuꝰ chamaā: ipſe vadat te
cū dn̄e mi rex: ⁊ fac ei quicq̄d bonū tibi videt̄. Dixit ita-
qꝫ ei rex: Mecū tranſeat chamaā: et ego faciā ei quicq̄d
tibi placuerit: et oē qđ petieris a me: impetrabis. Cūqꝫ
trāſiſſet vniuerſus populus ⁊ rex iordanē: reſtitit: ⁊ oſcu
latus eſt rex Berzellai: ⁊ benedixit ei: et ille reuerſus eſt
in locū ſuū. Tranſiuit ergo rex in galgalā: et chamaā cū
eo. Oīs aūt populus iuda traduxerat regē: et media tā
tū pars affuerat de populo iſrael. Itaqꝫ oēs viri Iiſrael
cōcurrētes ad regē dixerūt ei: Quare te furati ſunt fra-
tres noſtri viri iuda: et traduxerūt regē et domum eius
iordanē: oēſqꝫ viros dauid cum eo? Et reſpondit oīs vir
iuda ad viros iſrael: Quia mihi ꝓpior eſt rex. Cur ira
ſcer ̄ ſuꝑ hac re? Nunq̄d comedimus aliq̄d ex rege: aut
munera nobis data ſunt? Et reſpōdit vir iſrael ad viros
iuda: ⁊ ait: Decē partibꝰ maioꝛ ego ſum apđ regē: ma-
giſqꝫ ad me ꝑtinet dauid: ꝙ ad te. Cur feciſti mihi iniu
riā: ⁊ nō mihi nunciatū eſt prioꝛi: vt reducerē regē meū?
Durius aūt reſpōderūt viri iuda viris iſrael. XX.

A Ccidit q̊qꝫ: vt ibi eſſet vir belial noīe Seba fi
lius bochri: vir Iemineus: et cecinit buccina:
et ait: Nō eſt nobis pars ī dauid: neqꝫ heredi
tas in filio iſai: Reuertere ī tabernacula tua
4.reg.4.f us? Et expādit ſe atqꝫ menſus eſt ſup puerū tribus vici-
actu.20.c bus:⁊ clamauit ad dn̄m:et ait:Dn̄e deus meus reuerta
tur obſecro aīa pueri huius ī viſcera eius. Et exaudiuit
dn̄s vocē elię:⁊ reuerſa eſt aīa pueri intra eū: et reuixit.
Tulitqꝫ elias puerū:⁊ depoſuit eū de cenaculo ī inferio
rē domū:⁊ tradidit matri ſuę:⁊ ait illi: En viuit filiꝰ tu
us. Dixitqꝫ mulier ad eliā: Nūc in iſto cognoui:qm̄ vir
dei es tu:⁊ verbū dn̄i in ore tuo verū eſt. XVIII.

A Poſt dies multos factū eſt verbū dn̄i ad Eliā:
in anno tertio:dicēs: Uade:et oſtende te ach
ab:vt dem pluuiā ſuper faciē terrę. Iuit ergo
Elias: vt oſtēderet ſe achab. Erat aūt fames
vehemēs in ſamaria. Uocauitqꝫ achab abdiam diſpenſa
torē domꝰ ſuę: Abdias aūt timebat dn̄m deū valde. Nā
cū īterficeret Jezabel pphetas domini:tulit ille centū p
phetas:et abſcōdit eos quinquagenos ⁊ quinquagenos
in ſpeluncis:et pauit eos pane ⁊ aqua. Dixit ergo achab
ab Abdiā: Uade in terrā ad vniuerſos fontes aquarum
⁊ in cunctas valles:ſi forte poſſimus īuenire herbā:⁊ ſal
uare equos ⁊ mulos:⁊ nō penitus iumēta intereāt. Di-
B uiſeruntqꝫ ſibi regiōes:vt circūirent eas. Achab ibat per
viā vnā:et Abdias per viā alterā ſeorſum. Cūqꝫ eſſet Ab
dias in via:Elias occurrit ei. Qui cū cognouiſſet eū:ce-
cidit ſuper faciē ſuā:⁊ ait: Non tu es domine mi Elias?
Cui ille reſpondit:Ego. Et dixit: Uade:et dic domino
tuo:Adeſt Elias. Et ille:Quid peccaui:inquit: quoniā
trades me ſeruū tuū in manu Achab: vt interficiat me?
Uiuit dominus deus tuus:quia non eſt gens aut reg-
num in quo non miſerit dominus meus te requirēs. Et
reſpondentibus cunctis:nō eſt hic:adiurauit regna ſin-
gula:⁊ gentes: eo ꝙ minime repertireris. Et nunc tu di
cis mihi:vade:et dic domino tuo:adeſt Elias. Cūqꝫ re-
ceſſero a te:ſpiritus domini aſportabit te in locū: quem
ego ignoro:et ingreſſus nunciabo achab:et non inueni-
ens te interficiet me. Seruus autē tuus timet dominū
C ab infantia ſua. Nunquid non indicatū eſt tibi domino
meo:quid fecerim cū interficeret iezabel prophetas dn̄i:
ꝙ abſconderim de prophetis domini centū:viros quin-
ſupra.17.c quagenos et quinquagenos in ſpelūcis: et pauerim eos
4.reg.4.c pane et aqua? Et nunc tu dicis: vade:et dic domino tuo
adeſt Elias:vt interficiat me? Et dixit Elias: Uiuit do
minus exercituum:ante cuius vultū ſto: quia hodie ap-
parebo ei. Abijt ergo Abdias in occurſum Achab:et in-
dicauit ei. Uenitqꝫ achab ī occurſum Elię: ⁊ cū vidiſſet
eum:ait: Tu ne es ille:qui conturbas iſrael? Et ille ait:
Non ego turbaui Iſrael:ſed tu:et domus patris tui: q̄
dereliquiſtꝭ mādata domini:et ſecuti eſtis Baalim. Ue
D runtamen nunc mitte:⁊ congrega ad me vniuerſum iſ-
rael in monte Carmeli:et prophetas Baal quadringē-
tos quinquaginta:prophetaſqꝫ lucorum quadringētos
qui comedunt de menſa Jezabel. Miſit Achab ad om-
nes filios Iſrael:et cōgregauit prophetas in monte car
meli. Accedēs autem Elias ad omnē populum Iſrael:
ait: Uſqꝫquo claudicatis in duas partes? Si dominus
eſt deus:ſequimini eum. Si aūt baal:ſequimini illū. Et
nō reſpondit ei populus verbū. Et ait rurſus Elias ad
populum:Ego remanſi propheta domini ſolus:prophe
tę autē Baal quadringenti ⁊ quinquaginta: prophetę-
qꝫ lucorum quadringenti viri ſunt. Dentur nobis duo
boues:et illi eligant ſibi bouem vnum:et in fruſta cędē-
tes ponant ſuper ligna:ignem autē non ſupponant. Et
ego faciam bouem alterum:et imponā ſuper ligna:ignē
autem non ſupponā. Inuocate nomina deorū veſtrorū:
⁊ ego inuocabo nomē dei mei: ⁊ deus qui exaudierit per 1.reg.9.b.
ignē:ipſe ſit deus. Reſpondēs oīs populus ait: Optia supra.2.f.
ppoſitio quā locutꝰ eſt Elias. Dixit ergo elias pphetꝭ
baal:Eligite vobis bouē vnū:⁊ facite primi:q̄a vos plu
res eſtis:et inuocate noīa deorū veſtrorū:ignēqꝫ nō ſup- E
ponatꝭ. Qui cū tuliſſent bouē: quē dederat eis: fecerūt
⁊ inuocabant nomen Baal de mane vſqꝫ ad meridiē: di
cētes:baal exaudi nos. Et non erat vox:nec qui reſpon-
deret. Tranſiliebātqꝫ altare qd̄ fecerāt. Cumqꝫ eſſet iā
meridies:illudebat illis Elias dicēs: Clamate voce ma
iore. Deꝰ enī veſter eſt:⁊ forſitan loquit̄:aut in diuerſo-
rio eſt:aut in itinere:aut certe dormit: vt excitet̄. Cla-
mabant ergo voce magna:⁊ incidebant ſe iuxta ritū ſu
um cultris et lanceolis:donec perfunderentur ſangui-
ne. Poſtq̄ aūt tranſijt meridies:et illis prophetantibꝰ
venerat tempus:quo ſacrificiū offerri ſolet:nec audieba
tur vox:nec aliquis reſpondebat:nec attendebat oran-
tes. Dixit Elias omni populo: Uenite ad me. Et acce
dente ad ſe populo:curauit altare domini:quod deſtru
ctū fuerat:⁊ tulit duodecim lapides iuxta numerū tri-
buū filiorū Jacob. Ad quē factus eſt ſermo dn̄i: dicens:
Iſrael erit nomen tuū. Et ędificauit de lapidibus alta- F
re in nomine dn̄i. Fecitqꝫ aquęductū:quaſi p duas ara-
tiunculas in circuitu altaris:⁊ cōpoſuit ligna: diuiſitqꝫ
p mēbra bouē:et poſuit ſup ligna: et ait: Implete qua-
tuor hydrias aqua:et fundite ſup holocauſtū:et ſup li-
gna. Rurſumqꝫ dixit: Etiā ſecundo hoc facite. Qui cū
feciſſent ſecūdo:ait: Etiā tertio idipſum facite. Fecerūt
qꝫ ⁊ tertio:et currebāt aquę circa altare: et foſſa aquę-
ductus repleta eſt. Cūqꝫ iā tēpus eſſet:vt offerret̄ holo
cauſtū:accedens Elias propheta ait: Dn̄e deus Abra-
hā ⁊ Iſaac ⁊ Iſrael:oſtende hodie:q2 tu es deus iſrael:
et ego ſeruꝰ tuꝰ:⁊ iuxta pręceptū tuū feci oīa verba hec.
Exaudi me dn̄e:exaudi me:vt diſcat populus iſte:q2 tu
es dn̄s deus:⁊ tu cōuertiſti corda eorū iterum. Cecidit
aūt ignis dn̄i:et vorauit holocauſtū:et ligna ⁊ lapides:
puluerē quoqꝫ ⁊ aquā:quę erat in aquęductu lambens. G
Quod cū vidiſſet oīs populus:cecidit in faciē ſuā: ⁊ ait
Dominus ipſe eſt deus:dominus ipſe eſt deus. Dixitqꝫ
Elias ad eos: Apprehendite prophetas Baal:⁊ ne vnꝰ
quidē effugiat ex eis. Quos cū apprehendiſſent: duxit
eos Elias ad torrentē Ciſon:⁊ interfecit eos ibi. Et ait
Elias ad Achab: Aſcende:comede ⁊ bibe:q2 ſonus mul
tę pluuię eſt. Aſcendit Achab:vt comederet ⁊ biberet.
Elias aūt aſcendit in verticē Carmeli:⁊ pronus in ter supra 17.a
rā poſuit faciē ſuā inter genua ſua:et dixit ad puerū ſuū Jaco.6.d
Aſcende:et proſpice contra mare. Qui cū aſcendiſſet:⁊
contemplatus eſſet:ait: Nō eſt quicq̄. Et rurſum ait il
li: Reuertere ſeptē vicibus. In ſeptima autē vice ecce
nubecula parua:quaſi veſtigiū hominis aſcendebat de
mari. Qui ait: Aſcende ⁊ dic Achab: Iunge currū tuū
⁊ deſcende:ne occupet te pluuia. Cūqꝫ ſe verteret huc
atqꝫ illuc:ecce cęli contenebrati ſunt:⁊ nubes ⁊ ventus:
⁊ facta eſt pluuia grandis. Aſcendens itaqꝫ Achab abi-
it in Jezrael:et manus domini facta eſt ſup Eliam: ac-
cinctiſqꝫ lumbis currebat ante Achab:donec veniret in
Jezrael. XIX

A Nunciauit autem Achab Jezabel omnia quę
fecerat Elias:⁊ quō occidiſſet vniuerſos pro
phetas Baal gladio. Miſitqꝫ Jezabel nunci
um ad Eliā:dicens: Hec mihi faciant dij: et

hec addant: niſi hac hora cras poſuero animam tuam: ſi
cut animā vnius ex illis. Timuit ergo Elias: et ſurgēs
abijt quocunq; eū ferebat volūtas: venitq; in berſabee iu
da: ⁊ dimiſit ibi puerū ſuū: ⁊ perrexit in deſertū viā vni⁹
Joſue.4a diei. Cumq; veniſſet: ⁊ ſederet ſubter vnā iuniperū: pe-
tiuit aīe ſue vt moreref: et ait: Sufficit mihi dn̄e: tolle
animā meam: Neq; eñ melior ſum q̄ patres mei. Pro
iecitq; ſe: ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce ange
lus domini tetigit eū: et dixit illi: Surge ⁊ comede. Re
ſpexit: ⁊ ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis: et vas
B aque. Comedit ergo ⁊ bibit: ⁊ rurſum obdormiuit. Re
uerſuſq; eſt angelus domini ſecundo: et tetigit eū: dixit
q; illi: Surge comede: grādis eñ tibi reſtat via. Qui cū
ſurrexiſſet: comedit: ⁊ bibit: et ambulauit in fortitudine
Joſue vbi ſupra. cibi illius quadraginta diebus: et quadraginta noctib⁹
vſq; ad montē dei Oreb. Cumq; veniſſet illuc: manſit ī
ſpelunca. Et ecce ſermo dn̄i ad eū: dixitq; illi: Quid hic
agis Elia? At ille reſpōdit: Zelo zelatus ſum p̄ dn̄o deo
exercituū: q̄a dereliquerūt pactū dn̄i filij iſrael. Altaria
tua deſtruxerunt: ⁊ pphetas tuos occiderunt gladio: ⁊
derelictus ſum ego ſolus: ⁊ querunt aīam meā: vt aufe-
rant eā. Et ait ei: Egredere et ſta ī monte corā dn̄o. Et
ecce dn̄s tranſit: ⁊ ſpiritus grandis: ⁊ fortis ſubuertēs
C mōtes: et cōterēs petras ante dn̄m. Nō ī ſpiritu dn̄s: ⁊
ſupra eod̄ poſt ſpiritū cōmotio. Nō in cōmotione dn̄s: ⁊ poſt com
motionē ignis. Nō in igne dn̄s: et poſt ignē ſibilus au-
re tenuis. Qd̄ cū audiſſet Elias: operuit vultū ſuū pal-
lio: ⁊ egreſſus ſtetit in oſtio ſpelunce: ⁊ ecce vox ad eū di
cēs: Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit: Zelo zelat⁹
ſum pro dn̄o deo exercituū: q̄a dereliquerūt pactū tuū fi
eccl.48.b lij iſrael. Altaria tua deſtruxerūt: ⁊ prophetas tuos occi
derūt gladio: ⁊ derelictus ſum ego ſolus: ⁊ querunt ani
mā meā: vt auferant eā. Et ait dn̄s ad eū: Uade ⁊ reuer
tere in viā tuā per deſertum in damaſcum. Cumq; per
ueneris illuc: vnges azahel regē ſuper ſyriam: ⁊ iehu fili
um namſi vnges regē ſup iſrael: Eliſeū aūt filiū ſaphat:
qui eſt de abelmehola vnges prophetā pro te. Et erit q̄-
D cūq; fugerit gladiū hazael: occidit eū iehu: et quicūq; fu
roma.11a gerit gladiū Jehu: interficiet eū Eliſeus. Et derelinquā
mihi in Iſrael ſeptem milia virorum: quorum genua nō
ſunt incuruata ante baal: et omne os quod non adoraue
rit eum oſculans manum. Profectus ergo inde Elias
repperit Eliſeum filium Saphat: arantem ī duodecim
iugis boum: et ipſe in duodecim iugis boum arantibus
vnus erat. Cumq; veniſſet Elias ad eum miſit pallium
ſuum ſuper illū. Qui ſtatim relictꝫ bobus cucurrit poſt
Eliam: et ait: Oſculor oro te patrem meum: et matrem
meā: et ſic ſequar te. Dixitq; ei: Uade et reuertere. Qd̄
eñ meū erat: feci tibi. Rurſus autē ab eo: tulit par boū:
et mactauit illud: et in aratro boū coxit carnes: ⁊ dedit
populo: ⁊ comederunt. Cōſurgenſq; abijt ⁊ ſecutus eſt
Eliā: ⁊ miniſtrabat ei. XX.
A heb. benadar interdū legunt PORro *benadad rex Syrie: cōgregauit oēm
exercitum ſuum: et triginta duos reges ſe-
cum: et equos et currus: ⁊ aſcendens pugna
uit contra ſamariā: et obſedit eam. Mittenſ
q; nūcios ad Achab regem Iſrael in ciuitatē: ait: Hec
dicit benadad: Argentum tuum: et aurū tuū meum eſt:
vxores tue: ⁊ filij tui optimi mei ſunt. Reſponditq; rex
iſrael: Iuxta verbū tuū domine mi rex: tuus ſum ego et
omnia mea. Reuertenteſq; nuncij dixerunt: Hec dicit
benadad: qui miſit nos ad te: Argentū tuū: et aurum tu
um: et vxores tuas: et filios tuos dabis mihi. Cras igi-
tur hac eadem hora mittā ſeruos meos ad te: et ſcruta-
buntur domū tuam: et domū ſeruorū tuorum: et omne
B qd̄ eis placuerit: ponēt in manibus ſuis: et auferēt. Uo
cauit autē rex iſrael om̄es ſeniores terre: et ait: Animad
uertite et videte: quoniā inſidiatur nobis. Miſit enim
ad me pro vxoribus meis: et filijs: ⁊ pro argento: ⁊ auro
et nō abnui. Dixerūtq; oēs maiores natu: et vniuerſus
populus ad eum: Non audias: neq; acquieſcas illi. Re
ſpondit itaq; nuncijs benadad: Dicite domino meo re-
gi: Om̄ia propter que miſiſti ad me ſeruū tuū: in initio
faciam: hanc autem rem facere non poſſum. Reuerſiq;
nuncij retulerunt omnia ei. Qui remiſit: ⁊ ait: Hec faci
ant mihi dij: ⁊ hec addant: ſi ſuffecerit puluis Samarie
pugillis omnis populi: qui ſequitur me. Et reſpondens
rex Iſrael ait: Dicite ei: Ne glorietur accīctus eque vt
diſcinctus. Factum eſt autem cū audiſſet benadad ver-
bum iſtud: bibebat ipſe et reges in vmbraculis: et ait ſer
uis ſuis: Circundate ciuitatē: ⁊ circundederunt eā. Et
ecce propheta vnus accedēs ad achab regem Iſrael: ait
ei: Hec dicit dominus: Certe vidiſti omnem multitu- C
dinem hanc nimiam. Ecce ego tradam eā in manū tuā
hodie: vt ſcias quia ego ſum domin⁹. Et ait Achab: per
quē? Dixitq; ei: Hec dicit dominus: Per pediſſequos
principum prouinciarum. Et ait: Quis incipiet prelia-
ri? Et ille dixit: Tu. Recēſuit ergo pueros principum
prouinciarū: et repperit numerū ducentorum triginta-
duorū. Et recenſuit poſt eos populū: omnes filios iſrael
ſeptem milia: ⁊ egreſſi ſunt meridie. Benadad aūt bibe
bat temulentus in vmbraculo ſuo: ⁊ reges trigintaduo
cum eo: qui ad auxiliū eius venerāt. Egreſſi ſunt aūt pu
eri principum prouinciaꝝ in prima fronte. Miſit itaq;
benadad: qui nunciauerūt ei: dicentes: Uiri egreſſi ſunt
de Samaria. At ille ait: Siue pro pace veniūt: apprehē-
dite eos viuos: ſiue vt prelienf: viuos eos capite. Egreſ-
ſi ſunt ergo pueri principū prouīciarum: ac reliquus ex
ercitus ſequebatur. Et percuſſit vnuſquiſq; virū: q̄ con-
tra ſe veniebat: fugeruntq; Syri: ⁊ perſecutus eſt eos iſ
rael. Fugit quoq; benadad rex Syrie in equo cū equiti- D
bus ſuis. Necnō egreſſus rex iſrael p̄cuſſit equos: et cur
rus: ⁊ percuſſit Syriā plaga magna nimis. Accedēs au
tē propheta ad regē iſrael: dixit ei: Uade et confortare:
⁊ ſcito ⁊ vide quid facias. Sequenti eñ anno rex Syrie
aſcendet cōtra te. Serui vero regis Syrie dixerunt ei
Dij montiū ſunt dij eorū: ideo ſuperauerūt nos: ſed me-
lius eſt vt pugnemus cōtra eos in campeſtribus: et obti
nebimus eos. Tu ergo verbū hoc fac: Amoue reges ſin- infra.eod̄
gulos ab exercitu ſuo: ⁊ pone principes pro eis: ⁊ inſtau
ra numerū militū qui ceciderūt de tuis: ⁊ equos ſecun-
dū equos priſtinos: et currus ſecundū currus quos an-
te habuiſti: ⁊ pugnabimus cōtra eos in campeſtribus: ⁊
videbis q̄ obtinebimus eos. Credidit cōſilio eorū: ⁊ fe-
cit ita. Igiť poſtq̄ annus tranſierat: recēſuit benadad ſy-
ros: ⁊ aſcendit in Aphec: vt pugnaret cōtra iſrael. Por
ro filij iſrael recēſiti ſunt: ⁊ acceptis cibarijs profecti: ex
aduerſo caſtrametati ſunt contra eos: quaſi duo parui
greges caprarū. Syri aūt repleuerūt terrā. Et accedēs
vnus vir dei dixit ad regē iſrael: Hec dicit dn̄s: Quia di E
xerunt Syri: deus montiū eſt dn̄s: et nō eſt deus valliū:
dabo oēm multitudinē hanc grandē in manu tua: ⁊ ſcie
tis quia ego ſum dn̄s. Dirigebāt itaq; ſeptē dieb⁹ ex ad
uerſo hi atq; illi acies: ſeptima autē die cōmiſſum eſt bel
lū. Percuſſerūtq; filij iſrael de Syris centū milia pedi-
tū in die vna. Fugerūt aūt Syri: q̄ remanſerūt in aphec:
in ciuitatē: ⁊ cecidit murus ſuper viginti ſeptē milia ho
minū: q̄ remanſerāt. Porro benadad fugiēs ingreſſus
eſt ciuitatē in cubiculū: qd̄ erat intra cubiculū: dixerunt
q; ei ſerui ſui: Ecce audiuimus q̄ reges dom⁹ iſrael cle
mētes ſint. Ponamus itaq; ſaccos in lumbis noſtris: ⁊
funiculos in capitibus noſtris: ⁊ egrediamur ad regē iſ
rael: forſitan ſaluabit aīas noſtras. Accinxerūt ſaccis lū
bos ſuos: ⁊ poſuerūt funiculos in capitib⁹ ſuis: venerūt
q; ad regē iſrael: ⁊ dixerūt ei: Seruus tuus benadad di-
cit: Uiuat oro te aīa mea. Et ille ait: Si adhuc viuit: F
frater meus eſt. Qd̄ acceperūt viri pro omine: ⁊ feſtinan
tes rapuerūt verbū ex ore eius: atq; dixerunt: Frater tu
us benadad viuit. Et dixit eis: Ite et adducite eum ad
me. Egreſſus eſt ergo ad eū benadad: et leuauit eū ī cur

rū ſuū. Qui dixit ei: Ciuitates quas tulit pater meus a
patre tuo: reddā: et plateas fac tibi ī damaſco: ſicut fecit
pater meus in Samaria: et ego foederatus recedā a te.
Pepigit ergo foedus: ⁊ dimiſit eū. Tunc vir quidā de fi
lijs prophetarū dixit ad ſociū ſuū in ſermone dñi: Per-
cute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia noluiſti
audire vocē domini: ecce recedas a me: et ꝑcutiet te leo
Cumqꝫ paululū receſſiſſet ab eo: inuenit eum leo: atqꝫ ꝑ
cuſſit. Sed ⁊ alterū inueniēs virū: dixit ad eū: Percute
me. Qui percuſſit eū: et vulnerauit. Abijt ergo prophe-
ta: ⁊ occurrit regi in via: ⁊ mutauit aſperſione pulueris
G os ⁊ oculos ſuos. Cumqꝫ rex tranſiſſet: clamauit ad re
gē: ⁊ ait: Seruus tuus egreſſus eſt ad prçliandū comi-
nus. Cūqꝫ fugiſſet vir vnꝰ: adduxit eū q̇dā ad me: ⁊ ait
Cuſtodi virū iſtū. Qui ſi lapſus fuerit: erit aīa tua ꝓ aīa
eius: aut talentū argenti appēdes. Dū aūt ego turbatꝰ
huc illucqꝫ me verterē: ſubito nō cōparuit. Et ait rex iſra
el ad eū: Hoc ē iudiciū tuū: qđ ipſe decreuiſti. At ille ſta
tim abſterſit puluerē de facie ſua: ⁊ cognouit eum rex iſ-
rael: ꝙ eſſet de prophetis. Qui ait ad eū: Hçc dicit dñs
Quia dimiſiſti virū dignū morte de manu tua: erit aīa
tua pro anima eius: et populus tuꝰ pro populo eiꝰ. Re
uerſus eſt igitur rex iſrael ī domū ſuā: audire cōtēnens:
et furibundus venit in ſamariā. XXI.

Poſt verba aūt hçc tempore illo vinea erat na
A both Jezraelite: qui erat in Jezrael iuxta pa
latiū achab regis ſamariç. Locutus eſt ergo
achab ad Naboth: dicens: Da mihi vineā tuā
vt faciā mihi hortū olerū: quia vicina eſt: et prope domū
meā: dabo tibi pro ea vineā meliorē. Aut ſi cōmodius ti
bi putas: argenti preciū quantū digna eſt dabo. Cui re-
ſpondit naboth: Propitius ſit mihi dñs: ne dem hçredi
tatē patrū meorū tibi. Venit ergo Achab in domū ſuā
indignās: ⁊ frendens ſuper verbo: qđ locutus fuerat ad
eū naboth iezraelites: dicens: Nō dabo tibi hçreditatē
patrū meorū. Et proijciens ſe in lectulū ſuū: auertit faci
B em ſuam ad parietē: et non comedit panē. Ingreſſa eſt
aūt ad eū iezabel vxor ſua: dixitqꝫ ei: Quid eſt hoc: vnde
anima tua cōtriſtata eſt: et quare non comedis panem?
Qui reſpondit ei: Locutus ſum Naboth iezraelitç: et
dixi ei: Da michi vineam tuam: accepta pecunia: aut ſi
tibi placet: dabo tibi vineā meliorem pro ea. Et ille ait:
Nō dabo tibi vineam meā. Dixit ergo ad eū Jezabel vx
or eius: Grandis autoritatis es: et bene regis regnum
Iſrael. Surge: et comede panem: et çquo animo eſto
Ego dabo tibi vineā naboth iezraelitç. Scripſit itaqꝫ li
C teras ex nomine achab: ⁊ ſignauit eas annulo eius: ⁊ mi
ſit ad maiores natu: et optimates qui erant in ciuitate
eius: et habitabant cū Naboth. Literarum autem hçc
erat ſentētia: Prçdicate ieiuniū: ⁊ ſedere facite naboth
inter primos populi: ⁊ ſubmittite duos viros filios beli
al contra eū: ⁊ falſum teſtimoniū dicant: benedixit Na-
both deū et regē: et educite eū: et lapidate: ſicqꝫ moriat̄.
Fecerūt ergo ciues eius maiores natu: ⁊ optimates qui
habitabant cū eo in vrbe: ſicut prçceperat eis Jezabel: ⁊
ſicut ſcriptū erat in literis quas miſerat ad eos. Predi-
D cauerunt ieiuniū: et ſedere fecerūt Naboth īter primos
ppl'i. Et adductis duobꝰ viris filijs diaboli: fecerūt eos
ſedere contra eū. At illi ſcilicet: dixerunt contra eum te-
ſtimoniū coram multitudine: Benedixit naboth deū et
regem. Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatē: et
actu. 6. ē. lapidibus interfecerunt. Miſeruntqꝫ ad Jezabel dicen
tes: Lapidatus eſt naboth: ⁊ mortuus eſt. Factū eſt aūt
cū audiſſet Jezabel lapidatū Naboth: et mortuū: locu-
ta eſt ad achab: Surge: poſſide vineā naboth iezraelitç:
qui noluit tibi acquieſcere: ⁊ dare eam accepta pecunia:
E Nō enī viuit Naboth: ſed mortuus eſt. Quod cum au-
diſſet achab mortuum videlicet Naboth: ſurrexit: ⁊ de-
ſcendebat in vineā naboth iezraelitç: vt poſſideret eā. Fa
ctus eſt igitur ſermo domini ad Eliam Theſbitē: dicēs

Surge: ⁊ deſcende in occurſum achab regis iſrael: q̇ eſt
in Samaria. Ecce ad vineā naboth deſcendit vt poſſide
at eam. Et loqueris ad eum dicens: Hçc dicit dñs deus:
Occidiſti inſuper: et poſſediſti. Et poſt hçc addes: Hçc
dicit dominus: In loco hoc: in quo linxerunt canes ſan F
guinē naboth: lambent quoqꝫ ſanguinē tuū. Et ait ach
ab ad Eliam: Num īueniſti me inimicū tibi? Qui dixit
Inueni: eo ꝙ venundatus ſis: vt faceres malū in conſpe
ctu domini. Hçc dicit dominus: Ecce ego inducā ſuper
te malū: et demetam poſteriora tua: ⁊ interficiam de ach
ab mingentē ad parietē: et clauſum ⁊ vltimū in Iſrael.
Et dabo domū tuā: ſicut domū Jeroboam filij nabat: ⁊
ſicut domū baaſa filij ahia: quia egiſti: vt me ad iracundi
am prouocares: et peccare feciſti iſrael. Sed et de Jeza-
bel locutus eſt dominus: dicens: Canes comedent ieza
bel in agro iezrael. Si mortuus fuerit achab in ciuitate 4. reg. 8.
comedent eū canes: ſi aūt mortuus fuerit in agro: come ſupra 14. e
dēt eū volucres cçli. Igitur nō fuit alter talis: ſicut ach infra 16. ⁊
ab qui venundatus eſt: vt faceret malū in cōſpectu dñi. 22. f.
Concitauit enim eum Jezabel vxor ſua: et abominabi- 1. mach. 1.
lis factus eſt: in tantū: vt ſequeretur idola quç fecerant b. G
Amorrei: quos cōſumpſit dominus a facie filiorū iſrael.
Itaqꝫ cū audiſſet achab ſermones iſtos: ſcidit veſtimen
ta ſua: ⁊ operuit cilicio carnē ſuā: ieiunauitqꝫ: et dormi-
uit in ſacco: et ambulauit demiſſo capite. Et factꝰ eſt ſer
mo dñi ad Eliā Theſbitē: dicens: Nōne vidiſti humili-
atū achab corā me? Quia igitur humiliatus eſt mei cau
ſa: non inducā malū in diebus eius: ſed in diebus filij ſui
inferam malum domui eius. XXII.

Tranſierunt igitur tres anni abſqꝫ bello: īter A
Syriam ⁊ Iſrael. In anno autē tertio: deſcē 1. par. 8. a.
dit Joſaphat rex iuda ad regē iſrael. Dixitqꝫ 4. reg. 3. a
rex iſrael ad ſeruos ſuos: Ignoratis: ꝙ noſtra
ſit Ramoth Galaad: ⁊ negligimus tollere eam de ma-
nu regis Syriç? Et ait ad ioſaphat: Venies ne mecū ad
prçliandū in Ramoth Galaad? Dixitqꝫ ioſaphat ad re
gē iſrael: Sicut ego ſum: ita et tu. Populus meꝰ: et po
pulus tuus vnum ſunt: ⁊ equites mei equites tui. Dixit
qꝫ ioſaphat ad regē iſrael: Quçre oro te hodie ſermonē
domini. Cōgregauit ergo rex iſrael prophetas: quadri
gētos circiter viros: ⁊ ait ad eos: Ire debeo ī Ramoth
Galaad: ad bellandum: an quieſcere? Qui reſponderūt B
Aſcende: ⁊ dabit eā dominus in manu regis. Dixit autē
Joſaphat: Nō eſt hic propheta domini quiſpiā: vt inter
rogemus per eum? Et ait rex Iſrael ad Joſaphat: Re
manſit vir vnus: per quem poſſumus interrogare domi
num: ſed ego odi eum: quia non prophetat mihi bonum
ſed malū: micheas filius Jemla. Cui Joſaphat ait: Ne
loquaris ita rex. Vocauit ergo rex iſrael eunuchū quen
dā: ⁊ dixit ei: Feſtina adducere micheā filiū Jemla. Rex
aūt Iſrael: et Joſaphat rex iuda ſedebāt vnuſquiſqꝫ ī ſo
lio ſuo veſtiti cultu regio: in area iuxta oſtiū portç ſama
riç: ⁊ vniuerſi ꝓphetç ꝓphetabāt in cōſpectu eoꝝ. Fecit
quoqꝫ ſibi ſedechias filius chanaan cornua ferrea: et ait:
Hçc dicit dñs: His ventilabis ſyriā: donec deleas eam.
Omneſqꝫ ꝓphetç ſimiliter ꝓphetabāt: dicentes: Aſcēde in
ramoth galaad: ⁊ vade proſpere: et tradet eā dominus
in manus regis. Nuncius vero q̇ ierat vt vocaret Mi C
cheā: locutus eſt ad eū: dicens: Ecce ſermones prophe-
tarū ore vno regi bona prçdicant. Sit ergo ⁊ ſermo tu
us ſimilis eoꝝ: ⁊ loquere bona. Cui Micheas ait: Vi- 2. pa. 18. b
uit dominus: q2 quodcūqꝫ dixerit mihi dñs: hoc loquar
Venit itaqꝫ ad regē: ⁊ ait illi rex: Michea: ire debemus
in ramoth galaad ad prçliandū: an ceſſare? Cui ille re-
ſpondit: Aſcende ⁊ vade proſpere: ⁊ tradet dominus in
manus regis. Dixit aūt rex ad eū: Iterū atqꝫ iterꝫ adiu
ro te: vt nō loquaris mihi: niſi quod verū eſt in noīe dñi.
Et ille ait: Vidi cunctū Iſrael diſperſum in montibus
q̄ſi oues nō habētes paſtorē. Et ait dñs: Nō habēt iſti
dñm: reuertatur vnuſquiſqꝫ in domū ſuā in pace. Dixit

ergo rex iſrael ad Joſaphat: Nunquid nõ dixi tibi: quia
nõ ꝓphetat mihi bonũ: ſed ſemꝑ malũ? Ille vero addẽs
ait: Propterea audi ſermonẽ dñi: Uidi dominũ ſeden-
tem ſuper ſolium ſuũ: ⁊ omnẽ exercitũ cęli aſſiſtentẽ ei a
D dextris ⁊ a ſiniſtris. Et ait domin⁹: Quis decipiet ach-
2.pa.18.c ab regẽ iſrael: vt aſcẽdat: ⁊ cadat in ramoth galaad? Et
dixit vnus verba huiuſcemodi: ⁊ ali⁹ aliter. Egreſſus eſt
aũt ſpiritus: et ſtetit corã dño: ⁊ ait: Ego decipiam illũ.
Cui locutus eſt domin⁹: In quo? Et ille ait: Egrediar
⁊ ero ſpiritus mẽdax in oꝛe omniũ ꝓphetaꝝ eius. Et di
xit domin⁹: Decipies: ⁊ pꝛęualebis: Egredere et fac ita.
Nunc igitur ecce dedit dñs ſpiritũ mendacij in oꝛe om
niũ ꝓphetarũ tuoꝝ: qui hic ſunt: ⁊ dominus locutus eſt
cõtra te malũ. Acceſſit aũt ſedechias filius chanaan: ⁊ ꝑ
cuſſit micheã ĩ maxillã: ⁊ dixit: Me ne ergo dimiſit ſpi-
ritus dñi: et locutus eſt tibi? Et ait micheas: Uiſur⁹ es
in die illa: quãdo ĩgredieris in cubiculũ ĩtra cubiculũ: vt
abſcõdaris. Et ait rex iſrael: Tollite micheã: et maneat
E apud ammon pꝛĩcipẽ ciuitatꝭ: ⁊ apud ioas filiũ amalec
⁊ dicite eis: Hęc dicit rex: Mittite virũ iſtũ ĩ carcerẽ: ⁊
ſuſtentate eũ pane tribulationis ⁊ aqua anguſtię: donec
reuertar in pace. Dixitqꝫ micheas: Si reuerſus fueris ĩ
pace: nõ ẽ locutus in me dñs. Et ait: audite populi oẽs
Aſcẽdit itaqꝫ rex iſrael: ⁊ Joſaphat rex iuda in ramoth
galaad. Dixit itaqꝫ rex iſrael ad ioſaphat: Sume arma:
⁊ ingredere pꝛęliũ: et induere veſtibus tuis. Porro rex
iſrael mutauit habitũ ſuũ: ⁊ ingreſſus eſt bellũ. Rex aũt
Syrię pꝛęceperat pꝛincipibus curruũ trigintaduobus
dicẽs: Nõ pugnabitꝭ cõtra mĩoꝛẽ ⁊ maioꝛẽ quẽpiã: niſi
cõtra regẽ Iſrael ſolũ. Cũ ergo vidiſſent pꝛĩcipes cur-
ruũ Joſaphat: ſuſpicati ſũt ꝙ ip̃e eſſet rex iſrael: ⁊ ĩpetu
facto pugnabãt cõtra eũ: ⁊ exclamauit ioſaphat. Intel-
lexerũtqꝫ pꝛincipes curruũ: ꝙ nõ eſſet rex iſrael: ⁊ ceſſa-
uerũt ab eo. Uir aũt quidã tetẽdit arcũ in incertũ ſagit
tã dirigens: ⁊ caſu percuſſit regẽ iſrael inter pulmonẽ ⁊
ſtomachũ. At ille dixit aurigę ſuo: Uerte manũ tuam: ⁊
eijce me de exercitu: quia grauiter vulneratus ſum. Cõ
miſſum eſt ergo pꝛęliũ in die illa. Et rex Iſrael ſtabat in
F curru ſuo cõtra Syros: ⁊ moꝛtuus eſt veſpere. Fluebat
aũt ſanguis plagę ĩ ſinũ curr⁹: ⁊ ĩ pꝛęco ĩſonuit ĩ vniuer
ſo exercitu anteꝙ ſol occumberet dicens: Unuſquiſqꝫ re
uertatur ĩ ciuitatẽ: ⁊ in terrã ſuã. Moꝛtuus eſt aũt rex:
et perlatus eſt in ſamariã. Sepelierũtqꝫ regẽ in ſamaria
⁊ lauerũt currũ eius in piſcina ſamarię: ⁊ linxerũt canes
ſanguinẽ ei⁹: ⁊ habẽas lauerũt iuxta verbũ dñi: qđ locu-
t⁹ fuerat. Reliq̃ aũt ſermonũ Achab: ⁊ vniuerſa quę fe-
cit: ⁊ domus eburnea quã ędificauit: cunctarũqꝫ vrbiuꝫ
quas extruxit: nõne hęc ſcripta ſunt in libꝛo ſermonum
dierũ regũ Iſrael? Doꝛmiuit ergo Achab cũ patrib⁹ ſu
is: ⁊ regnauit Ochozias filius ei⁹ pꝛo eo. Joſaphat vero
filius Aſa regnare coeperat ſuꝑ Judã: anno quarto ach
ab regis iſrael. Trigintaquinqꝫ annoꝝ erat cũ regnare
coepiſſet: et vigintiquinqꝫ annis regnauit in Jeruſalẽ.
Nomẽ matris eius Azuba filia Salhi: ⁊ ambulauit in
omĩ via Aza patris ſui: ⁊ nõ declinauit ex ea. Fecitqꝫ qđ
rectũ erat in cõſpectu dñi: verũtamen excelſa nõ abſtu-
lit. Adhuc em̃ populus ſacrificabat ⁊ adolebat incenſuꝫ
in excelſis. Pacẽqꝫ habuit Joſaphat cum rege Iſrael.
Reliqua aũt verboꝝ Joſaphat: ⁊ opera eius quę geſſit:
⁊ pꝛęlia: nõne hęc ſcripta ſunt in libꝛo verboꝝ dierum re
gum Juda? Sed et reliquias effoeminatoꝛum: qui re-
G mãſerant in diebus Aza patris eius: abſtulit de terra.
Nec erat tunc rex conſtitutus in Edom. Rex vero Jo
ſaphat fecerat claſſes in mari: quę nauigarẽt in Ophir
pꝛopter aurũ: et ire nõ potuerũt: quia cõfractę ſunt in Aſi
ongaber. Tũc ait Ochozias filius Achab ad Joſaphat:
Uadãt ſerui mei cũ ſeruis tuis in nauib⁹. Et noluit Jo
ſaphat. Doꝛmiuitqꝫ Joſaphat cũ patribus ſuis: ⁊ ſepul
tus ẽ cũ eis ĩ ciuitate Dauid patris ſui: regnauitqꝫ Jo
rã filius eius pꝛo eo. Ochozias aũt filius Achab regna-
re coeperat ſuꝑ Iſrael ĩ ſamaria: anno ſeptimodecimo
ioſaphat regis iuda: regnauitqꝫ ſuꝑ iſrael duob⁹ annis.
Et fecit malũ ĩ cõſpectu dñi: ⁊ ãbulauit in via patrꝭ ſui
⁊ matris ſuę: ⁊ in via Jeroboã filij Nabat: q̃ peccare fe
cit iſrael. Seruiuit q̊qꝫ baal: ⁊ adoꝛauit eũ: et irritauit
dñm deũ iſrael: iuxta oĩa quę fecerat pater ei⁹. Finis.

Quartus lib. Regum: ſecundum Hebꝛęos Malachim ſecundus liber.

Caput I

PRaeuaricatus eſt au-
tẽ Moab in iſrael poſtꝙ moꝛtuus ẽ
Achab. Ceciditqꝫ Ochozias ꝑ cãcel
los cęnaculi ſui: qđ habebat ĩ Sãa-
ria: et ęgrotauit: miſitqꝫ nuncios:
dicens ad eos: Ite: cõſulite Beelze
bub deũ Accarõ: vtrũ viuere queã
de infirmitate mea hac. Angelus autẽ domini locutus
eſt ad Eliã Thelbitẽ: dicẽs: Surge: et aſcẽde in occur-
ſum nũcioꝛũ regis Samarię: et dices ad eos: Nũquid
nõ eſt deus in iſrael: vt eatꝭ ad cõſulẽdũ Beelzebub deũ
Accarõ? Quãobꝛẽ: hęc dicit dñs: De lectulo ſuper quẽ
aſcẽdiſti: nõ deſcendes: ſed moꝛte moꝛierꝭ. Et abijt Eli
as: reuerſiqꝫ ſunt nũcij ad Ochoziã. Qui dixit eis: Qua
re reuerſi eſtis? At illi reſpõderũt ei: vir occurrit nobis:
⁊ dixit ad nos: Ite: ⁊ reuertimini ad regẽ qui miſit vos:
et diceris ei: Hęc dicit dominus: Nũquid quia nõ erat B
deus in Iſrael: mittis vt cõſulaꝛ Beelzebub deus Acca-
ron? Idcirco de lectulo ſuper quẽ aſcẽdiſti nõ deſcẽdes
ſed moꝛte moꝛieris. Qui dixit eis: Cuius figurę ⁊ ha-
bitus eſt vir ille: qui occurrit vobis: ⁊ locutus eſt verba
hęc? At illi dixerũt: Uir piloſus: ⁊ zona pellicea accict⁹
renibus. Qui ait: Elias Thelbites eſt. Miſitqꝫ ad eũ
quĩquagenariũ pꝛincipẽ: ⁊ quĩquaginta viros: qui erant
ſub eo. Qui aſcendit ad eũ: ſedentiqꝫ in vertice montis:
ait: Homo dei rex pꝛęcepit: vt deſcẽdas. Reſpõdenſqꝫ
Elias: dixit quinquagenario: Si homo dei ſum: deſcẽ
dat ignis de cęlo: ⁊ deuoꝛet te: ⁊ quinquagita tuos. De-
ſcendit itaqꝫ ignis de cęlo: ⁊ deuoꝛauit eũ: ⁊ quĩquagita
qui erãt cũ eo. Rurſumqꝫ miſit ad eũ pꝛincipẽ quĩqua-
genariũ alterũ: ⁊ quinquagita cũ eo. Qui locutus eſt il-
li: Homo dei: hęc dicit rex: Feſtina: deſcẽde. Reſpõdens C
Elias: ait: Si homo dei ego ſum: deſcẽdat ignis de cę-
lo: ⁊ deuoꝛet te: ⁊ quĩquagita tuos. Deſcẽdit ergo ignꝭ
de cęlo: ⁊ deuoꝛauit illũ: et quinquaginta eius. Iterum
miſit pꝛincipem et quĩquagenarium tertium: et quĩ-
quaginta qui erant cũ eo. Qui cũ veniſſet: curuauit ge-
nua cõtra Eliã et pꝛecatus eſt eũ: ⁊ ait: Homo dei: noli
deſpicere animã meã: ⁊ animas ſeruoꝛũ tuoꝛũ qui mecũ
ſunt. Ecce deſcẽdit ignis de cęlo: ⁊ deuoꝛauit duos pꝛĩ-
cipes quĩquagenarios pꝛimos: ⁊ quĩquagenos qui cum D
eis erãt. Sed nũc obſecro: vt miſerearis animę mee. Lo
cutus eſt aũt angelus domini ad Eliã: dicẽs: Deſcende
cũ eo: ne timeas. Surrexit igiꝛ: ⁊ deſcendit cũ eo ad re-
gẽ: ⁊ locutus eſt ei: Hęc dicit dominus: Quia miſiſti nũ
cios ad cõſulẽdũ Beelzebub deũ Accarõ: q̃ſi nõ eẽt de-
us in Iſrael: a quo poſſet interrogare ſermonẽ: ideo de
lectulo ſuper quẽ aſcẽdiſti: nõ deſcẽdes: ſed moꝛte moꝛi-
eris. Moꝛtuus eſt autẽ iuxta ſermonẽ domini quẽ lo-
cut⁹ eſt Elias: ⁊ regnauit Jorã frater eius pꝛo eo: anno
ſecũdo Jorã filij Joſaphat regis Judę. Non enĩ habe
bat filiũ. Reliqua aũt verboꝛũ Ochozię q̃ opat⁹ ẽ: nõne
hęc ſcripta ſunt in libꝛo ſermonũ dierũ regũ Iſrael. II.

FActũ ẽ aũt: cũ leuare vellet dñs Eliã ꝑ tur- A
binẽ in cęlũ: ibãt Elias et Eliſęus de Galga
lis. Dixitqꝫ Elias ad Eliſeũ: Sede hic: quia
dñs miſit me vſqꝫ ĩ Bethel. Cui ait Eliſęus:
Uiuit dominus: ⁊ viuit aĩa tua: q̃a non derelinquã te.
Cũqꝫ deſcẽdiſſent Bethel: egreſſi ſunt filij ꝓphetarũ: q̃

erant in Bethel ad Eliſeū: et dixerūt ei: Nūquid no-
ſti: q̃a hodie dominus tollet dominū tuum a te? Qui re-
ſpōdit: Et ego noui: Silete. Dixit autē Elias ad Eli-
ſeum: Sede hic: q̃a dominus miſit me in Hiericho. Et
ille ait: Viuit dñs: ⁊ viuit anima tua: quia non derelin-
quā te. Cumq; veniſſent Hiericho: acceſſerūt filij pro-
phetarū: qui erant in Hiericho ad Eliſeū: et dixerūt ei:
B Nunquid noſti: quia dominus hodie tollet dominū tuū
a te? Et ait: Et ego noui: Silete. Dixit aūt ei Elias:
Sede hic: quia dñs miſit me vſq; ad Iordanē. Qui ait:
Viuit dñs: ⁊ viuit aīa tua: q̃a nō derelinquā te. Ierūt
igitur ambo pariter: ⁊ quinquaginta viri de filijs ꝓphe-
tarū ſecuti ſunt eos. Qui et ſteterūt: econtra longe. Illi
autem ambo ſtabāt ſuper Iordanē. Tulitq; Elias pal-
lium ſuū: ⁊ inuoluit illud: ⁊ percuſſit aquas: que diuiſe
ſunt in vtrāq; partē: ⁊ tranſierūt ambo per ſiccū. Cūq;
trāſiſſent: Elias dixit ad Eliſeū: Poſtula quod vis vt
faciam tibi: anteq̃ꝫ tollar a te. Dixitq; Eliſeus: Obſe-
cro: vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit:
Rem difficilem poſtulaſti: Attamē ſi videris me: quan-
do tollar a te: erit tibi quod petiſti: ſi aūt nō videris: nō
eccle.38b erit. Cūq; pergerēt: ⁊ incedētes ſermocinarentur: ecce
currus igneus: ⁊ equi ignei diuiſerūt vtrūq;. Et aſcēdit
Infra.13.c. C Elias ꝑ turbinē in celū. Eliſeus autē videbat ⁊ clama-
bat: Pater mi: pater mi: currus Iſrael ⁊ auriga eius: ⁊
non vidit eū amplius. Apprehenditq; veſtimēta ſua: et
ſcidit illa ī duas ꝑtes. Et leuauit palliū Elie: quod ceci
derat ei. Reuerſuſq; ſtetit ſuper ripā Iordanis: ⁊ pal-
lio Elie quod ceciderat ei: percuſſit aquas: ⁊ nō ſunt di
uiſe. Et dixit: Vbi eſt deus Elie etiā nūc? Percuſſitq;
aquas: et diuiſe ſunt huc: atq; illuc: et trāſijt Eliſeus.
Vidētes aūt filij prophetarū: qui erāt in Hiericho: ecō
tra dixerūt: Requieuit ſpiritus Elie ſuper Eliſeum.
Et veniētes in occurſum eius: adorauerūt eū proni in
terrā: dixerūtq; illi: Ecce cū ſeruis tuis ſunt quīquagīta
viri fortes: qui poſſunt ire: ⁊ querere dominū tuū: ne for
te tulerit eū ſpiritus domini: ⁊ ꝓiecerit eū in vnū mon-
tiū: aut in vnā valliū. Qui ait: Nolite mittere. Coege-
rūtq; eū: donec acquieſceret: ⁊ diceret: Mittite. Et mi-
ſerūt quīquaginta viros. Qui cū queſiſſent: tribus die-
bus nō inuenerūt: Et reuerſi ſunt ad eū. At ille habita-
bat in Hiericho: ⁊ dixit eis: Nūquid nō dixi vobis: noli
D te ire. Dixerūt quoq; viri ciuitatis ad Eliſeū: Ecce ha
bitatio ciuitatis huius optima eſt: ſicut tuipſe dñe pro
ſpicis: ſed aque peſſime ſunt: ⁊ terra ſterilis. At ille ait:
Afferte mihi vas nouū: et mittite in illud ſal. Qđ cum
attuliſſent: egreſſus ad fontē aquarū: miſit in illū ſal: et
ait: Hec dicit dñs: Sanaui aquas has: ⁊ nō erit vltra in
eis mors: neq; ſterilitas. Sanate ſunt ergo aque: vſq; ī
diē hanc: iuxta verbū Eliſei qđ locutus eſt. Aſcēdit au-
tem īde Eliſeus in Bethel. Cūq; aſcēderet ꝑ viā: pu-
eri parui egreſſi ſunt de ciuitate: ⁊ illudebāt ei: dicētes:
Aſcēde calue: aſcēde calue. Qui cū reſpexiſſet: vidit eos:
et maledixit eis in nomine dñi. Egreſſiq; ſunt duo vrſi
de ſaltu: et lacerauerūt ex eis quadragītaduos pueros.
Abijt aūt inde in montē Carmeli: et inde reuerſus eſt
in Samariam. III.

A Oram vero filius Achab regnauit ſuper Iſ-
rael in Samaria: anno decimoctauo Ioſa-
phat regis Iude. Regnauitq; duodecī ānis
et fecit malū corā domino: ſed nō ſicut pater
ſuus et mater. Tulit enī ſtatuas Baal: quas fecerat pa-
ter eius: verūtamē in peccatis Hieroboā filij Nabath:
qui peccare facit iſrael: adheſit: nec receſſit ab eis. Por-
ro Meſa rex Moab: nutriebat pecora multa: ⁊ ſolue-
bat regi iſrael centū millia agnorū: ⁊ centū millia arietū
cū velleribus ſuis. Cūq; mortuus fuiſſet Achab: ꝓuari-
catus eſt fedus: qđ habebat cū rege Iſrael. Egreſſus eſt
igitur rex Iorā in die illa de Samaria: ⁊ recenſuit vni
3 reg.22.a uerſum iſrael: miſitq; ad Ioſaphat regē Iuda: dicens:
Rex moab receſſit a me: veni mecū cōtra eū ad ꝓlium. B
Qui reſpōdit: Aſcēdā. Qui meus ē: tuus ē: populus me-
us: populus tuus: ⁊ eq̃ mei: equi tui. Dixitq;: Per quā
viā aſcēdemus? At ille reſpōdit: Per deſertū Idumee.
Perrexerūt igit̃ rex Iſrael: ⁊ rex Iuda: ⁊ rex Edō: et
circumierūt ꝑ viā ſeptē dierū: nec erat aq̃ exercitui ⁊ iu-
mētis: que ſequebant̃ eos. Dixitq; rex Iſrael: Heu heu
heu: Cōgregauit nos dñs tres reges: vt traderet ī ma-
nu Moab. Et ait Ioſaphat: Eſt ne hic ꝓpheta dñi: vt
deꝑcemur dñm per eū? Et reſpōdit vnus de ſeruis regꝫ
Iſrael: Eſt ne hic Eliſeus filius Saphat: q̃ fundebat aquā
ſuꝑ manus Elie. Et ait Ioſaphat: Eſt apđ eū ſermo dñi
Deſcēditq; ad eū rex iſrael: ⁊ Ioſaphat: ⁊ rex Edō. Dixit
aūt Eliſeus ad regē Iſrael: Quid mihi ⁊ tibi ē? Vade
ad ꝓphetas patrꝫ tui: ⁊ matris tue. Et ait illi rex iſrael: 3.reg.17.a et.18.c.
Quare cōgregauit dñs tres reges hos: vt traderet eos
in manus Moab? Dixitq; ad eū Eliſeus: Viuit dñs ex
ercituū: ī cuius cōſpectu ſto: quod ſi nō vultū Ioſaphat
regis Iude erubeſcerē: nō attēdiſſem quidē te: nec re-
ſpexiſſem. Nūc aūt adducite mihi pſaltē. Cūq; caneret C
pſaltes: facta eſt ſuꝑ eū manus dñi: ⁊ ait: Hec dicit dñs:
Facite alueū torrētis huius foſſas ⁊ foſſas. Hec enī di-
cit dñs: Nō videbitis ventū: neq; pluuiā: ⁊ alueus iſte
replebit̃ aq̃s: ⁊ bibetꝫ vos: ⁊ familie veſtre: ⁊ iumēta ve-
ſtra. Parūq; ē hoc ī cōſpectu dñi: īſuꝑ tradet etiā Mo
ab ī manus veſtras. Et ꝑcutietꝫ omnē ciuitatē munitā ⁊
omnē vrbē electā: ⁊ vniuerſum lignū fructiferū ſuccide-
tꝫ: cūctoſq; fōtes aq̃ꝝ obturabitꝫ: ⁊ omnē agrū egregiū
opietꝫ lapidibus. Factū ē igit̃ mane: q̃ndo ſacrificiū offerri
ſolet ⁊ ecce aque veniebāt ꝑ viā Edō. Et repleta ē terra D
aquis. Vniuerſi aūt Moabite audiētes: ꝙ aſcēdiſſent
tres reges: vt pugnarēt aduerſum eos: conuocauerunt
omes: qui accīcti erāt baltheo deſuꝑ: ⁊ ſteterūt ī termi-
nis. Primoq; mane ſurgentes: et orto iā ſole ex aduerſo
aquarū: viderūt Moabite e cōtra aquas rubras: quaſi
ſanguinē: dixerūtq;: Sāguis gladij ē. Pugnauerūt re
ges cōtra ſe: ⁊ ceſi ſunt mutuo. Nūc perge ad predam
Moab. Perrexerūtq; ī caſtra iſrael. Porro cōſurgēs
Iſrael: ꝑcuſſit Moab: at illi fugerūt corā eis. Venerūt
igit̃ q̃ vicerant: ⁊ ꝑcuſſerunt Moab: ⁊ ciuitates deſtru
xerūt: ⁊ omnē agrū optimū mittētes: ſinguli lapides re
pleuerūt: ⁊ vniuerſos fontes aquarū obturauerūt: ⁊ oīa
ligna fructifera ſucciderūt: ita vt muri tātū fictiles re-
manerēt. Et circūdata eſt ciuitas a fundibularijs: ⁊ ma
gna ex ꝑte ꝑcuſſa. Qđ cū vidiſſet rex Moab: preualuiſ-
ſe ſcilicet hoſtes: tulit ſecū ſeptīgētos viros educētes gla
dios: vt irrūperēt ad regē Edō: ⁊ nō potuerūt. Arri-
piēſq; filiū ſuū primogenitū: q̃ regnaturus erat pro eo: ob
tulit holocauſtum ſuper murum: et facta eſt indigna-
tio magna in Iſrael. Statimq; receſſerunt ab eo: ⁊ re-
uerſi ſunt in terram ſuam. IIII.

A Vlier autē quedā de vxoribus ꝓphetarum
clamabat ad Eliſeum: dicēs: Seruus tuus
vir meus mortuus eſt: ⁊ tu noſti: quia ſeruus
tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit:
vt tollat duos filios meos ad ſeruiēdum ſibi. Cui dixit Infra.eodē
Eliſeus: Quid vis: vt faciā tibi? Dic mihi: q̃d habes in
domo tua? At illa reſpondit: Nō habeo āncilla tua q̃cq̃
in domo mea: niſi parū olei: quo vngar. Cui ait: Vade:
pete mutuo ab omībus vicinis tuis vaſa vacua nō pauca
et īgredere: ⁊ claude oſtiū tuū: cū ītrinſecus fueris tu ⁊
filij tui: ⁊ mitte īde in omīa vaſa hec: ⁊ cū plena fuerint:
tolles. Iuit itaq; mulier: ⁊ clauſit oſtiū ſuꝑ ſe: ⁊ ſuꝑ fili-
os ſuos. Illi offerebāt vaſa: ⁊ illa īfundebat. Cūq; plena
fuiſſent vaſa: dixit ad filiū ſuū: Affer mihi adhuc vas. Et B
ille reſpōdit: Nō habeo. Stetitq; oleū. Venit autē illa:
⁊ īdicauit homini dei. Et ille: Vade: īquit: vēde oleū: et
redde creditori tuo: tu autē ⁊ filij tui viuite de reliq̊.
Facta ē autē quedā dies: ⁊ trāſibat Eliſeus ꝑ Sunam
ciuitatē. Erat autē ibi mulier magna: que tenuit eū: vt

comederet panem. Cumq; frequenter inde tranſiret: di
uertebat ad eam: vt comederet panem. Que dixit ad vi
rum ſuum: Animaduerto ꝙ vir dei ſanctus eſt iſte: qui
tranſit per nos frequẽter. Faciamus ergo ei coenaculũ
paruum: ⁊ ponamus ei in eo lectulũ ⁊ menſam ⁊ ſellam
⁊ candelabrum: vt cum venerit ad nos: maneat ibi. Fa-
cta eſt ergo dies quędam: ⁊ veniens diuertit in coenacu
C lum: ⁊ requieuit ibi. Dixitq; ad Gihezi puerũ ſuũ: Vo-
ca ſunamitem iſtã. Qui cũ vocaſſet eã: ⁊ illa ſtetiſſet co-
ſup. codẽ. ram eo: dixit ad puerũ ſuũ: Loquere ad eam. Ecce ſedu
le in omnib⁹ miniſtraſti nobis: quid vis: vt faciam tibi?
Nunquid habes negociũ: ⁊ vis vt loquar regi: ſiue prin
cipi militię? Quę reſpõdit: In medio ppl'i mei habito: ⁊
ait: Quid ergo vult: vt faciã ei? Dixitq; gihezi: Ne quę-
ras: Filiũ em̃ nõ habet: ⁊ vir ei⁹ ſenex eſt. Precepit itaq;
Geñ. 18. b. vt vocaret eam. Quę cum vocata fuiſſet: ⁊ ſtetiſſet ante
oſtiũ: dixit ad eã: In tẽpore iſto: ⁊ in hac eadẽ hora: ſi vi-
ta comes fuerit: habebis in vtero filiũ. At illa reſpõdit:
Noli q̃ſo dñe mi vir dei: noli mẽtiri ancillę tuę. Et cõce
pit mulier: ⁊ peperit filiũ in tempore: et in hora eadem:
qua dixerat Eliſęus. Creuit aũt puer: ⁊ cum eſſet quę-
dam dies: ⁊ egreſſus eſſet ad patrẽ ſuũ: et ad meſſores:
D ait patri ſuo: Caput meũ doleo: caput meũ doleo. At il
le dixit puero: Tolle: ⁊ duc eũ ad matrẽ ſuã. Qui cũ tu-
liſſet: ⁊ duxiſſet eũ ad matrem ſuã: poſuit eũ illa ſup ge-
nua ſua vſq; ad meridiẽ: ⁊ mortu⁹ eſt. Aſcẽdit aũt ⁊ col-
locauit eũ ſup lectulũ hoĩs dei: ⁊ clauſit oſtiũ: et egreſſa
vocauit virũ ſuũ: ⁊ ait: Mitte mecũ obſecro vnũ de pue
ris: et aſinam: vt excurrã vſq; ad hoĩem dei: et reuertar.
Qui ait illi: Quã ob cauſaʒ vadis ad eũ? Hodie nõ ſunt
calẽdę: neq; ſabbatũ. Quę reſpondit: Vadã. Strauitq;
aſinã: ⁊ pręcepit puero: Mina ⁊ ꝓpera: ne mihi moram
Infra. 5. f. facias in eũdo: ⁊ hoc age quod pręcipio tibi. Profecta
eſt igit̃: ⁊ venit ad virũ dei in montẽ Carmeli. Cũq; vi-
diſſet eã vir dei corã: ait ad Gihezi puerũ ſuũ: Ecce ſuna-
mitis illa: vade ergo ĩ occurſum eius: ⁊ dic ei: Recte ne
E agitur circa te: ⁊ circa virũ tuũ: ⁊ circa filiũ tuũ? Quę re
ſpõdit: Recte. Cũq; veniſſet ad virũ dei ĩ montẽ: appre
hẽdit pedes ei⁹: ⁊ acceſſit gihezi: vt amoueret eã. Et ait
homo dei: Dimitte illã. Aĩa em̃ ei⁹ in amaritudine eſt: ⁊
dñs celauit a me: ⁊ nõ ĩdicauit mihi. Quę dixit illi: Nũ
Infra. 9. a. quid petiui filiũ a dño meo? Nunq̃d nõ dixi tibi: ne illu
das me? Et ille ait ad gihezi: Accinge lũbos tuos: ⁊ tol-
le baculũ meũ ĩ manu tua: ⁊ vade. Si occurrerit tibi ho
mo: nõ ſalutes eũ: ⁊ ſi ſalutauerit te q̃ſpiã: nõ reſpõdeas
illi: ⁊ pones baculũ meũ ſuper faciẽ pueri. Porro mater
pueri ait: Viuit domin⁹: et viuit aĩa tua: nõ dimittã te.
Surrexit ergo: ⁊ ſecutus eſt eaʒ. Gihezi aũt pręceſſerat
ante eos: ⁊ poſuerat baculũ ſuper faciẽ pueri: ⁊ non erat
vox: neq; ſenſus. Reuerſuſq; eſt in occurſum eius: ⁊ nũ-
F ciauit ei: dicens: Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo
Eliſeus domũ. Et ecce puer mortuus iacebat in lectu-
3 reg. 18. d lo eius. Ingreſſuſq; clauſit oſtiũ ſuper ſe: ⁊ ſuper puerũ:
actu. 29. c ⁊ orauit ad dñm. Et aſcẽdit: ⁊ incubuit ſuper puerum:
poſuitq; os ſuũ ſuper os eius: ⁊ oculos ſuos ſup oculos
eius: ⁊ manus ſuas ſuper manus eius: ⁊ incuruauit ſe ſu
per eũ: ⁊ calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus deam-
bulabat in domo ſemel huc atq; illuc: ⁊ aſcendit: ⁊ incu-
buit ſuper eũ. Et oſcitauit puer ſepties: aperuitq; ocu-
los. Et ille vocauit Gihezi: ⁊ dixit ei: Voca Sunamitẽ
hanc. Quę vocata ingreſſa eſt ad eum. Qui ait: Tolle fi
liũ tuũ. Venit illa: ⁊ corruit ad pedes eius: et adorauit
ſuper terrã. Tulitq; filiũ ſuum: ⁊ egreſſa eſt: et Eliſeus
Infra. 8. a. Luc. 7. b. reuerſus eſt in Galgala. Erat aũt fames in terra: et filij
prophetarũ habitabant coram eo: dixitq; vni de pueris
ſuis: Pone ollam grãdẽ: et coque pulmentũ filijs pro-
G phetarum. Et egreſſus eſt vnus in agrũ: vt colligeret
herbas agreſtes. Inuenitq; quaſi vitem ſylueſtrẽ: ⁊ col-
legit ex ea coloquintidas agri: ⁊ impleuit pallium ſuũ:
et reuerſus concidit in ollam pulmenti. Neſciebat em̃
quid eſſet. Infuderũt ergo socijs: vt comederent. Cũq;
guſtaſſent de coctione: exclamauerunt dicentes: Mors
in olla vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Af-
ferte: inquit: farinã. Cumq; tuliſſent: miſit in ollam: et
ait: Infunde turbę: vt comedant. Et non fuit amplius
quicꝙ amaritudinis in olla. Vir autẽ quidam venit de
Baalſaliſa deferens viro dei panes primitiarũ: ⁊ vigin-
ti panes hordeaceos: ⁊ frumentum nouum in pera ſua.
At ille dixit: Da populo: vt comedat. Reſpõditq; ei mi
niſter eius: Quantũ eſt hoc: vt apponam coram cẽtum
viris? Rurſum ille ait: Da populo: vt comedat. Hęc
enim dicit dominus: Comedent: et ſupererit. Poſuit
itaq; coram eis. Qui comederunt: ⁊ ſuperfuit iuxta ver
bum domini.
V.

Naaman princeps militię regis Syrię: erat A
vir magnus apud dominum ſuum: ⁊ honora
tus. Per illuʒ enim dedit dominus ſalutem
Syrię. Erat autem vir fortis ⁊ diues: ſed le-
proſus. Porro de Syria egreſſi fuerant latrunculi: et
captiuã duxerant de terra Iſrael puellam paruulã: quę
erat in obſequio vxoris Naaman: quę ait ad dominam
ſuã: Vtinã fuiſſet dominus meus ad ꝓphetã: qui eſt in B
Samaria: profecto curaſſet eũ a lepra: quã habet. In-
greſſus eſt itaq; ad Naaman dominum ſuũ: et nũciauit
ei: dicẽs: Sic ⁊ ſic locuta eſt puella de terra Iſrael. Di-
xitq; ei rex Syrię: Vade: ⁊ mittã literas ad regẽ iſrael.
Qui cuʒ profectus eſſet: ⁊ tuliſſet ſecũ decem talenta ar
genti: ⁊ ſex millia aureos: ⁊ decẽ mutatoria veſtimento-
rum: detulit literas ad regem Iſrael: in hęc verba: Cũ
acceperis epiſtolã hanc: ſcito ꝙ miſerim ad te Naaman
ſeruum meũ: vt cures eum a lepra ſua. Cũq; legiſſet rex
iſrael literas: ſcidit veſtimẽta ſua: ⁊ ait: Nunq̃d de⁹ ego Deu. 32. f.
ſum: vt occidere poſſim: ⁊ viuificare: q̃a iſte miſit ad me:
vt curẽ hoĩeʒ a lepra ſua? Animaduertite: ⁊ videte quot
occaſiones quęrat aduerſum me. Quod cũ audiſſet Eli
ſeus vir dei: ſcidiſſe videlicet regẽ Iſrael veſtimẽta ſua:
miſit ad eũ dicẽs: Quare ſcidiſti veſtimẽta tua? Veniat C
ad me: ⁊ ſciat eſſe ꝓphetã ĩ Iſrael. Venit ergo naaman
cũ equis ⁊ curribus: ⁊ ſtetit ad oſtiũ domus Eliſei. Mi
ſitq; ad eũ Eliſeus nũciũ: dicẽs: Vade: ⁊ lauare ſepties
in iordane: ⁊ recipiet ſanitatẽ caro tua: atq; mũdaberis.
Iratus Naaman recedebat: dicẽs: Putabã ꝙ egrede-
retur ad me: ⁊ ſtans inuocaret nomen domini dei ſui: et
tangeret manu ſua locũ lepre: ⁊ curaret me. Nunq̃d nõ
meliores ſunt abana ⁊ pharfar fluuij damaſci omnibus
aquis Iſrael: vt lauer in eis: ⁊ munder? Cũ ergo vertiſ D
ſet ſe: ⁊ abiret indignans: acceſſerũt ad eũ ſerui ſui: ⁊ lo-
cuti ſunt ei: Pater: ⁊ ſi rem grãdẽ dixiſſet tibi ꝓpheta:
certe facere debueras: quãto magis q̃a nũc dixit tibi: la-
uare: ⁊ mũdaberis. Deſcẽdit: ⁊ lauit ſepties in iordane Luce. 4. c.
iuxta ſermonẽ viri dei: ⁊ reſtituta eſt caro ei⁹: ſicut caro
pueri paruuli: ⁊ mũdatus eſt. Reuerſuſq; ad viꝛ dei cũ
vniuerſo comitatu ſuo: venit: ⁊ ſtetit corã eo: ⁊ ait: Ve-
re ſcio: ꝙ non ſit alius deus in vniuerſa terra: niſi tantũ
in Iſrael. Obſecro itaq;: vt accipias benedictionẽ a ſer- E
uo tuo. At ille reſpõdit: Viuit dominus ante quem ſto:
quia nõ accipiã. Cũq; vim faceret: penitus nõ acq̃euit.
Dixitq; naaman: Ut vis. Sed obſecro cõcede mihi ſer-
uo tuo: vt tollã onus duoꝛ burdonũ de terra. Nõ em̃ fa-
ciet vltra ſeru⁹ tu⁹ holocauſtũ: aut victimã dijs alienis:
niſi dño. Hoc aũt ſolũ eſt: de quo depꝯceris dñm ꝓ ſeruo
tuo: quãdo ingredief̃ dñs meus tẽplũ Rẽmon: vt ado-
ret: ⁊ illo innitẽte ſuper manũ meã: ſi adorauero in tem
plo Rẽmon: adorante eo in eodẽ loco: vt ignoſcat mihi
dñs ſeruo tuo ꝓ hac re. Qui dixit ei: Vade ĩ pace. Abijt
ergo ab eo electo tẽpore. Dixitq; Gihezi puer viri dei:
Pepcit dñs me⁹ naaman ſyro iſti: vt nõ acciperet ab eo F
q̃ attulit. Viuit dñs: q̃a currã poſt eũ: ⁊ accipiã ab eo ali
q̃d. Et ſecut⁹ eſt gihezi poſt tergũ naamã. Quẽ cũ vidiſ
ſet ille currentẽ ad ſe: deſilijt de curru in occurſum ei⁹: ⁊

ait: Recte ne ſunt oĩa? Et ille ait: Recte. Dominꝰ meꝰ
miſit me ad te: dicens: Modo venerunt ad me duo ado
leſcẽtes de mõte Ephꝛaim ex filijs pꝛophetarũ: da eis
talentũ argenti: ⁊ veſtes mutatoꝛias duplices. Dixitqꝫ
ſupꝛa.4.d Naaman: Meliꝰ eſt: vt accipias duo talẽta. Et coegit
eũ: ligauitqꝫ duo talẽta argẽti ĩ duobꝰ ſaccis: ⁊ duplica-
B ta veſtimẽta: ⁊ ĩpoſuit duobꝰ puerꝭ ſuis: q̃ et poꝛtauerũt
coꝛam eo. Cũqꝫ veniſſet iã veſperi: tulit de manu eoꝛũ: ⁊
repoſuit in domo: dimiſitqꝫ viros: ⁊ abierũt: ipſe autem
ingreſſus: ſtetit coꝛã domino ſuo. Et dixit Eliſeus: Un
de venis gihezi? Qui reſpõdit: Nõ iuit ſeruꝰ tuꝰ q̃quã.
At ille ait: Nõne coꝛ meũ in pꝛęſenti erat: quãdo reuer-
ſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nũc igiť ac-
cepiſti argẽtum: ⁊ accepiſti veſtes: vt emas oliueta et vi-
neas ⁊ oues et boues et ſeruos et ancillas. Sed et lepꝛa
Naaman adhęrebit tibi: ⁊ ſemini tuo vſqꝫ in ſempiter-
num. Et egreſſus eſt quaſi nix ab eo lepꝛoſus. VI.
A Dixerũt aũt filij ꝓphetarũ ad Eliſeũ: Ecce lo
cus: in quo habitamus coꝛam te: anguſtꝰ eſt
nobis. Eamus vſqꝫ ad Joꝛdanẽ: ⁊ tollãt ſin-
guli de ſylua materias ſingulas: vt ędificemꝰ
nobis ibi locũ ad habitandũ. Qui dixit: Jte. Et ait vnꝰ
ex illis: Ueni ergo et tu cũ ſeruis tuis. Reſpõdit: Ego
veniã. Et abijt cũ eis. Cũqꝫ veniſſent ad Joꝛdanẽ: cęde
bãt ligna. Accidit aũt: vt cũ vnꝰ materiã ſuccidiſſet: ca-
deret ferrũ ſecuris ĩ aquã. Exclamauitqꝫ ille: ⁊ ait: Heu
heu heu dñe mi: ⁊ hoc ipſum mutuo acceperã. Dixit aũt
B homo dei: Ubi cecidit? At ille mõſtrauit ei locum: pꝛęci
dit ꝗ lignũ: ⁊ miſit illuc: natauitqꝫ ferrum: ⁊ ait: Tolle.
Qui extẽdit manũ: ⁊ tulit illud. Rex aũt Syꝛię pugna
bat cõtra Jſrael: cõſiliũqꝫ inijt cũ ſeruis ſuis: dicẽs: Jn
loco illo ⁊ illo ponamus inſidias. Miſit itaqꝫ vir dei ad
regẽ Jſrael: dicẽs: Caue ne tranſeas in locũ illum: quia
ibi Syꝛi in inſidijs ſunt. Miſit itaqꝫ rex iſrael ad locũ:
quẽ dixerat ei vir dei: ⁊ pꝛęoccupauit eũ: ⁊ obſeruauit ſe
ibi: non ſemel neqꝫ bis. Conturbatũqꝫ eſt coꝛ regis ſyꝛię
pꝛo hac re: ⁊ conuocatis ſeruis ſuis: ait: Quare nõ indi-
C catis mihi: quis pꝛoditoꝛ mei ſit apud regem iſrael? Di
xitqꝫ vnus ſeruoꝛum eius: Nequaq̃ dñe mi rex: ſed Eli-
1.reg.22.b ſeus ꝓpheta: qui eſt in Jſrael: indicat regi Jſrael omnia
verba: quęcunqꝫ locutus fueris in conclaui tuo. Dixitqꝫ
eis: Jte ⁊ videte vbi ſit: vt mittã ⁊ capiam eum. Annun
ciauerunt ei: dicẽtes: Ecce in Dothaim. Miſit ergo il-
luc eq̃s ⁊ currus: ⁊ robur exercitꝰ. Qui cũ veniſſent no-
cte circũdederunt ciuitatẽ. Cõſurgẽs aũt diluculo mi-
niſter viri dei: egreſſus eſt: viditqꝫ exercitum in circuitu
ciuitatis: ⁊ equos: ⁊ currus. Nũciauitqꝫ ei: dicẽs: Heu
heu heu dñe mi: quid faciemus? At ille reſpõdit: Noli ti
mere. Plures enim nobiſcuꝫ ſunt: q̃ cum illis. Cumqꝫ
D oꝛaſſet Eliſeus: ait: Domine aperi oculos pueri huiꝰ: vt
2par.32.b videat. Et aperuit dominꝰ oculos pueri: ⁊ vidit: et ecce
mons plenus equoꝛũ: ⁊ curruum igneoꝛum in circuitu
Eliſei. Hoſtes vero deſcenderunt ad eum. Poꝛro Eli
ſeus oꝛauit ad dominũ: dicens: Percute obſecro gentẽ
Gene.19. hãc cęcitate. Percuſſitqꝫ eos dominꝰ: ne viderẽt: iuxta
verbũ Eliſei. Dixit aũt ad eos Eliſeus: Nõ eſt hęc via:
neqꝫ iſta eſt ciuitas. Sequimini me: ⁊ oſtẽdam vobis vi-
rum quem quęritis. Duxit ergo eos ĩ Samariã. Cũqꝫ
ingreſſi fuiſſent in Samariam: dixit Eliſeus: Domine
E aperi oculos iſtoꝛũ: vt videãt. Aperuitqꝫ dominus ocu
los eoꝝ: ⁊ viderunt ſe eſſe in medio ſamarię. Dixitqꝫ rex
Jſrael ad Eliſeum: cum vidiſſet eos: Nunquid percu-
tiam eos pater mi? Et ille ait: Nõ percuties. Neqꝫ em̃
cepiſti eos gladio: ⁊ arcu tuo: vt percutias: ſed pone pa-
nem ⁊ aquam coꝛam eis: vt comedãt ⁊ bibant: et vadãt
ad dominum ſuum. Appoſitaqꝫ eſt eis ciboꝛum magna
F pꝛęparatio: ⁊ comederunt ⁊ biberũt: ⁊ dimiſit eos: abie
runtqꝫ ad dominum ſuum. Et vltra non venerunt la-
trones Syꝛię in terram Jſrael. Factum eſt autem poſt
hęc: congregauit Benadad rex Syꝛię vniuerſum exer-
citum ſuũ: ⁊ aſcẽdit: ⁊ obſidebat Samariã. Factaqꝫ eſt
fames magna in Samaria: ⁊ tãdiu obſeſſa eſt: donec ve
nundaretur caput aſini octoginta argenteis: et quarta
pars cabi ſtercoꝛis columbarũ quinqꝫ argenteis. Cũqꝫ
rex Jſrael trãſiret per murũ: mulier quędã exclamauit
ad eum: dicẽs: Salua me dñe mi rex. Qui ait: Nõ: te ſal 9.reg.4.a
uet dñs: vnde te poſſuꝫ ſaluare: de area vel de toꝛculari?
Dixitqꝫ ad eam rex: Quid tibi vis? Quę reſpõdit: Mu Treñ.4.d
lier iſta dixit mihi: Da filiũ tuũ: vt comedamꝰ eũ hodie:
ędificare domum nomini meo: tanto effuſo ſanguine co
ram me. Fili⁹ qui naſcetur tibi: erit vir quietiſſimus. Fa
ciam enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis p

circũitũ:⁊ ob hãc cauſam pacificus vocabit̃:⁊ pacem: et
ociũ dabo in iſrael cũctis diebus eis. Ipſe edificabit do
C mũ nomini meo: ⁊ ipſe erit mihi in filiũ:et ego ero illi in
patrẽ: firmaboq; ſoliũ regni eius ſup iſrael in eternum.
Nũc ergo fili mi:ſit dñs tecũ :⁊ proſperare:⁊ edifica do
mũ dño deo tuo:ſicut locutꝰ eſt de te.Det quoq; tibi do
minus prudentiã ⁊ ſenſum:vt regere poſſis iſrael:et cu
ſtodire legẽ dñi dei tui. Tũc eñi ꝑficere poteris:ſi cuſto
dieris mãdata:⁊ iudicia ꝗ precepit dñs Moyſi:vt doce
ret iſrael. Cõfortare:⁊ viriliter age:ne timeas:neq; pa
ueas.Ecce ego in paupertatula mea preparaui impen
ſas domus dñi:auri talenta centũ millia:et argẽti mille
D millia talentorũ:eris vero:et ferri nõ eſt pondus:vincit̃
eñi numerꝰ magnitudine. Ligna et lapides ꝑparaui ad
vniuerſa impendia. Habes q̃q; plurimos artifices:lato
mos et cemẽtarios: artificeſq; lignorũ:et oĩm artiũ ad
faciẽdũ opus:prudẽtiſſimos ĩ auro ⁊ argẽto ⁊ ere et fer
ro:cuius non eſt numerus. Surge igit̃:⁊ fac:⁊ erit dñs
tecũ. Precepit q̃q; dauid cũctis prĩcipibus iſrael:vt ad
iuuarent Salomonẽ filiũ ſuũ. Cernitis:inquiẽs:ꝙ dñs
deus veſter vobiſcum ſit: ⁊ dederit vobis requiẽ ꝑ circui
heb.q: tradidit habitatores terrae in manu mea tũ:*⁊ tradiderit oẽs inimicos veſtros in manus veſtras
⁊ ſubiecta ſit terra corã dño:⁊ corã populo eius. Prebe
te igit̃ corda veſtra ⁊ aĩas veſtras: vt queratis dñm deũ
veſtrũ:⁊ conſurgite ⁊ edificate ſanctuariũ dño deo: vt in
troducatur arca foederis dñi:et vaſa dño cõſecrata ĩ do
mum: que edificatur nomini dñi. XXIII.
A Igitur dauid ſenex ⁊ plenus dierũ:regẽ cõſti
tuit ſalomonẽ filiũ ſuũ ſup iſrael:⁊ congrega
uit oẽs principes iſrael:⁊ ſacerdotes atq; leui
tas. Numeratiq; ſunt leuite a viginti annis:
⁊ ſupra:⁊ inuenta ſunt trigitaocto millia viroꝝ. Ex his
electi ſunt:⁊ diſtributi in miniſteriũ domus dñi viginti
quatuor millia:ꝑpoſitorũ aũt:⁊ iudicũ ſex millia. Por
ro q̃tuor millia ianitores:⁊ totidẽ pſaltes canẽtes dño ĩ
organis:que fecerat ad canẽdũ:⁊ diſtribuit eos dauid ꝑ
vices filiorũ leui:gerſon videlicet:⁊ caath:⁊ merari. Fi
lij gerſon:laadan:⁊ ſemei. Filij laadan principes iehiel:
⁊ zetham:⁊ ioel tres. Filij ſemei:Salomith et Haziel et
aran tres. Iſti principes familiarũ laadan. Porro Filij
ſemei iahath ⁊ ziza:⁊ iaus ⁊ baria. Iſti filij ſemei quatu
B or. Erat aũt Iaath prior:Ziza ſecũdus. Porro iaus et
baria nõ habuerũt plurimos filios:et idcirco ĩ vna fami
lia vnaq; domo cõputati ſunt. Filij caath: amrã ⁊ iſaar:
hebron ⁊ Aziel quatuor. Filij amram:Aaron:⁊ moyſes.
ſupra 6. a Separatuſq; eſt aaron:vt miniſtraret in ſancta ſanctoꝝ
Exod. 6. a ipſe ⁊ filij eius in ſempiternũ:⁊ adoleret incẽſum dño ſe
cundũ ritũ ſuũ: ac benediceret nomini eius in ſempiter
nũ. Moyſi quoq; hoĩs dei filij annumerati ſunt in tri
Exod. 20. bu leui. Filij moyſi:gerſom et Eliezer. Filij gerſom:ſubu
hel primus. Fuerũt aũt filij eliezer:rohabia primus:⁊ nõ
erãt Eliezer filij alij. Porro filij Rohabia multiplicati
C ſunt nimis. Filij iſaar: Salomith primus. Filij hebron:
ieriahu primꝰ:amarias ſecũdus: iahaziel tertiꝰ: iecmaã
quartus. Filij Aziel:micha primus: Ieſia ſecundus. Fi
lij merari:mahali et Muſi. Filij Mahali:eleazar et cis.
Mortuꝰ eſt aũt eleazar:⁊ nõ habuit filios:ſed filias:ac
ceperũtq; eas filij Cis fratres earũ. Filij muſi:mahali et
eder ⁊ Ierimuth tres. Hi filij leui in cognatiõibus ⁊ fa
milijs ſuis:principes ꝑ vices:⁊ numerũ capitũ ſingulo
rũ:ꝗ faciebãt opa miniſterij domus dñi a viginti annis:
et ſupra. Dixit eñi dauid: Requiẽ dedit dñs deus iſrael
populo ſuo:⁊ habitationẽ Ieruſalem vſq; in eternũ:nec
D erit officij leuitarũ: vt vltra portẽt tabernaculũ:⁊ oĩa va
ſa eius ad miniſtrãdũ. Iuxta precepta q̃q; dauid nouiſ
ſima ſupputabit̃ numerus filioꝝ leui a vigĩti annis et ſu
pra: et erũt ſub manu filiorũ aaron in cultũ domus dñi:
in veſtibulis ⁊ in exedris:⁊ ĩ loco purificationis:⁊ in ſan
ctuario ⁊ in vniuerſis opibus miniſterij templi dñi: Sa
cerdotes aũt ſup panes ꝓpoſitiõis:⁊ ad ſimile ſacrifici
um:⁊ ad lagana ⁊ azymã ⁊ ſartaginẽ:⁊ ad torrendũ:⁊ ſu
per oẽ pondus atq; menſurã. Leuite vero: vt ſtent ma
ne ad cõfitendũ:⁊ canendũ dño:ſimiliterq; ad veſperam
tã in oblatiõe holocauſtorũ dñi:ꝙ in ſabbatis et calẽdis
⁊ ſolennitatibꝰ reliquis iuxta numerũ ⁊ ceremonias vni
uſcuiuſq; rei iugiter corã dño:⁊ cuſtodiãt obſeruatiões
tabernaculi foederꝭ:⁊ ritũ ſanctuarij:⁊ obſeruationẽ fi
liorũ aaron fratrũ ſuorũ: vt miniſtrent in domo domini
Porro filijs Aaron he partitiões XXIIII. A
erãt. Filij aaron nadab ⁊ abiu ⁊ eleazar ⁊ itha
mar. Mortui ſunt aũt nadab ⁊ abiu ante pa
trẽ ſuũ abſq; liberis:ſacerdotioq; functus eſt
Eleazar ⁊ ithamar. Et diuiſit eos dauid:id eſt: Sadoc
de filijs eleazari:et achimelech de filijs ithamar ſecundũ
vices ſuas ⁊ miniſteriũ: inuẽtiq; ſunt multo plures filij
eleazar in principibus viris:ꝙ filij ithamar. Diuiſit aũt
eis:hoc eſt filijs eleazar principes ꝑ familias ſedecim: et
filijs ithamar ꝑ familias ⁊ domos ſuas octo. Porro di
uiſit vtraſq; inter ſe: ⁊ familias ſortibus. Erãt enim prĩ B
cipes ſanctuarij:⁊ principes domus dei tã de filijs elea
zar ꝙ de filijs Ithamar. Deſcripſitq; eos ſemeias filius
nathanael ſcriba leuites corã rege ⁊ prĩcipibus: ⁊ ſadoc
ſacerdote:⁊ abimelech filio abiathar:prĩcipibꝰ q̃q; fami
liaꝝ ſacerdotaliũ ⁊ leuiticarũ vnã domũ:que ceteris p̃
erat:eleazar:⁊ alterã domũ: que ſub ſe habebat ceteros:
ithamar. Exiuit aũt ſors prima ioiarib:ſecunda iedaie:
tertia arim:quarta Seorim:quinta melchia: ſexta mia
min:ſeptima Accos:octauo abia:nona ieſu:decima ſe C
chania:vndecima Eliaſib:duodecima iacim: tredecima
hupha:decimaquarta iſbaab:decimaquĩta belga: deci
maſexta emmer:decimaſeptima hezir:decimaoctaua ha
phſes:decimanona pathahaia: viceſima ezechiel: viceſi
maprima iachin: viceſimaſecũda gamul:viceſimatertia
dilaiahu:viceſimaquarta maaziahu. He vices eorũ ſecũ
dũ miniſteria ſua: vt ingrediant̃ domũ dei:et iuxta ritũ
ſuũ ſub manu aaron patris eorũ: ſicut precepit dñs deꝰ
iſrael. Porro filiorũ leui: ꝗ reliqui fuerãt de filijs amrã
erat ſubuhel:⁊ de filijs ſubuhel:iehdeiahu:ꝺ filijs q̃q; ro
habie prĩceps Ieſias:iſaaris vero filiꝰ ſalemoth:filiuſq;
ſalemoth iahath. Filiuſq; eius ieriahu primꝰ:amarias ſe
cũdus:iahaziel tertius:iecameã quartus. Filiꝰ vziel mi D
cha:filius micha ſamir:frater micha ieſia: filiuſq; ieſie za
charias filij merari:mahali ⁊ muſi: filius iaaziahubeno:
filij q̃q; merari Iaaziahubeno ⁊ ſoem ⁊ ſachur ⁊ Hebri.
Porro mahali filius eleazar ꝗ nõ habebat liberos. Filiꝰ
vo cis ierahmel filij muſi:mahali:eder et ierimoth. Iſti
filij leui ſecundũ domos familiarũ ſuarũ. Miſeruntq; ⁊
ipſi ſortes cõtra fratres ſuos:filios aaron corã dauid re
ge ⁊ ſadoc ⁊ achimelech principibꝰ familiaꝝ ſacerdotali
um ⁊ leuiticarũ: tã maiores ꝙ minores : oẽs ſors equali
ter diuidebat. XXV.
A Igit̃ dauid et magiſtratus exercitus ſegrega
uerũt in miniſteriũ filios aſaph ⁊ heman ⁊ idi
thun ꝗ prophetarẽt in pſalterijs ⁊ citharis ⁊
cymbalis ſecũdũ numerũ ſuũ dedicato ſibi of
ficio ſeruientes. De filijs aſaph zachur ⁊ ioſeph ⁊ natha
nia:⁊ aſarela filij aſaph ſub manu aſaph ꝓphetãtes iuxta
B regẽ. Porro idithun:filij idithũ godolias: ſari:ieſaias
⁊ haſabias ⁊ mathathias ſex ſub manu patris ſui idithũ
q̃in cithara ꝓphetabat ſup cõfitẽtes ⁊ laudantes dñm.
Heman q̃q; filij hemã:bocciahu:mathania: vziel:ſubuel
⁊ ierimoth:hananias:hanani:Eliatha:gedalthi ⁊ romã
thi ezer ioſ baccaſa:mellothi:othir:mahazioth. Oẽs iſti
filij heman vidẽtis regis ĩ ſermonibꝰ dei vt exaltaret cor
nu. Deditq; deꝰ heman filios q̃tuordecim ⁊ filias tres.
Vniuerſi ſub manu patrꝭ ſui ad cãtandũ in tẽplo dñi di
ſtributi erãt in cymbalis ⁊ pſalterijs ⁊ citharis in mini
ſteria domus dñi iuxta regẽ:aſaph videlicet ⁊ idithun ⁊
heman. Fuit aũt numerus eorũ cũ fratribꝰ ſuis ꝗ erudie
C bãt canticũ dñi cuncti doctores ducẽtioctogintaocto.

Miſerūtqꝫ ſortes ꝑ vices ſuas: ex equo tā maior ꝙ mi-
nor: doctus pariter ⁊ īdoctus. Egreſſaqꝫ eſt ſors prima
ioſeph ꝗ erat de aſaph. Secūda godolię: ipſi ⁊ filijs eiꝰ ⁊
fratribus eius duodecim. Tertia zachur filijs ⁊ fratribꝰ
eius duodecim. Quarta iſari filijs ⁊ fratribus eius duo
decim. Quinta nathanię filijs ⁊ fratribꝰ eius duodecim
Sexta bocciahu filijs ⁊ fratribꝰ eius duodecim. Septi-
ma iſarela filijs ⁊ fratribus eiꝰ duodecim. Octaua ieſaię
filijs ⁊ fratribꝰ eius duodecim. Nona mathanię filijs ⁊
D fratribꝰ eius duodecim. Decima ſemeię filijs ⁊ fratribꝰ
eius duodecim. Undecima azarael filijs ⁊ fratribus eiꝰ
duodecim. Duodecima haſabię filijs ⁊ fratibus eiꝰ duo
decim. Tredecima ſubuel filijs ⁊ fratribus eius duode-
cim. Quartadecima mathathię filijs ⁊ fratribꝰ eiꝰ duo
decim. Quītadecima ierimoth filijs ⁊ fratribus eiꝰ duo
decim. Sextadecima hananię filijs et fratribꝰ eius duo
decim. Septimadecima ioſ baccaſę filijs et fratribus ei
us duodecim. Octauadecima hanani filijs ⁊ fratribꝰ ei
us duodecim. Nonadecima mellothi filijs ⁊ fratribꝰ ei
us duodecim. Uiceſima eliatha filijs ⁊ fratribus eiꝰ duo
decim. Uiceſimaprima othir filijs ⁊ fratribus eius duo
decim. Uiceſimasecūda goddalthi filijs et fratribus eiꝰ
duodecim. Uiceſimatertia mahazioth filijs ⁊ fratribꝰ ei
us duodecim. Uiceſimaqr̄ta romanthi ezer filijs et fra
tribus eius duodecim. XXVI.

A Diuiſiões aūt ianitorꝫ de chorit̄ meſellemia: fi
lius chore: de filijs aſaph. Filię meſellemię za-
charias primogenitꝰ: iadiael ſecūdus: zabadi
as tertius: iathniel qr̄tus: elam quītus: iohā
nan ſextus: elioenai ſeptimus. Filij aūt obededō ſemias
primogenitus: iozabad ſecūdus: ioah tertius: ſachar qr̄
tus: nathanael q̄ntus: amiel sextꝰ: iſaſchar ſeptimꝰ: pol-
lathai octauꝰ: q̄a bn̄dixit illi dn̄s. Semeię aūt filio eius
nati ſunt filij ꝑfecti familiarū ſuarū: erant enī viri fortiſ
B ſimi. Filij ergo ſemeia othni ⁊ raphael ⁊ obed elſachar ⁊
fratres eiꝰ viri fortiſſimi: eliu qꝫ et ſamachias. Oēs hi
de filijs obededō: ipſi ⁊ filij ⁊ frēs eorꝫ fortiſſimi ad mini
ſtrādū ſexagītaduo de obededō. Porro meſellemię filij:
⁊ fratres eorꝫ robuſtiſſimi decē ⁊ octo: de hoſa aūt: id eſt
de filijs merari ſemri ꝓnceps. Non enī habuerat primo
genitū: ⁊ idcirco poſuerat eū pater eiꝰ in principē: helchi
as ſcdōs: tabellias tertius: zacharias qr̄tus. Oēs hi filij ⁊
frēs hoſa tredecim. Hi diuiſi ſunt in ianitores: vt ſemꝑ
ꝓncipes cuſtodiarꝫ: ſicut ⁊ fratres eorū miniſtrarēt ī do-
mo dn̄i. Miſſę ſunt ergo ſortes ex equo: ⁊ paruis et ma
gnis ꝑ familias ſuas ī vnāquāqꝫ portarū. Cecidit ergo
ſors orīētalis ſelemię. Porro zacharię filio eiꝰ viro pru
dētiſſimo: ⁊ erudito ſortito obtigit plaga ſeptētrionał.
Obededō vero ⁊ filij eiꝰ ad auſtrū: in q̄ parte domꝰ erat
ſeniorū cōſiliū. Suphim ⁊ hoſa ad occidētē iuxta portā:
C q̄ ducit ad viā aſcenſiōis: cuſtodia ꝯtra cuſtodiā. Ad ori
entē vero leuitę ſex: ⁊ ad aquilonē quatuor ꝑ diē: atqꝫ ad
meridiē ſimiliter ī die quatuor: et vbi erat cōciliū bini et
bini. In cellulis qꝫ ianitorū ad occidentē q̄tuor in via:
biniqꝫ ꝑ cellulas. Ad ſeptētrionē vero: ⁊ meridiē: quater
ni ꝑ dies ſingulos mutabant̄: ⁊ ad baſilicā cōcilij ad oc-
cidentē bini: habentes ſubiectos alios ī via: biniqꝫ ꝑ cel-
lulas. Hę ſunt diuiſiōes ianitorū filiorū chore: ⁊ merari
Porro achias erat ſuꝑ theſauros domꝰ dn̄i: ⁊ vaſa ſan-
ctorū. Filij qꝫ laadā: filij gerſoni. De laadā ꝓncipes fa-
miliarꝫ laadā ⁊ gerſoni iehieli. Filij iehieli zathā: ⁊ ioel fra
tres eius ſuꝑ theſauros domus dn̄i amramit̄ ⁊ iſaarit̄
⁊ hebronitis ⁊ ozihelitis. Sabuhel aūt filius gerſon: filij
moyſi ꝑpoſitus theſaur̄. Frater qꝫ eiꝰ eliezer: cuius fi
lius rahabia: ⁊ huius filius eſaias: ⁊ huius filius iorā: hu
D ius qꝫ filius zechri ⁊ huiꝰ filiꝰ ſelomith. Ipſe ſelomith:
⁊ frēs eius ſuꝑ theſauros ſanctorꝫ: q̄ ſanctificauit rex da
uid: ⁊ ꝓncipes familiarū: ⁊ tribuni: ⁊ cēturiōes ⁊ duces
exercitꝰ de bell̄: ⁊ manubijs ꝑliorū: q̄ cōſecrauerāt ad in-
ſtaurationē: ⁊ ſuppellectilē tēpli dn̄i. Hec aūt vniuerſa
ſanctificauit ſamuel vidēs: ⁊ ſaul filius cis: ⁊ Abner filiꝰ
ner ⁊ Ioab filius ſaruię: oēſqꝫ ſanctificauerūt ea ꝑ manū
ſalomith ⁊ fratrū eius. Iſaaritis vero ꝑerat chonanias
⁊ filij eiꝰ ad opa forinſecus ſuꝑ iſrael ad docendū: et iudi
candū eos. Porro de hebronitis haſabias et fratres eiꝰ
viri fortiſſimi mille ſeptīgenti ꝑerāt iſraeli trāſiordanē
cōtra occidentē in cūctis opibus dn̄i: ⁊ in miniſteriū re-
gis. Hebronitarū aūt prīceps fuit iedia ſm̄ familias et
cognatiōes eorū. Quadrageſimo anno regni dauid re-
cēſiti ſunt: ⁊ inuenti ſunt viri fortiſſimi ī iaazer: galaad:
fratreſqꝫ eius robuſtioris etatis duo millia ſeptīgēti prī
cipes familiarū. Prepoſuit aūt eos dauid rex rubenitis
⁊ gadditis: ⁊ dimidię tribui manaſſe: in oē miniſterium
dei ⁊ regis. XXVII.

Filij aūt iſrael ſm̄ numerū ſuū prīcipes fami A
liarū tribuni: ⁊ cēturiōes: ⁊ ꝑfecti: ꝗ miniſtra
bāt regi iuxta turmas ſuas ingrediētes: ⁊ e-
grediētes ꝑ ſingulos mēſes ī anno viginti q̄
tuor millibus ſinguli ꝑerāt. Primę turmę ī primo mē-
ſe ialoboā ꝑerat filius zabdiel: ⁊ ſub eo vigītiquatuor mi
lia. De filijs phares: prīceps cūctorū prīcipū in exercitu
mēſe primo. Secūdi mēſis habebat turmā dodaiahohi
tes ⁊ poſt ſe alter noīe macelloth: ꝗ regebat partē exerci-
tus viginti q̄tuor milliū. Dux qꝫ turmę tertię in mēſe
tertio: erat banaias filius ioiadę ſacerdotis: et in diuiſio
ne ſua vigintiq̄tuor milia. Ipſe eſt banaias fortiſſimꝰ in
ter triginta: et ſuꝑ triginta. Preerat aūt turmę ipſius B
amizadab filius eius. Quartus mēſe qr̄to aſael frater io
ab: ⁊ zabadias filius eius poſt eū: ⁊ ī turma eiꝰ vigintiq̄-
tuor milia. Quītus: mēſe quinto princeps ſamauth iez-
rahites: et in turma eius vigintiq̄tuor millia. Sextus:
mēſe ſexto hyra filius acces thecuites: ⁊ ī turma eius vi
gīti quatuor millia. Septimꝰ mēſe ſeptimo helles phal
onites de filijs effraim: ⁊ ī turma eius vigītiquatuor mi
lia. Octauus mēſe octauo ſobochai huſathites de ſtirpe
ſarah: ⁊ in turma eius vigintiq̄tuor millia. Nonus mēſe
nono abiezer anathothites de filijs iemini: ⁊ ī turma eiꝰ
vigīti quatuor millia. Decimus: mēſe decimo maarai ⁊
ipſe netophathites de ſtirpe zarahi: ⁊ in turma eius vi-
gintiquatuor milia. Undecimus: menſe vndecimo ba-
naias pharathonites de filijs effraim: et in turma eius
vigintiquatuor milia. Duodecimus: mēſe duodecimo
heldai netophathites de ſtirpe othoniel: ⁊ in turma eiꝰ
vigintiquatuor milia. Porro tribubus preerant in Iſ C
rael rubenitis: dux eliezer filiꝰ zechri: Simeonitis: dux
ſaphatias filiꝰ maacha: Leuitis haſabias filius camuel
aronitis: ſadoc iudaitis: eliu frater dauid: iſaſcharitis:
amri filiꝰ michael: zabulonitis: ieſmaias filiꝰ abdię: ne-
phthalitibꝰ: ierimoth filius aſriel. Filijs effraim oſee fili
us ozazię. Dimidię tribui manaſſe ioel filius phadaię: ⁊
dimidię tribui manaſſe ī galaad: iaddo filiꝰ zacharię: be
niamin autē iaaſiel filius abner. Dan vero azarael filius
ierohā. Hi principes filiorū iſrael. Noluit aūt dauid nu
merare eos a vigīti ann̄ īferius: q̄a dixerat dn̄s: vt mul ſupꝛ zoa. regū.z.c.
tiplicaret iſrael quaſi ſtellas celi. Ioab filius ſaruię coe-
perat numerare: nec cōpleuit: q̄a ſuꝑ hoc ira dei irruerat
in iſrael: ⁊ ideo numerus eorū ꝗ fuerāt recēſiti nō eſt re-
latos in faſtos regis dauid. Suꝑ theſauros aūt regis fu
it aſmoth filius adiel. His aūt theſauris ꝗ erāt ī vrbibꝰ
⁊ ī vicis: ⁊ ī turribus ꝑſidebat ionathā filius ozię. Operi D
aūt ruſtico: ⁊ agricolis ꝗ exercebāt terrā: ꝑerat ezri filiꝰ
chelub: vinarūqꝫ cultoribus: ſemeias romathites: cellis
aūt vinarijs zabdias ſaphonites. Nā ſuꝑ oliueta et fice
ta ꝗ erāt in cāpeſtribꝰ baal hanā gaderites: ſuper apothe
cas aūt olei ioas. Porro armētis ꝗ paſcebant̄ in ſarō ꝑ
poſitus fuit ſetari ſaronites. Et ſuꝑ boues ī vallibus ſa
phat filius adlai: ſuꝑ camelos vero vbil iſmaelites: ⁊ ſu
ꝑ aſinos: ioadias meronathites: ſuꝑ oues qꝫ agarenꝰ.
Oēs hi prīcipes ſubſtātię regis dauid: ionathan aūt pa
truus dauid cōſiliarius vir potēs ⁊ prudēs ⁊ literatus

ipſe ⁊ iehiel filius hachamoni erāt cū filijs regis. Achito
phel etiā cōſiliarius regis et chuſai arachites amicus re
gis. Poſt achitophel fuit ioiada fili⁹ banaię ⁊ abiathar
Princeps autē exercitus regis erat ioab. XXVIII.
Conuocauit igitͬ dauid oēs pꝛīcipes iſrael: du
A ces tribuū: ⁊ ꝑpoſitos turmarū: qui miniſtra
bāt regi: tribunos qꝫ ⁊ cēturiōes: ⁊ q̄ ꝑerāt
ſubſtātię: et poſſeſſiōibus regis: filioſqꝫ ſuos
cū eunuchis ⁊ potētes: ⁊ roboſtiſſimos quoſqꝫ in exerci
tu ieruſalē. Cumqꝫ ſurrexiſſet rex: ⁊ ſteiſſet ait: Audite
me fratres mei: ⁊ pplꝫs meus. Cogitaui: vt ędificarem
domū in q̄ requieſceret arca foederis dñi: et ſcabellū pedū
dñi dei noſtri: ⁊ ad ędificandū oīa ꝑparaui. Deus aūt di
ſup.zz.b. xit mihi: Non ędificabis domum nomini meo: eo ꝙ ſis
vir bellatoꝛ: ⁊ ſanguinē fuderis: ſed ⁊ elegit dñs deus iſ
3.reg.3.a. Sap. 9.a rael me de vniuerſa domo patris mei: vt eſſem rex ſup iſ
rael in ſempiternū. De iuda em̄ elegit pꝛīcipes. Poꝛro
B de domo iuda domū patris mei: ⁊ de filijs patrꝫ mei pla
cuit ei: vt me eligeret regē ſup cūctū iſrael. Sed et de fi-
lijs meis (filios em̄ mihi multos dedit dñs) elegit ſalo
monē filiū meū: vt ſederet in thꝛono regni dñi ſup iſrael.
ſupꝛa.17b dixitqꝫ mihi: Salomon filius tu⁹ ędificabit domū meā:
⁊ atria mea. Ipſum em̄ elegi mihi in filiū: ⁊ ego ero ei in
patrē: et firmabo regnū eius vſqꝫ in ęternū: ſi pſeuerauε
rit facere ꝑcepta mea ⁊ iudicia: ſicut ⁊ hodie. Nūc ergo
coꝛā vniuerſo coetu iſrael audiēte deo noſtro: cuſtodite
⁊ pquirite cūcta mādata dñi dei noſtri: vt poſſideatꝫ ter
rā bonā: ⁊ relinquatis eā filijs veſtris poſt vos vſqꝫ in ſem
piternū. Tu autē ſalomon fili mi ſcito deū patris tui: et
ſerui ei coꝛde perfecto: et aīo voluntario. Oīa em̄ coꝛda
ſcrutatur dñs: ⁊ vniuerſas mentiū cogitatiōes ītelligit
Si quęſieris eū: inuenies: ſi aūt dereliqueris eū: pꝛoijci
C et te ī ęternū. Nunc ergo q̄a elegit te dñs: vt ędificares
domū ſanctuarij: cōfoꝛtare ⁊ perfice. Dedit autē dauid
Salomoni filio ſuo deſcriptiōem poꝛticus: ⁊ templi: et
cellarioꝛū ⁊ coenaculi: et cubiculoꝛū in adytis: ⁊ domus
pꝛopitiationis: necnō ⁊ omniū quę cogitauerat atrioꝛū
⁊ exedrarū ꝑ circuitū in theſauros domus dñi: et in the
ſauros ſanctoꝛū: diuiſionūqꝫ ſacerdotaliū et leuiticarū ī
oīa opera domus dñi: et in vniuerſa vaſa miniſterij tēpli
dñi: aurū in pondere ꝑ ſingula vaſa miniſterij. Argenti
quoqꝫ pōdus pꝛo vaſoꝛū ⁊ operū diuerſitate. Sed et ad
candelabꝛa aurea: ⁊ ad lucernas eoꝝ: aurū ꝓ mēſura vni
uſcuiuſqꝫ candelabꝛi ⁊ lucernarū. Similiter ⁊ in cande
labꝛa argentea: ⁊ in lucernas eoꝛū ꝓ diuerſitate mēſurę
B pondus argenti tradidit. Aurū quoqꝫ dedit in mēſas ꝓ
poſitiōis ꝓ diuerſitate mēſurarū. Similiter et argentū
in alias mēſas argēteas. Ad fuſcinulas quoqꝫ: ⁊ phialas
⁊ thuribula ex auro puriſſimo: ⁊ leunculos aureos ꝓ q̄-
litate mēſurę pondus diſtribuit in leunculū ⁊ leunculū.
Similiter ⁊ in leones argenteos diuerſum argēti pon-
dus ſeparauit. Altari aūt in q̄ adolebatͬ incenſum: aurū
puriſſimū dedit: vt ex ipſo fieret ſimilitudo q̄drigę che-
rubim extendentiū alas: et velantiū arcā foederis dñi.
Oīa (inquit) venerūt ſcripta manu dñi ad me: vt ītellige
rē vniuerſa opa exēplarꝫ. Dixit qꝫ dauid ſalomoni filio
ſuo: Viriliter age: ⁊ cōfoꝛtare ⁊ fac: ne timeas: ⁊ ne paue
as. Dñs em̄ deus meus tecū erit: ⁊ nō dimittet te: nec de
relinquet: donec ꝑficias oē opus miniſterij domus dñi.
Ecce diuiſiōes ſacerdotū ⁊ leuitarū: in oē miniſteriū do
mus dñi aſſiſtunt tibi: ⁊ parati ſunt: ⁊ nouerūt tā pꝛinci
pes ꝙ pplꝫs facere oīa ꝑcepta tua. XXIX.
Locutuſqꝫ eſt dauid rex ad oēm eccleſiā: Salo
A monē filiū meū vnū elegit dñs: adhuc puerū ⁊
tenellū. Opus em̄ grande eſt: neqꝫ em̄ hoī pꝛę
paratͬ habitatio: ſed deo. Ego aūt totis virib⁹
meis pꝛęparaui impēſas domus dñi dei mei. Aurum ad
vaſa aurea: ⁊ argentū in argētea: ęs ī ęrea: ferrū ī ferrea
ligna ad lignea: ⁊ lapides onychinos: ⁊ quaſi ſtibinos: et
diuerſoꝛū coloꝛum: oēmqꝫ pꝛecioſum lapidē: ⁊ marmoꝛ
Pariū abundantiſſime: ⁊ ſup hęc q̄qꝫ obtuli in domum
dei mei de peculio meo: aurū et argētū do in templū dei
mei: exceptis his q̄ ꝑparaui in ędē ſanctā tria millia ta-
lenta auri de auro ophir: ⁊ ſeptē millia talentoꝛū argēti
ꝓbatiſſimi ad deaurādos parietes tēpli: ⁊ vbicunqꝫ op⁹
eſt aurū de auro: ⁊ vbicūqꝫ opus eſt argentū de argento. B
Opera fiant ꝑ manus artificū. Et ſi quis ſponte offert:
īpleat manū ſuā hodie: ⁊ offerat qđ voluerit dño. Pol-
liciti ſunt itaqꝫ pꝛīcipes familiarū: ⁊ pꝛoceres tribuū iſ-
rael. Tribuni quoqꝫ: ⁊ cēturiōes ⁊ pꝛīcipes poſſeſſionū
regis: dederūtqꝫ in opera domus dñi auri talenta quin-
qꝫ millia: ⁊ ſolidos decē millia: argenti talenta decē mil
lia: ⁊ ęris talēta decē ⁊ octo millia: ferri quoqꝫ centū mi
lia talentoꝛū. Et apud quęcūqꝫ inuenti ſunt lapides: de
derūt in theſauros domus dñi ꝑ manū iehiel gerſonitꝫ.
Lętatuſqꝫ eſt populus: cū vota ſponte pꝛomitterēt: q̄a
coꝛde toto offerebant ea dño. Sed et dauid rex lętatus C
eſt gaudio magno: ⁊ benedixit dño coꝛā vniuerſa multi
tudine: ⁊ ait: Benedictus es dñe deus iſrael patris no-
ſtri ab ęterno in ęternū. Tua eſt dñe magnificētia: ⁊ po
tentia: ⁊ gloꝛia atqꝫ victoꝛia: et tibi laus. Cūcta em̄ quę
in cęlo ſunt ⁊ in terra tua ſunt. Tuū dñe regnū: et tu es
ſup oēs pꝛīcipes. Tuę diuitię: ⁊ tua eſt gloꝛia: tu dñaris
oīm. In manu tua virtus et potentia: in manu tua ma-
gnitudo et imperium omniū. Nunc igitur deus noſter D
confitemur tibi: et laudamus nomen tuū inclytū. Quis
ego: et quis populus meus: vt poſſimus hęc tibi vniuer
ſa pꝛomittere? Tua ſunt omnia: ⁊ quę de manu tua ac-
cepimus: dedimus tibi. Peregrini em̄ ſumus coꝛā te ⁊
aduenę: ſicut oēs patres noſtri. Dies noſtri quaſi vm
bꝛa ſup terrā: ⁊ nulla eſt moꝛa. Domine deus noſter: oīs
hęc copia quā parauimus: vt ędificaretͬ domus nomini
ſancto tuo: de manu tua eſt: ⁊ tua ſunt oīa. Scio de⁹ me
us: ꝙ pꝛobes coꝛda: ⁊ ſimplicitatē diligas: vnde et ego ī
ſimplicitate coꝛdis mei lętus obtuli vniuerſa hęc: ⁊ po-
pulū tuum: qui hic repert⁹ eſt: vidi cū ingēti gaudio tibi
offerre donaria. Dñe deus abꝛaā: ⁊ iſaac: ⁊ Iſrael patrū E
noſtroꝛū cuſtodi in ęternū hāc voluntatē coꝛdis eoꝛum
⁊ ſemper in veneratiōe tui mens iſta permaneat. Salo-
moni q̄qꝫ filio meo da coꝛ perfectū: vt cuſtodiat manda
ta tua ⁊ teſtimonia tua: ⁊ ceremonias tuas: ⁊ faciat vni
uerſa: et ędificet ędē: cuius impenſas paraui. Pꝛęcepit
aūt dauid vniuerſę eccleſię: Benedicite dño deo noſtro.
Et bñdixit oīs eccleſia dño deo patrū ſuoꝛū: ⁊ inclinaue
rūt ſe: ⁊ adoꝛauerūt deū: et deinde regē. Immolauerūt F
qꝫ victimas dño: ⁊ obtulerūt holocauſta die ſequēti: tau
ros mille: arietes mille: agnos mille cū libaminib⁹ ſuis 3.reg.z.f.
⁊ vniuerſo ritu abundantiſſime in oēm iſrael. Et come-
derūt: ⁊ biberūt coꝛā dño in die illo cū grandi lętitia: et
vnxerūt ſcđo ſalomonē filiū dauid. Vnxerūt aūt eū do
mino in pꝛincipē: ⁊ ſadoc in pontificē. Seditqꝫ ſalomon
ſup ſoliū dñi in regē pꝛo dauid patre ſuo: et cunctis pla-
cuit: ⁊ paruit illi oīs iſrael. Sed ⁊ vniuerſi pꝛincipes et
potentes: ⁊ cuncti filij regis dauid dederūt manū: ⁊ ſub
iecti fuerūt ſalomoni regi. Magnificauit ergo domin⁹
Salomonem ſup omnem Iſrael: et dedit illi gloꝛiā re-
gni: qualem nullus habuit ante eum rex Iſrael. Igitur
Dauid filius Iſai regnauit ſuper vniuerſum Iſrael: et
dies quibus regnauit ſuper Iſrael: fuerunt quadragin
ta anni. In hebꝛon regnauit ſeptē annis: et in Ieruſalē G
annis trigintatribus. Et moꝛtuus eſt in ſenectute bona
plenus dierū: ⁊ diuitijs: ⁊ gloꝛia. Et regnauit Salomō
filius eius pꝛo eo. Geſta autē Dauid regis pꝛioꝛa ⁊ no-
uiſſima ſcripta ſunt in libꝛo Samuelis videntis: et in li
bꝛo Nathan pꝛophetę: atqꝫ in volumine Gad videntis
vniuerſiqꝫ regni eius et foꝛtitudinis: ⁊ tempoꝛū q̄ tranſi
erūt ſub eo: ſiue in iſrael: ſiue in cunctis regnis terrarū.

Finis

Secundus liber Paralipome-
non:hebraice Dibre Haiomim. Capur. I.

A COnfortatus eſt ergo
3.reg.3.a. Salomon fili⁹ Dauid in regno ſuo:
⁊ dominus erat cũ eo:et magnifica-
uit eũ in excelſum. Precepitꝫ ſalo-
mon vniuerſo Iſraeli: tribunis ⁊ cẽ
turionibus et ducibus et iudicibus
oĩs iſrael: ⁊ principibus familiarũ:
⁊ abijt cum vniuerſa multitudine in excelſum Gabaon:
Exo.38.a vbi erat tabernaculũ foederis domini: quod fecit Moy
ſes famulus dei in ſolitudine. Arcã aũt dei adduxerat
Dauid de cariath iarim in locũ:quẽ preparauerat ei: et
B vbi fixerat illi tabernaculũ:hoc eſt in Ieruſalem. Altare
quoqꝫ eneum: quod fabricat⁹ fuerat Beſeleel filius vri
filij hur:ibi erat corã tabernaculo domini:quod ⁊ requi-
ſiuit Salomon:⁊ oĩs eccleſia. Aſcẽditqꝫ Salomon ad
altare eneũ coram tabernaculo foederis domini:⁊ obtu
lit in eo mille hoſtias. Ecce aũt in ipſa nocte apparuit ei
deus:dicens: Poſtula quod vis:vt dẽ tibi. Dixitqꝫ ſalo
1.par.28.a mon deo: Tu feciſti cũ dauid patre meo miſericordiam
ſupra.8.d magnã:⁊ cõſtituiſti me regẽ pro eo. Nunc ergo dñe de⁹
C impleat ſermo tuus:quẽ pollicit⁹ es Dauid patri meo.
Tu eñ me feciſti regẽ ſup populũ tuũ multũ: q̃ tã innu
merabilis eſt:ꝙ puluis terre. Da mihi ſapientiã et intel
ligentiã: vt ingrediar ⁊ egediar corã populo tuo. Quis
eñ poteſt hũc populũ tuũ digne: q̃ tã grãdis eſt: iudica
re: Dicit aũt deus ad Salomonẽ: Quia hoc magis pla
cuit cordi tuo: ⁊ nõ poſtulaſti diuitias: ⁊ ſubſtãtiã: ⁊ glo
riã: neqꝫ animas eoꝝ qui te oderũt: ſed nec dies vite plu
rimos. Petiſti aũt ſapiẽtiã et ſciẽtiã: vt iudicare poſſis
populũ meũ:ſup quẽ cõſtitui te regem: ſapiẽtia ⁊ ſciẽtia
D data ſunt tibi: diuitias aũt ⁊ ſubſtantiã ⁊ gloriã dabo ti-
bi:ita vt null⁹ in regib⁹: nec ante nec poſt te fuerit ſimi-
lis tui. Venit ergo Salomon ab excelſo Gabaon in Ie
ruſalẽ corã tabernaculo foederis: et regnauit ſup iſrael.
Congregauitqꝫ ſibi currus ⁊ eq̃tes: ⁊ facti ſunt ei mille
quadrĩgẽti curr⁹: ⁊ duodecim millia equitũ: et fecit eos
eſſe in vrbib⁹ q̃drigarũ: ⁊ cũ rege ĩ Ieruſalẽ. Prebuitqꝫ
rex argentũ ⁊ aurũ in Ieruſalẽ quaſi lapides: et cedros
quaſi ſycomoros: que naſcuntur in cãpeſtribus multitu
dine magna. Adducebãtur aũt ei eq̃ de egypto: de choa
a negociatorib⁹ regis: q̃ ibãt et emebãt precio quadrigã
equorũ ſexcentis argẽteis: ⁊ equum centũ quinquagin-
ta: ſimiliter de vniuerſis regnis Cetheoꝝ: ⁊ a regib⁹ ſy-
rie emptio celebrabatur. II.
A DEcreuit aũt Salomon edificare domũ nomi
ni dñi: ⁊ palatiũ ſibi. Et numerauit ſeptuagĩ
ta millia viroꝝ portantiũ humeris: ⁊ octogin
ta millia q̃ cederẽt lapides in mõtib⁹: prepoſi
toſqꝫ eoꝝ tria millia ſexcentos. Miſit q̃qꝫ ad hyrã regẽ
3.regũ.5. tyri: dicẽs: Sicut egiſti cũ Dauid patre meo: ⁊ miſiſti ei
ligna cedrina: vt edificaret ſibi domũ: ĩ qua ⁊ habitauit:
ſic fac mecũ: vt edificẽ domũ nomini dñi dei mei: et cõſe
crẽ eã ad adolẽdũ incẽſum corã illo: ⁊ fumigãda aroma
ta: ⁊ ad propoſitionẽ panũ ſempiternã: ⁊ ad holocauſto-
B mata mane et veſpere. Sabbatis quoqꝫ et neomenijs et
ſolemnitatibus domini dei noſtri in ſempiternũ: que mã
data ſunt Iſraeli: Domus eñ: quã edificare cupio: ma-
gna eſt. Magnus eſt eñ deus noſter ſuper oẽs deos: q̃s
ergo poterit ꝑualere: vt edificet ei dignã domũ? Si celũ
⁊ celi celoꝝ capere eũ nequeũt: quantus ego ſum: vt poſ
ſim edificare ei domũ? Sed ad hoc tantũ: vt adoleat in-
cenſum corã illo. Mitte ergo mihi virũ eruditũ: q̃ noue
rit operari in auro ⁊ argẽto: ere ⁊ ferro: purpura: cocci-
no ⁊ hiacyntho: ⁊ q̃ ſciat ſculpere celaturas: cũ his artifi
cibus: q̃s mecũ habeo in iuda ⁊ ieruſalẽ: q̃s preparauit
Dauid pater meus. Sed ⁊ ligna cedrina mitte mihi: et
arceuthina: ⁊ pinea de libano. Scio eñ ꝙ ſerui tui noue C
rint cedere ligna de libano: et erũt ſerui mei cum ſeruis
tuis: vt parentur mihi ligna plurima. Dom⁹ eñ quã cu
pio edificare: magna eſt nimis et inclyta. Preterea ope
rarijs qui ceſuri ſunt ligna ſeruis tuis dabo ĩ cibaria tri
tici choros vigĩti millia: ⁊ hordei choros totidẽ: olei q̊ꝫ
ſata viginti millia. Dixit aũt Hiram rex tyri ꝑ literas:
quas miſerat Salomoni: Quia dilexit dñs populũ ſuũ:
idcirco te regnare fecit ſup eũ. Et addidit: dicẽs: Bene-
dictus dominus deus Iſrael: qui fecit celũ et terrã: qui
dedit Dauid regi filiũ ſapientẽ ⁊ eruditum ⁊ ſenſatum
atqꝫ prudentẽ: vt edificaret domũ domino: et palatium
ſibi. Miſi ergo tibi virũ prudẽtem: ⁊ ſcientiſſimũ Hirã
fabrũ patrem meũ: filiũ mulieris de filiabus Dan: cuius
pater fuit tyrius: qui nouit operari in auro et argento:
ere ⁊ ferro: ⁊ marmore ⁊ lignis: in purpura quoqꝫ et hia D
cyntho: et byſſo: et coccino: ⁊ q̃ ſciat celare oẽm ſculptu-
ram: ⁊ adinuenire prudenter quodcũqꝫ in opere neceſſa
rium eſt cũ artificibus tuis: ⁊ cũ artificibus domini mei
Dauid patris tui. Triticũ ergo ⁊ hordeũ ⁊ oleum ⁊ vi-
nũ: que pollicit⁹ es dñe mi: mitte ſeruis tuis. Nos aũt
cedemus ligna de libano: quot neceſſaria habueris: ⁊ ap
plicabimus ea ratib⁹ ꝑ mare in ioppe: tuũ aũt erit tranſ
ferre ea in Ieruſalẽ. Numerauit igit̃ Salomon oẽs vi-
ros ꝓſelithos: q̃ erãt ĩ terra Iſrael: poſt dinumerationẽ
quã dinumerauit Dauid pater ei⁹: ⁊ inuenti ſunt centũ
quinquaginta tria millia ⁊ ſexcẽti. Fecitqꝫ ex eis ſeptua
ginta millia: q̃ humeris onera portarẽt: ⁊ octogita mil
lia: q̃ lapides de mõtibus cederẽt: tria aũt millia: ⁊ ſex-
centos prepoſitos operũ populi. III.
ET coepit Salomon edificare domũ dñi in ie A
ruſalẽ: in mõte moria: q̃ demõſtratus fuerat
Dauid patri ei⁹: in loco quẽ parauerat dauid 3.reg.6.a
in area hornan iebuſei. Coepit aũt edificare
mẽſe ſecũdo: anno quarto regni ſui. Et hec ſunt funda-
mẽta: que iecit Salomon: vt edificaret domũ dei: longi
tudinis cubitos ĩ mẽſura ꝑma ſexaginta: latitudinis cu
bitos viginti. Porticũ vero ante frontẽ: que tẽdebatur B
in lõgũ iuxta mẽſurã latitudinis dom⁹ cubitorũ vigĩti.
Porro altitudo centũ viginti cubitoꝝ erat. Et deaura
uit eã intrinſecus auro mũdiſſimo. Domũ quoqꝫ maio-
rẽ texit tabulis abiegnis: ⁊ laminas auri obrizi affixit ꝑ
totũ. Sculpſitqꝫ in ea palmas: et q̃ſi catenulas ſemuicẽ
cõplectẽtes. Strauit q̃qꝫ pauimẽtum tẽpli ꝑcioſiſſimo
marmore decore multo. Porro aurũ erat ꝓbatiſſimũ:
de cui⁹ laminis texit domum: ⁊ trabes ei⁹: ⁊ poſtes: ⁊ pa
rietes: ⁊ oſtia: ⁊ celauit cherubim in parietib⁹. Fecit q̊qꝫ
domũ ſanctiſanctoꝝ: lõgitudinẽ iuxta latitudinẽ dom⁹
cubitoꝝ viginti: ⁊ latitudinẽ ſimiliter viginti cubitorũ.
Et laminis aureis texit eã: q̃ſi talentis ſexcẽtis: ſed ⁊ cla
uos fecit aureos: ita vt ſinguli claui ſiclos q̊nquagenos
appẽderẽt. Coenacula q̃qꝫ texit auro. Fecit etiã ĩ domo C
ſanctiſanctoꝝ cherubim duos: opere ſtatuario: et texit
eos auro. Ale cherubim viginti cubitis extẽdebant̃: ita
vt vna ala haberet cubitos q̊nqꝫ: ⁊ tãgeret parietẽ dom⁹
⁊ altera q̊nqꝫ cubitos habẽs: alã tãgeret alteri⁹ cherub.
Similiter cherub alteri⁹ ala q̊nqꝫ habebat cubitos: ⁊ tã
gebat parietẽ: ⁊ ala eius altera q̊nqꝫ cubitoꝝ: alã cherub
alterius cõtingebat. Igit̃ ale vtriuſqꝫ cherubim expãſe
erãt: ⁊ extendebant̃ ꝑ cubitos viginti. Ipſi autẽ ſtabant D
erectis pedib⁹: ⁊ facies eoꝝ erant verſe ad exteriorẽ do-
mũ. Fecit q̃qꝫ velũ ex hiacyntho: purpura: cocco ⁊ byſſo:
⁊ intexuit ei cherubim. Ante fores etiam tẽpli duas co-
lumnas: que triginta et quinqꝫ cubitos habebant altitu
dinis. Porro capita earũ q̊nqꝫ cubitorũ: necnon ⁊ quaſi
catenulas in oraculo: et ſuperpoſuit eas capitibus co-
lumnarum. Malogranata etiam centum: que catenu-
lis interpoſuit. Ipſas quoqꝫ colũnas poſuit ĩn veſtibulo
tẽpli: vnã a dextrꝭ: ⁊ alterã a ſiniſtris. Eã q̃ a dextrꝭ erat

vocauit Jachin:⁊ quę ad leuā:vocauit Boos. IIII.
Fecit quoqꝫ altare ęneū viginti cubitoꝝ lōgi-
A tudinis:⁊ viginti cubitoꝝ latitudinis:⁊ decē
cubitorū altitudinis. Mare etiā ęneū fuſile
decē cubitis a labio vſqꝫ ad labiū: rotūdū per
circuitu:quinqꝫ cubitos habebat altitudinis: ⁊ funiculus
triginta cubitorū ambiebat gyrū eius. Similitudo quoqꝫ
boum erat ſubter illud. Et decē cubitis quędā extrinſe-
cus cęlaturę:quaſi duob⁹ verſib⁹ labiū maris circuibāt.
Boues aūt erāt fuſiles:⁊ ipſum mare ſup duodecim bo
ues impoſitū erat:quoꝝ tres reſpiciebāt ad aquilonē:et
alij tres ad occidentē:porro tres alij meridiē:⁊ tres qui
reliqui erāt orientē:habētes mare ſuperpoſitū. Poſte-
riora aūt boū erant intrinſecus ſub mari. Porro vaſti-
B tas eius habebat mēſurā palmi:⁊ labiū illius erat quaſi
labiū calicis:vel repādi lilij: capiebatqꝫ tria millia metre
tas. Fecit quoqꝫ conchas decē:⁊ poſuit quinqꝫ a dextris:⁊
quinqꝫ a ſiniſtris:vt lauarēt in eis oīa:quę in holocauſtum
oblaturi erāt. Porro in mari ſacerdotes lauabant. Fe-
cit aūt ⁊ cādelabra aurea decē:ſm ſpeciē quā iuſſerat fie
ri:⁊ poſuit ea in tēplo:quinqꝫ a dextris: ⁊ quinqꝫ a ſiniſtris.
Necnō ⁊ mēſas decē:⁊ poſuit eas in tēplo: quinqꝫ a de-
xtris:⁊ quinqꝫ a ſiniſtris. Phialas quoqꝫ aureas centū.
Fecit etiā atriū ſacerdotū:⁊ baſilicā grādē:⁊ oſtia in ba
ſilica:quę texit ęre. Porro mare poſuit in latere dextro
C cōtra orientem ad meridiē. Fecit aūt Hiram lebetes et
creagras ⁊ phialas. Et cōpleuit oēme op⁹ regis in domo
dei:hoc eſt colūnas duas: ⁊ epiſtilia:⁊ capita: ⁊ quaſi quę-
dā retiacula:q̄ capita tegerēt ſup epiſtilia. Malograna
ta quoqꝫ quadringēta:⁊ retiacula duo: ita vt bini ordines
malogranatoꝝ ſingulis retiaculis iūgerent: quę ptege
rēt epiſtilia:⁊ capita colūnaꝝ. Baſes etiā fecit ⁊ cōchas
quas ſuppoſuit baſib⁹: mare vnū:boues quoqꝫ duodecim ſub
mari:⁊ lebetes:⁊ creagras:⁊ phialas. Oīa vaſa fecit ſa-
lomoni hiram pater ei⁹ in domo dñi ex ęre mūdiſſimo:
in regiōe Jordanis fudit ea rex in argilloſa terra inter
Sochoth ⁊ Saredatha. Erat aūt multitudo vaſoꝝ in-
numerabilis:ita vt ignoraret pōdus ęris. Fecitqꝫ Salo
D mō oīa vaſa dom⁹ dei:⁊ altare aureū ⁊ mēſas: et ſup eas
panes ppoſitiōis. Cādelabra quoqꝫ cū lucernis ſuis:vt lu
cerēt ante oraculū iuxta ritū ex auro puriſſimo: ⁊ floren
tia quędam:⁊ lucernas:⁊ forcipes aureos:oīa de auro mū
diſſimo facta ſunt. Thymiamateria quoqꝫ ⁊ thuribula et
phialas ⁊ mortariola ex auro puriſſimo. Et oſtia cęla-
uit tēpli interioris: id eſt in ſanctaſanctoꝝ: ⁊ oſtia tēpli
forinſecus aurea. Sicqꝫ completū eſt omne opus: quod
fecit Salomon in domo domini. V.
A Attulit igit̃ Salomon oīa quę vouerat Da-
uid pater eius:argentū ⁊ aurū:⁊ vniuerſa va
3.reg.7.g ſa poſuit in theſauris domus dñi. Poſt quę
3.reg.8.a. cōgregauit maiores natu Iſrael: et cunctos
principes tribuū: ⁊ capita familiarū de filijs Iſrael in ie
ruſalem:vt adducerēt arcā foederis domini de ciuitate
Dauid:quę eſt Sion. Venerūt itaqꝫ ad regem oēs viri
B Iſrael in die ſolēni mēſis ſeptimi. Cūqꝫ veniſſent cūcti
ſenioꝝ Iſrael:portauerunt leuitę arcā: ⁊ intulerūt eā:⁊
oēm paraturā tabernaculi. Porro vaſa ſanctuarij:quę
erāt in tabernaculo:portauerunt ſacerdotes cū leuitis.
Rex aūt Salomon:⁊ vniuerſus coetus Iſrael:⁊ oēs q̄
fuerūt cōgregati ante arcā:immolabāt arietes:⁊ boues
abſqꝫ vllo numero. Tāta eñi erat multitudo victimaꝝ.
Et intulerunt ſacerdotes arcā foederis dñi in locū ſuū:
id eſt ad oraculū tēpli in ſanctaſanctoꝝ ſubter alas che-
rubim:ita vt cherubim expāderēt alas ſuas ſup locū: in
quo poſita erat arca:⁊ ipſaꝫ arcā tegerēt cū vectib⁹ ſuis.
Vectiū aūt quib⁹ portabat̃ arca:quia paululū lōgiores erāt
capita parebāt ante oraculū. Si vero quis paululū fuiſſet
C extrinſec⁹:eos videre nō poterat. Fuit itaqꝫ arca ibi vſqꝫ
in pręſentē diē. Nihilqꝫ erat aliud in arca: niſi duę tabu
lę:quas poſuerat Moyſes in horeb:quādo legē dedit dñs
filijs iſrael egredientib⁹ ex Aegypto. Egreſſis aūt ſacer-
dotib⁹ de ſanctuario: oēs eñi ſacerdotes q̄ ibi potuerāt
inueniri:ſanctificati ſunt: nec adhuc ī illo tēpore vices: D
⁊ miniſterioꝝ ordo inter eos diuiſus erat: tā leuitę q̄ cā
tores:id eſt ⁊ q̄ ſub aſaph erāt:⁊ q̄ ſub heman: ⁊ q̄ ſub idi
thun:filij ⁊ fratres eoꝝ veſtiti byſſinis:cymbalis:⁊ pſal-
terijs:⁊ citharis cōcrepabāt: ſtātes ad orientalē plagā
altaris:⁊ cū eis cātores cētū viginti canētes tubis. Igit̃
cunctis pariter:⁊ tubis:⁊ voce:⁊ cymbalis: ⁊ organis:⁊
diuerſi generis muſicoꝝ cōcinnētib⁹: et vocē in ſublime
tollētibus lōge ſonitus audiebat̃:ita vt cū dñm laudare psal. 105
coepiſſent:⁊ dicere: Confitemini dño: quoniam bonus:
quoniā in ęternū miſericordia eius: impleret̃ dom⁹ dei
nube:ne poſſent ſacerdotes ſtare: ⁊ miniſtrare ppter ca
liginem. Cōpleuerat eñi gloria domini domū dei. VI.
Tunc Salomō ait:Dñs pollicit⁹ eſt:vt habi-
taret ī caligine:ego aūt ędificaui domum no A
mini ei⁹:vt habitaret ibi in ppetuū. Et cōuer 3.reg.8.b
tit rex faciē ſuā:⁊ bñdixit vniuerſę multitudi
ni iſrael:nā oīs turba ſtabat intēta:⁊ ait: Bñdict⁹ dñs
de⁹ iſrael:q̄ qđ locut⁹ eſt Dauid patri meo: opere cōple-
uit:dicēs:A die q̄ eduxi populū meū de terra ęgypti:nō
elegi ciuitatē de cūctis tribub⁹ iſrael: vt ędificaret̃ in ea
domus nomini meo:neqꝫ elegi quēquā aliū virū:vt eſſet
dux ī pplo meo iſrael:ſed elegi ieruſalē: vt ſit nomē meū
ī ea:⁊ elegi dauid:vt cōſtituerē eū ſup pplm meū iſrael.
Cūqꝫ fuiſſet voluntatis dauid patris mei:vt ędificaret 2.reg.7.
domū nomini dñi dei iſrael:dixit dñs ad eum:Quia hęc 1.par.22.
fuit volūtas tua: vt ędificares domū nomini meo: bene
quidē feciſti huiuſcemodi habendo voluntatē: ſed nō tu
ędificabis mihi domū: verūtamē fili⁹ tu⁹: q̄ egrediet̃ de B
lūbis tuis:ipſe ędificabit domū nomini meo. Cōpleuit
ergo dñs ſermonē ſuū: quē locut⁹ fuerat: et ego ſurrexi
pro patre meo dauid:⁊ ſedi ſup thronū iſrael:ſicut locu-
tus eſt dñs:⁊ ędificaui domū nomini dñi dei iſrael: ⁊ po
ſui ī ea arcā:in q̄ eſt pactū dñi: qđ pepigit cū filijs iſrael.
Stetit ergo corā altari dñi ex aduerſo vniuerſę multitudi-
nis iſrael:⁊ extēdit man⁹ ſuas. Siquidē fecerat ſalomō
baſim ęneā:⁊ poſuerat eā ī medio baſilicę: habentē quinqꝫ
cubitos lōgitudinis:⁊ quinqꝫ latitudinis: ⁊ tres cubitos
altitudinis. Stetitqꝫ ſup eā:⁊ deinde flexis genib⁹ con- C
tra vniuerſam multitudinē iſrael:⁊ palmis in cęlū leua-
tis ait:Dñe de⁹ iſrael:nō eſt ſimilis tui de⁹ ī cęlo ⁊ ī ter-
ra:q̄ cuſtodis pactū et miſericordiā cū ſeruis tuis: q̄ am
bulāt corā te ī toto corde ſuo:q̄ pręſtitiſti ſeruo tuo Da-
uid patri meo:quęcūqꝫ locut⁹ fueras ei: ⁊ quę ore pmi-
ſeras:opere cōpleſti:ſicut ⁊ pręſens tēp⁹ pbat. Nūc er-
go dñe de⁹ Iſrael iple ſeruo tuo patri meo dauid quęcūqꝫ
locutus es:dicēs: Nō deficiet ex te vir corā me: q̄ ſedeat
ſuper thronū iſrael:ita tamē ſi cuſtodierint filij tui vias
meas:⁊ ambulauerint in lege mea:ſicut et tu ambulaſti
corā me. Et nūc dñe de⁹ Iſrael firmet̃ ſermo tuus: quē
locutus es ſeruo tuo dauid. Ergo ne credibile eſt:vt ha-
bitet de⁹ cū hoībus ſup terrā? Si cęlū et cęli cęloꝝ nō te
capiūt:quāto magis domus iſta quā ędificaui? Sed ad D
hoc tantū facta eſt:vt reſpicias orationē ſerui tui:⁊ obſe
crationē eius dñe deus meus:⁊ exaudias preces quas fun
dit famulus tuus corā te:vt aperias oculos tuos ſup do-
mū iſtā dieb⁹ ac noctib⁹:ſup locū in quo pollicit⁹ es: vt īuo
carētur nomē tuū:⁊ exaudires orationē:quā ſeruus tuus
orat ī eo:⁊ exaudias preces famuli tui:⁊ populi tui iſrael.
Quicūqꝫ orauerit in loco iſto:exaudi de habitaculo tuo 3.reg.8.d
id eſt de cęlis:⁊ ppitiare. Si peccauerit quiſpiā in proximū
ſuū:⁊ iurare cōtra eū parat⁹ venerit:ſeqꝫ maledicto cō-
ſtrixerit corā altari ī domo iſta:tu audies de cęlo:⁊ faci-
es iudiciū ſeruoꝝ tuoꝝ:ita vt reddas iniquo viā ſuā ī caput
pprium:⁊ vlciſcaris iuſtū retribuēs ei ſm iuſtitiā ſuā. Si
ſuperat⁹ fuerit ppl's tu⁹ iſrael ab inimicis: peccabūt eñi
tibi:⁊ cōuerſi egerint pniaꝫ:⁊ obſecrauerint nomē tuū:⁊ fu
erint depcati te ī loco iſto: tu exaudies de cęlo: ⁊ ppiciare

peccato populi tui iſrael: ⁊ reduc eos in terrā quā dedi-
E ſti eis ⁊ patribus eoꝝ. Si clauſo cęlo pluuia nō fluxerit
propter peccata populi tui: ⁊ deprecati te fuerīt in loco
iſto: ⁊ cōfeſſi nomini tuo: et cōuerſi a peccatis ſuis: cum
eos afflixeris: exaudi de cęlo dñe: ⁊ dimitte peccata ſer-
uis tuis: et populi tui Iſrael: et doce eos viam bonam:
per quā ingrediantur: et da pluuiam terrę: quā dediſti
populo tuo ad poſſidēdū. Fames ſi orta fuerit in terra:
⁊ peſtilentia: ęrugo ⁊ locuſta: ⁊ bruchus: ⁊ hoſtes vaſta-
tis regionibus portas obſederint ciuitatis: omniſq; pla-
ga et infirmitas preſſerit: ſi quis de populo tuo Iſrael
fuerit deprecatus: cognoſcēs plagā ⁊ infirmitatē ſuam:
⁊ expāderit manus ſuas in domo hac: tu exaudies de cę-
lo: de ſublimi ſcilicet habitaculo tuo: ⁊ ꝓpitiare: ⁊ redde
vnicuiq; ſm̄ vias ſuas: quas noſti eū habere in corde ſuo.
F Tu eñ ſolus noſti corda filioꝝ hoīm: vt timeāt te: ⁊ am-
bulēt in vijs tuis cūctis diebꝰ: q̄bus viuunt ſup faciē ter-
rę: quā dediſti patribꝰ noſtris. Externū quoq; q̄ non eſt
de populo tuo iſrael: ſi venerit de terra lōginqua ꝓpter
nomē tuū magnū: ⁊ ꝓpter manū tuā robuſtā: ⁊ brachiū
tuū extentū: ⁊ adorauerit in loco iſto: tu exaudies de cę-
lo firmiſſimo habitaculo tuo: ⁊ facies cūcta ꝓ quibꝰ īuo-
cauerit te ille peregrinus: vt ſciant oēs populi terrę no-
men tuū: ⁊ timeāt te ſicut populꝰ tuus Iſrael: ⁊ cogno-
ſcant: quia nomen tuū inuocatū eſt ſup domū hāc: quam
ędificaui nomini tuo. Si egreſſus fuerit populꝰ tuꝰ ad
bellū cōtra aduerſarios ſuos per viā in qua miſeris eos:
adorabūt te cōtra viā: in qua ciuitas hęc eſt quā elegiſti:
2.reg.8.c. ⁊ domus quā ędificaui nomini tuo: vt exaudias de cęlo
preces eorū ⁊ obſecrationē: ⁊ vlciſcaris. Si aūt peccaue-
G rint tibi (neq; eñ eſt homo: qui nō peccet) ⁊ iratus fue-
ris eis: ⁊ tradideris eos hoſtibꝰ: ⁊ captiuos duxerīt eos
in terrā lōginquā: vel certe quę iuxta eſt: ⁊ cōuerſi in cor-
de ſuo in terra ad quā captiui ducti fuerāt: egerint poe-
nitētiā: ⁊ dep̄cati te fuerint in terra captiuitatis ſuę: di-
cētes: Peccauimus: inique fecimus: iniuſte egimus: et
reuerſi fuerint ad te ī toto corde ſuo: ⁊ in tota aīa ſua: in
terra captiuitatis ſuę ad quā ducti ſunt: adorabūt te cō-
tra viā terrę ſuę: quā dediſti patribꝰ eoꝝ: ⁊ vrbis quā ele-
giſti: ⁊ domus quā ędificaui nomini tuo: vt exaudias de
cęlo: hoc eſt de firmo habitaculo tuo p̄ces eorū: ⁊ facias
Ps. 131. iudiciū: et dimittas populo tuo: q̄uis peccatori. Tu es
eñ deus meus: aperiantur quęſo oculi tui: et aures tuę
intentę ſint ad orationē: quę fit in loco iſto. Nūc igitur
conſurge domine deus in requiē tuā: tu ⁊ arca fortitudi-
nis tuę. Sacerdotes tui dñe deꝰ induātur ſalutē: et ſan-
cti tui lętētur in bonis. Dñe deꝰ meus: ne auertas faciē
chriſti tui: memēto miſericordiaꝝ dauid ſerui tui. VII.
A Cumq; cōpleſſet Salomon fundens preces:
ignis deſcēdit de cęlo: et deuorauit holocau-
ſta et victimas: ⁊ maieſtas dñi īpleuit domū:
nec poterāt ſacerdotes ingredi tēplum dñi:
eo q̄ impleſſet maieſtas dñi tēplum dñi. Sed et oēs filij
Iſrael videbāt deſcēdentē ignē: ⁊ gloriā dñi ſup domū:
⁊ corruētes proni in terrā ſuper pauimentū ſtratum la-
pide: adorauerūt ⁊ laudauerūt dominum: quoniam bo-
nus: quoniā in ſeculū miſericordia eiꝰ. Rex aūt ⁊ oīs po-
B. pulus immolabant victimas corā domino. Mactauit
igitur rex Salomon hoſtias boum vigintiduo millia:
arietū centū viginti millia. Et dedicauit domū dei rex ⁊
vniuerſus populꝰ. Sacerdotes aūt ſtabāt ī officijs ſuis
et leuitę in organis carminū dñi: quę fecit dauid rex ad
laudandū dominū: quoniā bonus: quoniā in ęternū mi-
ſericordia eiꝰ: hymnos dauid canētes per manus ſuas.
Porro ſacerdotes canebāt tubis ante eos: cūctuſq; iſra-
el ſtabat. Sāctificauit q̄q; Salomon mediū atrij ante
tēplū dñi. Obtulerat eñ ibi holocauſta ⁊ adipes pacifi-
corū: q̄a altare ęneū q̄d fecerat: non poterat ſuſtinere ho-
C locauſta ⁊ ſacrificia ⁊ adipes pacificoꝝ. Fecit ergo Sa-
lomon ſolennitatē In tēpore illo ſeptē diebꝰ: et oīs iſrael

cū eo: eccleſia magna valde: ab introitu hemath vſq; ad
torrentē ęgypti. Fecitq; die octauo collectā: eo q̄ dedi-
caſſet altare ſeptē diebꝰ: ⁊ ſolennitatē celebraſſet diebus
ſeptem. Igitur in die viceſimotertio menſis ſeptimi: di-
miſit populos ad tabernacula ſua lętantes atq; gauden-
tes ſuper bono: quod fecerat dñs Dauid ⁊ Salomoni ⁊
Iſrael populo ſuo. Cōpleuitq; Salomon domū dñi: et
domū regis: ⁊ omnia quę diſpoſuerat in corde ſuo: vt fa-
ceret in domo dñi ⁊ in domo ſua: ⁊ proſperatus eſt. Ap- 3.reg.7.et
paruit aūt ei dñs nocte: ⁊ ait: Audiui orationē tuam: et 9.a.
elegi locū iſtum mihi in domū ſacrificij. Si clauſero cę-
lum: ⁊ pluuia nō fluxerit: ⁊ mandauero et pręcepero lo-
cuſtę: vt deuoret terrā: ⁊ miſero peſtilentiam in populū
meum: Conuerſus autem populus meus: ſuper quos
inuocatum eſt nomen meum: deprecatus me fuerit: et
exquiſierit faciem meā: et egerit poenitētiam a vijs ſuis
peſſimis: ⁊ ego exaudiam de cęlo: ⁊ propitius ero pecca-
tis eorū: ⁊ ſanabo terrā eoꝝ. Oculi quoq; mei erūt aper- D
ti: et aures meę erectę ad orationē eius: qui in loco iſto
orauerit. Elegi eñ et ſanctificaui locū iſtū: vt ſit nomen
meū ibi in ſempiternū: ⁊ ꝑmaneant oculi mei: ⁊ cor meū
ibi cūctis diebus. Tu quoq; ſi ambulaueris coram me:
ſicut ambulauit dauid pater tuus: et feceris iuxta oīa
quę pręcepi tibi: ⁊ iuſtitias meas: iudiciaq; ſeruaueris:
ſuſcitabo thronū regni tui: ſicut pollicitus ſum Dauid
patri tuo: dicens: Non auferetur de ſtirpe tua vir: q̄ nō
ſit princeps in Iſrael. Si autem auerſi fueritis: ⁊ dereli-
queritis iuſticias meas: et pręcepta mea quę ꝓpoſui vo-
bis: et abeuntes ſeruieritis dijs alienis: et adoraueritis
eos: euellā vos de terra mea: quā dedi vobis: et domum
hāc: quā ędificaui nomini meo: ꝓijciā a facie mea: ⁊ tra-
dā eā in parabolā: ⁊ in exēplum cūctis populis: et domꝰ
iſta erit in prouerbiū vniuerſis tranſeuntibus: et dicent
ſtupētes: Quare fecit dominus ſic terrę huic: et domui
huic: Reſpōdebuntq;: Quia dereliquerūt dñm deū pa-
trū ſuorū: qui eduxit eos de terra Aegypti: ⁊ apprehen-
derūt deos alienos: ⁊ adorauerūt eos: ⁊ coluerunt: idcir-
co venerūt ſuper eos vniuerſa hęc mala. VIII.
Expletis aūt viginti annis: poſtq̄ ędificauit ſa- A
lomon domū dñi ⁊ domū ſuā: ciuitates quas
dederat hiram ſalomoni: edificauit: ⁊ habita- 3.reg.9.b.
re ibi fecit filios iſrael. Abijtq; ī hemath ſoba:
⁊ obtinuit eā: ⁊ ędificauit* palmirā ī deſerto: ⁊ alias ci- Heb. Tha
uitates munitiſſimas ędificauit ī hemath. Extruxitq; damor.
bethhoron ſuperiorē: ⁊ bethhoron inferiorē: ciuitates mu-
ratas habētes portas ⁊ vectes ⁊ ſeras. Balaath etiā et B
oēs vrbes firmiſſimas: q̄ fuerūt ſalomonis: cunctaſq; vr-
bes q̄drigaꝝ: ⁊ vrbes equitū. Oīa quęcunq; voluit fecit
rex Salomon atq; diſpoſuit: ędificauit in Ieruſalem ⁊
in Libano: ⁊ in vniuerſa terra poteſtatis ſuę. Oēm po-
pulū q̄ derelictus fuerat de hetheis ⁊ amorreis ⁊ phere-
zeis et heueis ⁊ iebuſeis: q̄ nō erāt de ſtirpe Iſrael: de fi-
lijs eoꝝ: ⁊ de poſteris quos non interfecerant filij iſrael:
ſubiugauit Salomon in tributarios vſq; in diem hāc.
Porro de filijs iſrael nō poſuit: vt ſeruirēt opibꝰ regis.
Ipi eñ erāt viri bellatores: ⁊ duces p̄mi: ⁊ p̄ncipes qua-
drigarū ⁊ equitū eiꝰ. Oēs aūt principes exercitus regis
Salomonis fuerūt ducēti quinquagīta: q̄ erudiebāt po-
pulū. Filiā vero Pharaonis trāſtulit de ciuitate dauid
in domū: quā ędificauerat ei. Dixit eñ rex: Non habita- C
bit vxor mea ī domo dauid regis iſrael: eo q̄ ſanctificata
ſit: quia ingreſſa eſt in eā arca domini. Tūc obtulit ſalo-
mon holocauſta dño ſup altare dñi: quod extruxerat an-
te porticū: vt ꝑ ſingulos dies offerretur in eo iuxta pręce-
ptū Moyſi in ſabbatis ⁊ in calēdis: ⁊ in feſtis diebus
ter ꝑ annū: id eſt in ſolēnitate azymoꝝ: ⁊ ſolēnitate heb-
domadarū: ⁊ in ſolennitate tabernaculorū. Et cōſtituit
iuxta diſpoſitionē dauid patris ſui officia ſacerdotū ī mi-
niſterijs ſuis: ⁊ leuitas ī ordine ſuo: vt laudarēt ⁊ mini-
ſtrarent corā ſacerdotibꝰ iuxta ritū vniuſcuiuſq; diei: et D

ianitores in diuiſiōibus ſuis per portā et portā. Sic em̄
p̄ceperat dauid hō dei: nec pretergreſſi ſunt de mādā-
tis regis tā ſacerdotes ꝙ leuitę: ex om̄ibꝰ que p̄ceperat.
Et in cuſtodijs theſauroꝝ oēs impēſas preparatas ha-
buit Salomon: ex eo die q̊ fundauit domū domini: vſqꝫ
in diē quo perfecit eā. Tūc abijt Salomon in Aſionga-
ber: et in eloth ad orā maris rubri: que eſt ī terra edō.
Miſit ergo ei Hiram per manꝰ ſeruoꝝ ſuorū naues: et
nautas gnaros maris: et abierūt cū ſeruis ſalomonis in
Ophir. Tuleruntqꝫ inde quadringēta quinquaginta ta-
lēta auri: ⁊ attulerūt ad regē Salomonem. IX.
A Regina quoqꝫ Saba cum audiſſet famam ſa
lomonis: venit vt tētaret eū in enigmatibus
3.reg.10.a Mat.12.d in Jeruſalē cū magnis opibꝰ ⁊ camelis: qui
portabāt aromata et auri plurimū: gēmaſqꝫ
precioſas. Cūqꝫ veniſſet ad ſalomonē locuta eſt ei que-
cunqꝫ erāt in corde ſuo. Et expoſuit ei Salomon om̄ia
que propoſuerat: nec quicꝙ fuit quod non perſpicuum
ei fecerit. Que poſtꝙ vidit ſapientiam Salomonis: et
domū quā edificauerat: necnō ⁊ cibaria mēſe eiꝰ: ⁊ habi
tacula ſeruoꝝ: ⁊ officia miniſtroꝝ eius: ⁊ veſtimēta eoꝝ:
pincernas quoqꝫ: ⁊ veſtes eoꝝ: ⁊ victimas quas immola
bat in domo dn̄i: nō erat pre ſtupore vltra ī ea ſpiritus.
B Dixitqꝫ ad regē: Verus eſt ſermo: quē audierā in terra
mea de virtutibꝰ: ⁊ ſapiētia tua. Nō credebā narrātibꝰ:
donec ipſa veniſſem: et vidiſſent oculi mei: et probaſſem
vix medietatē ſapiētie tue mihi fuiſſe narratā. Viciſti fa
mā virtutibꝰ tuis: beati viri tui: et beati ſerui tui: hi qui
aſſiſtūt corā te om̄i tēpore: ⁊ audiūt ſapientiā tuā. Sit
dn̄s deus tuus benedictꝰ: q̊ voluit te ordinare ſup thro-
nū ſuū regē dn̄i dei tui. Quia diligit deꝰ iſrael: ⁊ vult ſer
C uare eū in eternū: idcirco poſuit te ſup eū regē: vt facias
iudicia atqꝫ iuſtitiā. Dedit aūt regi centū viginti talen
ta auri: ⁊ aromata multa nimis: ⁊ gēmas p̄cioſiſſimas.
Non fuerūt aromata talia: vt hec que dedit regina ſaba
regi Salomoni. Sed ⁊ ſerui Hiram cū ſeruis ſalomo-
nis attulerūt aurū de ophir: ⁊ ligna thyina: ⁊ gēmas p̄-
cioſiſſimas. De quibꝰ fecit rex: de lignis ſcilicet thyinis:
gradus ī domo dn̄i: ⁊ ī domo regia: cytharas q̊qꝫ ⁊ pſal
teria cātoribꝰ. Nunꝙ viſa ſunt in terra Juda ligna ta-
lia. Rex aūt Salomō dedit regine ſaba cūcta q̄ voluit:
D ⁊ q̄ poſtulauit: ⁊ multa plura ꝙ attulerat ad eū. Que re
uerſa abijt ī terrā ſuā cū ſeruis ſuis. Erat aūt pōdus au-
ri: qd̄ afferebat ſalomoni ꝑ ſingulos annos ſexcēta ſexa-
ginta ſex talēta auri: excepta ea ſumma: quā legati diuer-
ſarū gētiū: ⁊ negociatores afferre cōſueuerāt: om̄eſqꝫ re
ges Arabie et ſatrape terrarū: qui cōportabant aurū et
argentū Salomoni. Fecit igit rex Salomon ducentas
haſtas aureas de ſumma ſexcentorū aureorū: q̊ in ſingu-
lis haſtis expādebantur. Trecēta q̊qꝫ ſcuta aurea trecē
E toꝝ aureoꝝ: quibꝰ tegebant ſingula ſcuta. Poſuitqꝫ ea
rex ī armamētario: qd̄ erat cōſitū nemore. Fecit q̊qꝫ rex
ſoliū eburneum grāde: et veſtiuit illud auro mūdiſſimo.
Sex quoqꝫ gradus: quibꝰ aſcēdebat ad ſoliū: et ſcabellū
aureū: ⁊ brachiola duo altrinſecus: ⁊ duos leones ſtātes
iuxta brachiola: ſed ⁊ alios duodecim leunculos ſtantes
ſup ſex gradus ex vtraqꝫ parte. Nō fuit tale ſoliū in vni
uerſis regnis. Om̄ia quoqꝫ vaſa cōuiuij regis erāt aurea ⁊
opꝰ ędificatiōis: ⁊ inſidias: ⁊ populos adducentes: ꝓhi
bebāt eos ędificare: ⁊ aggreſſuras exercētes īpedierūt:
ne cōſummaret ędificiū oī tpe vitę Cyꝛi regis: ⁊ ꝓtraxe
rūt ſtructurā ꝑ bienniū: vſqꝫ ad Darij regnum. VI.

A In ſecundo aūt anno regni Darij: ꝓphetauit
Haggeus: ⁊ Zacharias filius Addo pꝛophe-
tę apud Judęā et Jeruſalē in noīe dei Iſrael
ſuꝑ eos. Tūc ſtās Zoꝛobabel filiꝰ ſaalthiel: et
Jeſua filius Joſedec: inchoauerūt ędificare domū dn̄i:
quę eſt in Jeruſalē: cum adeſſent eis pꝛophetę domini:
⁊ adiuuarent eos. In illo tēpoꝛe venit ad illos ſyſennes
ſubꝛegulus Syꝛię et phoenicis et ſatrabuzanes et ſoda
les eius: et dixerūt eis: Quo pꝛęcipiēte vobis domū hāc
ędificatis: ⁊ tectū iſtud: et alia oīa ꝑficitis? Et qui ſunt
ſtructoꝛes: qui hęc ędificāt? Et habuerūt gratiā viſita-
tione facta ſuꝑ eos: q̄ erāt ex captiuitate a dn̄o ſenioꝛes
iudęoꝝ: ⁊ nō ſunt īpediti ędificare: donec ſignificaretur
Dario de om̄ibꝰ iſtis: ⁊ reſpōſum acciperet. Exēplū epi
ſtolę: quā miſerūt Dario: Syſennes ſubꝛegulus ſyꝛię et
phoenicis et ſatrabuzanes: ⁊ ſodales eiꝰ in ſyꝛia: ⁊ phoe-
nice pꝛęſides: regi dario ſalutē: Oīa nota ſint dn̄o regi:
ꝙ cū veniſſemꝰ ī regionē iudęę: ⁊ introiſſemꝰ ī ieruſalē:
inuenimꝰ ędificātes domū dei magnā: et tēplū ex lapidi
bus politis ⁊ magnis ⁊ ꝑcioſis materijs ī parietibus: ⁊
opera illa inſtāter fieri: ⁊ ſuffragare: ⁊ ꝓſperare in mani-
bus eoꝝ: ⁊ ī om̄i gloꝛia ꝙ diligētiſſime ꝑfici. Tūc inter-
B rogauimus ſenioꝛes: dicētes: Quo ꝑmittēte vobis ędi-
ficatis domū iſtā: ⁊ oꝑa hęc fundatis? Ideo aūt interro
gauimus eos: vt notū faceremꝰ tibi hoīes ⁊ pꝛępoſitos:
⁊ noīm ſcripturā pꝛępoſitoꝝ poſtulauimus illos. At il-
li reſpōderūt nobis: dicētes: Nos ſumꝰ ſerui dn̄i: qui fe
cit cęlū ⁊ terrā: et ędificabat hęc domꝰ ante annos iſtos
multos a rege iſrael magno ⁊ foꝛtiſſimo: et cōſummata
eſt. Et quoniā patres noſtri exacerbātes erant: et pecca
uerūt in deū Iſrael: tradidit eos ī manꝰ nabuchodono
ſoꝛ regis babylonię: regis chaldęoꝝ: ⁊ domū iſtā demo-
liētes incēderūt: et populū captiuū duxerūt ī babylonē.
In pꝛimo anno regnante Cyꝛo rege babylonię: ſcripſit
Cyꝛus rex domum hāc ędificare: et illa ſacra vaſa aurea
et argentea: quę extulerat Nabuchodonoſoꝛ de domo:
quę eſt in Jeruſalem: ⁊ conſecrauerat ea in ſuo templo:
rurſus pꝛotulit ea Cyꝛus rex de templo: quod erat in
babylonia: ⁊ tradita ſunt zoꝛobabel: ⁊ ſalmanaſaro ſub-
C regulo. Et pꝛęceptū eſt eis: vt offerrēt hęc vaſa: ⁊ repo-
nerēt ī tēplo: qđ erat ī Jeruſalē: ⁊ ipm̄ tēplū dei ędifica
re ī loco ſuo. Tūc ſalmanaſarus ſubiecit fundamēta do
mus dn̄i: quę eſt in Jeruſalē: ⁊ exinde vſqꝫ nūc ędificare
tur: ⁊ nō accepit cōſummationē. Nunc ergo ſi iudicat a
te o rex: perquiratur in regalibꝰ bibliothecis Cyꝛi regis
quę ſunt in babylonia: et ſi inuentū fuerit cōſilio Cyꝛi re
gis coeptā eſſe ſtructurā domus dn̄i: quę eſt in Jeruſa-
lem: et iudicabitur a domino rege noſtro: ſcribat de his
nobis. Tunc Darius rex pꝛęcepit inquiri in bibliothe-
cis: ⁊ inuētus eſt ī Egbathanis oppido: quod eſt in me-
dia regione locus vnus: in quo ſcripta erant iſta: Anno
pꝛimo regnāte Cyꝛo: rex Cyꝛꝰ pꝛęcepit domū domini:
quę eſt in Jeruſalē ędificare: vbi incēdebāt igni aſſiduo:
cuiꝰ altitudo ſit cubitoꝝ decē: ⁊ latitudo cubitoꝝ ſexa-
ginta: quadratū lapidibus politis tribus: et moeniano
ligneo eiuſdem regionis: ⁊ moeniano vno nouo: ⁊ impē
dia dari de domo Cyꝛi regis: et ſacra vaſa domus domi
ni tam aurea ꝙ argentea: quę extulit Nabuchodonoſoꝛ
in domū domini: quę eſt in Jeruſalem: vbi erant poſita:
vt ponantur illic: et pꝛęcepit curā agere Siſennem ſub
regulum Syꝛię et Phoenicis et ſatrabuzanem et ſoda
les eiꝰ: et qui oꝛdinati erant in Syꝛia ⁊ Phoenice pꝛę- D
ſides: vt abſtinerent ſe ab eodē loco. Et ego quoqꝫ pꝛęce
pi in totū ędificare: ⁊ pꝛoſpexi: vt adiuuēt eos: q̄ ſunt ex
captiuitate Judęoꝝ: donec cōſummaretur tēplū ędis
domini: ⁊ a vexatione tributoꝛū Coeloſyꝛię et Phoeni
cis: diligenter quantitatē dari his hominibus ad ſacrifi
cium domini Zoꝛobabel pꝛęfecto ad tauros: et arietes:
et agnos: ſimiliter aūt ⁊ frumentū ⁊ ſal ⁊ vinū ⁊ oleū in-
ſtāter per ſingulos annos: pꝛout ſacerdotes qui ſunt in
Jeruſalem dictauerint conſumi quotidie ſine vlla dila
tione: vt offerantur libationes ſummo deo pꝛo rege et
pueris eius: et oꝛent pꝛo ipſoꝛum vita: ⁊ denuncietur: vt
quicunqꝫ tranſgreſſi fuerint aliquid ex his: quę ſcripta
ſunt: aut ſpꝛeuerint: accipiatur lignū de ſuis pꝛopꝛijs: ⁊
ſuſpēdantur: ⁊ bona ipſoꝛū regi aſcribātur. Propterea
⁊ dominus: cuius nomen inuocatum eſt ibi: exterminet
oēm regem ⁊ gentē: qui manū ſuā extēderit pꝛohibere:
aut male tractare domū domini illā: quę eſt ī Jeruſalē.
Ego dariꝰ rex decreui ꝙ libētiſſime ſm hęc fieri. VII.

Tunc Siſennes ſubꝛegulꝰ coeloſyꝛię ⁊ phoe- A
nicis et ſatrabuzanes et ſodales obſecuti his
quę a Dario rege erāt decreta: inſiſtebant ſa
croſanctis operibus diligētiſſime: cooperan
tes cū ſenioꝛibus Judęoꝝ pꝛincipibus Syꝛię: ⁊ pꝛoſpe
rata ſunt ſacroſancta opera pꝛophetantibus Haggęo
et Zacharia pꝛophetis. Et cōſummauerunt omnia per
pꝛęceptū domini dei Iſrael: et ex cōſilio Cyꝛi ⁊ Darij ⁊
Artaxerxis regis Perſarū. Et conſummata eſt domus B
noſtra vſqꝫ ad tertiā ⁊ viceſimā diem mēſis Adar: ſexto
anno Darij regis. Et fecerunt filij Iſrael et ſacerdotes
⁊ leuitę et cęteri qui erāt ex captiuitate: q̄ appoſiti ſunt
ſm ea quę ſcripta ſunt in libꝛo Moyſi. Et obtulerūt in
dedicationē tēpli dn̄i tauros cētum: arietes ducentos:
agnos quadringentos: et hoedos pꝛo peccatis vniuerſi
Iſrael duodecim: ſm numerū tribuū iſrael. Et ſteterūt
ſacerdotes et leuitę amicti ſtolis ꝑ tribus ſuꝑ oīa opera
domini dei iſrael ſm libꝛū Moyſi: et oſtiarij ꝑ ſingulas
iannas. Et egerūt filij Iſrael cū his qui erant ex captiui C
tate illud phaſe quartadecima luna menſis pꝛimi: quan
do ſanctificati ſunt ſacerdotes ⁊ leuitę. Oēs filij captiui
tatis nō ſunt ſimul ſanctificati: q̄a leuitę oēs ſimul ſan-
ctificati ſunt. Et īmolauerūt phaſe vniuerſi filij captiui
tatis: ⁊ fratribꝰ ſuis ſacerdotibꝰ: ⁊ ſibimetipſis. Et mā D
ducauerūt filij Iſrael: q̄ erāt ex captiuitate oēs q̄ remā-
ſerāt ab oībꝰ execratiōibꝰ gētiū terrę quęrētes dn̄m: et
celebꝛauerūt diē feſtū azymoꝝ ſeptē diebꝰ epulātes in cō
ſpectu dn̄i: qm̄ cōuertit cōſiliū regis aſſyꝛioꝝ in eos con
foꝛtare manus eoꝝ ad opera dn̄i dei Iſrael. VIII.

Et poſt hunc regnāte Artaxerxe Perſarū re A
ge acceſſit Eſdras filiꝰ ſaraię: filij azarię: filij 1.eſd.7.a.
helchię: filij ſallū: filij ſadoc: filij achitob: filij
Amerię: filij Azarię: filij bocci: filij Abiſue: filij
phineches: filij eleazari: filij aaron pꝛimi ſacerdotis. Hic eſ
dras aſcēdit de babylonia: cū eſſet ſcriba ⁊ ingenioſus in
lege moyſi: quę data eſt a dn̄o deo iſrael: docere ⁊ facere.
Et dedit ei rex gloꝛiā: ꝙ inueniſſet gratiā in om̄i dignita
te ⁊ deſiderio ī cōſpectu eiꝰ. Et aſcēderūt ſimul cū ipſo
ex filijs iſrael ⁊ ſacerdotibꝰ ⁊ leuitis et ſacris cātoꝛibꝰ tē
pli ⁊ oſtiarijs ⁊ ſeruis tēpli in ieruſalem. Anno ſeptimo

regnante Artaxerxe in quinto menſe: hic annus ſeptimꝰ
eſt regni: exeuntes de babylonia nouilunio quinti mēſis
venerūt ieroſolymā iuxta pręceptū illius ſecundū ꝓſpe-
ritatē itineris a dn̄o ipſoꝝ datam eis. In his em̄ eſdras
magnā diſciplinā obtinebat: ne ꝑtermitteret quicꝙ eoꝝ
quę eſſent ex lege domini ⁊ pręceptis: ⁊ docendo vniuer
ſum iſrael: omnē iuſtitiā et iudiciū. Accedentes aūt: qui
ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis tradiderūt ſcriptū
qđ obuenerat ab artaxerxe rege ad eſdrā ſacerdotē: ⁊ le-
ctorē legis domini: cuius exemplū ſubiectū eſt. Rex ar-
taxerxes eſdrę ſacerdoti ⁊ lectori legis dn̄i ſalutē: Hu-
manior ego iudicās in beneficijs pręcepi eis: qui deſyde
rant ex gente iudęorum ſua ſponte: ⁊ ex ſacerdotibus: ⁊
leuitis: qui ſunt in regno meo comitari tecū in ieruſalē.
B Si q̄ ergo cupiūt ire tecū: cōueniant: et ꝓficiſcant̄ ſicut
placuit mihi: ⁊ ſeptē amicis meis cōſiliarijs: vt viſitent
ea quę agunt̄ ſecundū iudęā ⁊ ieruſalē: obſeruātes ſicut
habes ī lege dn̄i: ⁊ ferant munera dn̄o deo iſrael: q̄ voui
ego et amici ieruſalē: ⁊ omne aurū ⁊ argentū: qđ īuentū
fuerit ī regiōe babylonię dn̄o in ieruſalē cū illo: qđ eſt do
natū pro ipſa gente in templo dn̄i eoꝝ qđ eſt in ieruſalē
vt colligatur hoc aurū: ⁊ argentū: ⁊ tauros: ⁊ arietes: ⁊
et agnos: ⁊ hoedus: ⁊ q̄ his ſunt cōgruentia: vt offerant
hoſtias dn̄o ſuper altare dn̄i ipſoꝝ: qđ eſt in ieruſalē. Et
oīa quęcūqꝫ volueris cū fratribus tuis facere auro et ar
gento: ꝑfice pro volūtate tua ſcđm pręceptū dn̄i dei tui:
et ſacroſancta vaſa: q̄ data ſunt tibi ad opera domus dn̄i
dei tui: q̄ eſt in ieruſalē: ⁊ cetera quęcūqꝫ tibi ſubuenerīt
ad opera tēpli dei tui: dabis de regali Gazophylacio: cū
volueris cū fratribꝰ tuis facere auro ⁊ argento: ꝑfice ſe-
cundū voluntatē dn̄i. Et ego quidē rex artaxerxes pręce-
cepi cuſtodibus theſaurorū ſyrię et phoenicis: vt quęcū
qꝫ ſcripſerit eſdras ſacerdos: ⁊ lector legis dn̄i: diligen-
ter detur eiuſqꝫ ad argenti talenta centū: ſimiliter ⁊ au-
ri: ⁊ vſqꝫ ad frumēti modios centū: et vini amphoras cē
tū: et alia quęcūqꝫ abundāt ſine taxatione. Oīa ſecundū
C legē dei fiant deo altiſſimo: ne forte exurgat ira in regno
regis: ⁊ filij et filiorū eius. Vobis autē dicitur: vt oībus
ſacerdotibus: ⁊ leuitis: ⁊ ſacris cantoribus: et ſeruis tē
pli: ⁊ ſcribis templi huius nullū tributū: neqꝫ vlla alia in
dictio irrogetur: nec habeat quiſꝙ poteſtatem obijcere
eis quicꝙ. Tu aūt Eſdras ſcđm ſapientiā dei conſtitue
iudices: ⁊ arbitros in tota ſyria ⁊ phoenice: ⁊ oēs qui le
gē dei tui nō nouerūt: doce: vt quotq̄t trāſgreſſi fuerīt
legē diligēter plectant̄ ſiue morte: ſiue cruciatu: ſiue eti
t.eſdr.8.a am pecunię mulctatiōe vel abductiōe. Et dixit Eſdras
ſcriba: Benedictꝰ deus patrū noſtrorū: q̄ dedit hanc vo
luntatē in cor regis: clarificare domū ſuā q̄ eſt in Jeruſa
lē: ⁊ me honorificauit in cōſpectu regis: ⁊ cōſiliariorū: et
amicoꝝ eiꝰ: ⁊ purpuratoꝝ eiꝰ: et ego cōſtans aīo factus
ſum ſecundū opitulationē dn̄i dei mei: ⁊ cōgregaui ex iſ
rael viros: vt ſimul aſcenderent mecū. Et hi ſunt ꝑpoſi-
ti ſecundū ſuas patrias: ⁊ principatus portionales eoꝝ
qui mecū aſcēderūt de babylonia ī regno artaxerxis. Et
ex filijs phares: Gerſonus: ex filijs ſiemarith: Amenus.
Filiorū dauid Accus filius cecilie. Ex filijs phares: Za-
charias: ⁊ cū eo reuerſi ſunt viri centū quinquaginta: ex
filijs ductoris moabilionis zaraei: ⁊ cum ipſo viri ducen
ti quīquaginta. Ex filijs zachnes: iechonias: zechoeli: et
cū ipſo viri ducēti quinq̄ginta. Ex filijs ſalamaaſias go
tholie: ⁊ cū ipſo viri ſeptuaginta. Ex filijs zaphacie zari-
as miheli: ⁊ cū ipſo viri octoginta. Ex filijs iob: abdias:
iecheli: et cū ipſo viri ducēti duodecim. Ex filijs banie: ſa
limoth: filius ioſaphię: et cū ipſo viri centū ſexagīta. Ex
filijs beer: zacharias: bebei: ⁊ cū ipſo viri ducēti octo. Ex
filijs eſead: ioānes: ezechā: ⁊ cū ipſo viri centū decē. Ex fi
lijs adonicā ipſis poſtremis. Et hęc ſunt nomina eorū:
eliphalā filius gebel: ⁊ ſemias: ⁊ cū ipſo viri ſeptuagīta.
D Et cōgregaui eos ad fluuiū qui dicit̄ thia: ⁊ metati fui
mus illic triduo: ⁊ recognoui eos. Et ex filijs ſacerdotū

et leuitarū nō inueni illic. Et miſi ad Eleazarū ⁊ eccelō
et maſmā: ⁊ malobā: ⁊ enaathan: ⁊ ſamea: ⁊ ioribū: nath
an: eunagan: zachariā: ⁊ Moſollamū: ipſos ductores ⁊
peritos. Et dixi eis: vt venirent ad Loddeum: qui erat
apud locū gazophylacij. Et mandaui eis: vt dicerēt lod
deo ⁊ fratribus eius: et illis qui erāt in gazophylatio: vt
mitterēt nobis eos: qui ſacerdotio fungerent̄ in domo
dn̄i dei noſtri: et adduxerūt nobis ſecundū manū validā
dn̄i dei noſtri viros peritos: ex filijs mooli: filij leui: filij
iſrael: ſebebiā: ⁊ filios ⁊ fratres: qui erant decē ⁊ octo: aſ-
biā ⁊ amīn. Ex filijs filiorū chananei ⁊ filij eorū viri vigī
ti. Et ex his qui in templo ſeruiebāt: quos dedit dauid:
et ipſi principes ad operationē leuitꝫ templo ſeruientiū
ducenti viginti. Oīa nomina ſignificata ſunt in ſcriptu
ris. Et voui illic ieiuniū iuuenibus in cōſpectu dn̄i: vt q̄-
rerē ab eo bonū iter nobis: ⁊ qui nobiſcū erant: ⁊ filijs et
pecoribus ꝓpter inſidias. Erubui em̄ petere a rege pe-
dites et equites in comitatu tutelę gratia contra ad-
uerſarios noſtros. Diximus em̄ regi: quoniā virtus dn̄i
erit cum eis: qui inquirūt eum in omni affectu. Et iterū
deprecati ſumus dn̄m deū noſtrū ſecundū hęc: quē ⁊ ꝓ-
pitiū babuimꝰ: et cōpotes facti ſumus deo noſtro. Et ſe
paraui ex plebis: prępoſitis: et ſacerdotibꝰ templi viros
duodecim: ⁊ ſedebiā: ⁊ aſamiā: ⁊ cū eis ex fratribus eorū
viros decē. Et appendi eis aurū: ⁊ argentū: ⁊ vaſa ſacer
dotalia domus dei noſtri: quę donauerat rex: ⁊ cōſiliarij
eius: ⁊ principes: ⁊ oīs iſrael. Et cū appendiſſem: tradi-
di argenti talenta centū quinquaginta: ⁊ vaſa argentea
talētorū centū: ⁊ auri talēta cētū: ⁊ vaſorū aureorū ſepti
es viginti: ⁊ vaſa ęrea de bono ęramēto ſplendētia: duo
decim auri ſpeciem reddētia. Et dixi eis: Et vos ſancti E
eſtis dn̄o: ⁊ vaſa ſunt ſancta: ⁊ aurū: et argētum votū eſt
dn̄o deo patrū noſtroꝝ. Vigilate: ⁊ cuſtodite: donec tra
datis ex plebis prępoſitis: ſacerdotibꝰ: ⁊ leuitis ⁊ princi
pibus ciuitatū iſrael in ieruſalē: ⁊ in paſtoforio domus
dei noſtri. Et hi q̄ ſuſceperūt ſacerdotes: ⁊ leuitę aurū: ⁊
argentū et vaſa: intulerūt in Jeruſalē in templū dn̄i. Et
promouimus a fluuio thia: die duodecima: mēſis primi
vſqꝫ quo introiuimus in ieruſalē. Et cū factus fuiſſet ter
tius dies: quarta aūt die ponderatū aurū: et argentum
traditū eſt in domo dn̄i dei noſtri marimoth filio iori ſa
cerdoti: et cū ipſo erat eleazer filius phinehes: et erāt cū
ipſis Joſabdus filius ieſuet: medias ⁊ bani filius leuitę
ad numerū ⁊ ad pondus vniuerſa. Et ſcriptū eſt pondꝰ
ipſorū eadē hora. Qui aūt venerūt ex captiuitate: obtu-
lerunt ſacrificiū dn̄o deo iſrael: tauros duodecim ꝓ om̄i
iſrael: arietes octoginta ſex: agnos ſeptuagītaduos: hir
cos pro peccato duodecim: et pro ſalute vaccas duode-
cim: oīa in ſacrificiū dn̄i. Et relegerūt pręcepta regis re
galibus diſpenſatoribꝰ: et ſubregulis coeloſyrie: ⁊ phoe
nicis: ⁊ honorificauerūt gentē: et templū dn̄i: Et cōſum t.eſdre 9.a
matis his: acceſſerunt ad me prępoſiti: dicentes: Nō ſe
gregauerūt genus iſrael: et principes: ⁊ ſacerdotes: ⁊ le
uitę: et alienigenę gentes: ⁊ natiōes terrę immundicias
ſuas a chananęis ⁊ hetheis et pherezeis et iebuſeis ⁊ mo
abitis et ęgyptijs et idumeis. Cōiuncti em̄ ſunt filiabꝰ
eorū et ipſi: et filij eorū: et mixtū eſt ſemē ſanctū alienige
nis gentibus terrę: et participes erāt prępoſiti: ⁊ magi
F ſtratꝰ iniquitatis eius ab initio ipſius regni: Et mox vt
audiui iſta: cōſcidi veſtimenta: et ſacrā tunicā: ⁊ lacerās
capillos capitis: ⁊ barbā ſedi dolens: et moeſtus. Et cō-
uenerunt quotq̄t tunc mouebant̄ in verbo dn̄i dei iſrael
ad me lugentē ſuper iniquitatē iſtā: ⁊ ſedebā triſtis vſqꝫ
ad ſacrificiū veſpertinū. Et cōſurgens a ieiunio: cōſciſſa
habens veſtimenta: ⁊ ſacrā tunicā: ingeniculās: ⁊ exten-
dens manus ad dn̄m: dicebā: Dn̄e cōfuſus ſum: ⁊ reueri
tus ſum ante faciē tuā. Peccata em̄ noſtra multiplica-
ta ſunt ſuꝑ capita noſtra: et iniquitates noſtrę exaltatę
ſunt vſqꝫ ad celū: q̄m a temporibꝰ patrū noſtrorū ſumꝰ
in magno peccato vſqꝫ ī diē hunc. Et ꝓpter peccata no-

ſtra: 7 patrū noſtroꝛū ſumus traditi cū fratribus noſtrꝭ
et cū ſacerdotibus noſtris regibus terrę in gladiū et ca
ptiuitatē: et depꝛędationē cū cōfuſione vſqꝫ in hodiernū
diē. Et nūc quātū eſt hoc: qđ cōtigit nobis miſericoꝛdia
abs te dñe deus: 7 relinque nobis radicē: 7 nomē in locū
ſanctificationis tuę: detegere luminare noſtrū in domo
dñi dei noſtri dare nobis cibū in oī tēpoꝛe ſeruitutis no
ſtrę. Et cū ſeruiremus: nō fuimus derelicti a dño deo no
ſtro: ſed cōſtituit nos ī gratia: ponēs nobis reges perſa
rū dare cibū: 7 clarificare templū dñi dei noſtri: 7 ędifica
re deſerta ſion: dare nobis ſtabilitatē ī iudęa et ieruſalē.
B Et nūc qđ dicimus dñe habentes hęc? Trāſgreſſi eēm ſu
mus pꝛęcepta tua: q̄ dediſti in manus pueroꝛū tuoꝝ pꝛo
phetarū dicēs: Quoniā terra: in q̄ introiſtꝭ poſſidere hę
reditatē eius: terra polluta eſt coinquinatiōibus alieni-
genarū terrę: 7 īmundicię illoꝛū repleuerūt eā totā īmū
dicia ſua. Et nūc filias veſtras nō cōiungetis filijs eoꝛū
7 filias eoꝛū nō accipietis filijs veſtrꝭ: 7 nō inq̄retis pacē
habere cū illis oī tēpoꝛe: vt inualeſcētes māducetis opti
ma terrę: et hereditatē diſtribuatis filijs veſtris vſqꝫ in
euū. Et q̄ cōtingūt nobis oīa fiunt ꝑpter opa noſtra ma
ligna: 7 magna peccata noſtra. Et dediſti nobis talē ra
dicē: et rurſum reuerſi ſum⁹ trāſgredi legitima tua: vti
cōmiſceremur īmundiciei alienigenarū gentiū terrę hu
ius. Nōne iraſceris nobis ꝑdere nos: q̊aduſqꝫ nō relinq̄
tur radix: 7 nomē noſtrū? Dñe deus iſrael verax es. De-
relicta eſt eēm radix vſqꝫ in hodiernū diē. Ecce nūc ſum⁹
in cōſpectu tuo ī iniq̄tatibus noſtris. Nō eſt eēm adhuc
ſtare ante te ī his. Et cū adoꝛādo cōfiteref eſdras flens:
humi ꝓſtratus ante templū cōgregati ſunt ante eū ex ie
ruſalē turba magna valde viri: 7 mulieres: 7 iuuenes: et
iuuenculę. Fletus eēm erat magnus in ipſa multitudine.
1. eſdr. 10. a. Et cū clamaſſet iechonias iehelí ex filijs iſrael dixit eſdrę
Nos in dñm peccauimus: ⁊ collocauimus nobis in ma
trimoniū mulieres alienigenas ex gentib⁹ terrę. Et nūc
es ſup oēm iſrael. In his ergo fit iuſiurādū a dño expel-
lere oēs vxoꝛes noſtras q̄ ex alienigenꝭ ſunt cū filijs eaꝝ.
Sicut tibi decretū eſt a maioꝛib⁹ ſm legē dñi exurgens
explica. Ad te eēm ſpectat negociū: 7 nos tecū ſum⁹. Viri
liter fac. Et exurgēs eſdras adiurauit pꝛīcipes ſacerdo
tū 7 leuitas: 7 oēm iſrael facere ſecūdū hęc: 7 iurauerūt.
ET exurgēs Eſdras ab ante atriū tēpli IX.
A abijt in paſtofoꝛiū ionathę filij naſabi: 7 hoſpi
tatus illic nō guſtauit panē: nec aquā bibit ſu
ꝑ iniq̄tatē multitudinis. Et facta ē ꝑdicatio
in oī iudęa: 7 in ieruſalē oībus qui erāt ex captiuitate in
ieruſalē cōgregati: vt quicūqꝫ non occurrerit biduo vel
triduo diei ſecundū iudiciū aſſidentiū ſenioꝛū: tollerenꝫ
facultates ſuę: 7 ipſe alien⁹ iudicaref a multitudine cap
tiuitatis. Et cōgregati ſunt oēs q̄ erāt ex tribu iuda: et
beniamin in tribus diebus in ieruſalē. Hic mēſis eſt no
nus: dies mēſis viceſim⁹. Et ſedit oīs multitudo ī area
templi tremētes ꝑpter hyemē pꝛęſentē. Et exurgens eſ
dras dixit illis: Vos inique feciſtis collocātes vobis in
matrimoniū vxoꝛes alienigēas: vt adderetꝭ ad peccata
iſrael. Et nūc date cōfeſſionē: 7 magnificētiā dño deo pa
trū noſtroꝛū: 7 ꝑficite voluntatē ipſius: 7 diſcedite a gen
B tib⁹ terrę: 7 ab vxoꝛib⁹ alienigenis. Et clamauit oīs mul
titudo: 7 dixerunt voce magna: Sicut dixiſti faciemus
Sed qm̄ multitudo magna eſt: 7 tempus hybernū: 7 nō
poſſumus inſubſidiati ſtare: 7 hoc opus nō eſt nobis vni
us diei: neqꝫ bidui: multū eēm in his peccauimus: ſtent ꝑ
poſiti multitudinꝭ: 7 oēs q̄ nobiſcū inhabitāt: 7 quotq̄t
habēt vxoꝛes apud ſe alienigenas: 7 aſſiſtant accepto tē
poꝛe ex oī loco pꝛeſ byteri: 7 iudices: vſqꝫquo ſoluant irā
dñi negocij huius. Jonathas aūt filius Ezeli: 7 ozias: 7
thecā ſuſceperūt ſecūdū hęc: 7 bozoramus: 7 leuis 7 ſab
batheus ſimul cooperati ſunt cū illis. Et ſteterunt ſecū
dū hęc omnia vniuerſi: qui erant ex captiuitate. Et ele-
git ſibi viros eſdras ſacerdos pꝛīcipes magnos de patri
bus eoꝛū ſecundū nomina: et cōſederūt nouilunio mēſis
decimi examinare negotiū iſtud. Et determinatū eſt de
viris: q̄ habebant vxoꝛes alienigenas: vſqꝫ ad neomenia
pꝛimi menſis: 7 inuenti ſunt ex ſacerdotibus ꝑmixti: qui
habebāt alienigenas vxoꝛes. Ex filijs ieſu filij ioſedech: C
7 fratrib⁹ eius: mazeas: 7 eliezerus: 7 ioꝛibus: 7 ioadeus
et iniecerūt manus: vt expellerent vxoꝛes ſuas: 7 ad litā
dū in exoꝛationē arietē ꝓ ignoꝛātia ſua: 7 ex filijs ſemme
ri: maſeas et eſſes et ieelech azarias. Et ex filijs foſere: li
moſias: hiſmaenis: 7 nathanaee: iuſſio: ieddus: et talſas
Et ex leuitis: ioſabdus 7 ſemeis 7 colnis: et calitas: 7 fa
cteas 7 coluas 7 elionas. Et ex ſacris cātoꝛibus eliarib:
zaccarus. Et ex oſtiarijs ſallumus et tolbanes. Et ex iſ-
rael: ex filijs foꝛo: oſi et remias: et geddias: et melchias:
et michelus: et eleazarus: 7 iemmebias: 7 bannas. Et ex
filijs iolaman: chamas: et zacharias: et iezrelus: et ioddi
us: 7 erimoth 7 elias. Et ex filijs zathoim: eliadas: 7 lia-
ſum⁹ 7 zochias. Larimoth 7 ſabdis 7 rebedias: Et ex fi- D
lijs Zebes Joannes: et amanias: et zabdias: et emeus.
Et ex filijs banni: olamimus et malluchus et ieddeus: 7
iaſub: 7 aſabus: 7 ierimoth. Et ex filijs addin: naatus: 7
mooſias et caleus et raanas 7 maaſeas: matathias: 7 be
ſeel: et bann⁹: 7 manaſſes. Et ex filijs nuae: noneas: 7 aſe
as: et melchias: 7 ſameas: 7 ſimon: beniamin 7 malchus
et marras. Et ex filijs aſom: carianeus: et mathatias: 7
bannus: et eliphalach et manaſſes et ſemei: et ex filijs bā
ni: ieremias et moadias: et abꝛamus et iohel: et baneas:
7 pelias: 7 iona: 7 marimoth: et eliaſib: 7 mathane⁹: 7 eli
aſis et oꝛizas et dielus: et ſemedius: et zambꝛis et ioſeph
us. Et ex filijs nobei: idelus: et mathatia: et ſabadus: ze E
cheda: ſedmi: 7 ieſſei: baneas. Oēs iſti cōiunxerūt ſibi vx
oꝛes alienigenas: 7 dimiſerūt eas cū filijs. Et īhabitaue 2. eſdre. 8.
rūt ſacerdotes: et leuitę: et q̄ erāt ex iſrael in ieruſalē: et
in tota vna regione nouilunio menſis ſeptimi. Et erāt fi
lij Iſrael in cōmoꝛationibus ſuis. Et cōgregata eſt oīs
multitudo ſimul ī areā: q̄ eſt ab oꝛiente poꝛtę ſacrę. Et
dixerūt eſdrę pontifici: et lectoꝛi: vt afferret legē moyſi:
quę tradita eſt a dño deo iſrael. Et attulit eſdras ponti
fex legē omni multitudini eoꝛū a viro vſqꝫ ad mulierē: 7
oībus ſacertodibus audire legē nouilunio menſis ſepti
mi. Et legebat in area: quę eſt ante ſacrā poꝛtā templi: a
pꝛima luce vſqꝫ ad veſperā coꝛā viris et mulieribus. Et
dederūt oēs ſenſum ad legē. Et ſterit eſdras ſacerdos: et F
lectoꝛ legis ſuper ligneū tribunal: qđ fabꝛicatū erat. Et
ſteterūt ad eū mathatias: 7 ſamus: ananias: azarias: vri
as: ezechias: et balſamus ad dexterā: et ad ſiniſtrā falde⁹
miſael: malachias: abuſthas ſabus: nabadias et zachari
as. Et aſſumpſit Eſdras libꝛū coꝛā omni multitudine:
pꝛęſidebat eēm in gloꝛia in cōſpectu oīm. Et cum abſol-
uiſſet legē: oēs erecti ſteterunt: 7 benedixit eſdras dñm
deum altiſſimum: deum ſabaoth omnipotentem. Et re
ſpondit omnis populus: amen. Et eleuatis ſurſum ma
nib⁹ pꝛocidentes in terrā: adoꝛauerunt dñm: ieſus 7 ba
naeus: et ſarebias et iaddimus: et accubus: et ſabbathe⁹
7 calithes 7 azarias: 7 ioꝛadus 7 ananias 7 philias leui-
tę: q̄ docebāt legē dñi: 7 in multitudine legebāt legē dñi
7 ꝑferebant ſinguli eos: q̄ intelligebāt lectionē. Et dixit G
atharathes eſdrę pōtifici: 7 lectoꝛi: 7 leuitis: q̄ docebant
multitudinē: dicēs: Dies hic ſanctus eſt dño. Et oēs fle
bāt: cū audiſſent legē. Et dixit eſdras: digreſſi ergo mā nehe. 8. c.
ducate pīguiſſima q̄qꝫ: 7 bibite dulciſſima quęqꝫ: 7 mit
tite munera his: q̄ nō habēt. Sanct⁹ eēm eſt hic dies dñi
et nolite moeſti eſſe. Dñs eēm clarificabit vos. Et leuitę
denunciabāt in publico oībus: dicētes: Dies hic ſanct⁹
eſt: nolite moeſti eſſe. Et abierūt oēs manducare: 7 bibe
re: 7 epulare: 7 dare munera his: q̄ nō habebāt: vt epulen
tur. Magnifice eēm ſunt exaltati verbis: quibus edocti
ſunt. Et cōgregati ſunt vniuerſi in ieruſalē celebꝛare lę-
titiā ſm teſtamentū dñi dei Iſrael.

Finis

Quartus liber Eſdrae: qui et ipſe inter apocrypha computatur. Cap. I.

A Iber Eſdrae prophe
te ſecundꝰ: filij ſaraię: filij azarię: filij
helchię: filij ſallū: filij ſadoc: filij achi-
tob: filij Amerię: filij azarię: filij ma-
raioth: filij ſarahię: filij vzi: filij bocci:
filij abiſue: filij phinehes: filij eleazar:
filij Aaron ex tribu leui: qui fuit captiuus in regione me
dorū: in regno artaxerxis regis Perſarū. Et factum eſt
verbū domini ad me dicens: Uade: et nuncia pplo meo
facinora ipſorum: et filijs eorū iniquitates: quas ī me ad
miſerunt: vt nunciēt filijs filiorū: quia peccata parentū
ipſorū in illis creuerunt. Obliti em̄ mei ſacrificauerunt
dijs alienis. Nōne ego eduxi eos de terra: ęgypti de do
mo ſeruitutis? Ipſi autē irritauerūt me: ⁊ conſilia mea
ſpreuerūt. Tu aūt excute comā capitis tui: ⁊ ꝓijce oīa
mala ſup illos: quoniā non obedierūt legi meę. Populꝰ
aūt eſt indiſciplinatus. Uſqꝫ quo eos ſuſtinebo: q̄bus tā
ta beneficia cōtuli? Reges multos ꝓpter eos ſubuerti:
Pharaonē cū pueris ſuis: ⁊ oēm exercitū eius percuſſi.
B Omnes gentes a facie eorū perdidi: ⁊ in oriente prouin
ciarū duarū populus Tyri: et Sidonis diſſipaui: ⁊ oēs
aduerſarios eoꝝ īterfeci. Tu vero loquere ad eos: dicēs
Hęc dicit dominus: Nempe ego vos ꝑ mare tranſmea
ui: ⁊ plateas initio munitas exhibui. Ducem vobis dedi
moyſen et Aaron ſacerdotē: lucē vobis ꝑ columnā ignis
p̄ſtiti: ⁊ magna mirabilia feci in vobis. Uos autē mei
obliti eſtis dicit dn̄s. Hęc dicit dominus oīpotens: Co
turnix vobis in ſigno fuit: caſtra vobis ad tutelā dedi: ⁊
illic murmuraſtis: ⁊ nō triumphaſtis in nomine meo de
ꝑditiōe inimicoꝝ veſtrorū: ſed adhuc nunc vſqꝫ murmu
raſtis. Ubi ſunt beneficia: quę p̄ſtiti vobis? Nōne ī de
ſerto cū eſuriretis: ꝓclamaſtis ad me: dicētes: Ut quid
nos in deſertū iſtuc adduxiſti īterficere nos? Meliꝰ no
bis fuerat ſeruire ęgyptijs: q̄ mori in deſerto hoc: Ego
dolui gemitus veſtros: ⁊ dedi vobꝫ māna in eſcā. Panē
angelorū manducaſtis. Nōne cum ſitiretis: petrā exci-
di: ⁊ fluxerunt aquę in ſaturitate? Propter ęſtus folijs
arborū vos texi. Diuiſi vobis terras pingues: chananę-
C os: ⁊ pherezeos: ⁊ philiſteos a facie veſtra proieci. Quid
faciam vobis adhuc dicit dn̄s? Hęc dicit dn̄s oīpotens
In deſerto cū eſſetis ī flumine amorręo ſitientes: ⁊ blaſ
phemātes nomē meū: nō ignē vobis pro blaſphemijs de
di: ſed mittēs lignū in aquā: dulce feci flumē. Quid tibi
faciā Iacob? Noluiſti obedire iuda. Trāsferā me ad ali
as gentes: ⁊ dabo eis nomē meū: vt cuſtodiant legitima
mea. Quoniā me dereliquiſtꝭ: et ego vos dereliquā. Pe
tentibus vobis a me miſericordiā: nō miſerebor. Quan
do īuocabitis me: ego nō exaudiā vos. Maculaſtis em̄
manus veſtras ſanguine: ⁊ pedes veſtri impigri ſunt ad
cōmittenda homicidia. Nō q̄ſi me dereliquiſtis: ſed voſ
ipſos dicit dn̄s. Hęc dicit dn̄s omnipotens: Nōne ego
vos rogaui: vt pater filios: ⁊ mater filias: ⁊ vt nutrix par
uulos ſuos: vt eſſetis mihi in populū: ⁊ ego vobis in deū
⁊ vos mihi in filios: ⁊ ego vobis in patrē? Ita vos colle-
gi: vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modo autē q̄d
D faciā vobis? Proĳciā vos a facie mea. Oblationē cū mi
hi attuleritis: auertā faciē meā a vobis. Dies em̄ feſtos
veſtros: ⁊ neomenias ⁊ circūciſiōes repudiaui. Ego mi
ſi pueros meos ꝓphetas ad vos: quos acceptos interfe
ciſtis: ⁊ laniaſtis corpora eorū: quorū ſanguinē exquirā:
dicit dn̄s. Hęc dicit dominus oīpotens: Domus veſtra
deſerta eſt. Proĳciā vos ſicut ventꝰ ſtipulā: ⁊ filij ꝓcrea
tionē nō faciēt: q̄m mandatū meū neglexerūt: ⁊ qđ malū
eſt corā me: fecerūt. Tradā domus veſtras populo veni
enti: q̄ me nō audiētes credūt: q̄bus ſigna nō oſtēdi: faci
ent quę p̄cepi. Prophetas nō viderunt: ⁊ memorabū
tur iniquitatū eorū. Teſtor populi veniētis gratiā: cuiꝰ
paruuli exultant cū lętitia: me nō videntes oculis carna
libus: ſed ſpiritu credentes q̄ dixi. Et nūc frater aſpice:
quę gloria: ⁊ vide populū venientē ab oriēte: q̄bus dabo
ducatū Abraā: iſaac: ⁊ iacob: ⁊ oſee: ⁊ amos: ⁊ michee: et
ioel: ⁊ abdię: ⁊ ionę: ⁊ nahum: ⁊ habacuc: ſophonię: hag
gei: zacharię: ⁊ malachię: q̄ et angelus dn̄i vocatus eſt.
Hec dicit dn̄s: Ego eduxi populū iſtū II. A
de ſeruitute: q̄bus mādata dedi ꝑ pueros me
os ꝓphetas: q̄s audire noluerūt: ſed irrita fe
cerūt mea cōſilia. Mater q̄ eos generauit: di
cit illis: Ite filij: q̄a ego vidua ſum et derelicta. Educa-
ui vos cū lętitia: ⁊ amiſi vos cū luctu ⁊ triſtitia. Quoniā
peccaſtis corā dn̄o deo veſtro: ⁊ qđ malū eſt corā eo feci-
ſtis. Modo aūt quid faciā vobis? Ego vidua ſum: et de
relicta: Ite filij: ⁊ petite a dn̄o miſericordiā. Ego aūt te
pater teſtē inuoco ſup matrē filioꝝ: qui noluerunt teſta
mentū meū ſeruare: vt des eis cōfuſionē: et matrē eorū ī
direptionē: ne generatio eorū fiat. Diſpergant̄ in gētes
nomina eorū: deleant̄ a terra: quoniā ſpreuerunt ſacra-
mentū meū. Uę tibi aſſur: qui abſcondis iniquos penes
te. Gens mala memorare quid fecerim Sodomę ⁊ go-
morrę: quoꝝ terra iacet in piceis glebis ⁊ aggeribꝰ cine
rū. Sic dabo eos: qui me nō audierūt: dicit dn̄s omnipo
tens. Hęc dicit dn̄s ad eſdrā: Nuncia pplo meo: quoniā
dabo eis regnū ieruſalē: qđ daturꝰ erā iſrael. Et ſumā mi
hi gloriā illorū: ⁊ dabo eis tabernacula ęterna: quę p̄ę-
parauerā illis. Lignū vitę erit illis in odore vnguēti: et B
nō laborabūt: neqꝫ fatigabunt̄. Ite et accipietis. Roga
te vobis dies paucos: vt ī morentur. Iā paratū eſt vobꝫ
regnū: Uigilate. Teſtare cęlū ⁊ terrā. Contriui em̄ ma
lū: ⁊ creaui bonū: q̄a viuo ego dicit dn̄s. Mater ample-
ctere filios tuos: educa illos cū lętitia. Sicut columna
cōfirma pedes eoꝝ: quoniā te elegi dicit dn̄s. Et reſu-
ſcitabo mortuos de locis ſuis: ⁊ de monumētis educā il
los: quoniā cognoui nomē meū ī iſrael. Noli timere ma
ter filiorū: quoniā te elegi dicit dn̄s: Mittā tibi adiuto
riū pueros meos Eſaiam ⁊ Ieremiā: ad quorū cōſilium
ſanctificaui: ⁊ paraui tibi arbores duodecim grauatas va
rijs fructibus: ⁊ totidē fontes fluentes lac ⁊ mel: ⁊ mon
tes īmenſos ſeptē: habētes roſam ⁊ liliū: in quibus gau
dio implebo filios tuos. Uiduā iuſtifica: pupillo iudica:
egēti da: orphanū tuere: nudū veſti: cōfractū ⁊ debilē cu
ra: claudū irridere noli: tutare mācū: et cęcū ad viſiōem
claritatꝭ meę admitte. Senē ⁊ iuuenē ītra muros tuos
ſerua: mortuos vbi īueneris ſignās cōmenda ſepulchro
et dabo tibi primā ſeſſionē in reſurrectione mea. Pauſa
et quieſce populus meus: quia veniet requies tua. Nu-
trix bona nutri filios tuos: cōfirma pedes eoꝝ. Seruos
quos tibi dedi: nemo ex eis interiet. Ego em̄ eos requi- C
rā de numero tuo. Noli fatigari: Cum em̄ venerit dies
preſſurę et anguſtię: alij plorabunt: ⁊ triſtes erūt: tu au
tem hilaris: et copioſa eris. Zelabūt gentes: ⁊ nil aduer
ſus te poterunt: dicit dominus. Manus meę tegent te
ne filij tui geennā videāt. Iocundare mater cū filijs tu-
is: quia ego te eripiam: dicit dominus. Filios tuos dor-
mientes memorare: quoniā ego eos educā de lateribus
terrę: ⁊ miſericordiā cum illꝭ faciam: quoniā miſericors
ſum: dicit dominus omnipotens. Amplectere natos tu
os vſqꝫ dum venio: et p̄ſtem illis miſericordiam: quo-
niam exuberant fontes mei: et gratia mea non deficiet.
Ego Eſdras p̄ceptū accepi a domino in monte oreb:
vt irem ad Iſrael: ad quos cū venirem: reprobauerunt
me: et reſpuerunt mandatum domini. Ideoqꝫ vobis di
co gentes: quę auditis et intelligitis: Expectate paſto-
rem veſtrum: requiem ęternitatꝭ dabit vobis: quoniam
in ꝓximo eſt ille: qui in fine ſeculi adueniet. Parati eſto
te ad p̄mia regni: quia lux ꝑpetua lucebit vobis ꝑ ęter
nitatem temporis. Fugite vmbram ſeculi huius: Acci-

pite iocunditatē glorię veſtrę. Ego teſtor palam ſalua-
torem meum. Cōmendatū donū accipite: ⁊ iocundami
ni gratias agentes ei: qui vos ad cęleſtia regna vocauit
Surgite: et ſtate: et videte numerū ſignatorū in conui-
D uio domini. Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt: ſplen
didas tunicas a domino acceperunt. Recipe Sion nu
merū tuū: et conclude candidatos tuos: qui legē domi-
ni cōpleuerūt. Filiorū tuorum quos optabas plenus eſt nu
merus. Roga imperiū domini: vt ſanctificetur populꝰ
tuus: qui vocatus eſt ab initio. Ego Eſdras vidi in mō
te ſion turbā magnā: quā numerare nō potui: ⁊ oēs can
ticis collaudabant dn̄m. Et in medio eorū erat iuuenis
ſtatura celſus: eminentior omnibus illis: ⁊ ſingulis eorum
capitibus imponebat coronas: ⁊ magis exaltabatur. Ego
autē miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelū: ⁊ di-
Apo. 7. xi: Qui hi ſunt domine? Qui reſpondens dixit mihi: Hi
ſunt: qui mortalē tunicā depoſuerūt: et īmortalem ſum
pſerunt: ⁊ cōfeſſi ſunt nomē dei. Modo coronantur: et
accipiunt palmas. Et dixi angelo: Ille iuuenis quis eſt
q̄ eis coronas imponit: ⁊ palmas in manꝰ tradit? Et re
ſpondens dixit mihi: Ipſe eſt filiꝰ dei: quē in ſeculo cōfeſ
ſi ſunt: ego aūt magnificare eos coepi: q̄ fortiter ꝓ nomi
ne dn̄i ſteterunt. Tunc dixit mihi angelus: Uade: annū
cia pplo meo: q̄lia ⁊ quāta mirabilia dn̄i dei vidiſti III.
A Anno triceſimo ruinę ciuitatis eram in baby
lone: et cōturbatus ſum ſuper cubiculo meo
recumbens: et cogitationes meę aſcendebāt
ſuper cor meū: quoniam vidi deſertionē ſion:
et abundantiā eorū qui habitabant in babylone: et venti
latus eſt ſpiritus meus valde: ⁊ coepi loqui ad altiſſimū
verba timorata. Et dixi: O dominator dn̄e tu dixiſti ab
initio: quādo plantaſti terrā: ⁊ hoc ſolus: ⁊ imperaſti po
pulo: ⁊ dediſti adam corpus mortuū: ſed ⁊ ipſum figmē
tū manuū tuarum erat: ⁊ īſufflaſti in eū ſpiritū vitę: ⁊ factꝰ
eſt viuens corā te: ⁊ induxiſti eū in paradiſo: quē planta
uerat dextera tua anteq̄ terra aduentaret. Et huic mā
daſti diligere viā tuā: ⁊ preteriuit eā: ⁊ ſtatim inſtituiſti
in eo mortem: et in nationibus eius: et natę ſunt gētes:
et tribus: et populi: ⁊ cognationes: quarū non eſt nume
rus. Et ambulauit vnaquęq; gens in volūtate ſua: ⁊ mi
ra agebant corā te: ⁊ ſpernebant precepta tua. Iterū au
B tē in tempore induxiſti diluuiū ſuper inhabitantes ſecu
lū: et perdidiſti eos. Et factū eſt in vnoquoq; eorū: ſicut
Adę mori: ſic his diluuiū. Dereliquiſti autē vnū ex his:
Noe cum domo ſua: et ex eo iuſti omnes. Et factum eſt
cū coepiſſent multiplicari: q̄ habitabāt ſuꝑ terrā: ⁊ mul-
tiplicauerūt filios: ⁊ populos: ⁊ gentes multas: ⁊ coepe
runt iterato impietatē facere plus q̄ priores. Et factū
eſt cū iniquitatē facerēt corā te: elegiſti tibi virum ex his
cui nomen erat Abraam. Et dilexiſti eū: et demonſtraſti
ei ſoli voluntatē tuā: et diſpoſuiſti ei teſtamentū ęternū:
et dixiſti ei: vt non vnq̄ derelinqueres ſemen eius. Et de
diſti ei Iſaac: ⁊ iſaac dediſti Iacob et Eſau. Et ſegrega
ſti tibi Iacob: Eſau autē ſeparaſti. Et factus eſt Iacob
C in multitudine magna. Et factū eſt cū educeres ſemen
eius ex ęgypto: adduxiſti ſuꝑ montē Sina. Et īclinaſti
cęlos: ⁊ ſtatuiſti terrā: et cōmouiſti orbē: et tremere feci
ſti abyſſos: ⁊ conturbaſti ſeculū: ⁊ tranſijt gloria tua por
tas quatuor ignis: et terręmotus: et ſpiritus: ⁊ gelu: vt
dares ſemini Iacob legē: et generationi Iſrael diligen-
tiam. Et non abſtuliſti ab eis cor malignum: vt faceret
lex tua in eis fructū. Cor enī malignū baiulans primus
Adam: tranſgreſſus et victus eſt: ſed et omnes qui de eo
nati ſunt. Et facta eſt permanens: infirmitas ⁊ lex cum
corde populi: cum malignitate radicis: ⁊ diſceſſit qd̓ bo
num eſt: ⁊ manſit malignū. Et tranſierunt tempora: et
finiti ſunt anni: et ſuſcitaſti tibi ſeruum nomine dauid: ⁊
dixiſti ei ędificare ciuitatē nominis tui: ⁊ offerre tibi ī ea
dē thus et oblationes. Et factū eſt hoc annis multis: et
dereliquerunt qui habitabant ciuitatē: in oībus facien-
tes: ſicut fecit Adam ⁊ oēs generatiōes eius. Utebātur
enī ⁊ ipſi corde maligno. Et tradidiſti ciuitatē tuā ī ma
nibus inimicorū tuorū. Nunq̄d meliora faciūt: qui habi
tant Babylonē? Et propter hoc dominabitur ſion. Fa- D
ctū eſt cū veniſſem huc: ⁊ vidiſſem impietates: quarū nō
eſt numerus: et delinquentes multos: vidit aīa mea hoc
triceſimo anno: et exceſſit cor meū: quoniā vidi quomo-
do ſuſtines eos peccātes: ⁊ peperciſti impie agentibus:
et perdidiſti populū tuū: ⁊ conſeruaſti inimicos tuos: ⁊
nō ſignificaſti. Nil memini quomodo debeat derelinqui
via hęc. Nunquid meliora facit Babylon: q̄ Sion: aut
alia gens cognouit te preter Iſrael? Aut quę tribus cre
diderunt teſtamentis tuis: ſicut Iacob? Quarum merces
nō cōparuit: neq; labor fructificauit. Pertranſiens enī
ꝑtranſiui in gentibus: ⁊ vidi abundantes eos: ⁊ non me
morantes mandatorum tuorū. Nunc ergo pondera in ſta
tera noſtras iniquitates: ⁊ eorum qui habitant in ſeculo: ⁊
nō inuenietur nomē tuū: niſi in iſrael. Aut quādo nō pecca
uerūt ī cōſpectu tuo: qui habitāt terram: aut q̄ gens ſic
obſeruabit mandata tua? Hos quidē ꝑ nomina inueni
es ſeruaſſe mādata tua: gentes aūt nō īuenies IIII.
E Et reſpondit ad me angelus: qui miſſus eſt ad A
me: cui nomē Uriel: ⁊ dixit mihi: Excedēs ex
ceſſit cor tuū in ſeculo hoc: ⁊ cōprehendere co
gitas viā altiſſimi. Et dixi: Ita dn̄e meꝰ. Et
reſpōdit mihi: et dixit: Tres vias miſſus ſum oſtendere
tibi: ⁊ tres ſimilitudines ꝓponere corā te: de q̄bus mihi
ſi renunciaueris vnā ex his: ⁊ ego tibi demonſtrabo viā:
quā deſyderas videre: ⁊ docebo te vnde ſit cor malignū:
et dixi: Loquere dn̄e meus. Et dixit ad me: Uade: pon-
dera mihi ignis pondus: aut menſura mihi flatū venti:
aut reuoca mihi diē: q̄ preterijt. Et reſpondi: ⁊ dixi: Quis
natorū poterit facere: vt me interroges de his? Et dixit
ad me: Si eſſem īterrogās te: dicēs: quātę habitatiōes
ſunt in corde maris? aut quātę venę ſunt ī principio abyſ
ſi: aut quātę venę ſunt ſuꝑ firmamentū: aut qui ſunt exi
tus paradiſi? diceres mihi fortaſſis: In abyſſum non de
ſcendi: neq; in infernū adhuc: neq; in cęlū vnq̄ aſcendi.
Nūc aūt nō interrogaui te: niſi de igne: ⁊ vento: et die: ꝑ
quē tranſiſti: ⁊ a quibus ſeparari nō potes: et nō reſpon
diſti mihi de eis. Et dixit mihi: Tu quę tua ſunt: tecum
coadoleſcentia non potes cognoſcere: ⁊ q̄modo poterit
vas tuū capere altiſſimi viā: ⁊ iam exterius corrupto ſe-
culo ītelligere corruptionē euidentē in facie mea? Et di
xi illi: Melius erat nos non eſſe: q̄ adhuc viuentes viue
re in impietatibus: ⁊ pati: ⁊ nō intelligere de q̄ re. Et re
ſpondit ad me: ⁊ dixit: Proficiſcēs ꝓfectus ſum ad ſyl-
uā lignorū cāpi: ⁊ cogitauerūt cogitationē: ⁊ dixerunt:
Uenite et eamus: et faciamus ad mare bellū: vt recedat B
corā nobis: et faciamus nobis alias ſyluas. Et ſimiliter
fluctus maris: ⁊ ipſi cogitauerūt cogitationē: ⁊ dixerūt
Uenite aſcendentes: debellemus ſyluas campi: vt ⁊ ibi
cōſummemꝰ nobiſmetipſis aliā regionē. Et factus eſt
cogitatus ſyluę in vanū. Uenit enī ignis: ⁊ cōſumpſit eā
Similiter ⁊ cogitatꝰ fluctuū maris. Stetit enī arena:
⁊ ꝓhibuit eos. Si enī eſſes iudex horū: quē inciperes iu
ſtificare: aut quē cōdemnare? Et reſpondi: ⁊ dixi: Utriq;
vanā cogitationē cogitauerūt. Terra enī data eſt ſyluę:
⁊ mari locus portare fluctus ſuos. Et reſpōdit ad me: ⁊
dixit: Bene tu iudicaſti: ⁊ q̄re non iudicaſti tibimetipſi?
Quēadmodū enī terra ſyluę data eſt: ⁊ mare fluctibꝰ ſu
is: ſic qui ſuper terram inhabitant: quę ſunt ſuper terrā
intelligere ſolūmodo poſſunt: et qui ſuper cęlos: quę ſu
per altitudinem cęlorum. Et reſpōdi: et dixi: Deprecor
te domine: vt mihi detur ſenſus intelligendi. Nō enim
volui interrogare de ſuperioribus tuis: ſed de his: quę ꝑ
tranſeunt per nos quotidie: propter quid Iſrael datus
in opprobrium gētibus: quem dilexiſti populum datus
eſt tribubus impijs: et lex patrū noſtrorū in interitū de
ducta eſt: et diſpoſitiones ſcriptę nuſq̄ ſunt: ⁊ pertranſi

uimus de ſeculo: vt locuſte: ⁊ vita noſtra ſtupor ⁊ pauor
⁊ nec digni ſumus miſericordiam cõſequi. Sed quid fa
ciet nomini ſuo qđ inuocatũ eſt ſuper nos? Et de his iter
C rogaui. Et reſpondit ad me: et dixit: Si fueris plurimũ
ſcrutatus: frequẽter miraberis: quoniã feſtinãs feſtinat
ſeculũ ꝑtranſire: ⁊ nõ capit portare: que in futuris tem
poribꝰ iuſtis repromiſſa ſunt: quoniã plenũ iniuſtitia eſt
ſeculũ hoc: ⁊ infirmitatibꝰ. De quibus aũt iterrogas di
cã: Seminatũ eñi eſt malũ: ⁊ necdũ venit deſtructio ipſi
us. Si ergo nõ inuerſum fuerit: qđ ſeminatũ eſt: ⁊ diſceſ
ſerit locꝰ: vbi ſeminatũ eſt malũ: nõ veniet vbi ſeminatũ
eſt bonũ. Quoniã granẽ ſeminis mali ſeminatũ eſt ĩ cor
de Adam ab initio: et quantũ impietatꝭ generauit vſqꝫ
nũc: ⁊ generat vſqꝫ cũ veniat area. Aeſtima autẽ apud te
granẽ mali ſeminis: quantũ fructũ ĩpietatis generauit
quando ſecate fuerit ſpice: quarũ non eſt numerus: quã
magnã aream incipiẽt facere? Et reſpondi: ⁊ dixi: Quo
modo: ⁊ quãdo hec? Quare modici ⁊ mali anni noſtri?
Et reſpondit ad me: ⁊ dixit mihi: Nõ feſtines tu ſuꝑ al-
tiſſimũ. Tu eñi feſtinas inaniter eſſe ſuꝑ ipſum. Nam ex
ceſſus tuus multus. Nõne de his interrogauerunt aĩe
iuſtorꝫ in promptuarijs ſuis: dicẽtes: Vſqꝫquo ſpero ſic
⁊ quando veniet fructꝰ aree mercedis noſtre? Et reſpõ
dit ad ea Ieremiel archangelus: ⁊ dixit: Quãdo imple-
tus fuerit numerus ſeminũ ĩ vobis: quoniam in ſtatera
ponderauit ſeculũ: et menſura menſurauit tẽpora: ⁊ nu
mero numerauit tempora: et nõ cõmouit: nec excitauit
D vſqꝫdum impleaꝫ predicta menſura? Et reſpondi ⁊ dixi
O dominator dñe: ſed ⁊ nos omnes pleni ſumus impie
tate. Et ne forte propter nos non impleãꝫ iuſtorũ aree:
propter peccata inhabitantiũ ſuꝑ terrã. Et reſpõdit ad
me: ⁊ dixit: Vade et interroga pregnantẽ: ſi quãdo im-
pleuerit nouem menſes ſuos: adhuc poterit matrix eius
retinere partũ in ſemetipſa. Et dixi: Nõ poteſt dñe. Et
dixit ad me: In inferno ꝓmptuaria animarũ matrici aſ-
ſimilata ſunt. Queãdmodũ enim illa feſtinat: que parit
effugere neceſſitatẽ partus: ſic ⁊ hec feſtinat reddere ea
que cõmendata ſunt. Ab initio tibi demonſtrabitur de
his: que cõcupiſcis videre. Et reſpõdi: ⁊ dixi: Si inueni
gratiã ãte oculos tuos: ⁊ ſi poſſibile eſt: ⁊ ſi idoneꝰ ſum:
demonſtra mihi: ſi pluſquã preteritum ſit habet venire:
aut plura pertranſierunt ſupra ꝙ futurũ eſt. Quid per-
trãſiuit: ſcio: quid aũt futurũ ſit: ignoro. Et dixit ad me
Sta ſuꝑ dexterã partẽ: ⁊ demõſtrabo tibi ĩterꝑtationẽ
ſimilitudinis. Et ſteti ⁊ vidi: ⁊ ecce fornax ardens tran-
ſit corã me: ⁊ factũ eſt cũ trãſiret flamma vidi: ⁊ ecce ſu-
perauit fumus. Poſt hec tranſijt corã me nubes plena
aque: et immiſit pluuiã impetu multã: ⁊ cum trãſiſſet
impetꝰ pluuie: ſuperauerũt in ea gutte. Et dixit ad me:
Cogita tibi: ſicut creſcit pluuia ampliꝰ ꝙ gutte: et
ignis ꝙ fumus: ſic ſuperabundauit: que trãſiuit mẽſura
Superauerũt aũt gutte: ⁊ fumus: ⁊ oraui. Et dixi: Pu
tas viuo vſqꝫ in diebus illis? Vel quid erit in diebus il-
lis? Reſpondit ad me: ⁊ dixit: De ſignis: de quibus me
interrogas: ex parte poſſum tibi dicere: de vita autẽ tua
non ſum miſſus dicere tibi: ſed neſcio. V.
A DE ſignis autẽ: ecce dies veniẽt: in quibus ap-
prehendenꝫ: qui inhabitãt terrã in cẽſu mul-
to: ⁊ abſcõdetur veritatis via: ⁊ ſterilis erit a
fide regio: ⁊ multiplicabiꝫ iniuſtitia ſuꝑ hanc:
quã ipſe tu vides: ⁊ ſuꝑ quã audiſti olim: ⁊ erit impoſi-
tio veſtigio: quã nunc vides regnare regionẽ: ⁊ videbũt
eam deſertã. Si aũt tibi dederit altiſſimꝰ viuere: videbꝭ
poſt tertiã tubã: ⁊ reluceſcet ſubito ſol noctu: ⁊ luna ter
in die: ⁊ de ligno ſanguis ſtillabit: ⁊ lapis dabit vocẽ ſuã
⁊ populi cõmouebunꝫ: ⁊ regnabit: quẽ nõ ſperãt: q̃ inha
bitãt ſuꝑ terrã: ⁊ volatilia cõmigrationẽ facient: et mare
ſodomiticũ piſces reijciet: ⁊ dabit vocẽ noctu: quã nõ no
uerant multi. Oẽs aũt audiẽt vocẽ eius: ⁊ chaos fiet per
loca multa: ⁊ ignis frequẽter remittetur: et beſtie agre-
ſtes tranſmigrabũt: ⁊ mulieres menſtruate parient mõ
ſtra: et in dulcibus aquis ſalſe inuenienꝫ: et amici oẽs ſe
metipſos expugnabũt: et abſcondeꝫ tũc ſenſus: ⁊ intelle
ctus ſeparabiꝫ in promptuariũ ſuũ: ⁊ quereꝫ a multis: ⁊
nõ inuenieꝫ: ⁊ multiplicabitur iniuſticia: ⁊ incõtinentia
ſuper terrã. Et interrogabit regio proximã ſuã: ⁊ dicet:
Nunq̃d ꝑ te pertranſijt iuſticia iuſtũ faciens? Et hoc ne
gabit. Et erit in illo tempore: ⁊ ſperabũt hoĩes: ⁊ nõ im B
petrabunt: laborabũt: ⁊ nõ dirigenꝫ vie corꝫ. Hec ſigna
dicere tibi ꝑmiſſum eſt mihi: ⁊ ſi oraueris iterũ: et plora
ueris: ſicut ⁊ nunc: ⁊ ieiunauerꝭ ſeptẽ diebus: audies ite
rato horũ maiora. Et euigilaui: ⁊ corpꝰ meũ horruit val
de: ⁊ aĩa mea laborauit: vt deficeret: ⁊ tenuit me: qui ve-
nit: angelus qui loquebaꝫ in me: ⁊ confortauit me: ⁊ ſta-
tuit me ſuꝑ pedes. Et factũ eſt ĩ nocte ſecũda: ⁊ venit ad
me Saalthiel dux populi: et dixit mihi: Vbi eras: ⁊ qua
re vultꝰ tuus triſtis? An neſcis: qm̃ tibi creditꝰ eſt iſrael
in regione tranſmigratiõis eorũ? Exurge ergo: ⁊ guſta
panẽ: ⁊ nõ derelinquas nos: ſicut paſtor gregẽ ſuũ ĩ ma-
nibus luporũ malignorũ. Et dixi ei: Vade a me: ⁊ nõ ap
propies ad me: et audiuit: vt dixi: et receſſit a me: ⁊ ego
ieiunaui diebus ſeptẽ vlulans ⁊ plorans: ſicut mihi mã-
dauit Vriel angelus. Et factũ eſt poſt dies ſeptẽ: ⁊ iterꝫ
cogitationes cordis mei moleſte erant mihi valde: ⁊ re-
ſumpſit aĩa mea ſpiritũ intellectꝰ: et iterũ coepi loqui co
ram altiſſimo ſermones: ⁊ dixi: Dominator dñe ex oĩ ſyl
ua terre: et oĩbus arboribus eius elegiſti vineã vnicã: et
ex omni terra orbis elegiſti tibi foueã vnã: ⁊ ex oĩbus flo
ribus orbis: elegiſti tibi liliũ vnũ: ⁊ ex oĩbus abyſſis ma-
ris: repleſti tibi riuũ vnũ: et ex oĩbus edificatis ciuitati-
bus: ſanctificaſti tibimetipſi Sion: ⁊ ex oĩbus creatꝭ vo-
latilibus: noĩaſti tibi columbã vnã: ⁊ ex oĩbus plaſmatis
pecoribus ꝓuidiſti tibi ouem vnam: et ex omnibꝰ multi
plicatis populis: acquiſiuiſti tibi populũ vnũ: ⁊ ab omni
bus probatã legẽ donaſti huic: quẽ deſyderaſti pplo. Et
nunc dñe: vt quid tradidiſti vnũ pluribus? Et prepara-
ſti ſuꝑ vnã radicẽ alias: ⁊ diſperdidiſti vnicũ tuũ in mul-
tis: ⁊ cõculcauerũt eũ: qui cõtradicebãt ſponſionibus tu C
is: quiqꝫ tuis teſtamẽtis nõ credebãt. Et ſi odiẽs odiſti
populũ tuũ: tuis manibus debet caſtigari. Et factũ eſt:
cũ locutus eſſem ſermones: ⁊ miſſus eſt angelus ad me:
q̃ ante venerat ad me preterita nocte: ⁊ dixit mihi: Audi
me: ⁊ inſtruã te: ⁊ intẽde mihi: ⁊ adijciã corã te. Et dixi:
Loquere dñe meus. Et dixit ad me: Valde tu ĩ exceſſu
mẽtis factus es pro iſrael: an plus dilexiſti eũ: ꝙ qui eum
fecit? Et dixi ad eũ: Non dñe: ſed dolens locutus ſum.
Torquẽt eñi me renes mei ꝑ oẽm horã: querentẽ appre
hendere ſemitã altiſſimi: ⁊ inueſtigare partẽ iudicij eiꝰ.
Et dixit ad me: Nõ potes. Et dixi: Quare dñe? Ad q̃d
naſcebar: aut quare nõ fiebat matrix matrꝭ mee mihi ſe
pulchꝛ: vt nõ viderẽ laborẽ iacob: ⁊ defatigationẽ gñis
iſrael? Et dixit ad me: Numera mihi: q̃ necdũ venerant
⁊ collige mihi diſperſas guttas: ⁊ reuirida mihi aridos
flores: ⁊ aperi mihi clauſa promptuaria: ⁊ ꝑduc mihi in
cluſos in eis flatus. Demonſtra mihi vocis imaginẽ: et
tũc oſtendã tibi laborẽ: quẽ rogas videre: Et dixi: Dña-
tor dñe: quis eñi eſt: qui poteſt hec ſcire: niſi qui cũ homi
nibus habitationẽ nõ habet? Ego aũt inſipiens: ⁊ q̃mo-
do potero dicere de his: quibus me interrogaſti? Et di-
xit ad me: Quomodo nõ potes facere vnũ de his: que di
cta ſunt: ſic nõ poteris inuenire iudiciũ meũ: aut in fine
charitatẽ: quã populo promiſi. Et dixi: Sed ecce domi
ne: tu prope es his: q̃ in finẽ ſunt: ⁊ q̃d facient: q̃ ante me
fuerunt: aut nos: aut hi q̃ poſt nos? Et dixit ad me: Co
rone aſſimilabo iudiciũ meũ: Sicut nõ nouiſſimorum
tarditas: ſic nec priorũ velocitas. Et reſpondi: et dixi: D
Nec poteras facere eos qui facti ſunt: et qui ſunt: et qui
futuri ſunt in vnũ: vt celerius iudiciũ tuũ oſtendas? Et
reſpondit ad me: et dixit: Non poteſt feſtinare creatura
ſuper creatorem: nec ſuſtinere ſeculũ eos: qui in eo crean

di ſunt in vnū. Et dixi: Quomodo dixiſti ſeruo tuo: quo
niam viuificās viuicaſti a te creatā creaturā in vnum: et
ſuſtinebat creatura: poterit 7 nunc portare pręſentes in
vnū? Et dixit ad me: Interroga matricē mulieris: 7 di
ces ad eā: et ſi paris: quare per tempus? Roga ergo eā:
vt det decē i vnū. Et dixi: Nō vtiq; poterit: ſed ſecundū
temp'as. Et dixit ad me: Et ego dedi matricē terrę his
qui ſeminati ſunt ſup eā per tempus. Queadmodū eñ
infans nō parit ea: quę ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui a me
creatū ſeculū. Et interrogaui: et dixi: Cum iam dederꝫ
mihi viā: loquar corā te: nam mater noſtra: de qua dixi-
ſti mihi: adhuc iuuenis eſt: iam ſenectuti appropinquat
Et reſpondit ad me: 7 dixit: Interroga eā quę parit: et
dicet tibi. Dices eñ ei: Quare quos peperiſti nunc: non
ſunt ſimiles his: q ante te: ſed minora ſtatura? Et dicet
tibi 7 ipſa: Alij ſunt: qui in iuuentute virtutꝫ nati ſunt:
7 alij: q ſub tempore ſenectutꝫ deficiēte matrice ſunt na-
ti. Cōſidera ergo 7 tu: quoniā minora ſtatura eſtꝫ p his
q ante vos: et qui poſt vos minori q̄ vos: quaſi iā ſeneſcē
tes creaturę: 7 fortitudinē iuuētutis pretereuntes. Et di
xi: Rogo dñe: ſi inueni gratiā ante oculos tuos: demon
ſtra ſeruo tuo: p quē viſites creaturā tuā. VI.
A ET dixit ad me: Initio terreni orbis: et anteq̄
ſtarēt exitus ſeculi: 7 anteq̄ ſpirarēt cōuenti
ones ventorū: 7 anteq̄ ſonarēt voces tonitru
um: 7 anteq̄ ſplenderēt nitores coruſcationū
7 anteq̄ cōfirmarent fundamēta paradiſi: 7 anteq̄ vide
rentur decori flores: 7 anteq̄ cōfirmarētur motę virtu-
tes: 7 anteq̄ colligerentur innumerabiles militię ange
lorū: 7 anteq̄ extollerent altitudines aeris: 7 anteq̄ no-
minarentur menſurę firmamentorū: 7 anteq̄ ęſtuarēt
camini in Sion: 7 anteq̄ inueſtigarentur pręſentes an-
ni: 7 anteq̄ abalienarent eorū: q nunc peccant adinuētio
nes: 7 anteq̄ cōſignati eſſent: q fidē theſaurizauerūt: tūc
cogitaui: 7 facta ſunt per me ſolū: 7 nō per aliū: 7 finis p
me: 7 nō per aliū. Et reſpōdi: et dixi: Quę erit ſeparatio
tēporū? aut qn̄do prioris finis: 7 ſequentis initiū? Et di
xit ad me: ab Abraā vſq; ad iſaac: qn̄do nati ſunt ab eo ia
cob 7 Eſau: man' iacob tenebat ab initio calcaneū eſau.
Finis eñ hui' ſeculi eſau: 7 pricipiū ſequētis iacob. Ho
minis eñ manus inter calcaneū: 7 manū. Aliud noli q̄re
re eſdra. Et reſpōdi: et dixi. O dñator dñe: ſi inueni gra
tiā ante oculos tuos: oro vt demonſtres ſeruo tuo finē ſi
gnorū tuorū: quorū partē mihi demōſtraſti nocte pcedēti
Et reſpōdit: 7 dixit ad me: Surge ſup pedes tuos: 7 au
B di vocē pleniſſimā ſonit'. Et erit ſicut cōmotio: nec cō-
mouebit loc' i q ſtes ſup eū. Ideo cū loquit: tu nō expa-
ueſcas: qm̄ de fine verbū 7 fundamētū terrę intelligit: qm̄
de ipſis ſermo tremeſcit: et cōmouet. Scit eñ quoniā fi
nē eorū oportet cōmutari. Et factū eſt cū audiſſem: ſur
rexi ſuper pedes meos et audiui: et ecce vox loquēs: 7 ſo
nus eius ſicut ſonus aquarū multarū. Et dixi: Ecce dies
veniūt: 7 erit quando appropinquare incipiā: vt viſitē ha
bitantes in terra: et quādo inquirere incipiā ab eis: qui
iuſte nocuerunt iniuſtitia ſua: et quando ſuppleta fuerit
humilitas Sion: 7 cum superſignabitur ſeculum qd in
cipiet pertrāſire: hęc ſigna faciā. Libri aperient ante fa-
ciē firmamēti: et oēs videbūt ſimul: 7 anniculi infantes
loquent vocibus ſuis: et pręgnātes immaturos parient i
fantes triū 7 quatuor menſiū: 7 viuēt 7 ſuſcitabunt. Et
ſubito apparebunt ſeminata loca non ſeminata: 7 plena
promptuaria ſubito inuenient vacua: 7 tuba canet cū ſo
no: quā cū oēs audierint: ſubito expaueſcent: 7 erit in il-
lo tempore debellabūt amici amicos vt inimici: et expa-
ueſcet terra cū his. Et venę fontiū ſtabunt: et nō decur-
rent in horis tribus: 7 erit omnis qui derelictus fuerit ex
oībus iſtis quib' prędixi tibi: ipſe ſaluabitur: et videbit
te ſint ciuitates eoꝝ: et que etiā ſit virtꝰ eoꝝ: aut que ſit
multitudo eoꝝ: vel q̄s rex militie illoꝝ: et q̄re pre oībꝰ
qui habitāt in oriente: iſti cōtempſerunt nos: et non exie
rūt ī obuiā nobis: vt ſuſciperēt nos cū pace? Tūc achior
dux oīm filioꝝ Ammon reſpōdēs: ait: Si digneris audi
re dn̄e mi: dicā veritatē in conſpectu tuo de populo iſto:
qui in mōtanis habitat: 7 nō egredietur verbū falſum ex
Gene.11.b ore meo. Populus iſte ex ꝓgenie Chaldeoꝝ eſt: hic pri
mū ī meſopotamia habitauit: qm̄ noluerūt ſeq̄ deos pa-
B trū ſuoꝝ: q̄ erāt ī terra Chaldeoꝝ. Deſerētes itaqꝫ cere
monias patrū ſuoꝝ: que in multitudine deoꝝ erāt: vnū
deū celi coluerūt: q̄ 7 precepit eis: vt exirent inde: 7 habi
tarent in charran. Cūqꝫ operuiſſet oēm terram fames:
deſcēderūt in Aegyptū: illicqꝫ per quadringētos annos
ſic multiplicati ſunt: vt dinumerari eoꝝ non poſſet exer
citus. Cūqꝫ grauaſſet eos rex egypti: atqꝫ ī edificatio-
nibꝰ vrbiū ſuaꝝ ī luto 7 latere ſubiugaſſet eos: clamaue
rūt ad dn̄m ſuū: 7 ꝑcuſſit totā terrā Aegypti plagis va-
Exodi.1.a rijs. Cūqꝫ eieciſſent eos Aegypti a ſe: et ceſſaſſet plaga
ab eis: 7 iterū eos vellēt capere: 7 ad ſuū ſeruitiū reuoca
re: fugientibus his deus celi mare aperuit: ita vt hincin
exodi.14.c de aque q̄ſi murꝰ ſolidarētur: 7 iſti pede ſicco fundū ma
infra.6.c. ris ꝑambulādo trāſirēt. In quo loco dū īnumerabilis
exercitus Aegyptioꝝ eos perſequeretur: ita aquis coo-
pertus eſt: vt nō remaneret: vel vnus q̄ factū poſteris nū
ciaret. Egreſſus etiā mare rubrū: deſerta Syna montis
occurrerūt: in quibꝰ nunq̄ hō habitare potuit: vel filius
hominis req̄euit. Illic fontes amari obdulcati ſunt eis C
ad bibendū: 7 per annos q̄draginta annonā de celo cōſe
cuti ſūt. Vbicūqꝫ īgreſſi ſunt ſine arcu 7 ſagitta: 7 abſqꝫ exod.15.d ibidē.16.g
ſcuto et gladio: deus eoꝝ pugnauit ꝓ eis: 7 vicit. Et nō
fuit: q̄ inſultaret populo iſti: niſi quando receſſit a cultu
domini dei ſui. Quotienſcūqꝫ autem preter ipſum deū
ſuum alterū coluerūt: dati ſunt in predam: 7 in gladiū:
7 in opprobriū. Quotienſcūqꝫ autem poenituerūt ſe re-
ceſſiſſe a cultura dei ſui: dedit eis deꝰ celi virtutē reſiſtē-
di. Deniqꝫ Chananeū regē: 7 Jebuſeū: 7 Pherezeum:
7 Etheum: 7 Eueum: 7 Amorreum: et omnes potētes
in heſebon proſtrauerūt: 7 terras eorum et ciuitates eo-
rū ipſi poſſederūt: 7 vſqꝫ dū non peccarent in conſpectu
dei ſui: erant cū illis bona. Deus em̄ illoꝝ odit iniquita-
tem. Nā 7 ante hos annos cū receſſiſſent a via quā dede
rat illis deus: vt ambularēt in ea: exterminati ſunt pre-
lijs a multis nationibꝰ: et plurimi eorū captiui abducti
ſunt in terrā non ſuā. Nuper aūt reuerſi ad dominū deū D
ſuum ex diſperſione qua diſperſi fuerāt: adunati ſunt: et
aſcenderunt mōtana hec omnia: 7 iterū poſſident Jeru
ſalem: vbi ſunt ſanctaſanctorū. Nunc ergo mi domine:
perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorū ī cōſpectu dei eorū.
Aſcēdamus ad illos: qm̄ tradēs tradet illos deꝰ eorū ti
bi: et ſubiugati erunt ſub iugo potētie tue. Si vero non
eſt offenſio populi huiꝰ corā deo ſuo: nō poterimus reſi-
ſtere illis: qm̄ deꝰ eorū defendet illos: 7 erimus in oppro
briū vniuerſe terre. Et factū eſt: cū ceſſaſſet loq̄ Achior īfra.16.b. infra.13.d
verba hec: irati ſunt oēs magnates holofernis: 7 cogita
bāt interficere eū: dicētes ad alterutrū: Quis eſt iſte: q̄ fi
lios iſrael poſſe dicat reſiſtere regi Nabuchodonoſor et
exercitibus eiꝰ: hoīes inermes: 7 ſine virtute: 7 ſine peri-
tia artis pugne? Vt ergo agnoſcat Achior: qm̄ fallit nos:
aſcēdamus in mōtana: 7 cū capti fuerint potētes eorū:
tūc cū eiſdē gladio tranſuerberabit: vt ſciat oīs gēs: qm̄
Nabuchodonoſor deꝰ terre eſt: 7 preter ipm̄ aliꝰ nō eſt.
Factū eſt aūt: cū ceſſaſſent loqui: indigna- VI. A
tus holofernes vehementer: dixit ad achior:
Quoniā ꝓphetaſti nobis: dicēs: ꝙ gēs iſrael
defendat a deo ſuo: et oſtēdam tibi: qm̄ nō eſt
deus: niſi nabuchodonoſor: cū ꝑcuſſerimꝰ eos oēs: ſicut
hoīem vnū: tūc 7 ipſe cū illis aſſyriorū gladio īteribis: et
oīs iſrael tecū ꝑditiōe diſperiet: 7 ꝓbabis: qm̄ nabucho-
donoſor dn̄s ſit vniuerſe terre. Tuncqꝫ gladius militie
mee trāſiet ꝑ latera tua: 7 cōfixꝰ cades inter vulneratos
iſrael: 7 nō reſpirabis vltra: donec extermineris cū illis.
Porro aūt ſi ꝓphetiā tuā veram exiſtimas: nō cōcidat B
vultus tuus: 7 pallor q̄ faciē tuā obtinuit: abſcedat a te:
ſi v̄ba mea hec putas īpleri nō poſſe. Vt aūt noueris: q̄a īfra.15.d.
ſimul cū illis hec experieris: ecce ex hac hora illorū pplo
ſociaberis: vt dū dignas mei gladij poenas exceperint:
ip̄e ſimul vltiōi ſubiaceas. Tūc holofernes p̄cepit ſeruis
ſuis: vt cōprehēderēt achior: 7 ducerēt eū in bethuliā: et
traderēt eū in manus filiorū iſrael. Et accipiētes eū ſer-
ui Holofernis: ꝓfecti ſunt ꝑ cāpeſtria: ſed cū appropin-
quaſſent ad mōtana: exierūt cōtra eos fundibularij. Il-
li aūt diuertētes a latere mōtis: ligauerunt achior ad ar
borem manibꝰ 7 pedibus: 7 ſic vinctū de reſtibus dimi-
ſerunt eum: 7 reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Porro fi C
lij iſrael deſcēdentes de Bethulia: venerunt ad eū. Quē
ſoluētes duxerunt ad Bethuliā: atqꝫ in mediū populi il
lū ſtatuētes: percunctati ſunt: quid rerū eſſet: ꝙ illū vin
ctum aſſyrij reliquiſſent. In diebus illis erant illic prin
cipes: Ozias filius micha de tribu ſymeō: et charmim: q̄
7 Gothoniel. In medio itaqꝫ ſeniorū: 7 in cōſpectu oīm
Achior dixit omnia que locutus ipſe fuerat ab Holofer
ne interrogatus: et q̄liter populus holofernis voluiſſet

ꝓpter hoc verbũ interficere eũ: ⁊ queadmodũ ipē Ho
lofernes iratꝰ iuſſerit eũ iſraelitis hac de cauſa tradi: vt
dñ vinceret filios iſrael: tũc ⁊ ipm achioꝛ diuerſis iubeat
interire ſupplicijs: ꝓpter hoc ꝙ dixiſſet: deꝰ celi defenſoꝛ
ſupra. 5. d eoꝝ eſt. Cũq; Achioꝛ vniuerſa hec expoſuiſſet: oĩs po-
puius cecidit in faciẽ: adoꝛãtes dñm: ⁊ cõi lamẽtatiõe ⁊
D fletu vnanimes ꝑces ſuas dño effuderũt: dicentes: Dñe
deus celi ⁊ terre: intuere ſupbiã eoꝝ: ⁊ reſpice ad noſtrã
humilitatẽ: ⁊ faciẽ ſanctoꝝ tuoꝝ attẽde: ⁊ oſtẽde qm̃ nõ
derelinquis pꝛeſumentes de te: ⁊ pꝛeſumẽtes de ſe: ⁊ de
ſua virtute gloꝛiãtes humilias. Finito itaq; fletu: ⁊ ꝑ to
tã diẽ oꝛatiõe pplˀoꝝ completa: cõſolati ſunt achioꝛ: dicẽ
tes: Deꝰ patrũ nr̃oꝝ: cuiꝰ tu virtutẽ pꝛedicaſti: ipſi tibi
hãc dabit viciſſitudinẽ: vt eoꝝ magis tu ĩteritũ videas.
Cũ vo dñs deꝰ noſter dederit hãc libertatẽ ſeruis ſuis:
ſit ⁊ tecũ deus in medio noſtri: vt ſicut placuerit tibi: ita
cũ tuis oĩbꝰ cõuerſeris nobiſcũ. Tũc Ozias: finito cõ-
ſilio eiꝰ: ſuſcepit eũ ĩ domũ ſuã: ⁊ fecit coenã magnã. Et
vocatis oĩbꝰ p̃ſbyteris: ſimul expleto ieiunio refecerũt.
Poſtea vo cõuocatꝰ eſt oĩs ppl̃s: ⁊ ꝑ totã noctẽ ĩtra ec
cleſiã oꝛauerũt: petẽtes auxiliũ a deo Iſrael. VII.

A Olofernes aũt altera die pꝛecepit exercitibꝰ
ſuis: vt aſcẽderẽt cõtra bethuliam. Erãt aũt
pedites bellatoꝝ cẽtũ vigĩti millia: ⁊ eq̃tes vi
gintiduo millia: pꝛeter pꝛeparatiões viroꝝ
illoꝝ: q̃s occupauerat captiuitas: ⁊ adducti fuerant de
pꝛouĩcijs: ⁊ vꝛbibꝰ vniuerſe iuuẽtutis. Oẽs parauerũt
ſe pariter ad pugnã cõtra filios iſrael: ⁊ venerũt ꝑ crepi-
dinẽ montis vſq; ad apicẽ: q̃ reſpicit ſuꝑ dothaim: a loco
q̃ dicit̃ Belma vſq; ad Chelmon: q̃ eſt cõtra Eſdrelon.
Filij aũt Iſrael: vt viderunt multitudinem illoꝝ: pꝛo-
ſtrauerunt ſe ſuper terrã: mittentes cinerem ſuper capi
ta ſua: vnanimes oꝛãtes: vt deus Iſrael miſericoꝛdiam
ſuã oſtẽderet ſuper populũ ſuũ. Et aſſumẽtes arma ſua
bellica: ſederũt per loca que anguſti itineris tramitem
dirigũt inter mõtoſa: ⁊ erãt cuſtodientes ea tota die et
nocte. Poꝛro Holofernes: dũ circuit per gyꝝ: repperit
ꝙ fons qui influebat in aqueductũ illoꝝ a parte auſtra
li extra ciuitatẽ dirigeret: et incidi pꝛecepit aqueductũ
B illoꝝ. Erant tamen non longe a muris fontes: ex quibꝰ
furtim videbantur haurire aquã ad refocillandum po-
tius: ꝙ ad potandũ. Sed filij Ammon ⁊ Moab acceſſe
runt ad Holofernem: dicẽtes: Filij Iſrael nõ in lancea:
nec in ſagitta confidũt: ſed mõtes defendũt illos: et mu
niunt illos colles in pꝛecipitio conſtituti. Ut ergo ſine
congreſſione pugne poſſis ſuperare eos: pone cuſtodes
fontiũ: vt nõ hauriãt ex eis: ⁊ ſine gladio interficies eos:
vel certe fatigati tradẽt ciuitatẽ ſuã: quã putãt in mon
tibus poſitã ſuperari nõ poſſe. Et placuerunt verba hec
coꝛã Holoferne: ⁊ coꝛã omnibus ſatellitibus eius: ⁊ cõ-
C ſtituit per gyꝛũ centenarios per ſingulos fontes. Cũq;
iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta: defecerũt ci
ſterne: ⁊ collectiones aquarũ omnibus inhabitantibus
Bethuliam: ita vt nõ eſſet intra ciuitatẽ vnde ſatiarent̃
vel vna die: quoniã ad mẽſurã dabat̃ populis aqua quo-
Exo. 15. d. tidie. Tũc ad Oziam cõgregati omnes viri: foeminęq;:
iuuenes: ⁊ paruuli: omnes ſimul vna voce dixerũt: Iu-
dicet deus inter nos ⁊ te: quoniã feciſti inter nos mala:
nolẽs loqui pacifice cũ Aſſyꝛijs: ⁊ pꝛopter hoc vendidit
nos deus in manibꝰ eoꝝ. Et ideo non eſt qui adiuuet: cũ
pꝛoſternamur ante oclˀos eoꝝ ĩ ſiti: et perditiõe magna.
Et nũc cõgregate vniuerſos: qui in ciuitate ſunt: vt ſpõ
Thren. 4. b te tradamꝰ nos oẽs populo Holofernis. Meliꝰ eſt em̃
vt captiui benedicamus dominũ viuẽtes: ꝙ moꝛiamur:
⁊ ſimus oppꝛobꝛiũ oĩ carni: cũ videamus vxoꝛes nr̃as
Pſ. 50. a ⁊ infantes noſtros moꝛi ante oculos nr̃os. Cõteſtamur
D hodie celũ ⁊ terrã ⁊ deũ patrũ noſtroꝝ: q̃ vlciſcitur nos
ſm̃ peccata noſtra: vt iam tradatis ciuitatẽ in manu mi
litie Holofernis: vt ſit finis noſter bꝛeuis in oꝛe gladij:
qui longioꝛ efficit̃ in ariditate ſitis. Et cũ hec dixiſſent:

factus eſt fletus ⁊ vlulatus magnus in eccleſia ab oĩbꝰ:
⁊ ꝑ multas hoꝛas vna voce clamauerũt ad deũ: dicẽtes:
Peccauimus cũ patribꝰ noſtris: iniuſte egimꝰ: iniqui-
tatem fecimus. Tu qui pius es: miſerere noſtri: et ĩ tuo
flagello vindica iniquitates noſtras: et noli tradere cõfi
tẽtes te populo: qui ignoꝛat te: vt nõ dicãt inter gẽtes:
vbi eſt deꝰ eoꝝ? Et cũ fatigati his clamoꝛibꝰ: ⁊ his fleti-
bus laſſati ſiluiſſent: exurgẽs Ozias: infuſis lachꝛymis
dixit: Aequo animo eſtote fratres: et hos q̃nq; dies expe
ctemus a domino miſericoꝛdiã. Foꝛſitã em̃ indignatio-
nem ſuam abſcidet: ⁊ dabit gloꝛiam nomini ſuo. Si aũt
tranſactis quinq; diebus nõ venerit adiutoꝛiũ: faciamꝰ
hec verba que locuti eſtis. VIII.

T factũ eſt: cũ audiſſet hec verba Iudith vi- A
dua: que erat filia Merari: filij Idox: filij Io
ſeph: filij Ozie: filij Elai: filij Iamnoꝛ: filij Ie
deon: filij Raphoim: filij Achitob: filij Mel
chie: filij Enan: filij Nathanie: filij Saalthiel: filij Sy-
meon: filij Rubẽ: et vir eius fuit Manaſſes: q̃ moꝛtuus
eſt in diebꝰ meſſis hoꝛdeacee: inſtabat em̃ ſuꝑ alligantes
manipulos ĩ cãpo: ⁊ venit eſtus ſuꝑ caput eiꝰ: et moꝛtuꝰ
eſt in bethulia ciuitate ſua: ⁊ ſepultꝰ eſt illic cũ patribus
ſuis. Erat aũt Iudith relicta eiꝰ vidua iã annis tribꝰ: ⁊
mẽſibꝰ ſex. Et in ſuꝑioꝛibꝰ domꝰ ſue fecit ſibi ſecretũ cu
biculũ: ĩ quo cũ puellis ſuis clauſa moꝛabat̃: ⁊ habẽs ſuꝑ
lũbos ſuos ciliciũ: ieiunabat oĩbus diebꝰ vite ſue: pꝛe
ter ſabbata: ⁊ neomenias: ⁊ feſta domꝰ Iſrael. Erat aũt
eleganti aſpectu nimis: cui vir ſuus reliquerat diuitias
multas: et familiã copioſam: ac poſſeſſiões armẽtis boũ
⁊ gregibꝰ ouiũ plenas. Et erat hec in omnibꝰ famoſiſſi-
ma: quoniã timebat dominũ valde: nec erat: qui loquere B
tur de illa verbũ malũ. Hec itaq; cũ audiſſet: quoniam
Ozias pꝛomiſiſſet: ꝙ tranſacto quinto die: traderet ciui
tatẽ aſſyꝛijs: miſit ad p̃ſbyteros Chambꝛi ⁊ Charmin.
Et venerũt ad illã: et dixit illis: Quod eſt hoc verbũ: in
quo conſenſit Ozias: vt tradat ciuitatẽ Aſſyꝛijs: ſi intra
quinq; dies non venerit nobis adiutoꝛiũ? Et q̃ eſtis vos
qui tẽtatis dominũ? Nõ eſt iſte ſermo: q̃ miſericoꝛdiam
pꝛouocet: ſed potius qui irã excitet: ⁊ furoꝛem accẽdat.
Poſuiſtis vos tẽpus miſeratiõis domini: et in arbitriũ
veſtrũ diẽ conſtituiſtis ei? Sed q̃a patiẽs dñs eſt: in hoc
ipſo poeniteamus: ⁊ indulgentiã eiꝰ fuſis lachꝛymis po
ſtulemus. Nõ em̃ quaſi homo: ſic deus cõminabit̃: neq;
ſicut filius hoĩs ad iracundiã inflãmabitur. Et ideo hu
miliemus illi animas noſtras: et in ſpiritu conſtituti hu
miliato: ſeruiẽtes illi dicamus flentes dño: vt ſm̃ volun
tatem ſuã ſic faciat nobiſcũ miſericoꝛdiã ſuã: vt ſicut cõ-
turbatũ eſt coꝛ noſtrũ in ſuperbia eoꝝ: ita etiã de noſtra
humilitate gloꝛiemur: quoniã nõ ſumus ſecuti peccata
patrũ noſtroꝝ: qui dereliquerunt deũ ſuum: ⁊ adoꝛaue-
runt deos alienos: pꝛo quo ſcelere dati ſunt in gladiũ: et
in rapinam: ⁊ in confuſionẽ inimicis ſuis. Nos aũt alte C
rum deũ neſcimus: pꝛeter ipſum. Expectemꝰ humiles
cõſolationẽ eiꝰ: et exquiret ſanguinẽ noſtrũ de afflictio-
nibus inimicoꝝ noſtroꝛum: ⁊ humiliabit omnes gẽtes:
quecũq; inſurgunt cõtra nos: et faciet illas ſine honoꝛe
dominus deꝰ noſter. Et nũc fratres: quoniã vos: q̃ eſtis
pꝛeſbyteri in populo dei: ⁊ ex vobis pendet aĩa illoꝝ: ad
eloquium veſtrum coꝛda eoꝛũ erigite: vt memoꝛes ſint:
quia tẽtati ſunt patres noſtri: vt pꝛobarẽtur: ſi vere cole
rent deũ ſuum. Memoꝛes eſſe debent: quomodo pater Gen. 22. a
noſter Abꝛaam tẽtatus eſt: ⁊ per multas tribulationes
pꝛobatus: dei amicus effectꝰ eſt. Sic Iſaac: ſic Iacob:
ſic Moyſes: ⁊ oẽs qui placuerunt deo: ꝑ multas tribula
tiones trãſierũt fideles. Illi aũt: q̃ tẽtationes ſuas nõ ſu
ſceperũt cũ timoꝛe dñi: et impatientiam ſuam: et impꝛo
periũ murmurationis ſue contra dominũ pꝛotulerũt:
exterminati ſunt ab exterminatoꝛe: ⁊ a ſerpentibꝰ perie 1. Coꝛ. 10. b
rũt. Et nos ergo nõ vlciſcamur nos ꝓ his: q̃ patimur: ſʒ
reputãtes pctĩs noſtris hec ipſa ſupplicia minoꝛa eſſe fla D

gella dñi: q̄ſi ſerui: q̄ corripimur ad emendationē: ⁊ non
ad perditionē noſtrā eueniſſe credamus. Et dixerūt illi
Ozias ⁊ preſbyteri: Oīa que locuta es: vera ſunt: et non
eſt in ſermonibꝰ tuis vlla reprehēſio. Nūc ergo ora pro
nobis dñm: quoniā mulier ſancta es: ⁊ timēs deum. Et
dixit illis Judith: Sicut qđ potui loqui: dei eſſe cogno-
ſcitis: ita qđ facere diſpoſui: ꝓbate ſi ex deo eſt: et orate:
vt firmū faciat deꝰ conſiliū meū. Stabitis vos ad portā
nocte iſta: ⁊ ego exeam cū abra mea: ⁊ orate: vt ſicut dixi
ſtis: in diebꝰ q̄nqꝫ reſpiciat dñs populū ſuū Jſrael. Uos
aūt nolo: vt ſcrutemini actū meū: ⁊ vſqꝫ dū renūciē vobis:
nihil aliud fiat: niſi oratio ꝓ me ad dñm deū nrm. Et di
xit ad eā Ozias p̄nceps iude: Uade ī pace: ⁊ dñs ſit tecū
in vltionē inimicoꝝ nroꝝ. Et reuertētes abierūt. IX.
A ⁊ Uibus abſcedētibus: Judith īgreſſa eſt ora
Gen. 34. d toriū ſuū: ⁊ induēs ſe cilicio: poſuit cinerē ſu
per caput ſuū: ⁊ proſternēs ſe dño clamabat
ad dñm: dicēs: Dñe deꝰ patris mei ſimeon:
qui dediſti illi gladiū in defenſionē alienigenarū: q̄ viola
tores extiterūt in coinquinatiōe ſua: ⁊ denudauerūt foe
mur virginis in cōfuſionē: ⁊ dediſti mulieres illoꝝ ī pre
dam: ⁊ filias illorum in captiuitatem: et omnem predam
in diuiſionē ſeruis tuis: qui zelauerūt zelū tuum: ſubue-
B ni queſo te dñe deꝰ meus mihi vidue. Tu eñi feciſti prio
ra: ⁊ illa poſt illa cogitaſti: ⁊ hoc factū eſt qđ ipſe voluiſti.
Exod. 14. f. Omnes eñi vie tue parate ſunt: ⁊ tua iudicia in tua pro-
uidentia poſuiſti. Reſpice caſtra Aſſyriorum nūc: ſicut
tūc caſtra Aegyptioꝝ videre dignatus es: quando poſt
ſeruos tuos armati currebāt: cōfidentes in quadrigis:
⁊ in equitatu ſuo: ⁊ in multitudine bellatorū. Sed aſpe
xiſti ſup caſtra eoꝝ: ⁊ tenebre fatigauerunt eos. Tenuit
pedes eoꝝ abyſſus: ⁊ aque operuerūt eos. Sic fiāt ⁊ iſti
domine: q̄ cōfidunt in multitudine ſua: ⁊ ī curribꝰ ſuis:
⁊ in cōtis: ⁊ in ſagittis ſuis: ⁊ in lāceis gloriantur: ⁊ ne-
ſciunt: quia tuipſe es deus noſter: qui conteris bella ab
initio: ⁊ dominus nomen eſt tibi. Erige brachiū tuū: ſi-
infra. 10. d cut ab initio: et allide virtutē illoꝝ in virtute tua: cadat
virtus eoꝝ ī iracūdia tua: q̄ promittūt ſe violare ſancta
tua: ⁊ polluere tabernaculū nominis tui: ⁊ deijcere gla-
C dio ſuo cornu altaris tui. Fac dñe: vt gladio ꝓprio eiꝰ ſu
perbia amputetur: capiatur laqueo oculorū ſuoꝝ ī me:
⁊ percuties eū ex labijs charitatis mee. Da mihi in ani-
mo conſtantiā: vt contemnā illū: ⁊ virtutē eius: vt euer-
tam illū. Erit eñi hoc memoriale nominis tui: cū manꝰ
foemine deiecerit eū. Nō eñi in multitudine eſt virtus
tua dñe: neqꝫ in equoꝝ viribꝰ volūtas tua eſt. Nec ſupbi
ab initio placuerūt tibi: ſed humiliū: ⁊ manſuetoꝝ ſemp
tibi placuit dep̄catio. Deꝰ celoꝝ: creator aquarū: et dñs
totiꝰ creature: exaudi me miſerā dep̄cantē: ⁊ de tua mi-
ſericordia preſumētē. Memēto dñe teſtamēti tui: ⁊ da
verbū in ore meo: ⁊ in corde meo cōſiliū corrobora: vt do
Eccl. 16. a mus tua in ſanctificatiōe permaneat: ⁊ oēs gētes agno
ſcāt: quia tu es deꝰ: ⁊ nō eſt alius preter te. X.
A Factū eſt aūt: cū ceſſaſſet clamare ad dñm: ſur
rexit de loco: in quo iacuerat proſtrata ad do
infra. 16. b minū. Uocauitqꝫ abrā ſuā: ⁊ deſcēdens in do
mū ſuā abſtulit a ſe ciliciū: ⁊ exuit ſe veſtimen
tis viduitatis ſue: ⁊ lauit corpꝰ ſuū: ⁊ vnxit ſe myrto opti
mo: ⁊ diſcriminauit crinē capitis ſui: et īpoſuit mitrā ſu
per caput ſuū: ⁊ induit ſe veſtimētis iocūditatis ſue: in-
duitqꝫ ſandalia pedibꝰ ſuis: aſſumpſitqꝫ dextrariola: et
lilia: ⁊ inaures: ⁊ annulos: ⁊ oībꝰ ornamētis ſuis ornauit
ſe. Cui etiā dñs cōtulit ſplendorē: qm̄ oīs iſta cōpoſitio
nō ex libidine: ſed ex ꝟtute pēdebat: ⁊ ideo dñs hāc ī illā
pulchritudinē ampliauit: vt īcōparabili decore oīm ocu
lis appareret. Jmpoſuit itaqꝫ abre ſue aſcopam vini: et
B vas olei: ⁊ polentā: ⁊ lapates: ⁊ panes: ⁊ caſeū: et ꝑfecta
eſt. Cūqꝫ veniſſent ad portā ciuitatis: inuenerunt expe-
ctantē Oziā et preſbyteros ciuitatis. Qui cū vidiſſent
eam: ſtupētes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius.

Nihil tamen interrogantes eā: dimiſerunt tranſire: di-
cētes: Deus patrū noſtroꝝ det tibi gratiā: ⁊ omē cōſiliū
tui cordis ſua ꝟtute corroboret: ⁊ glorief ſup te Jeruſa
lē: ⁊ ſit nomē tuū in numero ſanctorū ⁊ iuſtorū. Et dixe infra. 13. d
runt hi: q̄ illic erāt: oēs vna voce: Fiat fiat. Judith vero
orās dñm: trāſiuit per portas ipſa ⁊ abra eius. Factū eſt C
aūt: cū deſcenderet montē: circa ortū diei: occurrerunt
ei exploratores Aſſyriorum: et tenuerunt eam: dicentes:
Unde venis: aut quo vadis? Que reſpōdit: Filia ſum he
breorum. Jdeo ego fugi a facie eorū: quoniam futurū
agnoui: ꝙ detur vobis in depredationē: pro eo quod cō
temnētes vos: noluerūt tradere ſeipſos: vt inuenirēt mi
ſericordiam in conſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitaui
mecū: dicēs: Uadā ad faciē p̄ncipis Holofernis: vt in-
dicē illi ſecreta illorū: ⁊ oſtēdam illi quo aditu poſſit ob-
tinere eos: ita vt nō cadat vir vnus de exercitu eius. Et
cū audiſſent viri illi verba eius: cōſiderabāt faciē eius: ⁊
erat in oculis eorū ſtupor: quoniam pulchritudinē eius
mirabantur nimis. Et dixerunt ad eā: Cōſeruaſti aīam D
tuā: eo ꝙ tale reperiſti cōſiliū: vt deſcēderes ad dominū
noſtrū. Hoc aūt ſcias: quoniam cum ſteteris in conſpe-
ctu eius: bene tibi faciet: ⁊ eris gratiſſima in corde eius.
Duxerūtqꝫ illā ad tabernaculū holofernis: annūciātes
eā. Cumqꝫ intraſſet ante faciē eius: ſtatim captus eſt in Sup. 9. c.
ſuis oculis holofernes. Dixerūtqꝫ ad eū ſatellites eius:
Quis contēnat populū hebreorū: qui tam decoras mu-
lieres habent: vt nō pro his merito pugnare contra eos
debeamus? Uidēs itaqꝫ Judith Holofernē ſedentē in
conopoeo: quod erat ex purpura: ⁊ byſſo: ⁊ auro: ⁊ ſma-
ragdo: ⁊ lapidibus precioſis intextū: et cū in faciē eius
intendiſſet: adorauit eū proſternens ſuper terrā. Et ele
uauerūt eā ſerui Holofernis: iubēte dño ſuo. XI.
Tunc Holofernes dixit ei: Aequo aīo eſto: et A
noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunꝙ̄
nocui virū: qui voluit ſeruire Nabuchodono
ſor regi. Populus aūt tuus: ſi nō cōtēpſiſſet
me: non alleuaſſem lanceā meam ſuper eū. Nūc aūt dic
mihi: qua ex cauſa receſſiſti ab illis: ⁊ placuit tibi vt veni
res ad nos? Et dixit illi iudith: Sume ꝟba ancille tue:
quoniā ſi ſecutus fueris verba ancille tue: perfectā rem
faciet dominus tecum. Uiuit eñi Nabuchodonoſor rex
terre: et viuit virtus eiꝰ que eſt in te ad correptionē oīm
animarū errantiū: quoniā non ſolū homines ſeruient il-
li per te: ſed ⁊ beſtie agri obtēperant illi. Nunciatur eñi B
animi tui induſtria vniuerſis gētibꝰ: et indicatū eſt omi
ſeculo: quoniā tu ſolus bonus ⁊ potēs es in omni regno
eius: et diſciplina tua omnibus ꝓuincijs predicaf. Nec Supra. 5.
hoc latet: qđ locutus eſt Achior: nec illud ignoraf: qđ ei
iuſſeris euenire. Cōſtat eñi deū noſtrū ſic peccatis offen
ſum: vt mādauerit per prophetas ſuos ad populū: quod
tradat eū ꝓ peccatis ſuis. Et quoniā ſciunt ſe offendiſſe
deū ſuū filij Jſrael: tremor tuus ſuper ipſos eſt. Jnſuper C
etiā fames inuaſit eos: et ab ariditate aque iā inter mor
tuos cōputantur. Deniqꝫ hoc ordinant: vt interficiant
pecora ſua: ⁊ bibant ſanguinē eorū: et ſancta domini dei
ſui: que precepit deus non contingi: in frumento: vino ⁊
oleo hec cogitauerunt impendere: ⁊ volunt conſumere:
que nec manibus deberēt cōtingere. Ergo quoniā hec
faciunt: certū eſt ꝙ in perditionē dabuntur. Quod ego
ancilla tua cognoſcens fugi ab illis: et miſit me dñs hec
ipſa nunciare tibi. Ego enim ancilla tua deū colo: etiam
nunc apud te: ⁊ exiet ancilla tua: et orabo deum: et dicet
mihi: quando eis reddat peccatū ſuū: et veniens nuncia
bo tibi: ita vt ego adducam te per mediā Jeruſalem: et D
habebis omnem populū Jſrael: ſicut oues quibus nō eſt
paſtor: et non latrabit vel vnus canis cōtra te: quoniam
hec mihi dicta ſunt per prouidentiā dei. Et quoniā ira-
tus eſt illis deus: hec ipſa miſſa ſum nunciare tibi. Pla
cuerūt aūt omia verba hec coram Holoferne: et coram
pueris eiꝰ: ⁊ mirabanf ad ſapiētiā eiꝰ: ⁊ dicebāt alter ad

alterū: Nō eſt talis mulier ſuꝑ terrā ī aſpectu: ī pulchri-
tudine: ⁊ ī ſenſu verborū. Et dixit ad illā holofernes: Be
nefecit deꝰ: q̊ miſit te ante populū: vt des illū tu ī mani-
bus nr̄is. Et qm̄ bona eſt ꝓmiſſio tua: ſi fecerit mihi hoc
deꝰ tuꝰ: erit ⁊ deꝰ meꝰ: ⁊ tu ī domo nabuchodonoſor ma
gna eris: ⁊ nomen tuū nominabit̄ ī vniuerſa terra. XII.
A Tunc iuſſit eā ītroire: vbi repoſiti erāt theſau
ri eiꝰ: ⁊ iuſſit illic manere eā: ⁊ cōſtituit q̊d da
retur illi de cōuiuio ſuo. Cui rn̄dit iudith: et
dixit: Nūc nō potero māducare ex his q̄ mihi
pręcipis tribui: ne veniat ſuꝑ me offenſio. Ex his aūt q̄
mihi detuli: māducabo. Cui holofernes ait: Si defece-
rint tibi iſta: q̄ tecū detuliſti: q̊d faciemus tibi? Et dixit
iudith: Viuit aīa tua dn̄e meus: qm̄ nō expēdet oīa hęc
ancilla tua: donec faciat deꝰ ī manu mea hęc q̄ cogitaui.
B Et īduxerūt illā ſerui eiꝰ ī tabernaculū: q̄ ꝑceperat. Et
petiit dū introiret: vt daretur ei copia nocte: ⁊ ante lucē
egrediēdi foras ad orationē: ⁊ deꝑcādi dn̄m: ⁊ ꝑcepit cu
bicularijs ſuis: vt ſicut placeret illi: exiret ⁊ introiret ad
adorādū deū ſuū ꝑ triduū. Et exibat noctibꝰ in vallē be-
thulię: ⁊ baptizabat ſe ī fonte aquę. Et vt aſcēdebat ora
bat ad dn̄m deū iſrael: vt dirigeret viā eiꝰ ad liberatio-
nē ppl̄i ſui. Et introiēs: mūda manebat in tabernaculo:
C vſq; dū acciperet eſcā ſuā ī veſpere. Et factū eſt ī quarto
die Holofernes fecit coenā ſeruis ſuis: ⁊ dixit ad vagao
eunuchū ſuū: Vade: ⁊ ſuade hebręā illā: vt ſponte cōſen
tiat habitare mecū. Foedū eſt em̄ apd̄ aſſyrios: ſi foeīa ir
rideat virū agēdo: vt īmunis ab eo trāſeat. Tūc ītroiuit
vagao ad iudith: ⁊ dixit: Nō verea𝑡 bona puella ītroire
ad dn̄m meū: vt honorifice𝑡 ante faciē eiꝰ: ⁊ māducet cū
eo: ⁊ bibat vinū ī iocūditate. Cui iudith reſpōdit: Que
ego ſum: vt cōtradicā dn̄o meo? Om̄e qd̄ erit ante ocl'os
D eiꝰ bonū et optimū faciā. Quicq̊d aūt illi placuerit: hoc
mihi erit optimū oībꝰ diebꝰ vitę meę. Et ſurrexit: ⁊ or-
nauit ſe veſtimēto ſuo: ⁊ īgreſſa ſtetit ante faciē eiꝰ. Cor
aūt holofernis cōcuſſum eſt: erat em̄ ardēs in cōcupiſcē
tia eius. Et dixit ad eā holofernes: Bibe nūc: et accūbe
in iocūditate: qm̄ inueniſti gratiā corā me. Et dixit Iu-
dith: Bibā dn̄e: qm̄ magnificata eſt aīa mea hodie pręter
omnibus diebus meis. Et accepit: ⁊ māducauit: ⁊ bibit
corā ipſo: ea quę parauerat illi ancilla eius. Et iocūdus
factus eſt Holofernes ad eā: bibitq; vinū multū nimis:
quantū nunq̄ biberat in vita ſua. XIII.
A Et aūt ſero factū eſt: feſtinauerūt ſerui illiꝰ ad
hoſpitia ſua: ⁊ cōcluſit vagao oſtia cubiculi: ⁊
abiit: erāt aūt oēs fatigati a vino. Eratq; iu-
dith ſola ī cubiculo. Porro holofernes iace-
bat in lecto: nimia ebrietate ſopitꝰ. Dixitq; iudith puel
lę ſuę: vt ſtaret foras ante cubiculum: ⁊ obſeruaret. Ste
titq; iudith ante lectū orans cū lachrymis: ⁊ labiorū mo
tu in ſilētio: dicēs: Cōfirma me dn̄e deꝰ iſrael: et reſpice
in hac hora ad opera manuū mearū: vt ſicut ꝓmiſiſti Ie
ruſalē ciuitatē tuā erigas: ⁊ hoc qd̄ credēs ꝑ te poſſe fie
B ri cogitaui: ꝑficiā. Et cū hęc dixiſſet: acceſſit ad colūnā:
quę erat ad caput lectuli eius: ⁊ pugionē eius: q̄ in ea li-
gatus pēdebat: exoluit. Cūq; euaginaſſet illū: apprehē
dit comā capitis eiꝰ: ⁊ ait: Cōfirma me dn̄e deꝰ ī hac ho
ra: ⁊ ꝑcuſſit bis in ceruicē eius: ⁊ abſcidit caput eius: et
abſtulit conopoeū eius a colūnis: ⁊ euoluit corpus eius
truncū. Et poſt puſillū exiuit: ⁊ tradidit caput holofer-
nis ancillę ſuę: et iuſſit: vt mitteret illud in perā ſuā. Et
exierūt duę ſm̄ cōſuetudinē ſuā: q̄ſi ad orationē: ⁊ trāſie
rūt caſtra: ⁊ gyrātes vallem venerūt ad portā ciuitatis.
Et dixit iudith a lōge cuſtodibus murorū: Aperite por-
tas: qm̄ nobiſcū eſt deus: q̊ fecit virtutē in Iſrael. Et fa-
ctum eſt: cū audiſſent viri vocē eius: vocauerūt preſbyte
ros ciuitatis. Et occurrerunt ad eā oēs: a minimo vſq;
ad maximū: quoniā ſperauerāt eā iā nō eſſe venturā. Et
accēdentes luminaria congyrauerunt circa eā vniuerſi:
illa aūt aſcendens in eminentiorē locū: iuſſit fieri ſilen-
tium. Cūq; omnes tacuiſſent: dixit Iudith: Laudate
dominū deū noſtrū: qui non deſeruit ſperantes in ſe: ⁊ in C
me ancilla ſua adimpleuit miſericordiā ſuā: quā promi-
ſit domui iſrael: ⁊ interfecit in manu mea hoſtem popu-
li ſui ī hac nocte. Et proferēs de pera caput holofernis: infra eodē
oſtendit illis: dicens: Ecce caput Holofernis principis
militię Aſſyriorū. Et ecce conopoeū illius: in quo recum
bebat in ebrietate ſua: vbi ⁊ per manū foeminę percuſſit
illū dominus deus noſter. Viuit aūt ipſe dn̄s: quoniam
cuſtodiuit me angelus eius: ⁊ hinc euntē: ⁊ ibi cōmoran
tem: ⁊ inde huc reuertentē: ⁊ non permiſit me dn̄s ancil
lam ſuā coinquinari: ſed ſine pollutione peccati reuoca-
uit me vobis gaudentē in victoria ſua: in euaſione mea: Ps. 105.
⁊ in liberatione veſtra. Confitemini illi omnes: quoniā 106. 117.
bonus: quoniā in ſeculū miſericordia eius. Vniuerſi aūt
adorātes dn̄m: dixerūt ad eā: Benedixit te dn̄s in virtu
te ſua: quia per te ad nihilū redegit inimicos noſtros. infra eodē
Porro Ozias ꝑnceps populi Iſrael: dixit ad eā: Bene luce. 19. d.
dicta es tu filia a dn̄o deo excelſo: pręomnibus mulieribꝰ
ſuꝑ terrā. Benedictus dn̄s: q̊ creauit cęlū et terrā: q̊ te D
direxit in vulnera capitis ꝑncipis inimicorū noſtrorū: q̄a
hodie nomen tuū ita magnificauit: vt non recedat laus
tua de ore hoīm: q̄ memores fuerint virtutis dn̄i in ęter
nū: pro q̊bus nō pepciſti aīę tuę propter anguſtias ⁊ tri
bulationem generis tui: ſed ſubueniſti ruinę ante cōſpe sup. eodē.
ctū dei nr̄i. Et dixit oīs populꝰ: Fiat fiat. Porro achior ſupra. 10 b
vocatus venit: ⁊ dixit ei iudith: Deus iſrael: cui tu teſti et īfra 15 d
moniū dediſti: qd̄ vlciſca𝑡 ſe de inimicis ſuis: ipſe caput
oīm incredulorū īcidit in hac nocte in manu mea. Et vt
probes q̄a ita eſt: ecce caput holofernis: q̊ ī cōtēptu ſuꝑ-
bię ſuę deū iſrael cōtēpſit: ⁊ tibi īteritū minaba𝑡: dicēs:
Cū captus fuerit ppl's iſrael: gladio ꝑforari pręcipiā la
tera tua. Vidēs aūt achior caput holofernis: anguſtia-
tus pręe pauore cecidit in faciē ſuā ſuꝑ terrā: et ęſtuauit
aīa eius. Poſtea vͦo q̄ reſumpto ſpiritu recreatus eſt:
procidit ad pedes eius: ⁊ adorauit eā: ⁊ dixit: Bn̄dicta ſup. eodē.
tu a deo tuo ī oī tabernaculo iacob: qm̄ in om̄i gēte q̄ au-
dierit nomē tuū: magnificabit̄ ſuꝑ te deus iſrael. XIIII.
Dixit aūt Iudith ad oēm populū: Audite me A
fratres. Suſpēdite caput hoc ſuꝑ muros no
ſtros: ⁊ erit cū exierit ſol: accipiat vnuſq̊ſq; ar
ma ſua: ⁊ exite cū īpetu: nō vt deſcēdatis deor
ſum: ſed q̄ſi impetū facientes. Tūc exploratores neceſſe
erit: vt fugiāt ad ꝑncipē ſuū excitandū ad pugnā. Cūq;
duces eorū cōcurrerint ad tabernaculū holofernis: ⁊ in-
uenerint eū truncū in ſuo ſanguine volutatū: decidet ſu
per eos timor. Cūq; cognoueritis fugere eos: ite poſt il
los ſecuri: qm̄ dn̄s cōteret eos ſub pedibus veſtris. Tūc B
achior vidēs virtutē quā fecit deus iſrael: relicto gētili-
tatis ritu: credidit deo: ⁊ circūcidit carnē ꝑputij ſui: et
appoſitꝰ eſt ad ppl'm iſrael: ⁊ oīs ſucceſſio gn̄is eius vſq;
ī hodiernū diē. Mox aūt vt ortꝰ eſt dies: ſuſpēderūt ſuꝑ
muros caput holofernis: accepitq; vnuſquiſq; vir arma
ſua: ⁊ egreſſi ſunt cū grādi ſtrepitu ⁊ vlulatu. Qd̄ viden
tes exploratores ad tabernaculum holofernis cucurre-
rūt. Porro hi q̄ in tabernaculo erāt veniētes: ⁊ ante in- C
greſſum cubiculi perſtrepētes excitādi gratia: inquietu
dinem arte moliebant̄: vt nō ab excitātibus: ſed a ſonan-
tibus holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubi
culum virtutis aſſyriorū pulſando aut intrādo aperire.
Sed cū veniſſent eius duces ac tribuni ⁊ vniuerſi maio
res exercitus regꝭ aſſyriorū: dixerūt cubicularijs: In- 1. regū. 14.
trate: ⁊ excitate illū: qm̄ egreſſi mures de cauernis ſuis:
auſi ſunt ꝓuocare nos ad ꝓliū. Tūc īgreſſus vagao cubi
culū eiꝰ: ſtetit ante cortinā: ⁊ plauſuꝫ fecit manibꝰ ſuis:
ſuſpicaba𝑡 em̄ illū cū iudith dormire. Sed cū nullū mo-
tū iacētis ſenſu auriū caperet: acceſſit ꝓximās ad corti-
nā: ⁊ eleuās eā: vidēſq; cadauer abſq; capite holofernis
in ſuo ſanguine tabefactū iacere ſuper terrā: exclamauit
voce magna cū fletu: ⁊ ſcidit veſtimēta ſua. Et īgreſſus

D taberinaculū Judith: nō inuenit eā: et exiliuit foras ad po
pulū: et dixit: Una mulier hebrea fecit cōfuſionē ī domo
regis nabuchodonoſor: ecce enī holofernes iacet in ter-
ra: et caput eius non eſt in illo. Quod cū audiſſent prin-
cipes virtutis aſſyrioꝝ: ſciderunt omnes veſtimēta ſua:
et intolerabilis timor et tremor cecidit ſuper eos: et tur
bati ſunt animi eoꝝ valde. Et factus eſt clamor incom-
parabilis in medio caſtrorū eorū. XV.

A Amqȝ oīs exercit⁹ decollatū holofernem au
diſſet: fugit mēs et cōſiliū ab eis: et ſolo tremo
re et metu agitati: fuge preſidiū ſumūt: ita vt
null⁹ loqueret cū proximo ſuo: ſed inclinato ca
pite: relictis oīb⁹: euadere feſtinabāt hebreos: qs arma-
tos ſup ſe venire audierāt: fugiētes p vias cāpoꝝ: et ſemi
tas colliū. Uidētes itaqȝ filij iſrael fugiētes: ſecuti ſunt
illos. Deſcēderuntqȝ clangētes tubis: et vlulantes poſt
B ipſos. Et quoniā Aſſyrij nō adunati in fugā ibāt preci-
pites: filij aūt iſrael vno agmine pſequētes: debilitabant
oēs qs inuenire potuiſſent. Miſitqȝ Ozias nūcios per
oēs ciuitates et regiōes iſrael. Oīs itaqȝ regio omniſqȝ
vrbs electā iuuentutē armatā miſit poſt eos: et perſecuti
ſunt eos ī ore gladij: quouſqȝ puenirēt ad extremitatē fi
C niū ſuoꝝ. Reliq aūt q erāt ī bethulia: īgreſſi ſunt caſtra
aſſyrioꝝ: et predā quā fugiētes aſſyrij reliquerāt: abſtule
rūt: et onuſtati ſunt valde. Hi vero q victores reuerſi ſunt
ad bethuliā: oīa q erant illoꝝ: abſtulerūt ſecū: ita vt non
eſſet numerus in pecorib⁹ et iumētis et vniuerſis monili
bus eoꝝ: vt a minimo vſqȝ ad magnū oēs diuites fierēt
de predatiōibus eoꝝ. Joachim aūt ſumm⁹ pōtifex de ie
ruſalē: venit in bethuliā cū vniuerſis pſbyteris ſuis: vt
videret iudith. Que cū exiſſet ad illū: bndixerūt eā oēs
vna voce dicētes: Tu gloria Jeruſalē: tu letitia Jſrael:
tu honorificētia ppli nri: qa feciſti viriliter: et confortatū
eſt cor tuū: eo q caſtitatē amauerīs: et poſt virū tuū alteꝝ
neſcieris: ideo et man⁹ dñi cōfortauit te: et ideo eris bndi
cta in eternū. Et dixit oīs populus: fiat fiat. Per dies
D aūt trigīta vix collecta ſunt ſpolia aſſyrioꝝ a pplo iſrael.
Porro aūt vniuerſa que Holofernis peculiaria fuiſſe
ſupra. 13 b probata ſunt: dederunt Judith in auro et argēto et veſti
et. 13. d. bus et gēmis et omī ſupellectili: et tradita ſunt omīa illi a
populo. Et oēs populi gaudebāt cū mulieribus et virgi
nibus et iuuenib⁹: in organis et citharis. XVI.

A Tunc cātauit cāticū hoc dño Judith: dicēs:
Jncipite dño ī tympanis: cātate dño in cym
balis: modulamini illi pſalmū nouū: exulta-
te et inuocate nomen ei⁹. Dñs cōterēs bella:
dñs nomē eſt illi. Qui poſuit caſtra ſua ī medio ppli ſui:
vt eriperet nos de manu oīm inimicoꝝ noſtroꝝ. Uenit
aſſur ex mōtib⁹ ab aqlone ī multitudīe fortitudinis ſue.
Cui⁹ multitudo obturauit torrētes: et eq eoꝝ cooperue
B rūt valles. Dixit ſe incēſuꝝ fines meos: et iuuenes meos
occiſurū gladio: īfantes meos dare ī predā: et virgīes in
ſupra. 10 c captiuitatē. Dñs aūt oīpotēs nocuit eū: et tradidit eū ī
man⁹ foeīe: et cōfudit eū. Nō enī cecidit potens eoꝝ a iu
uenib⁹: nec filij titan pcuſſerūt eū: nec excelſi gigātes im
poſuerūt ſe illi: ſed iudith filia merari in ſpecie faciei ſue
diſſoluit eū. Exuit enī ſe veſtimēto viduitatis: et induit
ſe veſtimēto letitie ī exultatiōe filioꝝ iſrael. Unxit faciē
ſuā vnguēto: colligauit cincinnos ſuos mitra ad decipi-
endū illū. Sādalia ei⁹ rapuerūt oculos ei⁹: pulchritudo
ei⁹ captiuā fecit aīaꝫ ei⁹: amputauit pugiōe ceruicē ei⁹.
Horruerūt Perſe cōſtantiā ei⁹: et Medi audaciā eius.
Tūc vlulauerūt caſtra aſſyrioꝝ: quādo apparuerunt hu
Pſ. 148. et pſ. 32. miles mei: areſcētes ī ſiti. Filij puellaꝝ cōpunxerūt eos:
et ſicut pueros fugiētes occiderūt eos: perierūt ī prelio
C a facie dñi dei mei. Hymnū cātemus dño: hymnū nouū
cātemus deo nro. Adonai dñe de⁹ magn⁹ es tu: et precla
rus ī vtute tua: et quē ſupare nemo pōt. Tibi ſeruiat oīs
creatura tua: qa dixiſti: et facta ſunt: miſiſti ſpiritū tuū: et
creata ſunt: et nō eſt q reſiſtat voci tue. Mōtes a funda-
mētis mouebunt cū aqs petre: ſicut cera liqueſcēt ante
faciē tuā. Qui aūt timēt te: magni erūt apud te per oīa.
Ue gēti inſurgēti ſup gen⁹ meū. Dñs enī oīpotēs vindi-
cabit ī eis: ī die iudicij viſitabit illos. Dabit enī ignem et
vermes ī carnes eoꝝ: vt vrant et ſentiāt vſqȝ in ſempiter-
nū. Et factū eſt poſt hec: oīs popul⁹ poſt victoriā venit ī
ieruſalē adorare dñm: et mox vt purificati ſunt: obtule-
rūt oēs holocauſta et vota et repromiſſiōes ſuas. Porro
iudith vniuerſa vaſa bellica holofernis: que dedit illi po
pulus: et conopeū: qd ipa ſuſtulerat de cubili ipſi⁹: obtu-
lit ī anathema obliuiōis. Erat aūt popul⁹ iocūdus ſm D
faciē ſctōꝝ: et p tres mēſes gaudiū hui⁹ victorie celebra-
tū eſt cū iudith. Poſt dies aūt illos vnuſquiſqȝ redijt in
ſua: et iudith magna facta eſt ī bethulia: et preclarior erat
vniuerſe terre iſrael. Erat etiā virtuti caſtitas adiūcta:
ita vt nō cognoſceret virū omīb⁹ dieb⁹ vite ſue: ex q de-
functus eſt Manaſſes vir ei⁹. Erat aūt dieb⁹ feſtis pce
dēs cū magna gloria. Māſit aūt ī domo viri ſui: annos
centū qnqȝ: et dimiſit abrā ſuā liberā: et defuncta eſt ac ſe-
pulta cū viro ſuo ī bethulia. Luxitqȝ illā oīs ppls dieb⁹
ſeptē. Jn oī aūt ſpacio vite ei⁹ nō fuit q pturbaret iſrael:
et poſt mortē ei⁹ annis multis. Dies aūt victorie hui⁹ fe
ſtiuitatis: ab hebreis in numero ſanctoꝝ dieꝝ accipitur:
et colitur a Judeis ex illo tēpore: vſqȝ in preſentē diem.
¶ Finis.

Prologus beati Hieronymi

Preſbyteri in librum Heſter.

Librū Heſter varijs trāſlatorib⁹ cōſtat eſſe vi
tiatum: quē ego de archiuis hebreoꝝ reuelās
verbū e vbo expſſi⁹ trāſtuli. Quē librū editio
vulgata laciniōſis hīcinde verboꝝ funib⁹ tra-
hit: addēs ea que ex tēpore dici poterant: et audiri: ſicut
ſolitū eſt ſcholarib⁹ diſciplinis ſumpto themate excogi-
tare: qb⁹ vbis vti potuit: q iniuriā paſſus eſt: vel ille qui
iniuriā fecit. Uos aūt o Paula et euſtochiū: qm et biblio
thecas hebreoꝝ ſtuduiſtis ītrare: et īterpretū certamina
cōprobaſtis: tenentes heſter hebraicū librū p ſingula ver
ba noſtrā trāſlationē aſpicite: vt poſſitis agnoſcere: me
nihil etiā augmētaſſe addēdo: ſed fideli teſtimonio ſim-
pliciter ſicut ī hebreo habet: hiſtoriā hebraicā latine lin-
gue tradidiſſe. Nec affectam⁹ laudes hoīm: nec vitupe
rationes expaueſcim⁹. Deo enī placere curātes: minas Gala. 1. b.
hoīm poenit⁹ nō timemus: quoniā de⁹ diſſipat oſſa eoꝝ
qui hominib⁹ placere deſiderāt: et ſm apoſtolū: q eiuſmo
di ſunt: ſerui Chriſti eſſe non poſſunt. Rurſum in libro
Heſter alphabetū ex minio vſqȝ ad theta literā fecimus
diuerſis in locis: volētes ſcilicet ſeptuagīta interptū or-
dinē p hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos enī iuxta mo
rē hebraicū: ordinē pſequi etiā in ſeptuaginta editione
maluimus. ¶ Finis.

Liber Heſter: Qui inter hagio-graphā a diuo Hieronymo ponit. Cap. I.

In diebus Ahaſueri A
q regnauit ab india vſqȝ ethiopiā ſu
per cētū vigītiſeptē puīcias: quādo
ſedit ī ſolio regni ſui: ſuſa ciuitas re
gni ei⁹ exordiū fuit. Tertio igit an-
no īperij ſui fecerat grāde conuiuiū
cūctis pncipib⁹: et pueris ſuis fortiſ
ſimis Perſaꝝ et Medoꝝ inclytis: et prefectis puīciaꝝ
corā ſe: vt oſtēderet diuitias glorie regni ſui: ac magni-
tudinē atqȝ iactantiam potētie ſue multo tempore: cen
tum videlicet et octoginta diebus. Cūqȝ implerent dies
cōuiuij: inuitauit oēm populū: qui inuētus eſt in Suſis
a maximo vſqȝ ad minimū: et iuſſit ſeptē dieb⁹ conuiuiū
preparari in veſtibulo horti et nemoris: qd regio cultu:

⁊ manu cõſitum erat. Et pẽdebant ex omĩ parte tẽtoꝛia
B aerei coloꝛis: et carbiſini: et hiacynthini: ſuſtentata funi
bus byſſinis: atqꝫ purpureis: qui eburneis circulis inſer
ti erãt: ⁊ colũnis marmoꝛeis fulciebantur. Lectuli quoqꝫ
aurei ⁊ argentei ſuper pauimentũ: ſmaragdino ⁊ pario
ſtratũ lapide diſpoſiti erant: quod mira varietate pictu
ra decoꝛabat. Bibebãt aũt qui inuitati erant: aureis po
culis: ⁊ alijs atqꝫ alijs vaſis cibi inferebantur. Vinũ quoqꝫ
vt magnificẽtia regia dignũ erat: abundãs: et pꝛecipuũ
ponebatur. Nec erat: qui nolẽtes cogeret ad bibẽdum:
ſed ſic rex ſtatuerat: pꝛeponẽs mẽſis ſingulos de pꝛinci
pibus ſuis: vt ſumeret vnuſquiſqꝫ quod vellet. Vaſthi
quoqꝫ regina fecit conuiuiũ foeminarũ ĩ palatio: vbi rex
Ahaſuerus manere cõſueuerat. Itaqꝫ die ſeptimo: cum
rex eſſet hilarioꝛ: ⁊ poſt nimiã potationẽ incaluiſſet me-
ro: pꝛecepit Mahuman ⁊ Bazatha ⁊ Harbona ⁊ Ba-
C gatha ⁊ Abagatha ⁊ Zathar ⁊ Charchas ſeptem eunu
chis: qui in cõſpectu eius miniſtrabãt: vt ĩtroducerẽt re
infra.z.a. ginam Vaſthi coꝛã rege: poſito ſup caput eiꝰ diadema-
te: vt oſtẽderet cũctis populis ⁊ pꝛincipibꝰ eius pulchꝛi
tudinẽ: erat enĩ pulchꝛa valde. Que renuit: et ad regis
imperiũ: quod per eunuchos mãdauerat: venire cõtem-
pſit. Unde iratꝰ rex: ⁊ nimio furoꝛe ſuccẽſus: interroga
uit ſapiẽtes: q ex moꝛe regio ſemp ei aderãt: ⁊ illoꝝ facie
bat cũcta cõſilio: ſcientiũ leges ac iura maioꝝ. Erãt enĩ
pꝛimi ⁊ pꝛoximi: Charſena ⁊ ſethar ⁊ admatha ⁊ thar-
ſis ⁊ mares ⁊ marſana ⁊ manuchan: ſeptẽ duces perſa-
rũ atqꝫ medoꝝ: qui videbant faciẽ regis: ⁊ pꝛimi poſt eũ
reſidere ſoliti erãt: cui ſententie Vaſthi regina ſubiace-
ret: que Ahaſueri regis imperiũ: quod ꝑ eunuchos mã-
dauerat: facere noluiſſet. Reſpõditqꝫ Mamuchan au-
diente rege atqꝫ pꝛincipibꝰ: Nõ ſolũ regem leſit regina
Vaſthi: ſed ⁊ oẽs populos ⁊ pꝛincipes: q ſunt in cunctis
D pꝛouincijs regis Ahaſueri. Egredietur enĩ ſermo regi-
ne ad oẽs mulieres: vt cõtemnant viros ſuos: et dicant:
Rex Ahaſuerus iuſſit: vt regina Vaſthi intraret ad eũ:
et illa noluit. Atqꝫ hoc exemplo oẽs pꝛincipũ coniuges
perſarũ atqꝫ medoꝝ paruipẽdent imperia maritoꝛum.
1.reg.15.f. Unde regi iuſta eſt ĩdignatio. Si ergo tibi placet: egre
diatur edictũ a facie tua: et ſcribatur iuxta legẽ perſarũ atqꝫ
medoꝝ: quã pꝛeteriri illicitũ eſt: vt nequaq̃ vltra regina
Vaſthi ingrediatur ad regẽ: ſed regnũ illiꝰ altera: que me
lioꝛ eſt illa: accipiat. Et hoc in omne (quod latiſſimũ eſt)
pꝛouinciarũ tuarũ diuulgetur imperiũ: vt cũcte vxoꝛes
tã maioꝛũ q̃ minoꝝ deferant maritis ſuis honoꝛẽ. Pla
cuit conſiliũ eius regi ⁊ pꝛincipibus: fecitqꝫ iuxta conſi-
liũ Mamuchan: ⁊ miſit epiſtolas ad vniuerſas pꝛouin-
cias regni ſui: vt queqꝫ gens audire ⁊ legere poterat di-
uerſis linguis et literis: eſſe viros pꝛincipes ac maioꝛes
in domibꝰ ſuis: ⁊ hoc per cũctos populos diuulgari. II.
A HIs itaqꝫ geſtis: poſtq̃ regis Ahaſueri indi-
gnatio deferbuerat: recoꝛdatus eſt Vaſthi:
que feciſſet: vel que paſſa eſſet: dixerũtqꝫ pue-
ri regis ac miniſtri eius: Querantur regi puel-
le virgines ac ſpecioſe: ⁊ mittantur: qui cõſiderẽt ꝑ vniuer
ſas pꝛouincias puellas ſpecioſas ⁊ virgines: et adducãt
eas ad ciuitatẽ Suſan: ⁊ tradãt eas in domũ foeminaꝝ
ſub manu Egei eunuchi: q eſt pꝛepoſitꝰ: et cuſtos mulie
rũ regiarũ: ⁊ accipiãt mundũ muliebꝛẽ: ⁊ cetera ad vſus
neceſſaria. Et quecũqꝫ ĩter oẽs oculis regis placuerit:
4.reg.z.f. ipſa regnet ꝓ Vaſthi. Placuit ſermo regi: ⁊ ita vt ſug-
geſſerãt: iuſſit fieri. Erat vir Iudeꝰ ĩ Suſis ciuitate: vo
ſupꝛa.11.c cabulo Mardocheꝰ: filiꝰ Iair: filij Semei: filij Cis: de
et ĩfra eo. ſtirpe Iemini: q tranſlatꝰ fuerat de Ieruſalẽ eo tẽpoꝛe:
quo Iechoniã regẽ Iuda Nabuchodonoſoꝛ rex Baby
B lonis trãſtulerat: q fuit nutriciꝰ filie fratris ſui Ediſſe:
que altero noĩe vocabatur Heſter: ⁊ vtrũqꝫ parentẽ ami-
ſerat: pulchꝛa nimis ⁊ decoꝛa facie. Moꝛtuiſqꝫ patre eiꝰ
ac matre: Mardocheus ſibi eã adoptauit in filiã. Cũqꝫ
ꝑcrebuiſſet regis imperiũ: et iuxta mandatũ illius mul
te pulchꝛe v̾gines adducerentur Suſan: ⁊ Egeo traderẽ
tur eunucho. Heſter quoqꝫ ĩter ceteras puellas ei tradita
eſt: vt ſeruaretur in numero foeminaꝝ. Que placuit ei: et
inuenit gratiã in cõſpectu illiꝰ. Et pꝛecepit eunucho: vt
acceleraret mundũ muliebꝛẽ: ⁊ traderet ei partes ſuas:
⁊ ſeptẽ puellas ſpecioſiſſimas de domo regis: ⁊ tã ipſam
q̃ pediſſeq̃s eiꝰ oꝛnaret atqꝫ excoleret. Que noluit indi
care ei populũ ⁊ patriã ſuã. Mardocheꝰ enĩ pꝛeceperat
ei: vt de hac re omnino reticeret: q deambulabat q̃tidie an
te veſtibulũ domꝰ: ĩ q electe v̾gies ſeruabantur: curã agẽs
ſalutis Heſter: ⁊ ſcire volẽs qd ei accideret. Cũ aũt ve-
niſſet tẽpꝰ ſingulaꝝ ꝑ oꝛdinẽ puellaꝝ: vt intrarẽt ad re-
gẽ: expletis omibꝰ: que ad cultũ muliebꝛẽ ꝑtinebãt: mẽ
ſis duodecimus vertebatur: ita dũtaxat vt ſex mẽſibꝰ oleo
vngerẽtur myꝛtino: ⁊ alijs ſex q̃buſdam pigmẽtis ⁊ aro
matibus vterentur. Ingrediẽteſqꝫ ad regẽ: qcq̃d poſtulaſ
ſent ad oꝛnatũ ꝑtinẽs: accipiebãt: ⁊ vt eis placuerat: cõ
poſite de triclinio foeminaꝝ ad regis cubiculũ trãſibãt.
Et que ĩtrauerat veſpere: egrediebatur mane: atqꝫ ĩde C
in ſecũdas edes deducebãtur: que ſub manu* Suſagaci *ſaaſgas.
eunuchi erãt: q cõcubinis regis pꝛeſidebat: nec habebat
poteſtatẽ ad regẽ vltra redeũdi: niſi voluiſſet rex: ⁊ eã ve
nire iuſſiſſet ex noĩe. Euoluto aũt tẽpoꝛe ꝑ oꝛdinẽ: inſta
bat dies: q heſter filia abihail fratris mardochei: quã ſi-
bi adoptauerat ĩ filiã: deberet ĩtrare ad regem. Que nõ
queſiuit muliebꝛẽ cultũ: ſed quecũqꝫ voluit egeus eunu
chus cuſtos virginũ: hec ei ad oꝛnatũ dedit. Erat enĩ foꝛ
moſa valde ⁊ incredibili pulchꝛitudine: oĩm oculis gra-
tioſa et amabilis videbatur. Ducta eſt itaqꝫ ad cubiculũ Sup.z.c.
regis ahaſueri mẽſe decio: q vocatur tebeth: ſeptĩo anno ſup. eodẽ.
regni eius. Et adamauit eã rex plus q̃ oẽs mulieres: ha
buitqꝫ gratiã et miſericoꝛdiã coꝛã eo ſup oẽs mulieres:
⁊ poſuit diadema regni ĩ capite eiꝰ: fecitqꝫ eã regnare in
loco Vaſthi. Et iuſſit cõuiuiũ pꝛeparari permagnificũ D
cũctis ꝑncipibꝰ: ⁊ ſeruis ſuis ꝓ cõiunctiõe et nuptijs he
ſter. Et dedit requiẽ vniuerſis ꝓuincijs: ac dona largitꝰ
eſt iuxta magnificentiã pꝛincipalẽ. Cũqꝫ ⁊ ſecũdo quere
rẽtur virgĩes ⁊ cõgregarẽtur: mardocheꝰ manebat ad
ianuã regis: necdũ ꝓdiderat heſter patriã ⁊ populũ ſuũ
iuxta mãdatũ eiꝰ. Quicq̃d enĩ ille pꝛecipiebat: obſerua-
bat heſter: ⁊ ita cũcta faciebat: vt eo tẽpoꝛe ſolita erat: q
eã paruulã nutriebat. Eo igitur tẽpoꝛe: q mardocheus infra.6.a.
ad regis ianuã moꝛabatur: irati ſunt bagathan et thares et ĩfra 12 a
duo eunuchi regis: q ianitoꝛes erãt: ⁊ ĩ pmo palatij limi
ne reſidebãt: volueruntqꝫ inſurgere ĩ regẽ: ⁊ occidere eũ.
Quod mardocheũ nõ latuit: ſtatimqꝫ nũciauit regine
heſter: ⁊ illa regi ex noĩe mardochei: qui ad ſe rẽ detule-
rat. Queſitũ eſt ⁊ inuentũ: ⁊ appẽſus eſt vterqꝫ eoꝝ ĩ pa
tibulo. Et iuſſit rex: vt ĩ libꝛo memoꝛiali ſcriberetur: vt
pꝛo vita ſua aliq̃d repẽſaret ei. Mandatũqꝫ eſt hiſtoꝛijs
⁊ annalibus traditũ coꝛã rege. III.
POſt hec rex Ahaſuerus exaltauit Aman filiũ A
amadathi: qui erat de ſtirpe agag: ⁊ poſuit ſo
liũ eiꝰ ſup oẽs ꝑncipes: quos habebat. Cũctiqꝫ infra eodẽ
ſerui regis: q ĩ foꝛibꝰ palatij verſabãtur: flecte
bãt genua: et adoꝛabant aman: ſic enĩ pꝛeceperat eis im
peratoꝛ. Solus mardocheꝰ nõ flectebat genu: neqꝫ ado
rabat eũ. Cui dixerũt pueri regis: q ad foꝛes palatij reſi
debãt: Cur pꝛeter ceteros nõ obſeruas mãdatũ regis? B
Cũqꝫ hoc crebꝛiꝰ dicerẽt: ⁊ ille nollet audire: nunciaue
rũt aman: ſcire cupiẽtes: vtrũ perſeueraret in ſentẽtia.
Dixerat enĩ eis: ſe eſſe iudeũ. Qđ cũ audiſſet amã: ⁊ ex-
perimẽto ꝓbaſſet: q mardocheꝰ nõ flecteret ſibi genua:
nec ſe adoꝛaret: iratꝰ eſt valde: et pꝛo nihilo duxit in vnũ
mardocheũ mittere manꝰ ſuas. Audierat enĩ q eſſet gẽ
tis iudee: magiſqꝫ voluit oẽm iudeoꝝ q erant in regno
Ahaſueri perdere nationẽ. Mẽſe pꝛimo (cuius vocabu infra.9.c.
lũ eſt Niſan) anno duodecimo regni ahaſueri: miſſa eſt
ſoꝛs in vꝛnã: que hebꝛaice dicitur phur coꝛã aman: q die
⁊ quo menſe gens Iudeoꝛum deberet interfici: et exiuit

menſis duodecimus qui vocatur Adar. Dixitqꝫ Aman
C ifra.13.b. regi ahaſuero: Eſt populus ꝑ oẽs ꝓuincias regni tui diſ
ꝑſus: ⁊ a ſe mutuo ſeparatus: nouis vtẽs legibus ⁊ cere
monijs: ⁊ inſuꝑ regis ſcita cõtemnẽs. Et optime noſti:
ſupra eod ꝙ non expediat regno tuo: vt inſoleſcat ꝑ licentiã: ſi tibi
placet: decerne vt pereat: ⁊ decẽ millia talentoꝝ̃ appen
dam arcarijs gazę tuę. Tulit ergo rex annulũ quo vte-
D batur de manu ſua: ⁊ dedit eum Aman: filio Amadathi
de progenie Agag: hoſti iudęorũ: dixitqꝫ ad eum: Argẽ
tum qđ tu polliceris: tuũ ſit: de populo age qđ tibi pla-
cet. Vocatiqꝫ ſunt ſcribę regis mẽſe primo niſan: tertia
decima die eiuſdẽ menſis: ⁊ ſcriptũ eſt: vt iuſſerat aman
ad omnes ſatrapas regis: ⁊ iudices prouinciarũ: diuer-
ſarumqꝫ gentiũ: vt quęqꝫ gens legere poterat et audire
ꝓ varietate linguaꝝ ex noĩe regꝫ ahaſueri: ⁊ literę ſigna
tę ipſiꝰ annulo miſſę ſunt ꝑ curſores regis ad vniuerſas
ꝓuincias: vt occiderẽt atqꝫ delerẽt oẽs iudęos: a puero
vſqꝫ ad ſenẽ: paruulos ⁊ mulieres vno die: hoc eſt tertio
decimo mẽſis duodecimi: q̄ vocat̃ Adar: et bona eorũ di
riperẽt. Summa aũt epiſtolarũ hęc fuit: vt oẽs ꝓuincię
ſcirẽt ⁊ pararẽt ſe ad prędictã diẽ. Feſtinabãt curſores:
Infra.8 d qui miſſi erãt regis imperiũ explere. Statimqꝫ in ſuſis
pependit edictũ: rege ⁊ aman celebrante cõuiuiũ: et cun
ctis iudęis q̄ in vrbe erant flentibus. IIII.
A Que cũ audiſſet mardocheꝰ: ſcidit veſtimenta
ſua: ⁊ ĩdutus eſt ſacco: ſpargẽs cinerẽ capiti:
⁊ in platea medię ciuitatꝫ voce magna clama
bat: oſtẽdẽs amaritudinẽ aĩ̃ ſui: ⁊ hoc eiula
tu vſqꝫ ad fores palatij gradiẽs. Nõ eñ erat licitũ: ĩdu
tũ ſacco aulã regis ĩtrare. In oĩbus q̊qꝫ ꝓuincijs: oppi-
dis: ac locis: ad q̄ crudele regis dogma ꝑuenerat: plãctꝰ
ĩgẽs erat apđ iudęos: ieiuniũ: vlulatꝰ: ⁊ fletus: ſacco et
cinere multꝫ ꝓ ſtrato vtẽtibus. Ingreſſę aũt ſunt puel
B lę heſter ⁊ eunuchi: nũciauerũtqꝫ ei. Qđ audiens: cõſter
nata eſt: ⁊ veſtẽ miſit mardocheo: vt ablato ſacco indue
ret eã: quã accipe noluit. Accitoqꝫ athach eunucho: quẽ
rex miniſtrũ ei dederat: p̃cepit vt iret ad mardochęũ: et
diſceret ab eo: cur hoc faceret. Egreſſuſqꝫ Athach: iuit
ad mardochęũ: ⁊ ĩuenit eũ ſtantẽ ĩ platea ciuitatis ante
oſtiũ palatij: q̄ indicauit ei oĩa q̄ acciderãt: q̊modo amã
C ꝓmiſiſſet vt ĩ theſauros regis ꝓ iudęoꝝ nece inferret ar
gentũ: exẽplar q̊qꝫ edicti qđ pendebat ĩ ſuſis: dedit ei vt
reginę oſtẽderet: ⁊ moneret eã: vt ĩtraret ad regẽ: ⁊ dep̃
caret̃ eũ pro pplo ſuo. Regreſſuſqꝫ athach: nũciauit he-
ſter oĩa q̄ mardocheus dixerat: Quę rñdit ei: et iuſſit vt
diceret mardocheo: Oẽs ſerui regis: ⁊ cũctę q̄ ſub ditio
ne eiꝰ ſunt norũt ꝓuincię: ꝙ ſiue vir: ſiue mulier nõ voca
tus: ĩterius atriũ regis intrauerit: abſqꝫ vlla cũctatiõe
ſtatĩ interficiat̃: niſi forte rex aureã virgã ad eũ tetẽderit
ꝓ ſigno clemẽtię: atqꝫ ita poſſit viuere. Ego igit̃ quõ ad
regẽ ĩtrare potero: q̄ trigĩta iã diebus nõ ſum vocata ad
D eũ? Qđ cũ audiſſet mardocheꝰ: rurſum mãdauit heſter
dicens: Ne putas ꝙ aĩam tuã tantũ liberes: q̊a in domo
regis es prę cunctis iudęis. Si eñ nũc ſiluerꝫ: ꝑ aliã oc-
caſionẽ liberabunt̃ iudei: ⁊ tu: ⁊ domus patris tui ꝑibi-
tis. Et quis nouit: vtrũ idcirco ad regnũ veneris: vt ĩ ta
li tẽpore parareris? Rurſumqꝫ heſter hęc mardocheo
verba mãdauit: Vade: ⁊ cõgrega oẽs iudęos: q̊s in ſu-
ſis repereris: ⁊ orate ꝓ me. Nõ comedatis: ⁊ nõ bibatis
tribus diebus: ⁊ tribus noctibꝰ: et ego cũ ancillis meis
infra.3.c. ſimiliter ieiunabo: ⁊ nũc ingrediar ad regẽ: cõtra legem
faciẽs nõ vocata: tradẽſqꝫ me morti ⁊ periculo. Iuit ita
qꝫ mardocheus: ⁊ fecit oĩa quę heſter p̃ceperat. V.
A Die aũt tertio: induta eſt heſter regalibꝰ veſti-
mentis: ⁊ ſtetit in atrio domus regię: qđ erat
interius intra baſilicam regꝫ. At ille ſedebat
ſuꝑ ſoliũ ſuũ in cõſiſtorio palatij cõtra hoſtiũ
domus. Cũqꝫ vidiſſet heſter reginã ſtantẽ: placuit ocu-
lis eius: ⁊ extendit cõtra eã virgã aureã: quã tenebat in
manu. Quę accedens: oſculata eſt ſummitatẽ virgę eiꝰ.
B Dixitqꝫ ad eam rex: Quid vis heſter regina? Quę eſt pe
titio tua? etiã ſi dimidiã partẽ regni petieris: dabitur ti
bi. At illa reſpõdit: Si regi placet: obſecro vt venias ad
me hodie: ⁊ aman tecũ ad cõuiuiũ qđ paraui. Statimqꝫ
rex: Vocate (inquit) cito aman: vt heſter obediat volun
tati. Venerũt itaqꝫ rex ⁊ Aman ad cõuiuium: qđ eis re-
gina parauerat. Dixitqꝫ ei rex: poſtꝙ̃ vinũ biberat abun
dãter: Quid petis: vt detur tibi? et pro qua re poſtulas?
Etiã ſi dimidiã partem regni mei petieris: impetrabis.
Cui reſpondit heſter: Petitio mea: ⁊ p̃ces ſunt iſtę: Si C Mat.9.c.
inueni ĩ cõſpectu regis gratiã: ⁊ ſi regi placet: vt det mi
hi qđ poſtulo: ⁊ meã impleat petitionẽ: veniat rex: et A-
man ad cõuiuiũ: qđ paraui eis: et cras aperiã regi volun
tatẽ meã. Egreſſus eſt itaqꝫ illo die Aman lętus et ala-
cer. Cumqꝫ vidiſſet mardochęũ ſedentẽ ante fores pala
tij: ⁊ nõ ſolũ non aſſurrexiſſe ſibi: ſed nec motũ quidẽ de
loco ſeſſionis ſuę: ĩdignatus eſt valde: et diſſimulata ira
reuerſus in domũ ſuã: conuocauit ad ſe amicos ſuos: et
Zares vxorẽ ſuã: et expoſuit illis magnitudinẽ diuitiaꝝ
ſuarũ: filiorũqꝫ turbam: et quanta eum gloria ſuper oẽs
prĩcipes ⁊ ſeruos ſuos rex eleuaſſet. Et poſt hęc ait: Re D
gina q̊qꝫ heſter: nullũ aliũ cõuocauit ad cõuiuiũ cũ rege
pręter me: apud quã etiã cras cum rege pranſurus ſum
Et cum hęc omnia habeã: nihil me habere puto: quãdiu
videro mardocheum iudęũ ſedẽtem ante fores regias.
Responderũtqꝫ ei Zares vxor eius: ⁊ cęteri amici: Iu-
be parari excelſam trabẽ: habentẽ altitudinis quinqua-
ginta cubitos: ⁊ dic mane regi: vt appẽdatur ſuꝑ eã mar
docheus: ⁊ ſic ibis cũ rege lętus ad cõuiuiũ. Placuitqꝫ
ei cõſiliũ: ⁊ iuſſit excelſam parari crucem. VI.
Noctẽ illã duxit rex inſomnẽ: iuſſitqꝫ ſibi affer A
ri hiſtorias et annales priorũ temporũ. Quę ſupr.12.d infra.12.a
cũ illo pręſente legerent̃: ventũ eſt ad illũ locũ
vbi ſcriptũ erat: q̊modo nũciaſſet mardochę
us inſidias bagathan et Thares eunuchorũ: regem aha
ſuerũ iugulare cupientiũ. Quod cum audiſſet rex: ait:
Quid pro hac fide honoris ac premij mardocheus cõſe
cutus eſt? Dixerũt ei ſerui illius: ac miniſtri: Nihil omni B
no mercedis accepit. Statimqꝫ rex: Quis eſt (inquit) ĩ
atrio? Aman q̄ppe interius atriũ domus regię intraue
rat: vt ſuggereret regi: ⁊ iuberet mardochęũ affigi pati
bulo: qđ ei fuerat p̃paratũ. Reſponderũt pueri: Aman
ſtat in atrio. Dixitqꝫ rex: Ingrediat̃. Cũqꝫ eſſet ingreſ-
ſus: ait illi: Quid debet fieri viro: quẽ rex honorare deſy
derat? Cogitãs aũt ĩ corde ſuo aman: ⁊ reputans ꝙ nul
lũ aliũ rex: niſi ſe vellet honorare: reſpondit: Homo quẽ C
rex honorare cupit: debet indui veſtibus regijs: ⁊ impo-
ni ſuꝑ equũ q̄ de ſella regis eſt: ⁊ accipere regiũ diadema
ſuꝑ caput ſuũ: ⁊ primus de regijs principibus ac tyran-
nis teneat equũ eiꝰ: ⁊ ꝑ plateã ciuitatis incedẽs: clamet
⁊ dicat: Sic honorabit̃: quẽcunqꝫ voluerit rex honorare
Dixitqꝫ ei rex: Feſtina: et ſumpta ſtola et equo: fac ita vt
locutus es mardocheo iudęo: q̄ ſedet ante fores palatij
Caue ne quicꝙ̃ de his quę locutꝰ es p̃termittas. Tulit
itaqꝫ aman ſtolã et equũ: indutũqꝫ mardochęũ in platea
ciuitatꝫ: ⁊ impoſitũ equo p̃cedebat: atqꝫ clamabat: Hoc D
honore cõdignꝰ eſt: quẽcũqꝫ rex voluerit honorare. Re
uerſuſqꝫ eſt mardocheus ad ianuã palatij: et amã feſtina
uit ire ĩ domũ ſuã: lugens ⁊ operto capite: narrauitqꝫ za
res vxori ſuę: ⁊ amicis oĩa quę eueniſſent ſibi. Cui reſpõ
derũt ſapiẽtes: quos ſecũ habebat in cõſilio: ⁊ vxor eius:
Si de ſemine iudęorũ eſt mardocheus: ante quẽ cadere
coepiſti: nõ poteris ei reſiſtere: ſed cades in cõſpectu eiꝰ.
Adhuc illis loquẽtibus: venerũt eunuchi regꝫ: ⁊ cito eũ
ad cõuiuiũ qđ regina parauerat: ꝑgere cõpulerũt. VII.
Intrauit itaqꝫ rex ⁊ aman: vt biberẽt cum re A
gina. Dixitqꝫ ei rex etiam ſecũda die poſtꝙ̃ vi
no incaluerat: Quę eſt petitio tua Heſter: vt
detur tibi: ⁊ quid vis tibi fieri? Etiam ſi dimi
diam partem regni mei petieris: impetrabis. Ad quem

illa reſpondit: Si inueni gratiā in oculis tuis o rex: et ſi
placet: dona mihi animā meā: pꝛo qua rogo: ⁊ populum
B meū ꝑ quo obſecro. Traditi em̄ ſumꝰ: ego ⁊ pplus meus
vt cōteramur: iugulemur ⁊ ꝑeamus. Atqꝫ vtinā ī ſeruos
⁊ famulas venderemur: eſſet tollerrabile malū: ⁊ gemēs
tacerē. Nunc aūt hoſtis noſter eſt: cuius crudelitas re-
dundat ī regē. Rn̄denſqꝫ rex Ahaſuerus: ait: Quis eſt
iſte: ⁊ cuiꝰ potētie: vt hec audiat facere? Dixitqꝫ heſter
C Hoſtis ⁊ inimicus noſter peſſimus eſt iſte aman. Quod
ille audiens: ilico obſtupuit: vultū regis ac regine ferre
nō ſuſtinens. Rex aūt iratus ſurrexit: et de loco cōuiuij
intrauit in hoꝛtū arboꝛibus cōſitū. Aman q̊qꝫ ſurrexit:
vt rogaret heſter reginā pꝛo aīa ſua: intellexit em̄ a rege
ſibi paratū malū. Qui cū reuerſus eſſet de hoꝛto nemoꝛi
bus cōſito: et intraſſet cōuiuij locū repperit aman ſuꝑ le
ctulū coꝛruiſſe: in quo iacebat heſter: et ait: Etiā reginā
D vult oppꝛimere me p̄ſente in domo mea. Necdū verbum
de oꝛe regꝭ exierat: ⁊ ſtatimꝰ operuerūt faciē eius. Dixit
qꝫ Arbona: vnus de eunuchis: q̇ ſtabant in miniſterio re
gis: En lignū qd̄ parauerat mardocheo (qui locutꝰ eſt
ꝓ rege) ſtat in domo aman habēs altitudinis quinq̄gin
ta cubitos. Cui dixit rex: Appēdite eū in eo. Suſpēſus
eſt itaqꝫ amā ī patibulo : quod parauerat Mardocheo
et regis ira quieuit. VIII.
A De illo dedit rex Ahaſuerus heſter regine do
mū Aman: aduerſarij iudeoꝛū: ⁊ mardocheꝰ
ſupꝛa.3.c ingreſſus eſt ante faciē regis. Cōfeſſa eſt em̄
ei heſter: ꝙ eſſet patruus ſuus. Tulitqꝫ rex an
nulū quē ab amā recipi iuſſerat: ⁊ tradidit mardocheo.
Heſter aūt cōſtituit mardocheū ſuꝑ domū ſuam. Nec
his cōtenta: pꝛocidit ad pedes regis: fleuitqꝫ: et locuta
ad eū oꝛauit: vt maliciā aman agagite: et machinatiōes
eiꝰ peſſimas: quas cogitauerat cōtra iudeos: iuberet ir
ritas fieri. At ille ex moꝛe ſceptrū aureū p̄tendit manu:
quo ſignū clementie monſtrabat. Illaqꝫ cōſurgens ſte-
B tit ante eū: ⁊ ait: Si placet regi: ⁊ ſi inueni gratiā in oculꝭ
eius: et depꝛecatio mea non ei videtur eſſe cōtraria: obſe
cro vt nouis epiſtolis veteres aman litere inſidiatoꝛꝭ et
hoſtis iudeoꝛū: quibus eos in cūctis regis ꝓuincijs ꝑire
p̄ceperat: coꝛrigant. Quomodo em̄ potero ſuſtinere ne
cē ⁊ interfectionē populi mei? Rn̄ditqꝫ rex Ahaſuerus
heſter regine: ⁊ mardocheo iudeo: Domū aman cōceſſi
heſter regine: ⁊ ipſum iuſſi affigi cruci: q̊a auſus eſt ma-
ſupꝛa.3.d nū mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis: ſicut vobis
placet: ex regis noīe: ſignātes literas annulo meo. Hec
C em̄ cōſuetudo erat: vt epiſtolis que ex regis noīe mitte-
bant: ⁊ illius annulo ſignate erant: nemo auderet cōtra
dicere. Accitiſqꝫ ſcribis ⁊ librarijs regꝭ: erat aūt tempꝰ
tertij menſis: qui appellat Sibā: viceſima et tertia die il
lius ſcripte ſunt epiſtole: vt mardocheꝰ voluerat ad iu-
deos: ⁊ ad pꝛincipes: ꝓcuratoꝛeſqꝫ ⁊ iudices: q̇ centū vi
gintiſeptē pꝛouincijs ab india: vſqꝫ ad Aethiopiā p̄ſide-
bant: ꝓuincie atqꝫ pꝛouincie: populo ⁊ populo iuxta lin
guas ⁊ literas ſuas: ⁊ iudeis pꝛout legere poterāt: ⁊ au
ſupꝛa.1.a. dire. Ipſeqꝫ epiſtole: que ex regis noīe mittebant: annu
infra.16.a lo ipſius obſignate ſunt: ⁊ miſſe ꝑ veredarios: qui ꝑ oēs
pꝛouincias diſcurrētes: veteres literas nouis nuncijs p̄
uenirent. Quibus imperauit rex: vt cōuenirent iudeos
ꝑ ſingulas ciuitates: ⁊ ī vnū p̄ciperent cōgregari: vt ſta
rent pꝛo aīabus ſuis: ⁊ oēs inimicos ſuos cū cōiugibꝰ ac
liberis: ⁊ vniuerſis domibus interficerent atqꝫ delerent
D Et cōſtituta eſt per oēs pꝛouincias vna vltionis dies: id
eſt tertiadecima die menſis duodecimi Adar. Sūmaqꝫ
epiſtole hec fuit: vt in oībus terris ac populis qui regis
ahaſueri ſubiacebāt īperio: notū fieret paratos eſſe iude
ſupꝛa.1.b. os ad capiēdā vindictā de hoſtibus ſuis. Egreſſiqꝫ ſunt
veredarij celeres nuncios p̄ferentes: et edictū regis pe-
pendit in ſuſis. Mardocheus autē de palatio: ⁊ de con
ſpectu regis egrediens fulgebat veſtibus regijs: hyacin
thinis videlicet et aerinis: coꝛonā aureā poꝛtans in capi
te: ⁊ amictus ſerico pallio atqꝫ purpureo. Oīſqꝫ ciuitas
exultauit: atqꝫ letata eſt. Iudeis aūt noua lux oꝛiri viſa
eſt: gaudiū: honoꝛ: ⁊ tripudiū. Apd̄ oēs populos: vꝛbes
atqꝫ pꝛouīcias: q̊cunqꝫ regis pꝛecepta veniebāt: mira ex
ultatio: epule atqꝫ cōuiuia ⁊ feſtus dies: intantū vt plu
res alterius gētis ⁊ ſecte eoꝛū religioni ⁊ ceremonijs iū
gerent. Grādis em̄ cūctos iudaici noīs terroꝛ īuaſerat.
Gitur duodecimi menſis quē adar IX. A
vocari ante iam diximꝰ: tertiadecima die quā
do cunctis iudeis interfectio parabat: et ho-
ſtes eoꝝ inhiabāt ſanguini: verſa vice ſuperio
res iudei eſſe coeperūt: ⁊ ſe de aduerſarijs vīdicare. Cō-
gregatiqꝫ ſunt ꝑ ſingulas ciuitates ⁊ oppida et loca: vt
extēderet manū cōtra inimicos: ⁊ ꝑſecutoꝛes ſuos. Nul
luſqꝫ auſus eſt reſiſtere: eo ꝙ oēs populos magnitudinꝭ
eoꝝ foꝛmido penetraret. Nā ⁊ pꝛouinciaꝝ iudices ⁊ du
ces: ⁊ pꝛocuratoꝛes: oīſqꝫ dignitas que ſingulis locꝭ ac
opibus pꝛeerat: extollebat iudeos timoꝛe Mardochei:
quē pꝛincipē eſſe palatij: ⁊ plurimū poſſe cognouerant.
Fama q̊qꝫ nominis eius creſcebat quotidie: ⁊ ꝑ cunctoꝝ B
oꝛa volitabat. Itaqꝫ ꝑcuſſerūt iudei inimicos ſuos pla-
ga magna: ⁊ occiderūt eos: reddētes eis qd̄ ſibi paraue
rāt facere: in tantū: vt etiā in ſuſis quingētos viros īter
ficerēt: extra decē filios aman agagite hoſtis iudeoꝛum.
Quoꝛū iſta ſunt nomina pharāſandata: ⁊ delphon: ⁊ Eſ
phata: ⁊ phoꝛata: ⁊ adalia ⁊ aridatha: ⁊ phermeſtha: ari
ſai: ⁊ aridai: ⁊ vaizatha. Quos cū occidiſſent: pꝛedas de
ſubſtantijs eoꝛum agere noluerunt. Statimqꝫ numerꝰ
eoꝛū qui occiſi erant in ſuſis: ad regē relatus eſt. Qui di
xit regine: In vꝛbe ſuſis interfecerūt iudei quingentos C
viros: ⁊ alios decē filios aman: Quantā putas eos exer
cere cedē in vniuerſis pꝛouincijs? Quid vltra poſtulas:
⁊ q̊d vis: vt fieri iubeā? Cui illa rn̄dit: Si regi placet: de
tur poteſtas iudeis: vt ſicut fecerunt hodie in ſuſis: ſic ⁊
cras faciāt: ⁊ decē filij aman in patibulis ſuſpendantur.
Pꝛecepitqꝫ rex: vt ita fieret. Statimqꝫ ī ſuſis pependit
edictū: ⁊ decē filij aman ſuſpenſi ſunt. Cōgregatꝭ iude
is quartadecima die mēſis adar interfecti ſunt in Suſis
trecenti viri: nec eoꝝ ab illis direpta ſubſtantia eſt: ſed ⁊
ꝑ oēs ꝓuincias que ditioni regis ſubiacebāt pꝛo aīabus
ſuis ſteterūt iudei: interfectis hoſtibus ac ꝑſecutoꝛibus
ſuis: intantū vt ſeptuagintaquinqꝫ millia occiſoꝝ imple
rent: ⁊ nullus de ſubſtantijs eoꝛū quicꝙ̄ cōtingeret. Di D
es aūt tertiuſdecimus menſis adar vnus apud oēs īter
fectiōis fuit: et quartadecima die cedere deſierūt. Quē
cōſtituerūt eſſe ſolennē: vt in eo omni tempoꝛe deinceps
vacarent epulis: gaudio atqꝫ cōuiuijs. At hi qui in vꝛbe
ſuſis cedē exercuerāt: tertiodecimo ⁊ q̄rtadecimo die ei
uſdē menſis in cede verſati ſunt: quītodecimo aūt die ꝑ
cutere deſierūt. Et idcirco eūdē diē cōſtituerūt ſolennē
epularū atqꝫ letitie. Hi vero iudei q̇ in oppidis nō mu-
ratis ac villis moꝛabant: q̄rtūdecimū diē menſis Adar
cōuiuioꝛū: ⁊ gaudij decreuerunt: ita vt exultent in eo: et
mittāt ſibi mutuo partes epularū ⁊ ciboꝛū. Scripſit ita E
qꝫ mardocheus oīa hec: ⁊ literis cōpꝛehenſa miſit ad iu
deos: qui in oībus regis pꝛouincijs moꝛabant: tam ī vi
cino poſitis ꝙ ꝓcul: vt q̄rtādecimā: ⁊ quintādecimā diē
mēſis adar pꝛo feſtis ſuſciperēt: et reuertēte ſemꝑ anno
ſolēni celebꝛarēt honoꝛe: quia in ipſis diebus ſe vlti ſunt
iudei de inimicis ſuis: ⁊ luctus atqꝫ triſticia ī hilaritatē
gaudiūqꝫ cōuerſi ſunt: eſſentqꝫ dies iſti epularū atqꝫ leti
cie: ⁊ mitterēt ſibi inuicē ciboꝛū partes: ⁊ pauperibꝰ mu
nuſcula largirentur. Suſceperūtqꝫ iudei in ſolennē ri-
tū cuncta: que eo tempoꝛe facere coeperāt: ⁊ que mardo
cheꝰ literis facienda mādauerat. Amā em̄ filius amada ſupꝛa.13.c
thi ſtirpis agag: hoſtis: ⁊ aduerſariꝰ iudeoꝝ: cogitauit F
contra eos malū: vt occideret illos: atqꝫ deleret: ⁊ miſit
phur: qd̄ noſtra lingua vertitur in ſoꝛtem: ⁊ poſtea īgreſ
ſa eſt heſter ad regem: obſecrans vt conatus eius literis
regꝭ irriti fierent: ⁊ malū: qd̄ cōtra iudeos cogitauerat

ſupra.3.c reuerteretur in caput eius. Deniqꝫ ⁊ ipſum ⁊ filios eius
affixerũt cruci: atqꝫ ex illo tẽpoꝛe dies iſti appellati ſunt
phurim: id eſt ſoꝛtiũ: eo ꝙ phur: id eſt ſoꝛs ĩ vꝛnã miſſa fu
erit. Et cuncta quę geſta ſunt epiſtolę: id eſt libꝛi huius
volumine cõtinent: queqꝫ ſuſtinuerũt: ⁊ quę deĩceps im
mutata ſunt: ſuſceperũt iudęi ſuꝑ ſe: ⁊ ſemẽ ſuũ: ⁊ ſuper
cunctos: ꝗ religioni eoꝛũ voluerũt copulari: vt nulli lice
at duos hos dies abſqꝫ ſolennitate tranſigere: quos ſcri
ptura teſtat: ⁊ cętera expetunt tẽpoꝛa annis ſibi iugiter
E ſuccedẽtibꝰ. Iſti ſunt dies q̃s nulla vnꝙ̃ delebit obliuio
⁊ ꝑ ſingulas generatiões cunctę in toto oꝛbe ꝓuincię ce
lebꝛabũt: nec eſt vlla ciuitas: in q̃ dies phurim: id eſt ſoꝛ
tiũ: nõ obſeruent a iudęis: ⁊ ab eoꝝ ꝓgenie: quę his cere
monijs obligata eſt. Scripſerũtqꝫ heſter regina filia abi
hail: et mardochęus iudęus etiã ſecundã epiſtolã: vt oĩ
ſtudio dies iſta ſolennis ſancirent in poſterũ. Et miſerũt
ad oẽs iudęos: ꝗ in centũ vigintiſeptẽ pꝛouincijs regis
ahaſueri verſabãtur: vt haberẽt pacẽ: ⁊ ſuſciperẽt verita
tẽ: obſeruãtes dies ſoꝛtiũ: ⁊ ſuo tempoꝛe cũ gaudio cele-
bꝛarẽt: ſicut cõſtituerãt mardochęꝰ ⁊ heſter. Et illi ob-
ſeruanda ſuſceperũt a ſe: ⁊ a ſemine ſuo ieiunia: atqꝫ cla-
mores: ⁊ ſoꝛtiũ dies: ⁊ omnia quę libꝛi huius: ꝗ vocatur
heſter: hiſtoꝛia continent. X.

A Rex vero ahaſuerus oẽm terrã: ⁊ cunctas ma
ris inſulas fecit tributarias: cuius foꝛtitudo
⁊ imperiũ: et dignitas: atqꝫ ſublimitas: ꝗ ex-
altauit mardochęũ: ſcripta ſunt in libꝛis me
doꝛũ: atqꝫ perſarũ: et q̃modo mardochęus iudaici gene
ris ſecũdus a rege ahaſuero fuerit: ⁊ magnus apd iudę-
B os: ⁊ acceptabilis plebi fratrũ ſuoꝛũ: quęrẽs bona popu
lo ſuo: ⁊ loquẽs ea: quę ad pacẽ ſeminis ſui ꝑtinerẽt.

Verba hieronymi. Quę habẽtur ĩ hebꝛęo plena fide expꝛeſſi. Hęc aũt ꝗ ſe
quũtur: ſcripta reperi in editione vulgata: ꝗ gręcoꝛũ lin
gua: ⁊ literꝭ cõtinẽtur: ⁊ interim poſt finẽ libꝛi hoc capi
tulũ ferebatur: qđ iuxta cõſuetudinẽ noſtrã obelo: id eſt
veru pꝛenotauimus.

Textus. infra.11.d Dixitqꝫ mardochęꝰ: A deo facta ſunt iſta. Recoꝛdatꝰ
C ſum ſomnij: qđ viderã: hęc eadẽ ſignificatis: nec eoꝛũ q̃c
ꝙ̃ irritũ fuit. Paruus fons qui creuit ĩ fluuiũ: ⁊ in lucẽ:
ſolẽqꝫ cõuerſus eſt: ⁊ in aquas plurimas redundauit: he
ſter eſt: quã rex accepit vxoꝛẽ: et voluit eſſe reginã. Duo
aũt dracões ego ſum: ⁊ aman. Gentes quę cõuenerãt: hi
ſunt: ꝗ conati ſunt delere nomẽ iudęoꝛũ. Gens aũt mea
iſrael eſt: ꝗ clamauit ad dñm: ⁊ ſaluũ fecit dñs populum
D ſuũ: liberauitqꝫ nos ab oĩbus malis: ⁊ fecit ſigna magna
atqꝫ poꝛtẽta inter gẽtes: ⁊ duas ſoꝛtes eſſe pꝛęcepit: v-
nã populi dei: ⁊ alterã cunctarũ gentiũ. Venitqꝫ vtraqꝫ
ſoꝛs in ſtatutũ ex illo iã tẽpoꝛe: coꝛã deo vniuerſis genti
bus: ⁊ recoꝛdatus eſt dñs ppl'i ſui: ac miſertꝰ hereditatꝭ
ſuę. Et obſeruabunt dies iſti in mẽſe adar q̃rtadecima:
⁊ q̃ntadecima die eiuſdẽ mẽſis cũ oĩ ſtudio: ⁊ gaudiũ in
vnũ coetũ populi congregati: in cunctas deinceps gene
rationes populi Iſrael. XI.

A Anno q̃rto regnantibꝰ ptolemęo: ⁊ cleopatra
attulerũt doſitheus: qui ſe ſacerdotẽ: ⁊ leuiti
ci gñis ferebat: ⁊ ptolemęus filiꝰ eius hãc epi
ſtolã phurim: quã dixerũt interp̃tatã eſſe lyſi-
machũ ptolemęi filium in Ieruſalem.

Interpꝛetis verba. Hoc q̃qꝫ pꝛincipiũ erat in editiõe vulgata: qđ nec ĩ he
bꝛęo: nec apud vllũ fertur interpꝛetum.

Textus. Anno ſecundo regnãte artaxerxe maxĩo pꝛima die mẽ
ſis niſan: vidit ſomniũ mardochęus filiꝰ iairi: filij ſemei:
B filij Cis de tribu beniamin: homo iudęus: ꝗ habitabat ĩ
vꝛbe ſuſis: vir magnꝰ: ⁊ excelſus ĩter pꝛimos aulę regię.
Erat aũt de eo numero captiuoꝝ: q̃s tranſtulerat nabu
C chodonoſoꝛ rex babylonꝭ de ieruſalẽ cũ iechonia rege iu
da: ⁊ hoc eiꝰ ſomniũ fuit. Apparuerũt voces ⁊ tumultꝰ:
tonitrua ⁊ terręmotus: ⁊ cõturbatio ſuper terrã: ⁊ ecce
duo dracões magni: parati cõtra ſe in pꝛęlium. Ad q̃rũ
clamoꝛẽ cunctę concitatę ſunt natiões: vt pugnarent cõ-
tra gentẽ iuſtoꝛũ. Fuitqꝫ dies illa tenebꝛarũ et diſcrimi-
nis: tribulatiõis ⁊ anguſtię: ⁊ ingens foꝛmido ſuꝑ terrã.
Cõturbataqꝫ eſt gens iuſtoꝛũ: timentiũ mala ſua: ⁊ pꝛę
D parata ad moꝛtẽ. Clamaueruntqꝫ ad deũ: ⁊ illis vociferã
tibus: fons paruus creuit ĩ fluuiũ maximũ: ⁊ in aq̃s plu ſupra 10 c
rimas redundauit. Lux ⁊ ſol oꝛtus eſt: ⁊ humiles exal-
tati ſunt: et deuoꝛauerũt inclytos. Qđ cũ vidiſſet mar-
dochęus: ⁊ ſurrexiſſet de ſtratu: cogitabat q̃d deus face
re vellet: ⁊ fixum habebat in animo: ſcire cupiens quid ſi
gnificaret ſomnium. XII.

Moꝛabatur aũt eo tempoꝛe in aula regis: cũ ba A ſupra.2.d et.6.a.
gatha ⁊ thares eunuchis regis: qui ianitoꝛes
erant palatij. Cũqꝫ intellexiſſet cogitatiões
eoꝛũ ⁊ curas diligẽtius ꝑuidiſſet: didicit ꝙ co
narentur in regẽ artaxerxẽ manus mittere: ⁊ nunciauit B
ſuꝑ eo regi. Qui de vtroqꝫ habita quęſtiõe: cõfeſſos iuſ-
ſit duci ad moꝛtẽ. Rex autẽ qđ geſtũ erat: ſcripſit in cõ-
mẽtarijs: ſed ⁊ mardochęꝰ rei memoꝛiã literis tradidit. C ſupra.2.d
Pꝛęcepitqꝫ ei rex: vt in aula palatij moꝛaretur: datis ei D
ꝓ delatiõe muneribꝰ. Amã vero filiꝰ amadathi hageus
erat glorioſiſſimꝰ coꝛã rege: ⁊ voluit nocere mardochęo
⁊ ppl'o eius ꝓ duobꝰ eunuchis regis: ꝗ fuerãt interfecti.

Hucuſqꝫ pꝛoemiũ: quę ſequunt: in eo loco poſita erãt: Interpꝛetis verba.
vbi ſcriptũ eſt in volumine: Et diripuerũt bona: vel ſub
ſtantias eoꝛũ. Quę in ſola vulgata editione reperimus.
Epiſtolę autẽ hoc exemplar fuit. XIII.

Rex maximus artarexes ab india vſqꝫ ad ęthi- A ſupra.1.a. infra.6.a.
opiam centũ vigintiſeptẽ ꝓuinciarũ pꝛincipibꝰ
et ducibus: qui eius imperio ſubiecti ſunt: ſalu-
tẽ: Cũ plurimis gentibus imperarẽ: et vniuerſum oꝛbẽ
meę ditioni ſubiugaſſem: volui nequaꝙ̃ abuti potentię
magnitudine: ſed clementia: ⁊ lenitate gubernare ſubie
ctos: vt abſqꝫ vllo terroꝛe vitã ſilentio tranſigentes: op- ſupra.5.b
tata cunctis moꝛtalibus pace fruerentur. Quęrente au B
tẽ me a conſiliarijs meis q̃modo poſſit hoc impleri: vnꝰ
qui ſapientia: ⁊ fide cętros pꝛęcellebat: et erat poſt regẽ
ſecundus Aman nomine: indicauit mihi in toto oꝛbe ter
rarũ populũ eſſe diſperſum: qui nouis vteretur legibus:
et contra omniũ gentiũ conſuetudinẽ faciens: regũ iuſ-
ſa contemneret: et vniuerſarũ concoꝛdiã nationũ ſua diſ
ſenſione violaret. Quod cum didiciſſemus: vidẽtes vnã
gentem rebellem aduerſus omne hominũ genus peruer
ſis vti legibus: noſtriſqꝫ iuſſionibus contraire: et turba-
re ſubiectarũ nobis pꝛouinciarũ pacẽ: atqꝫ concoꝛdiam
iuſſimus vt quoſcunqꝫ Aman: qui omnibus pꝛouincijs
pꝛępoſitus eſt: ⁊ ſecundus a rege: ⁊ quẽ patris loco coli-
mus: monſtrauerit: cum coniugibus: ac liberis delean-
tur ab inimicis ſuis: nulluſqꝫ eoꝛũ miſereatur: quartade
cima die duodecimi menſis adar: anni pꝛęſentis: vt ne-
farij homines vno die ad inferos deſcendentes reddant
imperio noſtro pacẽ: quã turbauerant.

Verba hieronymi. Hucuſqꝫ exemplar epiſtolę. Quę ſequunt: poſt eũ lo
cum ſcripta reperi: vbi legitur: Pergenſqꝫ mardochęꝰ
fecit omnia quę ei mandauerat heſter. Nec tamen habe
tur in Hebꝛaico: et apud nullum penitus ferũtur inter
pꝛetum.

Mardocheus autem depꝛecatus eſt dominũ: memoꝛ
omniũ operũ eius: et dixit: Domine rex omnipotens: in
ditione enim tua cuncta ſunt poſita: et non eſt qui poſſit
tuę reſiſtere voluntati: ſi decreueris ſaluare Iſrael. Tu Pſal.145 C
feciſti cęlum et terram: ⁊ quicquid cęli ambitu continet
domine omniũ es: nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuę. Cũ-
cta noſti et ſcis: quia non pꝛo ſuperbia et contumelia: et
aliqua gloꝛię cupiditate fecerim hoc: vt non adoꝛarem
Aman ſuperbiſſimum: libenter enĩ pꝛo ſalute Iſrael eti
am veſtigia pedũ eius deoſculari paratus eſſem: ſed ti-
mui ne honoꝛẽ dei mei transferrẽ ad hominẽ: ⁊ ne quẽꝙ̃
adoꝛarem: excepto deo meo. Et nunc domine deus ab-
raam miſerere populi tui: quia volũt nos inimici noſtri
perdere: et hereditatem tuam delere. Ne deſpicias par

tē tuā quam redemiſti de Aegypto. Exaudi deprecatio-
nem meam: ⁊ propicius eſto ſorti et funiculo tuo: et con
uerte luctum noſtrū in gaudiū: vt viuentes laudem⁹ no
mē tuū domine: ⁊ ne claudas ora te canētiū. Oīs quoq;
iſrael pari mente ⁊ obſecratione clamauit ad dominū: eo
ꝙ eis certa mors impenderet. XIIII.

A Heſter quoq; regina confugit ad dominū: pa-
uens periculū quod imminebat. Cumq; depo
ſuiſſet veſtes regias: fletibus et luctui apta in
dumēta ſuſcepit: ⁊ pro vngentis varijs cinere
et ſtercore impleuit caput: ⁊ corpus ſuum humiliauit ie
iunijs: omniaq; loca in quibus antea lętari conſueuerat
crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur domi
B num deum Iſrael: dicēs: Domine mi: qui rex noſter es
ſolus: adiuua me ſolitariam: ⁊ cuius pręter te nullus eſt
auxiliator alius. Periculum meū in manibus meis eſt.
Audiui a patre meo: ꝙ tu domine tuliſſes Iſrael de cun
ctis gentibus: ⁊ patres noſtros ex omnibus retro maio
ribus ſuis: vt poſſideres hereditatē ſempiternā: feciſtiq;
eis ſicut locutus es. Peccauimus in cōſpectu tuo: et id
circo tradidiſti nos in manus inimicoꝝ noſtroꝝ. Colui
mus enī deos eorū. Iuſtus es domine. Et nūc nō eis ſuf
ficit ꝙ duriſſima nos opprimunt ſeruitute: ſed robur ma
nuū ſuarū idolorū potentię deputantes: volunt tua mu
tare ꝓmiſſa: ⁊ delere hereditatē tuā: ⁊ claudere ora lau-
dantiū te: atq; extinguere gloriā templi et altarꝭ tui: vt
aperiāt ora gentiū: ⁊ laudent idolorū fortitudinē: ⁊ pręe
C dicēt carnalem regē in ſempiternū. Ne tradas domine
ſceptrū tuū his qui non ſunt: ne rideant ad ruinam no-
ſtram: ſed cōuerte conſilium eorū ſuper eos: ⁊ eum qui ī
nos coepit ſęuire: diſperde. Memento domine: et oſten
de te nobis in tempore tribulationis noſtrę: ⁊ da mihi fi
duciā domine rex deorū: ⁊ vniuerſę poteſtatꝭ: tribue ſer
monē cōpoſitum in ore meo in cōſpectu leonis: ⁊ trans-
fer cor illius in odiū hoſtis noſtri: vt ⁊ ipſe pereat ⁊ cęte
ri qui conſentiunt. Nos autē libera in manu tua: ⁊ adiu
ua me ancillā tuā: nullū aliud auxilium habentē: niſi te:
domine: qui habes omniū ſcientiā: et noſti quia oderim
gloriam iniquorū: et deteſter cubile incircumciſorum: ⁊
ſupra.5. D omnis alienigenę. Tu ſcis neceſſitatē meam ꝙ abomi-
ner ſignū ſuperbię et glorię meę: quod eſt ſup caput me
um in diebus oſtentatiōis meę: ⁊ deteſter illud quaſi pā
num menſtruatę: ⁊ non portē in diebus ſilentij mei: et ꝙ
non comederim in menſa Aman: nec mihi placuerit con
uiuium regis: ⁊ non biberim vinū libaminū: et nunꝙ lę
tata ſit ancilla tua: ex quo huc tranſlata ſum vſq; in pręe
ſentē diē: niſi in te domine deus abraā. Deus fortꝭ ſuper
omnes exaudi vocē eorū: qui nullā aliā ſpē habent: ⁊ libe
ra nos de manu iniquorū: ⁊ erue me a timore meo.

Interpretis verba. Hęc quoq; addita repperi in ęditione vulgata.

A Et mandauit ei (haud dubiū: quin XV
heſter mardocheus) vt īgrederetur ad regē:
⁊ rogaret ꝓ populo ſuo: ⁊ pro patria ſua. Me
morare (inquit) dierū humilitatis tuę: q̄mo
do nutrita ſis in manu mea: quia Aman ſecundus a re-
ge locutus eſt cōtra nos in mortē: et tu inuoca dominū
et loquere regi pro nobis: ⁊ libera nos de morte.

Interpretis verba. Nec non et iſta quę ſubdita ſunt: in ęditione vulgata
repperi.

Textus. Die aūt tertio: depoſuit veſtimenta ornatus ſui: ⁊ cir
cundata eſt gloria ſua. Cumq; regio fulgeret habitu: ⁊
B inuocaſſet oīm rectorē et ſaluatorē deū: aſſumpſit duas
famulas: ⁊ ſup vnā quidē innitebatur quaſi pręe delitijs
⁊ nimia teneritudine corpus ſuū ferre nō ſuſtinens: alte
ra autē famularū ſequebatur dominā defluentia in hu-
mū indumenta ſuſtentans. Ipſa aūt roſeo colore vultū
perfuſa: ⁊ gratis ac nitentibus oculis triſtē celabat ani-
mum: ⁊ nimio timore contractū. Ingreſſa igitur cūcta
per ordinē oſtia: ſtetit contra regē: vbi ille reſidebat ſup
ſoliū regni ſui: indutus veſtibus regijs: auroq; fulgens

⁊ precioſis lapidibus: eratq; terribilis aſpectu. Cumq; C
eleuaſſet faciē: ⁊ ardentibus oculis furorē pectoris indi
caſſet: regina corruit: ⁊ ī pallorē: colore mutato: laſſum
ſuper ancillulā reclinauit caput. Conuertitq; deus ſpi-
ritū regis in manſuetudinē: ⁊ feſtinus ac metuens exili
uit de ſolio: et ſuſtentans eā vlnis ſuis: donec rediret ad
ſe: his verbꝭ blādiebatur: Quid habes heſter? Ego ſum
frater tuus: noli metuere: Non morieris: non enim pro D
te: ſed pro omnibus hęc lex cōſtituta eſt. Accede igitur: Gen.32.d
⁊ tange ſceptrū. Cūq; illa reticeret: tulit aureā virgā: ⁊ 2.reg.19.e
poſuit ſup collū eius: ⁊ oſculatus eſt eā: ⁊ ait: Cur mihi
nō loqueris? Quę reſpondit: Uidi te dn̄e quaſi angelū
dei: ⁊ cōturbatū eſt cor meū pręe timore glorię tuę. Ual-
de enī mirabilis es dn̄e: ⁊ facies tua plena eſt gratiarum
Cūq; loqueretur: rurſus corruit: ⁊ pene exanimata eſt.
Rex aūt turbabat: ⁊ oēs miniſtri eius cōſolabant eā.

Interpretis verba. Exemplar epiſtolę regis Artaxerxis: quam pro iudę
is ad totas regni ſui prouincias miſit: quod et ipſum in
hebraico volumine non habetur. XVI

A Rex magnus Artaxerxes: ab india vſq; ad Ae ſupra.1.a.
thiopiā centū vigintiſeptē prouinciarū duci-
bus ac principibus: qui noſtrę iuſſioni obedi
unt: ſalutē dicit: Multi bonitate principū et
honore: qui in eos collatus eſt: abuſi ſunt in ſuperbiā: et
nō ſolū ſubiectos regibus nituntur opprimere: ſed datā
ſibi gloriā nō ferentes in ipſos q̄ dederūt moliunt inſidi
as. Nec cōtenti ſunt gratias non agere beneficijs: ⁊ hu-
manitatis in ſe iura violare: ſed dei quoq; cuncta cernē-
tis arbitantur ſe poſſe fugere ſententiā. Et in tantū ve-
ſanię prorumpūt: vt eos qui credita ſibi officia diligen-
ter obſeruāt: ⁊ ita cuncta agūt: vt oīm laude digni ſint:
mendaciorū cuniculis conentur ſubuertere: dum aures
principū ſimplices: ⁊ ex ſua natura alios ęſtimātes calli B
da fraude decipiunt. Quę res et ex veteribus probat hi
ſtorijs: et ex his q̄ gerunt quotidie: quomō malis quorū ſupra.3.a.
dā ſuggeſtionibus regū ſtudia deprauentur. Unde ꝓui
dendū eſt paci oīm prouinciarū. Nec putare debetis: ſi
diuerſa iubeamus ex animi noſtri venire leuitate: ſed ꝓ
qualitate ⁊ neceſſitate temporū: vt reipublicę poſſit vti-
litas ferre ſententiā. Et vt manifeſtius qō dicimus ītel-
ligatis: Aman filius amadathi: ⁊ animo: ⁊ gente Mace
do: alienuſq; a perſarū ſanguine: et pietatē noſtram ſua
crudelitate cōmaculans: peregrinus a nobis ſuſceptus ſupra.2.d
eſt: ⁊ tantā ī ſe expertus humanitatē: vt pater noſter vo C
caret: ⁊ adoraretur ab oībus poſt regē ſecundus: qui in
tantū arrogantię tumorē ſubleuatus eſt: vt regno priua
re nos niteretur ⁊ ſpiritu. Nam mardocheū: cuius fide
⁊ beneficijs viuimus: ⁊ cōſortē regni nr̄i heſter cū oī gen
te ſua nouis quibuſdā atq; inauditis machinis experti-
uit in mortē: hoc cogitans vt illis interfectis inſidiaret
noſtrę ſolitudini: ⁊ regnū perſarū tranſferret in mace-
donas. Nos aūt a peſſimo mortaliū: iudęos neci deſti-
natos: in nulla penit⁹ culpa repperimus: ſed econtrario
iuſtis vtentes legibus: ⁊ filios altiſſimi ⁊ maximi ſemp
q; viuentis dei: cuius beneficio ⁊ patribus noſtris et no ſupra.3.a.
bis regnū eſt traditū: ⁊ vſq; hodie cuſtodit. Unde eas li
teras quas ſub nomine noſtro ille direxerat: ſciatis eſſe
irritas. Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis: id eſt D
ſuſis: ⁊ ipſe qui machinatus eſt: ⁊ oīs cognatio eius pen ſupra.7.d
det in patibulis: non nobis: ſed deo reddente ei qō meru
it. Hoc aūt edictū qō nunc mittimus in cunctis vrbib⁹
ꝓponatur: vt liceat iudęis vti legibus ſuis. Quibus de-
betis eſſe adminiculo: vt eos qui ſe ad necem eorū para-
uerāt: poſſint īterficere: tertiadecima die menſis duode
cimi qui vocatur adar. Hāc enī diē: deus oīpotens moe
roris ⁊ luctus eis vertit in gaudiū. Unde et vos īter cę
teros feſtos dies: hāc habetote diē: ⁊ celebrate eā cū om-
ni lętitia: vt ⁊ in poſterum cognoſcātur omnes: qui fide
liter Perſis obediunt dignā pro fide recipere mercedē
qui autē inſidiantur regno eorū: perire pro ſcelere. Ois

autē prouincia ⁊ ciuitas que noluerit ſolennitatis hui⁹
eſſe particeps: gladio ⁊ igne pereat: ⁊ ſic deleatur: vt nō
ſolū hoībus: ſed etiā in via beſtijs ſit in ſempiternū: ꝑ ex-
emplo contemptus et inobedientie.

Finis.

Prologus beati Hie-ronymi in librum Iiob.

Ego ꝑ ſingulos ſcripture diuine libros ad-
uerſariorū reſpondere maledictis: qui interp̄
tationē meā reprehenſionē ſeptuagīta interp̄
tū criminantur: quaſi nō ⁊ apud grecos aqui
la ſymmachus ⁊ theodotion: vel verbum e verbo: vel ſen
ſum e ſenſu: vel ex vtroqꝫ cōmixtū ⁊ medie temperamen
tū genus tranſlationis expreſſerint: ⁊ omnia veteris in-
ſtrumēti volumina origenes obelis aſteriſciſqꝫ diſtinxe-
rit: q̄s vel additos vel de theodotione ſumptos tranſla
tioni antique inſeruit: ꝓbans defuiſſe qd̄ additū eſt. Diſ
cant igit̄ obtrectatores mei recipere in toto qd̄ in parti
bus ſuſceperūt: aut interpretationē meā cū aſteriſcis ſu
is radere. Neqꝫ eīm fieri poteſt: vt q̄s plura intermiſiſſe
ſuſceperit: nō eoſdē etiā in quibuſdā erraſſe fateant̄: pre
cipue in Iiob: cui ſi ea que ſub aſteriſcis addita ſunt ſub
traxeris: pars maxima detrūcabitur. Et hoc duntaxat
apud grecos. Ceterū apud latinos ante eā trāſlationē:
quā ſub aſteriſcis ⁊ obelis nuper edidimus: ſeptingenti
ferme aut octingēti verſus deſunt: vt decurtatus ⁊ lace
ratus corroſuſqꝫ liber: foeditatē ſui publice legētibus p̄
beat. Hec aūt tranſlatio nullū de veteribus ſequit̄ inter
pretē: ſed ex ipſo hebraico arabicoqꝫ ſermone: et interdū
ſyro nūc verba nūc ſenſus nunc ſimul vtrūqꝫ reſonabit.
Obliquus eīm etiā apud hebreos totus liber fertur ⁊ lu
bricus: ⁊ qd̄ greci rhetores vocāt eſchematiſmenos: dū
qui aliud loquit̄: aliud agit. Ut ſi velis anguillā vel mu-
renulā strict⁊ tenere manibus: quanto fortius preſſeris
tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiā hu-
ius voluminis lyddeū quēdā preceptorē: q̄ apud hebre-
os primus haberi putabatur: nō paruis redemiſſe num
mis: cuius doctrina an aliq̄d ꝓfecerim: neſcio. Hoc vnū
ſcio: nō potuiſſe me interpretari: niſi qd̄ ante intellexerā
Iiob.3.a. A principio itaqꝫ voluminis vſqꝫ ad verba Iiob: apd̄ he
breos proſa oratio eſt. Porro a verbis Iiob: in q̄bus ait
ibidē.14 a Pereat dies in qua natus ſum: ⁊ nox in q̄ dictū eſt: cōce
ptus eſt homo: vſqꝫ ad eum locū: vbi ante finē volumin⁊
ſcriptū eſt: Idcirco ipſe me reprehēdo: ⁊ ago poenitētiā
ī fauilla ⁊ cinere: hexametri verſus ſunt: dactylo ſpōdeo
qꝫ currētes: ⁊ ꝓpter lingue idioma crebro recipiētes: et
alios pedes nō earūdē ſyllabarū: ſed eorundē temporū.
Interdū q̄qꝫ rithmus ipſe dulcis et tinnulus fertur nu
meris pedū ſolutis: qd̄ metrici magis ꝙ ſimplex lector
intelligūt. A ſupradicto aūt verſu vſqꝫ ad finē libri: par-
uum coma qd̄ remanet proſa oratione cōtexitur. Quod
ſi cui videtur incredulū: metra ſcilicet eſſe apud hebreos
⁊ inm orē noſtri flacci: greciqꝫ pindari ⁊ alcei et ſapph⁹
vel pſalteriū vel lamentatiōes ieremie vł oīa ferme ſcrip
turarū cantica cōprehendi: legat philonē: ioſephū: orige
nē: ceſarienſem: euſebiū: ⁊ eorū teſtimonio me verū dice
re cōprobabit. Audiāt quaꝓpter canes mei: idcirco me
in hoc volumine laboraſſe: nō vt interp̄tationē antiquā
reprehēderē: ſed vt ea que in illa aut obſcura ſunt aut o-
miſſa aut certe ſcriptorū vitio deprauata: manifeſtiora
noſtra interpretatione fierent: qui et hebreorū ſermonē
ex parte didicimus: ⁊ ī latino pene ab ipſis cunabulis in
ter grāmaticos et rhetores ⁊ philoſophos detriti ſum⁹
Quod ſi apud grecos poſt ſeptuaginta editionē iā chri
ſti euangelio coruſcante iudeus aquila ⁊ ſymmachus et
theodotion: iudaizantes heretici ſunt recepti: qui mul-
ta myſteria ſaluatoris ſubdola interpretatiōe celarunt
et tamē in exaplis habentur apud eccleſias: ⁊ explanant̄
ab eccleſiaſticis viris: quanto magis ego chriſtianus de
parētibus chriſtianis natus: ⁊ vexillū crucis in mea frō-
te portās: cuius ſtudiū fuit omiſſa repetere: deprauata
corrigere: ⁊ ſacramenta eccleſie puro ⁊ fideli aperire ſer
mone: vel a faſtidioſis vel a malignis lectoribus non de-
beo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in
mēbranis purpureis auro argentoqꝫ deſcriptos: vel vn
cialibus (vt vulgo aiunt) literis: onera magis exarata ꝙ
codices: dūmōdo mihi meiſqꝫ ꝑmittant pauperes habe
re ſcedulas: ⁊ non tam pulchros codices ꝙ emendatos.
Utraqꝫ autē editio: ⁊ ſeptuaginta iuxta grecos: et mea
iuxta hebreos in latinū meo labore trāſlata eſt. Eligat
vnuſquiſqꝫ quod vult: et ſtudioſum me magis ꝙ maliuo
lum probet.

Alius Prologus.

Si aut fiſcellā iunco texerē: aut palmarū folia Gen.13.a. ibid.42.c.
cōplicarē: vt in ſudore vultus mei comederem
panē: ⁊ ventris opus ſollicita mente ꝑtracta-
rem: nullus morderet: nemo reprehenderet.
Nūc aūt quia iuxta ſententiā ſaluatoris volo operari ci
bū qui nō perit: ⁊ antiquā diuinorū voluminū viā ſenti-
bus virgultiſqꝫ purgare: error mihi geminus infigitur
corrector vitiorū falſarius vocor: et errores nō auferre: Ibi.42.c
ſed ſerere. Tanta eſt eīm vetuſtatis cōſuetudo: vt etiā cō
feſſa pleriſqꝫ vitia placeāt: dū mag⁊ pulchros habere vo
lūt codices ꝙ emēdatos. Quapropter o fratres dilectiſ
ſimi: vnicū nobilitat⁊ ⁊ humilitatis exemplar: pro flabel
lo calathis ſportelliſqꝫ munuſculis monachorū ſpirita-
lia hec et manſura dona ſuſcipite: ac beatū Iiob: qui ad
huc apud latinos iacebat in ſtercore: ⁊ vermibus ſcate- Iob 42 c
bat errorū: integrū īmaculatūqꝫ gaudete. Quomō eīm
poſt probationē atqꝫ victoriam duplicia ſunt ei vniuerſa
reddita: ita ego ī lingua noſtra: vt audacter loquar: feci
eū habere que amiſerat. Igitur ⁊ vos ⁊ vnūquēqꝫ lecto-
rē ſolita prefatione cōmoneo: ⁊ in principijs librorū ea-
dē ſemper annectens rogo: vt vbicūqꝫ ſemper preceden
tes virgulas videritis: ſciatis ea que ſubiecta ſunt in he
braicis voluminibus nō haberi. Porro vbi ſtelle imago
ꝑfulſerit: ex hebreo in ſermone noſtro addita ſunt. Nec
nō ⁊ illa que haberi videbantur: ⁊ ita corrupta erant: vt
ſenſum legentibus tollerēt: orantibus vobis magno la-
bore correxi: magis vtile quid ex odio meo eccleſijs chri
ſti venturum ratus: ꝙ ex aliorum negocio.

Finis.

Argumentum incerti authoris.

In terra quidē habitaſſe Iiob huſitidi in fini
bus idumee ⁊ arabie fertur: ⁊ erat ei ante no
mē Iobab. Et accepit vxorē arabiſſam: et ge
nuit filiū quē vocauit ennon. Erat aūt ipſe fili
us quidē zare de Eſau filijs filius: de matre vero Boſra
ita vt ſit quint⁹ ab abraā. Et hi ſunt reges q̄ regnauerūt
in edom: in q̄ ⁊ ipſe regnauit. Sed prim⁹ in ea regnauit
balac fili⁹ beor: ⁊ nomē eiuſdē ciuitatis machaba. Poſt
hūc aūt balac. Poſt eū iobab: q̄ vocat̄ Iiob. Poſt Iiob
aūt huſam: q̄ erat dux ex themanor regiōe. Et poſt illū
regnauit adad fili⁹ beath: qui excidit madian in campo
moab ⁊ nomē ciuitatis eius chetheanith.

Liber Iiob.

Caput I

Vir erat in terra Hus A infra.2.a. ifra.24.b
noīe Iiob. Et erat vir ille ſimplex ⁊
rect⁹ ac timēs deū: ⁊ recedēs a malo
Natiqꝫ ſūt ei ſeptē filij ⁊ tres filie. Et
fuit poſſeſſio eius ſeptē millia ouiū: ⁊
tria millia camelor: quingēta q̄qꝫ iu
ga boū: ⁊ quingēte aſine: ac familia multa nimis. Erat
qꝫ vir ille magnus inter oēs oriētales. Et ibant filij ei⁹:

⁊ faciebāt cōuiuia ꝑ domos: vnuſq́ſqꝫ in die ſuo. Et mit
tētes vocabāt tres ſorores ſuas: vt comederent ⁊ bibe-
rēt cū eis. Cūqꝫ in orbē tranſiſſent dies conuiuij: mitte
bat ad eos Iob: ⁊ ſanctificabat illos: cōſurgēſqꝫ dilucu
B lo: offerebat holocauſta ꝑ ſingulos. Dicebat eñ: Ne for
Infra. 2 te peccauerīt filij mei: ⁊ bñdixerint deo ī cordibus ſuis.
Sic faciebat Iob cūctis dieb⁹. Quadā aūt die: cū veniſ
ſent filij dei: vt aſſiſterēt corā dño: affuit inter eos etiā ſa
tan. Cui dixit dñs: Unde venis? Qui rñdens: ait: Cir-
cuiui terrā: ⁊ ꝑambulaui eam. Dixitqꝫ dñs ad eū: Nun-
quid cōſideraſti ſeruū meū Iob: ꝙ nō ſit ei ſimilis ī ter
ra: homo ſimplex ⁊ rectus: ac timēs deū: ⁊ recedēs a ma
lo? Cui reſpondēs ſatā ait: Nunq̇d Iob fruſtra timet
deū? Nōne tu vallaſti eū: ac domū ei⁹: vniuerſamqꝫ ſub-
ſtātiā eius ꝑ circuitū? Opibus manuū eius bñdixiſti: et
poſſeſſio eius creuit ī terra. Sed extēde paululū manū
tuā: ⁊ tange cūcta q̄ poſſidet: niſi in faciē bñdixerit tibi.
Dixit ergo dñs ad ſatā: Ecce vniuerſa q̄ habet: in manu
tua ſunt: tantū in eū ne extēdas manū tuā. Egreſſuſqꝫ
eſt ſatan a facie dñi. Cū aūt q̄dam die filij ⁊ filię ei⁹ come
derēt ⁊ biberēt vinū ī domo fratris ſui primogeniti: nū
C cius venit ad Iob: q̇ diceret: Boues arabāt: ⁊ aſinę paſ
cebant̄ iuxta eos: ⁊ irruerūt ſabei: tulerūtqꝫ oīa: ⁊ pue-
ros ꝑcuſſerūt gladio: ⁊ euaſi ego ſolus: vt nunciarē tibi.
Cūqꝫ adhuc ille loqueret̄: venit alter: ⁊ dixit: Ignis dei
cecidit e cęlo: ⁊ cūctas oues pueroſqꝫ cōſumpſit: ⁊ effu-
gi ego ſolus: vt nūciarē tibi. Sed adhuc ille loquēte: ve-
nit ali⁹: ⁊ dixit: Chaldęi fecerūt tres turmas: ⁊ īuaſerūt
D camelos: ⁊ tulerūt eos: necnō ⁊ pueros percuſſerūt gla
dio: ⁊ ego fugi ſolus: vt nūciarē tibi. Adhuc loquebat̄ il
le: ⁊ ecce alius ītrauit: ⁊ dixit: Filijs tuis ⁊ filiab⁹: veſcen
tibus ⁊ bibētibus vinū ī domo fratris ſui ꝑmogeniti: re
pēte ventus vehemēs irruit a regiōe deſerti: ⁊ cōcuſſit q̄
tuor angulos domus: q̄ corruēs oppreſſit liberos tuos:
Eccle. 5. ⁊ mortui ſunt: ⁊ effugi ego ſolus: vt nūciarem tibi. Tūc
Pſal. 112. ſurrexit Iob: ⁊ ſcidit veſtimēta ſua: ⁊ tōſo capite corru
infra. 8. b ens in terrā: adorauit: ⁊ dixit: Nud⁹ egreſſus ſum de v-
tero matris meę: ⁊ nud⁹ reuertar illuc. Dñs dedit: dñs
abſtulit: ſicut dño placuit: ita factū eſt: ſit nomen dñi bñ
dictum. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis
neqꝫ ſtultum quid contra deum locutus eſt. II.
FActū eſt aūt: cū q̄dam die veniſſent filij dei: et
A ſtarēt corā dño: veniſſet q̄qꝫ ſatan iter eos: et
ſupra. 1. b ſtaret in cōſpectu ei⁹: vt diceret dñs ad ſatan
ſupra 1. a. Unde venis? Qui rñdens: ait: Circuiui ter
rā: ⁊ ꝑambulaui eā. Et dixit dñs ad ſatā: Nūq̇d cōſide-
raſti ſeruū meū Iob: ꝙ nō ſit ei ſimilis in terra: vir ſim-
plex ⁊ rect⁹: ac timēs deū: ⁊ recedēs a malo: et adhuc re
tinēs īnocētiā? Tu aūt cōmouiſti me aduerſus eū: vt af
B fligerē eū fruſtra. Cui rñdens ſatā: ait: Pellē ꝓ pelle: et
cūcta q̄ habet homo: dabit ꝓ aīa ſua: alioquin mitte ma
nū tuā: ⁊ tāge os ei⁹ ⁊ carnē: ⁊ tūc videbis ꝙ ī faciē bñdi
cat tibi. Dixit ergo dñs ad ſatā: Ecce in manu tua ē: ve
rūtamē aīam illi⁹ ſerua. Egreſſus igit̄ ſatā a facie dñi ꝑ
cuſſit iob vlcere peſſimo: a plāta pedis vſqꝫ ad verticē ei
C us: q̇ teſta ſaniē radebat: ſedēs in ſterq̇linio. Dixit aūt il
li vxor ſua: Adhuc tu ꝑmanes ī ſimplicitate tua? bñdic
deo: ⁊ morere. Qui ait ad illā: quaſi vna de ſtultꝫ mulie-
rib⁹ locuta es: Si bona ſuſcepim⁹ de manu dñi: mala q̄-
re nō ſuſtineam⁹? In oīb⁹ his nō peccauit iob labijs ſuꝫ
Igit̄ audiētes tres amici Iob oē malū q̇d accidiſſet ei
venerūt ſingli de loco ſuo: eliphas themanites: ⁊ baldad
ſuhites: ⁊ ſophar naamathites. Condixerāt eñ: vt pari
D ter veniētes et viſitarēt eū: ⁊ cōſolarent̄. Cūqꝫ eleuaſſēt
ꝓcul oculos ſuos: nō cognouerūt eū. Et clamātes plora
uerūt: ſciſſiſqꝫ veſtib⁹ ſparſerūt puluerē ſup caput ſuū in
cęlū. Et ſederūt cū eo ī terra: ſeptē dieb⁹ ⁊ ſeptē noctib⁹
⁊ nemo loq̄bat̄ ei v̄bū. videbāt eñ dolorē eſſe vehemētē.
A POſt hęc aūt apuit Iob os ſuū: ⁊ maledixit III.
hier. 20. d diei ſuo: ⁊ locutus ē: Pereat dies ī q̄ natus ſum: ⁊
nox in q̄ dictū eſt: cōceptus eſt hō. Dies illa vertat̄ ī tene
bras. Nō reqrat eū de⁹ deſup: ⁊ nō illuſtret̄ lumine. Ob
ſcurēt eū tenebrę: et vmbra mortis. Occupat eū caligo:
⁊ īuoluat̄ amaritudīe. Noctē illā tenebroſus turbo poſ
ſideat: Nō cōputetur ī dieb⁹ anni: nec numeret̄ in menſi
bus. Sit nox illa ſolitaria: nec laude digna. Maledicāt B
ei q̇ maledicūt diei: q̄ parati ſunt ſuſcitare leuiathā. Ob-
tenebrent̄ ſtellę caligine ei⁹. Expectet lucē: ⁊ nō videat:
nec ortū ſurgētis aurorę. Quia nō cōcluſit oſtia vētris
q̇ portauit me: nec abſtulit mala ab ocul' meꝫ. Quare nō
in vulua mortu⁹ ſum? q̄re egreſſus ex vtero nō ſtatī pe- īfra. 10. d.
rij? Quare except⁹ genibus? cur lactat⁹ vberib⁹? Nūc hie. 20. d.
eñ dormiēs ſilerē: ⁊ ſomno meo reqēſcerē cū regibus et C
cōſulibus terrę: q̇ ędificāt ſibi ſolitudines: aut cū pricipi
bus q̇ poſſident aurū: ⁊ replēt domos ſuas argēto. Aut
ſicut abortiuū abſcōditū nō ſubſiſterē: vł qui cōcepti nō
viderūt lucē. Ibi īpij ceſſauerūt a tumultu: et ibi reqeue
rūt feſſi robore: et quōdā victi pariter ſine moleſtia. Nō
audierūt vocē exactoris. Paruus et magn⁹ ibi ſunt: et
ſeruus ⁊ liber a dño ſuo. Quare miſero data eſt lux: ⁊ vi-
ta his qui ī amaritudine aīę ſunt? Qui expectāt mortē: D
⁊ nō venit: q̄ſi effodiētes theſaurū: gaudētqꝫ vehemēter
cū īuenerīt ſepulchrū. Uiro cui⁹ abſcondita eſt via: ⁊ cir
cūdedit eū deus tenebris. Anteq̄ comedā: ſuſpiro: et q̄ſi
īundātes aquę: ſic rugitus meus: q2 timor quē timebā:
euenit mihi: ⁊ q̇d verebar: accidit: nōne diſſimulaui? non
ne ſilui? nōne quieui? Et venit ſup me īdignatio. IIII
REſpōdēs aūt eliphas themanites: dixit: Si coe A
perimus loq̇ tibi: forſitā moleſte accipies. Sed
cōceptū ſermonē tenere quis poterit? Ecce do
cuiſti multos: ⁊ man⁹ laſſas roboraſti. Uacillātes cōfir
mauerūt ſmones tui: ⁊ genua tremētia cōfortaſti. Nūc B
aūt venit ſup te plaga: ⁊ defeciſti: tetigit te: ⁊ cōturbat⁹
es. Ubi eſt timor tuus: fortitudo tua: patiētia tua: ⁊ ꝑfe
ctio viaꝝ tuaꝝ? Recordare obſecro te: q̇s eñ vnq̄ inno
cēs perijt: aut q̄ndo recti deleti ſunt? Quī poti⁹ vidi eos
qui operantur iniquitatē: ⁊ ſemināt dolores: ⁊ metūt eos:
flāte deo ꝑiſſe: ⁊ ſpū irę ei⁹ eſſe cōſumptos. Rugitus leo
nis ⁊ vox leęnę: et dentes catuloꝝ leonū cōtriti ſunt. Ti
gris perijt: eo ꝙ nō haberet p̄dā: ⁊ catuli leonis diſſipati
ſunt. Porro ad me dictū eſt verbū abſcōditū: ⁊ q̄ſi furti C
ue ſuſcepit aurꝫ mea venas ſuſurri eius. In horrore vi
ſiōis nocturnę: q̄ndo ſolet ſopor occupare hoīes: pauor
tenuit me: ⁊ tremor: ⁊ oīa oſſa mea ꝑterrita ſunt. Et cū
ſpirit⁹ me p̄ſente tranſiret: inhorruerūt pili carnis meę. D
Stetit quidā: cui⁹ nō agnoſcebā vultū: imago corā ocul' īfra. 25. b
meis: ⁊ vocē q̄ſi aurę lenꝫ audiui. Nūq̇d homo dei cōpa 2. pe. 2. a.
ratione iuſtificabit̄: aut factore ſuo purior erit vir? Ecce
q̇ ſeruiūt ei: nō ſunt ſtabiles: ⁊ ī angul' ſuis repit prauit a
tē. Quātomagꝫ hi qui habitāt domos luteas: q̇ terrenū
habēt fundamētū: cōſumēt̄ velut a tinea. De mane vſqꝫ Eſa. 38. a
ad veſperā ſuccident̄: ⁊ q2 null⁹ ītelligit: ī ęternū ꝑibūt.
qui aūt reliq̇ fuerīt: auferēt̄ ex eis: moriēt̄: ⁊ nō ī ſapiētia
VOca ergo ſi eſt: qui tibi rñdeat: ⁊ ad V A
aliquē ſanctorū cōuertere. Uirū ſtultū interfi
cit iracūdia: ⁊ paruulū occidit īuidia. Ego vi
di ſtultū firma radice: ⁊ maledixi pulchritudi
ni eius ſtatī. Lōge fiēt filij eius a ſalute: ⁊ cōterent̄ ī por
ta: ⁊ nō erit qui eruat. Cui⁹ meſſem famelicus comedet B
⁊ ipſum rapiet armat⁹: ⁊ bibēt ſitiētes diuitias ei⁹. Ni-
hil ī terra ſine cauſa fit: ⁊ de humo nō egredie t̄ dolor. ho
mo naſcitur ad laborē: et auis ad volatū. Quāobrē ego
deprecabor dñm: ⁊ deū ponā eloquium meum. Qui facit
magna: ⁊ inſcrutabilia: et mirabilia abſqꝫ numero. Qui
dat pluuiam ſup faciem terrę: et irrigat aquis vniuerſa:
qui ponit humiles in ſublime: et moerētes erigit ſoſpita
te. Qui diſſipat cogitatiōes malignoꝝ: ne poſſint imple
re manus eorū: q̇d coeperant. Qui apprehendit ſapien- 1. cor. 3. b C
tes in aſtutia eorū: ⁊ cōſiliū prauorū diſſipat. Per diem
incurrēt tenebras: et quaſi in nocte: ſic palpabūt in meri

die. Porro ſaluū faciet egenū a gladio oris eoꝝ: ⁊ de ma
D nu violēti pauperē. Et erit egeno ſpes: iniq̄tas aūt con-
trahet os ſuū. Btūs hō q̄ corripit a dn̄o. Increpatio-
nē ergo dn̄i ne reprobes: q̄a ipē vulnerat: ⁊ medet̄: pcu-
tit: ⁊ manꝰ eius ſanabūt. In ſex tribulationibꝰ liberabit
te: ⁊ in ſeptia nō tāget te malū. In fame eruet te de mor
te: ⁊ in bello de manu gladij. A flagello lingue abſconde
ris: ⁊ nō timebis calamitatē cū venerit. In vaſtitate et
fame ridebis: ⁊ beſtias terrę non formidabis. Sed cū la
pidibus regionū pactū tuū: ⁊ beſtię terrę pacificę erūt ti
bi. Et ſcies: ꝙ pacē habeat tabernaculum tuū: et viſitās
ſpeciē tuā nō peccabis. Et ſcies: q̄m m̄ltiplex erit ſemē
tuū: ⁊ ꝓgenies tua q̄ſi herba terrę. Ingredieris in abū-
amos. 3. a dātia ſepulchrū: ſicut infertur aceruus tritici in tēpore
ſuo. Ecce h̄: vt īueſtigauimꝰ: ita eſt: qđ auditū mēte per-
A R Eſpōdēs aūt Iiob: dixit: Vtinā (tracta. VI.
appēderēt̄ pctā mea: q̄bꝰ irā merui: ⁊ calami
tas: quā patior ī ſtatera q̄ſi arena maris: hęc
grauior appareret. Unde et v̄ba mea dolore
ſunt plena: q̄a ſagittę dn̄i ī me ſunt: quarū īdignatio ebi
bit ſpiritū meū: ⁊ terrores dn̄i militāt contra me. Nun-
quid rugiet onager: cū habuerit herbā: aut mugiet bos
cū ante pręſepe plenū ſteterit? Aut poterit comedi inſul
B ſum: qđ nō eſt ſale cōditū? Aut pōt aliq̄s guſtare: qđ gu
ſtatū affert mortē? Animę em̄ eſurieti etiā amara dulcia
ꝓuer. 27 a eſſe videtur. Quę prius nolebat tāgere aīa mea: nūc pre
anguſtia cibi mei ſunt. Quis det: vt veniat petitio mea:
⁊ qđ expecto: tribuat mihi deꝰ: ⁊ q̄ cepit: ipē me cōterat?
Soluat manū ſuā: ⁊ ſuccidat me: ⁊ hęc mihi ſit conſola-
tio: vt affligēs me dolore: nō parcat: nec cōtradicam ſer-
monibus ſancti. Quę eſt em̄ fortitudo mea: vt ſuſtineā:
C aut q̄s finis meus: vt patiēter agā? Nec fortitudo lapi-
dū fortitudo mea: nec caro mea ęnea eſt. Ecce nō eſt au-
xiliū mihi ī me: ⁊ neceſſarij q̄qꝫ mei receſſerūt a me. Qui
tollit ab amico ſuo miſericordiā: timorē dn̄i derelinq̄t.
Fratres mei ꝑterierūt me: ſicut torrēs: q̄ raptim trāſit
in cōuallibꝰ. Qui timēt pruinā: irruet ſup eos nix. Tē-
pore q̄ fuerint diſſipati: peribūt: ⁊ vt incaluerint: ſoluen
tur de loco ſuo. Inuolutę ſunt ſemitę greſſuū eoꝝ: am-
bulabūt ī vacuū: et peribūt. Cōſiderate ſemitas themā:
itinera ſaba: ⁊ expectate paulíſper. Cōfuſi ſunt: q̄a ſpera
ui. Venerūt quoqꝫ vſqꝫ ad me: et pudore cooperti ſunt.
Nūc veniſtis: ⁊ modo vidētes plagā meā timetis? Nū-
q̄d dixi: Afferte mihi: ⁊ de ſubſtātia veſtra donate mihi:
D vel liberate me de manu hoſtis: ⁊ de manu robuſtoꝝ erui
te me? Docete me: ⁊ ego tacebo: et ſi q̄d forte ignoraui:
inſtruite me. Quare detraxiſtis ſermonibꝰ veritatis: cū
e vobis nullus ſit: q̄ poſſit arguere me? Ad increpādum
tantū eloq̄a cōcinnatis: ⁊ in ventū v̄ba ꝓfertis. Sup pu
pillū irruitis: ⁊ ſubuertere nitimini amicū veſtrū. Verū
tamē qđ coepiſtis: explete. Prębete aurem: ⁊ videte an
mētiar. Reſpōdete obſecro abſqꝫ cōtentiōe: ⁊ loquētes
id qđ iuſtū eſt: iudicate. Et nō inuenietis in lingua mea
iniquitatē: nec ī faucibꝰ meis ſtulticia ꝑſonabit. VII.
A M Ilitia eſt vita hoīs ſup terrā: ⁊ ſicut dies mer
cenarij dies eiꝰ. Sicut ceruus deſiderat vm-
brā: ⁊ ſicut mercenarius pręſtolatur finē ope
ris ſui: ſic ⁊ ego habui menſes vacuos: et no-
ctes laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero: dicā q̄ñ
do conſurgā: ⁊ rurſum expectabo veſperā: ⁊ replebor do
loribus vſqꝫ ad tenebras. Induta eſt caro mea putredi-
ne: ⁊ ſordibꝰ pulueris: cutis mea aruit: et contracta eſt.
B Dies mei velocius trāſierūt: ꝙ a texēte tela ſucciditur:
⁊ cōſumpti ſunt abſqꝫ vlla ſpe. Memēto: q̄a ventꝰ eſt vi
infra. 9. c. ta mea: ⁊ nō reuertetur oculus meꝰ: vt videat bona: nec
aſpiciet me viſus hoīs. Oculi tui in me: ⁊ nō ſubſiſtā. Si
cut cōſumitur nubes: ⁊ ꝑtrāſit: ſic q̄ deſcēdit ad īferos:
nō aſcēdet: nec reuertet̄ vltra ī domū ſuā: neqꝫ cognoſcet
C eū amplíꝰ locꝰ eiꝰ. Quapropter ⁊ ego nō parcā ori meo
loq̄r ī tribulatiōe ſpūs mei: cōfabulabor cū amaritudine
aīę meę. Nunq̄d mare ego ſum: aut cetꝰ: q̄a circūdedi-
ſti me carcere? Si dixero: cōſolabitur me lectulꝰ meꝰ: et
releuabor loquēs mecū ī ſtratu meo: terrebis me ꝑ ſom-
nia: ⁊ ꝑ viſiōes horrore cōcuties. Quāobrē elegit ſuſpē
diū aīa mea: ⁊ mortē oſſa mea. Deſperaui. Nequaq̄ vl-
tra iam viuā. Parce mihi dn̄e: nihil enim ſunt dies mei.
Quid eſt hō: q̄a magnificas eū: aut q̄d apponis erga eū
cor tuū? Viſitas eū diluculo: et ſubito ꝓbas illū. Vſqꝫ q̄ D
nō parcis mihi: nec dimittis me: vt glutiā ſaliuā meam?
Peccaui. Quid faciā tibi o cuſtos hoīm? Quare me po infra. 15. d
ſuiſti cōtrariū tibi: ⁊ factꝰ ſum mihimetipi grauis? Cur
nō tollis pctm̄ meū: ⁊ q̄re nō aufers iniq̄tatē meā? Ecce
nūc ī puluere dormiā: ⁊ ſi mane me quęſierís: nō ſubſiſtā.
R Eſpōdēs aūt baldad ſuhites: dixit: VIII.
Vſqꝫ q̄ loqueris talia: ⁊ ſpūs multiplex ſermo A
nis oris tui? Nunq̄d deꝰ ſupplantat iudiciū:
aut oīpotēs ſubuertit qđ iuſtū eſt? Etiā ſi filij
tui peccauerūt ei: et dimiſit eos ī manu iniq̄tatis ſuę: tu
tamē ſi diluculo cōſurrexeris ad deū: ⁊ oīpotentē fueris
deꝓcatꝰ: ſi mūdus ⁊ rectꝰ inceſſeris: ſtatim euigilabit ad Deu. 13. a
te: et pacatū reddet habitaculū iuſticię tuę: intantū vt ſi
priora tua fuerīt parua: et nouiſſima tua multiplicētur B
nimis. Interroga em̄ gn̄ationē ꝓſtinā: ⁊ diligēter inue-
ſtiga patrū memoriā. Heſterni q̄ppe ſumꝰ: ⁊ ignoramꝰ: Pſ. 134 a
q̄m ſicut vmbra dies nr̄i ſunt ſuper terrā: ipi docebūt te.
Loquētur tibi: ⁊ de corde ſuo ꝓferēt eloq̄a. Nūquid vi-
rere pōt ſcirpus abſqꝫ humore: aut creſcere carectū ſine
aqua? Cū adhuc ſit ī flore: nec carpatur manu: ante oēs
herbas areſcit: ſic vię oīm: qui obliuiſcuntur deū: ⁊ ſpes
hypocritę peribit. Nō ei placebit vecordia ſua: ⁊ ſicut te
la araneaꝝ fiducia eiꝰ. Innitetur ſup domū ſuā: ⁊ nō ſta
bit: fulciet eā: ⁊ nō cōſurget. Humectus videtur anteq̄ C
veniat ſol: ⁊ in ortu ſuo germen eius egredietur. Super
aceruū petraꝝ radices eius denſabūtur: ⁊ inter lapides
cōmorabitur. Si abſorbuerit eū de loco ſuo: negabit eū
⁊ dicet: Nō noui te. Hęc eſt em̄ lętitia vię eiꝰ: vt rurſum D
de terra alij germinētur. Deus nō proijciet ſimplicem:
nec porriget manū malignis: donec īpleatur riſu os tuū
⁊ labia tua iubilo. Qui oderūt te: induētur cōfuſione: et
tabernaculū impiorū non ſubſiſtet. IX.
E T reſpōdēs Iiob: ait: Vere ſcio ꝙ ita ſit: ⁊ ꝙ A
nō iuſtificetur hō cōpoſitus deo. Si voluerit
cōtēdere cū eo: nō poterit ei reſpōdere vnū ꝓ
mille. Sapiēs corde eſt: ⁊ fortis robore. Quis
reſtitit ei: ⁊ pacē habuit? Qui tranſtulit mōtes: ⁊ neſcie-
runt hi quos ſubuertit in furore ſuo? Qui cōmouet ter-
rā de loco ſuo: ⁊ columnę eius concutiūtur. Qui pręci-
pit ſoli: ⁊ nō oritur: ⁊ ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.
Qui extēdit cęlos ſolus: ⁊ graditur ſup fluctus maris.
Qui facit arcturū: ⁊ oriona: ⁊ hyadas: ⁊ īteriora auſtri?
Qui facit magna: ⁊ incōprehēſibilia: ⁊ mirabilia: quorū
non eſt numerus. Si venerit ad me: nō videbo eū: ſi abie B
rit: non intelligā. Si repēte interroget: quis reſpōdebit
ei? Vel quis dicere ei poteſt: cur ita facis? Deus cuiꝰ irę Eccl. 3. c.
nemo reſiſtere poteſt: ⁊ ſub quo curuātur qui portāt or-
bem. Quantus ergo ſum ego: vt reſpondeā ei: et loquar
verbis meis cū eo? Qui etiā ſi habuero quippiā iuſtū: nō
reſpondebo: ſed meū iudicē deprecabor. Et cū inuocan-
tem me exaudierit: non credo ꝙ audierit vocem meam.
In turbine enim conteret me: et multiplicabit vulnera
mea etiā ſine cauſa. Non concedit requieſcere ſpiritum
meū: et implet me amaritudinibus. Si fortitudo quęri C
tur: robuſtiſſimꝰ eſt. Si ęq̄tas iudicij: nemo audet pro
me teſtimoniū dicere. Si iuſtificare me voluero: os meū
cōdēnabit me. Si innocentē oſtēdero: prauū me cōpro
babit. Etiā ſi ſimplex fuero: hoc ipm̄ ignorabit aīa mea:
⁊ tedebit me vitę meę. Vnū eſt ꝙ locutꝰ ſum: ⁊ innocen
tem ⁊ impiū ipſe cōſumit. Si flagellat: occidat ſemel: et infra. 3. b.
nō de poenis innocentē rideat. Terra data eſt in manꝰ
impij: vultū iudicū eius operit. Quod ſi nō ille eſt: quis

ergo eſt? Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerũt:
infra.7.b. et non viderũt bonũ. Pertranſierũt quaſi naues poma
portantes: ſicut aquila volans ad eſcam. Cũ dixero: ne-
D quaq̃ ita loquar: commuto faciem meam: ⁊ dolore tor-
queor. Verebar omnia opera mea: ſciens: ꝙ non parce-
res delinquenti: ſi aũt ⁊ ſic impius ſum: quare fruſtra la
boraui? Si lotus fuero q̃ſi aquis niuis: ⁊ fulſerint velut
mundiſſime manus mee: tamen ſordibus intinges me:
⁊ abominabuntur me veſtimẽta mea. Neq; eñ viro qui
ſimilis mei eſt: reſpõdebo: nec qui mecũ eſt in iudicio: ex
equo poſſit audiri. Nõ eſt qui vtrũq; valeat arguere: et
ponere manũ ſuã in ambobus. Auferat a me virgã ſuã: ⁊
pauor eius non me terreat. Loquar: et nõ timebo eum.
Nec eñ poſſum metuens reſpondere. X.

A Tedet aïaȝ meã vite mee: dimittã aduerſum
me eloquiũ meũ. Loquar in amaritudine aïe
Deut.23.f mee: dicã deo: Noli me condemnare. Indica
mihi: cur me ita iudices? Nunquid bonũ tibi
videtur: ſi calũnieris me: ⁊ opp̃mas me op⁹ manuũ tua-
B rum: ⁊ conſiliũ impiorũ adiuues? Nunquid oculi car-
nei tibi ſunt: aut ſicut videt homo: et tu videbis? Nun-
7 ventus trāſiens fugabit eas. Ab aquilōe aurū venit: et
a deo formidoloſa laudatio. Digne eū inuenire nō poſſu
mus. Magnus fortitudine: 7 iudicio: 7 iuſtitia: et enar
rari nō poteſt. Ideo timebūt eū viri: 7 nō audebunt con
tēplari oēs qui ſibi vidētur eſſe ſapiētes. XXXVIII.
REſpondēs aūt dn̄s ad Iiob de turbine: dixit A ĩfra.40.d
Quis eſt iſte inuoluēs ſentētias ſermonibus
imperitis? Accinge ſicut vir lumbos tuos: in
terrogabo te: 7 rn̄de mihi: Ubi eras quando
ponebā fundamēta terrę? Indica mihi: ſi habes intelli-
gentiā. Quis poſuit menſuras eius ſi noſti: vl' quis tetē
dit ſup eā lineā? Super q̇ baſes illi⁹ ſolidatę ſunt? Aut
q̇s dimiſit lapidē angularē eius: cū me laudarent ſimul
aſtra matutina: 7 iubilarēt oēs filij dei? Quis concluſit
oſtijs mare: quādo erūpebat q̄ſi de vulua ꝓcedēs: cū po
nerē nubē veſtimentū eius: 7 caligine illud quaſi pānis ī B
fantię obuoluerē? Circūdedi illud terminis meis: 7 po
ſui vectē 7 oſtia: 7 dixi: Uſqꝫ huc venies: 7 nō ꝓcedes am
plius: 7 hic cōfringes tumētes fluct⁹ tuos. Nūq̇d poſt
ortū tuū precepiſti diluculo: 7 oſtēdiſti aurorę locū ſuū?
Nūq̇d tenuiſti cōcutiēs extrema terrę: 7 excuſſiſti impi
os ex ea? Reſtituet̃ vt lutū ſignaculū: et ſtabit ſicut ve-
ſtimentū. Auferet̃ ab impijs lux ſua: 7 brachiū excelſum
cōfringetur. Nūquid īgreſſus es ꝓfundū maris: 7 in no
uiſſimis abyſſi deambulaſti? Nūquid aptę ſunt tibi por
tę mortis: 7 oſtia tenebroſa vidiſti? Nūquid cōſideraſti
latitudinē terrę. Indica mihi ſi noſti oīa: in q̄ via lux ha C
bitet: 7 tenebrarū quis locus ſit: vt ducas vnūqđqꝫ ad ter
minos ſuos: 7 intelligas ſemitas domus eius. Sciebas
tunc ꝙ naſciturus eſſes: 7 numerū dierū tuorū noueras?
Nūquid ingreſſus es theſauros niu; aut theſauros grā
dinis aſpexiſti: q̇ preparaui in tēpus hoſtis: 7 in diē pu-
gnę 7 belli? Per quā viā ſpargitur lux: diuiditur ęſtus
ſup terrā? Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum: 7
viā ſonantis tonitrui: vt plueret ſup terrā abſqꝫ hoīe in
deſerto: vbi nullus mortaliū cōmoratur: vt impleret in
uiā 7 deſolatā: vt ꝓduceret herbas virētes? Quis eſt plu
uię pater: vel quis genuit ſtillas roris? De cuius vtero
egreſſa eſt glacies: 7 gelu de cęlo quis genuit? In ſimili
tudinē lapidis aquę durātur: 7 ſupficies abyſſi cōſtrin-
gitur. Nūquid cōiungere valebis micātes ſtellas pleia-
des: aut gyrū arcturi poter; diſſipare? Nūq̇d ꝓducis lu D
ciferū in tēpore ſuo: et veſperū ſup fines terrę cōſurgere
facis? Nunquid noſti ordinē cęli: et pones rationē eius
in terra? Nunquid eleuabis in nebula vocē tuā: 7 impe-
tus aquarū operiet te? Nunquid mittes fulgura: 7 ibūt
7 reuertentia dicent tibi adſumus? Quis poſuit in viſce
ribus hoīs ſapiētiā: vel quis dedit gallo intelligētiam?
Quis enarrabit celorū rationē: 7 cōcentū cęli quis dor-
mire faciet? Quādo fundabat̃ puluis ī terra: 7 glebę cō

pingebātur? Nunq̄d capies leęnę prędā: ⁊ aīam catulo
rū eius iplebis: quādo cubāt ī antris: ⁊ in ſpecubus inſi-
Pſal.145 dianī? Quis pręparat coruo eſcā ſuā: quādo pulli ei⁹ cla
mānt ad eū: vagiētes: eo ꝙ nō habeāt cibos? XXXIX
A Nunquid noſti tempus partus ibicū in petris
vł parturiētes ceruas obſeruaſti? Dinumera
ſti menſes cōceptus earū: ⁊ ſciſti tempus par
tus earū? Incuruanī ad foetū ⁊ pariunt: ⁊ ru
gitus emittūt. Separanī filij earū: ⁊ pergunt ad paſtū
egrediuntur ⁊ nō reuertenī ad eas. Quis dimiſit ona-
grū liberū: ⁊ vincula ei⁹ quis ſoluit? Cui dedi ī ſolitudi
ne domū: et tabernacula ei⁹ ī terra ſalſuginis? Cōtēnit
multitudinē ciuitatis: clamorē exactoris nō audit. Cir
cūſpicit montes paſcuę ſuę: ⁊ virentia quęq̨ perquirit.
Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi: aut morabiī ad
B pſepe tuū? Nunq̄d alligabis rhinocerota ad arandū lo
ro tuo: aut cōfringet glebas valliū poſt te? Nunq̄d fidu
ciā habebis in magna fortitudine eius: ⁊ derelinques ei
labores tuos? Nunq̄d credes illi: q̄m ſementē reddat ti
bi: ⁊ areā tuā cōgreget? Penna ſtruthiōis ſimilis eſt pē
nis herodij: ⁊ accipitris. Quando derelinquit oua ſua ī
C terra: tu forſitan in puluere calefecies ea? Obliuiſciī qḋ
pes cōculcet ea: aut beſtia agri cōterat. Duraī ad filios
ſuos quaſi nō ſint ſui: fruſtra laborauit nullo timore co
gente. Priuauit em̄ eā deus ſapientia: nec dedit illi ītel
ligentiā. Cū tp̄s fuerit in altū alas erigit: deridet equū
⁊ aſcenſorē eius. Nunquid prębebis equo fortitudinem
aut circundabis collo eius hinnitū? Nūquid ſuſcitabis
eū quaſi locuſtas? Gloria nariū eius terror: terrā vngu
la fodit. Exultat audacter: in occurſum pergit armatꝭ
Cōtemnit pauorē: nec cedit gladio. Super ipſum ſona
bit pharetra: vibrabit haſta ⁊ clypeus. Feruēs ⁊ fremēs
ſorbet terrā: nec reputat tubę ſonare clāgorē. Vbi audi
erit buccinā: dicit Vah. Procul odoraī bellū: exhorta-
tionē ducū: ⁊ vlulatū exercitus. Nūquid ꝑ ſapientiā tuā
plumeſcit accipiter: expandēs alas ſuas ad auſtrū? Nū
quid ad pręceptū tuū eleuabitur aquila: ⁊ in arduis po-
D net nidū ſuū? In petrꝭ manet: in ꝑruptis ſilicibus com
moraī atq̨ inacceſſis rupibus. Inde cōtemplatur eſcā:
⁊ de longe oculi eius proſpiciūt. Pulli eius lambūt ſan
guinē: ⁊ vbicūq̨ cadauer fuerit: ſtatim adeſt. Et adiecit
dn̄s: ⁊ locutus eſt ad Jiob? Nūq̄d qui contendit cū deo
tā facile cōquieſcit? Vtiq̨ qui arguit deū: debet reſpōde
re ei. Reſpondēs aut Jiob dn̄o: dixit: Qui leuiter locu
tus ſum: reſpōdere quid poſſum? Manū meā ponā ſuꝑ
ſupra.9.c os meū. Vnū locutus ſum: qḋ vtinā non dixiſſem: ⁊ alte
rum quibus vltra non addam. XL
A
ſupr.38.a Eſpondens autē dn̄s Jiob de turbine: dixit:
Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo
te: ⁊ indica mihi. Nunq̄d irritū facies iudiciū
meū: ⁊ cōdēnabis me: vt iuſtificeris? Et ſi ha
bes brachiū ſicut deus: ⁊ ſi voce ſimili tonas: circūda ti-
bi decorē: ⁊ in ſublime erigere: ⁊ eſto glorioſus: et ſpecio
ſis īduere veſtibus. Diſperge ſuꝑbos in furore tuo: ⁊ cō
funde eos: ⁊ reſpiciēs oēm arrogantē humilia. Reſpice
cunctos ſuꝑbos: ⁊ cōfunde eos: et cōtere impios in loco
Dan.4.a ſuo. Abſcōde eos in puluere ſimul: ⁊ facies eoꝝ demerge
in foueā: et ego cōfitebor ꝙ ſaluare te poſſit dextera tua
Ecce Behemoth quē feci tecū: foenū quaſi bos comedit
Fortitudo eius in lumbis eius: ⁊ virtus illius in vmbili
co ventrꝭ eius. Stringit caudam ſuā quaſi cedrū: nerui
teſticulorū eius ꝑplexi ſunt. Oſſa eius velut fiſtulę ęris:
C cartilago illius quaſi laminę ferreę. Ipſe eſt pricipiū vi
arū dei. Qui fecit eum: applicabit gladiū eius: huic mō-
tes herbas ferunt. Oēs beſtię agri ludēt ibi: ſub vmbra
dormit in ſecreto calami: in locꝭ humentib⁹. Protegūt
vmbrę vmbram eius: circundabunt eū ſalices torrētis.
Ecce abſorbebit fluuiū: ⁊ nō mirabitur: ⁊ habet fiduciā
ꝙ influat iordanis in os ei⁹. In oculis eius quaſi hamo
capiet eū: et in ſudibus perforabit nares eius. An extra-
here poteris leuiathan hamo: ⁊ fune ligabis linguā ei⁹? D
Nunquid pones circulū in naribus eius: aut armilla ꝑ-
forabis maxillā eius? Nūq̄d multiplicabit ad te preces:
aut loqueī tibi mollia? Nūq̄d feriet tecū pactū: ⁊ accipi
es eū ſeruū ſempiternū? Nūq̄d illudes ei q̄ſi aui: aut li-
gabis eū ancillis tuis? Cōcident eū amici: diuident illū
negociatores. Nunq̄d implebis ſagenas pelle ei⁹: ⁊ gur
guſtiū piſciū capite illi⁹? Pones ſuꝑ eū manū tuā. Me
mento belli. Nec vltra addas loqui. Ecce ſpes eius fru
ſtrabiī eū: ⁊ vidētib⁹ cūctis pręcipitabiī. XLI.
Non quaſi crudelis ſuſcitabo eū. Quis em̄ reſi A
ſtere poteſt vultui meo? Et q̄s ante dedit mi- hier.50.g
hi: vt reddā ei? Oīa quę ſub cęlo ſunt: mea ſūt
Nō parcā ei verbis potētib⁹: et ad dep̄candū
cōpoſitis. Quis reuelabit faciē īdumenti eius? ⁊ in me
diū oris eius quis intrabit? Portas vultus eius q̄s ape B
riet? Per gyrū dentiū eius formido: corpus illius quaſi
ſcuta fuſilia: ⁊ cōpactū ſquamis ſe prementibus. Vna vni
cōiungiī: ⁊ ne ſpiraculū quidē īcedit per eas. Vna alteri
adhęrebit: ⁊ tenentes ſe nequāq̄ ſeparabunī. Sternuta
tio eius ſplēdor ignis: ⁊ oculi eius vt palpebrę diluculi.
De ore eius lampades ꝓcedūt ſicut tedę ignis accenſę:
de naribus eius ꝓcedit fum⁹ ſicut ollę ſuccenſę: atq̨ fer
uentis. Halit⁹ eius prunas ardere facit: ⁊ flāma de oro
eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo: ⁊ fa
ciē ei⁹ ꝑcedit egeſtas. Membra carniū eius cōhęrētia C
ſibi. Mittet cōtra eū fulmina: ⁊ ad locū alium nō feren
tur. Cor eius īdurabitur tanq̄ lapis: ⁊ ſtringetur quaſi
malleatoris incus. Cū ſublatus fuerit: timebūt angeli:
⁊ territi purgabūtur. Cū apprehenderit eū gladius ſu
ſtinere non poterit: neq̨ haſta: neq̨ thorax. Reputabit
em̄ quaſi paleas ferrū: ⁊ quaſi lignū putridū ęs. Nō fu- D
gabit eū vir ſagittarius: ī ſtipulā verſi ſunt ei lapides fū
dę. Quaſi ſtipulā ęſtimabit malleū: ⁊ deridebit vibrantē
haſtā. Sub ipſo erunt radij ſolis: ⁊ ſternet ſibi aurū qua
ſi lutū. Feruēſcere faciet quaſi ollā profundum maris: ⁊
ponet quaſi cū vnguēta bulliūt. Poſt eū lucebit ſemita
ęſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentē. Nō eſt ſuꝑ terrā po
teſtas: quę cōparetur ei: qui factus eſt: vt nullū timeret.
Omne ſublime videt: ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios
ſuperbię. XLII.
Eſpondens aūt Jiob dn̄o: dixit: Scio q̄ oīa A
potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Quis eſt iſte
q̄ celat cōſiliū abſq̨ ſciētia? Ideo inſipienter
locutus ſum: ⁊ q̄ vltra modū excedūt ſcienti
am meā. Audi et ego loquar: interrogabo te: et rn̄de mi
hi. Auditu auris audiui te: nunc aūt oculus meus videt
te. Idcirco ipſe me reprehēdo: ⁊ ago poenitentiā ī fauil
la ⁊ cinere. Poſtq̄ aūt locut⁹ eſt dn̄s verba hęc ad Jiob B
dixit ad eliphā themaniten: Iratus eſt furor meus ī te:
⁊ in duos amicos tuos: q̄m non eſtis locuti corā me re-
ctū: ſicut ſeruus meus Jiob. Sumite ergo vobis ſeptē
tauros: ⁊ ſeptē arietes: ⁊ ite ad ſeruū meū Jiob: ⁊ offer-
te holocauſtū pro vobis. Jiob autē ſeruus meus orabit
pro vobis. Faciē eius ſuſcipiā: vt nō vobis imputeī ſtulti
tia. Neq̨ em̄ locuti eſtis corā me rectū: ſicut ſeruus me⁹
Jiob. Abierunt ergo eliphas themanites: et Baldath
ſuhites: ⁊ ſophar Naamathites: ⁊ fecerunt ſicut locut⁹
fuerat dominus ad eos: ⁊ ſuſcepit dominus faciē Jiob. C
Dn̄s quoq̨ cōuerſus eſt ad poenitentiā Jiob: cum ora-
ret ille pro amicis ſuis. Et addidit dn̄s oīa quęcunq̨ fu
erant Jiob duplicia. Venerūt autē ad eum oēs fratres
ſui: ⁊ vniuerſę ſorores ſuę: et cūcti qui nouerāt eum pri⁹:
et comederunt cum eo panē in domo eius. Et mouerūt
ſuꝑ eū caput: ⁊ cōſolati ſunt eū ſuper omni malo: qḋ ītu
lerat dn̄s ſuꝑ eū. Et dederunt ei vnuſquiſq̨ ouē vnā: et
inaurē aureā vnā. Dn̄s autē benedixit nouiſſimis Jiob
magis: q̄ pricipio eius. Et facta ſunt ei quatuordecim D
milia ouium: ⁊ ſex millia camelorū: et mille iuga boum:
et mille aſinę. Et fuerunt ei ſeptē filij: ⁊ tres filię. Et vo

cauit nomē vni⁹ diē:et nomē ſecundę caſiā:7 nomē ter‑
tię coꝛnuſtibij. Nō ſunt autē inuentę mulieres ſpecioſę
ſicut filię Iiob in vniuerſa terra. Deditqꝫ eis pater ſu⁹
hereditatē inter fratres earū. Uixit autē Iiob poſt fla‑
gella hęc centū quadraginta annis. Et vidit filios ſuos
7 filios filioꝛū ſuoꝛū vſqꝫ ad quartā generationē:7 moꝛ‑
tuus eſt ſenex et plenus dierum.

Finis.

Pꝛologus beati Hie‑ ronymi pꝛeſbyteri in pſalterium.

PSalteriū rhomę dudū poſitus emendarā:et iuxta ſeptuaginta interpꝛetes(licet curſim) magna illud tamē ex parte coꝛrexeram. Qđ quia rurſum videtis o paula et euſtochiū ſcriptoꝛū vicio depꝛauatū: pluſqꝫ antiquū erroꝛē ꝙ nouam emendationē valere: me cogitis vt veluti quodā nouali ſciſſum iam aruū exerceā: 7 obliquis ſulcꝭ renaſcētes ſpinas eradicē: ęquū eſſe dicētes: vt qđ crebꝛo male pullulat crebꝛi⁹ ſuccidat. Unde cōſueta pꝛęfatione cōmoneo tam vos: quibus foꝛte laboꝛ iſte deſudat: ꝙ eos qui exēplaria iſtiuſmodi habere voluerint: vt ꝗ diligenter emēdata cū cura 7 diligentia tranſſcribant. Notet ſibi vnuſquiſqꝫ vel iacentem lineā vel radiātia ſigna .i. obelos vel aſteriſcos: 7 vbicūqꝫ viderit virgulā pꝛęcedentē ab ea vſqꝫ ad duo puncta quę impꝛeſſimus: ſciat in ſeptuaginta tranſlatoꝛib⁹ plus haberi. Ubi autē pſpexerit ſtellę ſimilitudinē: de hebꝛęis voluminib⁹ additū nouerit: ęque vſqꝫ ad duo puncta iuxta theodotionis dūtaxat ęditionē: ꝗ ſimplicitate ſermonis a ſeptuaginta interpꝛetibus nō diſcoꝛdat. Hęc ergo et vobis et ſtudioſo cuiqꝫ feciſſe me ſciens: non ambigo multos foꝛe qui vł inuidia vel ſuperſilio malint cōtēnere videri pꝛęclara ꝙ diſcere: et de turbulento magis riuo: ꝙ de puriſſimo fonte potare.

Finis.

¶ Alius Pꝛologus

DAuid filius Ieſſe cū eſſet ī regno ſuo: quatuoꝛ elegit qui pſalmos canerent: ideſt Aſaph Heman Ethan et idithun. Octoginta ꝛ octo dicebant pſalmos: 7 ducenti ſubdiapſalma: 7 citharam percutiebat abiud cū dauid reduxiſſet arcā dei in Ieruſalem poſt annos viginti reuocatā ab aſotijs: et remanſit in domo aminadab. Hanc impoſuit ſub iugali nouo: et adduxit in Ieruſalem electis viris ex omī gene filioꝛū iſrael ſeptuaginta milibus viris. Ex quibus ꝗtuoꝛ pꝛincipes pꝛęeſſe cantoꝛibus cōſtituit: Aſaph: Heman: ethan 7 idithun: vnicuiqꝫ eoꝛū diuidens ſeptuagītaduos viros ſucclamātes laudē 7 canticū canticoꝛum dño. Et vnus quidē eoꝛū feriebat cymbalū: alius citharā: alius tuba coꝛnea exultās. In medio aūt eoꝛū dauid ſtabat ipſe tenens pſalteriū. Arcā aūt antecedebāt ſeptē choꝛi ꝛ ſacrificiū vituloꝛū. Populus aūt vniuerſus ſeqbat poſt arcā. Sunt aūt oēs pſalmi dauid centū quinqꝫginta: Quoꝛū oīm quidē nouē fecit ipſe dauid: triginta duo nō ſunt ſupꝛaſcripti: ſeptuaginta duo in dauid: duodecim in aſaph: duodecim in idithun: nouē filijs choꝛe: vnus moyſi: duo in ſalomonē: duo in haggeū: 7 zachariā ſūt. Omnes itaqꝫ pſalmi dauid numero centum quinqꝫginta: Diapſalma numero ſeptuagintaquinqꝫ: cantica graduū quindecim. Pꝛim⁹ pſalm⁹ nulli aſſignatus eſt quoniā omniū eſt. Deinde quis alius intelligitur in pꝛimo niſi pꝛimogenitus: vt merito ſuperſcriptio neceſſaria non fuerit. Deinde quia ipſe pſalmus rationem chꝛiſti facit: quando dicit: Aduerſus chꝛiſtū eius: exponendo perſonā in ſcribendo cauſam oīno non indiget. Oꝛdines hiſtoꝛię immutatos legimus in titulis pſalmoꝛū Sed pſalmi non ſecundū hiſtoꝛiā ſed ſecundū pꝛophetiā legūtur. Ita oꝛdines pſalmoꝛū turbare nō poteſt oꝛdo titTuloꝛum. Pſalmi omēs qui ſcribuntur ipſi dauid: ad chꝛiſti pertinent ſacramentum.

Alius Pꝛologus.

LIber pſalmoꝛum quanꝙ vno concludatur volumine: non eſt tamē vno eodem factoꝛe. Decem enim pꝛophetę pene ſunt qui eos diuerſo tempoꝛe ſcripſerunt. i. Moyſes: Dauid: Salomon: Aſaph et Eman: Ethan et idithun filij choꝛe: aſſur: elama: Eliaſab ſiue Eſdras. Nōnulli etiam haggei et zacharię exiſtimātur. De his autē qui ſine titulis ſunt traditio vera talis eſt: vt cuius autoꝛis pꝛęſcriptio pceſſerit: cęteri qui ſine titulo ſequūtur ipſius eſſe credātur Eſt autē hic liber allegoꝛicis ac typicis ſacramentis ſignatus: ſpiritualiter autem ꝙ natus: ꝙ paſſus: ꝙ reſurrexit chꝛiſt⁹: pene omniū pſalmoꝛū reſonat oꝛganū. Sciendum tamen ꝙ apud hebꝛęos oēs pſalmi permixti fuerunt 7 inoꝛdinati. Quos quidē pꝛimus eſdras ī vnū volumē coegit: 7 oꝛdinē numerūqꝫ diſpoſuit: atqꝫ per occultū ſacramētū myſteriū alijs alios pꝛętulit oꝛdine dū poſterioꝛes videantur in tempoꝛe. Nam ſcđm hyſtoꝛiā tertius Pſalmus quinquageſimo pſalmo poſterioꝛ eſt: ſed pꝛopter myſteriū in oꝛdine pꝛioꝛ eſt. Sic etiā habet in cęteris: ꝗa ſpiritusſanctus eos poꝛdinauit vt voluit.

Finis.

Liber hymnoꝛum ſiue Pſalmoꝛum. Pſal. I.

BEatus vir qui non abijt in conſilio impioꝛum: 7 in via peccatoꝛū non ſtetit: 7 in cathedra peſtilētię non ſedit. Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabit die ac nocte. Et erit tanꝙ lignum qđ plantatū eſt ſecus decurſus aquarū: quod fructū ſuum dabit in tempoꝛe ſuo. Et foliū eius non defluet: 7 omnia quęcunqꝫ faciet pꝛoſperabuntur. Non ſic impij non ſic ſed tanꝙ puluis: quē pꝛoijcit ventus a facie terrę. Ideo nō reſurgūt impij ī iudicio: neqꝫ peccatoꝛes in cōcilio iuſtoꝛum. Quoniam nouit dominus viam iuſtoꝛū: et iter impioꝛum peribit. Hie.17.b.

¶ Pſalmus Dauid II.

QUare fremuerunt gentes: et populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terrę: et pꝛincipes conuenerunt in vnum aduerſus dominum et aduerſus chꝛiſtum eius. Dirumpamus vincula eoꝛū: et pꝛoijciamus a nobis iugum ipſoꝛum. Qui habitat in cęlis irridebit eos: et dominus ſubſannabit eos. Tunc loquet ad eos in ira ſua: et in furoꝛe ſuo conturbabit eos
Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mon‑
tem ſanctum eius: pꝛędicans pꝛęceptum ei⁹. Dominus hebꝛe.1.b. Actu.13.e
dixit ad me: filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Poſtu
la a me: et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et poſſeſ
ſionē tuam terminos terrę. Reges eos in virga ferrea: Apo.2.g.
et tanꝙ vas figuli confringes eos. Et nunc reges intel‑ et.19.c.
ligite: erudimini qui iudicatis terrā. Seruite domino ī timoꝛe: et exultate ei cū tremoꝛe. Apprehendite diſciplinā: nequando iraſcatur dñs: et pereatis de via iuſta. Cū exarſerit in bꝛeui ira eius: beati oēs qui cōfidunt in eo.

¶ Pſal. Dauid: cū fugeret a facie Abſolō filij ſui III

DOmine quid multiplicati ſunt: qui tribulant
me? multi inſurgunt aduerſum me. Multi di‑ infra.76. 7.141
cunt animę meę: non eſt ſalus ipſi in deo eius.
Tu autem domine ſuſceptoꝛ meus es: gloꝛia mea: ꝛ exaltans caput meum. Uoce mea ad dominum clamaui: 7 exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Ego doꝛmiui: 7 ſopoꝛatus ſum: 7 exurrexi: quia domin⁹ ſuſcepit me. Nō timebo millia populi circūdātis me: exurge domine ſal‑

uum me fac deus meus. Quoniã tu percuſſiſti om̃es ad
uerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorũ contriuiſti.
Domini eſt ſalus: ⁊ ſuper populũ tuum benedictio tua

¶ In finem in carminibus pſalmus Dauid IIII.

CUm inuocarẽ exaudiuit me deus iuſtitie meę:
in tribulatione dilataſti mihi. Miſerere mei: ⁊
exaudi orationẽ meam. Filij hominum vſq; quo
graui corde: vt quid diligitis vanitatem: et quęritis mẽ
dacium? Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſan-
ctum ſuũ: dominus exaudiet me: cum clamauero ad eũ.
Iraſcimini: et nolite peccare: quę dicitis in cordibꝰ ve-
ſtris: et in cubilibus veſtris compungimini. Sacrificate
ſacrificium iuſtitię: et ſperate in domino: multi dicunt:
quis oſtẽdit nobis bona. Signatum eſt ſuper nos lumẽ
vultus tui domine: dediſti lęticiam in corde meo. A fru
ctu frumenti: vini et olei ſui multiplicati ſunt. In pace ĩ
idipſum dormiam ⁊ requieſcam. Quoniam tu domine
ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

¶ In finẽ pro ea: quę hęreditatem conſequitur Pſal
mus Dauid. V.

UErba mea auribus ꝑcipe domine: intellige cla
morẽ meum. Intende voci orationis meę: rex
meus et deus meus. Quoniã ad te orabo domi
ne: mane exaudies vocẽ meã. Mane aſtabo tibi: ⁊ vide-
bo: quoniã nõ deus volẽs iniquitatẽ tu es. Neq; habita-
bit iuxta te malignus: neq; ꝑmanebunt iniuſti ante ocu
los tuos. Odiſti oẽs qui operantur iniquitatẽ: perdes oẽs
qui loquũtur mendaciũ. Virũ ſanguinũ: ⁊ doloſum abo
minabitur dñs: ego aũt in multitudine miſericordię tuę.
Introibo in domũ tuã: adorabo ad tẽplũ ſanctũ tuũ in
timore tuo. Dñe deduc me ĩ iuſtitia tua: ꝓpter inimicos
meos dirige in cõſpectu tuo viã meã. Quoniã nõ eſt in
ore eorũ veritas: cor eorũ vanũ eſt. Sepulchrũ patẽs eſt
guttur eorũ: linguis ſuis doloſe agebãt: iudica illos deꝰ
Decidãt a cogitatiõibus ſuis: ſecundũ multitudinẽ im
pietatẽ eorũ expelle eos: quoniã irritauerunt te domine
Et lętentur om̃es qui ſperant in te: in ęternũ exultabũt
et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes: qui di
ligunt nomẽ tuũ: quoniã tu benedices iuſto. Domine vt
ſcuto: bonę voluntatis tuę coronaſti nos.

¶ In finẽ in carminibꝰ pro octaua pſal. dauid VI

DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira
tua corripias me. Miſerere mei dñe: quoniã ĩ
firmꝰ ſum: ſana me dñe: quoniã cõturbata ſunt
oſſa mea. Et aĩa mea turbata eſt valde: ſed tu dñe vſq; q̃
ſupra.6 infra.37 Conuertere domine: et eripe aĩam meã: ſaluũ me fac ꝓ-
pter miſericordiã tuã. Quoniã non eſt in morte: qui me
mor ſit tui: in inferno autẽ quis cõfitebitur tibi? Labo-
raui in gemitu meo: lauabo per ſingulas noctes lectum
Mat.8.d. meũ: lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. Turbatus eſt
et.25.d a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs amicos me-
Luce.15.f os. Diſcedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ: quoni
am exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs dep̃-
cationẽ meã: dñs orationẽ meã ſuſcepit. Erubeſcant: et
conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuer-
tantur: et erubeſcant valde velociter.

¶ In finem pſalmus Dauid: quem cantauit domino
pro verbis Chuſi filij Iemini. VII.

DOmine deus meus ĩ te ſperaui: ſaluũ me fac ex
oĩbus perſequentibus me: ⁊ libera me. Ne quã
do rapiat: vt leo aĩam meã: dũ non eſt qui redi-
mat: neq; qui ſaluũ faciat. Dñe deus meus ſi feci iſtud: ſi
eſt iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuẽtibꝰ
mihi mala: decidã merito ab inimicis meis ĩanis. Per-
ſequatur inimicus aĩam meã: ⁊ cõprehendat: ⁊ cõculcet in
terra vitã meã: et gloriã meã in puluerẽ deducat. Exur-
ge dñe in ira tua: ⁊ exaltare in finibus inimicorũ meoꝝ.
Et exurge dñe deus meus in pręcepto: qđ mandaſti: et
ſynagoga populorũ circũdabit te. Et propter hanc in al
tũ regredere: dñs iudicat populos. Iudica me dñe ſecũ
dum iuſtitiã meã: et ſecundũ innocentiã meã ſuper me.
Cõſumetur nequitia peccatorũ: ⁊ diriges iuſtũ ſcrutãs
corda: et renes deus. Iuſtũ adiutoriũ meũ a dño: qui ſal
uos facit rectos corde. Deus iudex iuſtus: fortis et pa-
tiens: nunq̃d iraſcetur ꝑ ſingulos dies? Niſi cõuerſi fue
ritis: gladiũ ſuũ vibrabit: arcũ ſuũ tetendit: ⁊ parauit il-
lũ. Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardẽtibꝰ
effecit. Ecce parturit ĩiuſtitiã: cõcepit dolorẽ: ⁊ peperit Iiob.15.b
iniq̃tatẽ. Lacũ aperuit: et effodit eũ: ⁊ incidit ĩ foueam: Infra.12.
quã fecit. Cõuertetur dolor eius ĩ caput eiꝰ: ⁊ in verticẽ
ipſius iniq̃tas eius deſcendet. Cõfitebor dño ſecundum
iuſtitiã eius: et pſallam nomini domini altiſſimi.

¶ In finem pro torcularibus pſalmus Dauid VIII.

DOmine dominꝰ noſter: ꝙ admirabile eſt nomẽ
tuũ in vniuerſa terra. Quoniã eleuata eſt ma-
gnificentia tua ſuper cęlos. Ex ore infantiũ et Mat.21.b
lactẽtiũ ꝑfeciſti laudẽ ꝓpter inimicos tuos: vt deſtruas
inimicũ ⁊ vltorẽ. Quoniã videbo cęlos tuos: opera di-
gitorum tuorũ: lunã et ſtellas: quę tu fundaſti. Quid eſt
homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis: quoniã viſi
tas eum? Minuiſti eũ paulominus ab angelis: gloria ⁊
honore coronaſti eũ: et cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ
tuarũ. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues ⁊ boues
vniuerſas: inſuper ⁊ pecora campi. Volucres cęli: ⁊ piſ-
ces maris: qui ꝑambulant ſemitas maris. Dñe dñs no-
ſter: ꝙ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra.

¶ In finem pro occultis filij pſalmus Dauid IX.

COnfitebor tibi dñe in toto corde meo: narrabo Infra.110.c
om̃ia mirabilia tua. Lętabor: et exultabo in te:
pſallã nomini tuo altiſſime. In cõuertendo ini
micũ meũ retrorſum: infirmabũtur: ⁊ ꝑibunt a facie tua
Quoniã feciſti iudiciũ meũ et cauſam meã: ſediſti ſuper
thronũ: q̃ iudicas iuſtitiam. Increpaſti gentes: ⁊ perijt
impius: nomen eorũ deleſti in ęternũ: ⁊ in ſeculũ ſeculi.
Inimici defecerũt frameę in finẽ: ⁊ ciuitates eoꝝ deſtru
xiſti. Perijt memoria eorũ cũ ſonitu: et dñs in ęternũ ꝑ
manet. Parauit in iudicio thronũ ſuũ: et ipſe iudicabit
orbẽ terrę in ęquitate: iudicabit populus in iuſtitia. Et
factus eſt dñs refugiũ pauperi: adiutor in opportunita
tibus in tribulatione. Et ſperent in te: q̃ nouerũt nomẽ
tuũ: q̃m nõ dereliq̃ſti quęrẽtes te dñe. Pſallite dño: qui
habitat ĩ Sion: annũciate inter gẽtes ſtudia eius. Quo
niã requirẽs ſanguinẽ eorũ recordatus eſt: nõ eſt oblitꝰ
clamorẽ pauperũ. Miſerere mei dñe: vide humilitatem Supra.6
meã de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis:
vt annunciẽ oẽs laudationes tuas in portis filię Sion.
Exultabo in ſalutari tuo: infixę ſunt gentes in interitu:
quẽ fecerũt. In laqueo iſto quẽ abſconderũt: cõprehen-
ſus eſt pes eorũ. Cognoſcetur dñs iudiciũ faciẽs: in ope
ribꝰ manuũ ſuaꝝ cõprehenſus eſt peccator. Cõuertantur
peccatores in infernũ: oẽs gentes: quę obliuiſcuntur deũ.
Quoniã nõ in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia paupe
rũ nõ ꝑibit ĩ finẽ. Exurge dñe nõ cõfortetur homo: iudi
cẽtur gẽtes ĩ cõſpectu tuo. Cõſtitue dñe legiſlatorẽ ſuꝑ
eos: vt ſciant gentes: quoniã hoĩes ſunt. Vt quid dñe re
ceſſiſti longe? deſpicis ĩ opportunitatibꝰ in tribulatiõe.
Dũ ſuꝑbit impius: incẽditur pauper: cõprehendũtur in
cõſilijs q̃bus cogitant. Quoniã laudatur peccator ĩ deſi
derijs aĩę ſuę: et iniquꝰ benedicitur. Exacerbauit dñm
peccator: ſecũdum multitudinẽ irę ſuę nõ quęret. Non
eſt deus ĩ cõſpecu eius: inq̃natę ſunt vię illius in oĩ tem-
pore. Auferũtur iudicia tua a facie eius: oĩm inimicorũ
ſuoꝝ dñabitur. Dixit eñ in corde ſuo: nõ mouebor a ge
neratione in generationẽ ſine malo. Cuius maledictiõe
os plenũ eſt: ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſub lingua eius labor
⁊ dolor. Sedet in ĩſidijs cũ diuitibus in occultis: vt ĩter
ficiat innocẽtẽ. Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt: inſidiatur
in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur vt ra
piat pauperẽ: rapere pauperẽ dum attrahit eum. In la-
queo ſuo humiliabit eum: ĩclinabit ſe: ⁊ cadet: cũ dñatꝰ

fuerit pauperū. Dixit enim in corde ſuo oblitus eſt deus auertit faciē ſuā: ne videat ī finē. Exurge dn̄e de⁹: ⁊ exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperū. Propter qd irritauit impius deū? Dixit em̄ in corde ſuo non reqret. Vides, qm̄ tu laborē: ⁊ dolorē cōſideras: vt tradas eos ī manus tuas. Tibi derelict⁹ eſt pauper: orphano tu eris adiutor. Contere brachiū peccatoris ⁊ maligni: querek peccatū illius: ⁊ nō inuenieꝭ. Dn̄s regnabit in ęternū: ⁊ in ſeculū ſeculi: ꝑibitis gentes de terra illius. Deſideriū pauperū exaudiuit dominus: pręparationē cordis eoꝝ audiuit auris tua. Iudicare pupillo et humili: vt nō apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram.

¶ In finem Pſalmus Dauid. X.

IN dn̄o cōfido: quomodo dicitis aīę meę: tranſmigra in montē ſicut paſſer? Quoniā ecce peccatores intenderūt arcū: parauerūt ſagittas ſuas

abac.z.d. in pharetra: vt ſagittēt ī obſcuro rectos corde. Quoniā quę ꝑfeciſti: deſtruxerūt: iuſtus aūt quid fecit? Dn̄s ī tēplo ſancto ſuo: dn̄s in cęlo ſedes eius. Oculi eius in pauperē reſpiciūt: palpebrę eius interrogāt filios hominū.

ſupra.9. Dn̄s īterrogat iuſtū: ⁊ impiū: qui aūt diligit iniqtatem odit aīam ſuā. Pluet ſuꝑ peccatores laqueos: ignis: et ſulphur: ⁊ ſpiritus ꝓcellaꝝ pars calicis eoꝝ. Quoniā iuſtus dn̄s ⁊ iuſtitias dilexit: ęquitatem vidit vultus eius

¶ In finem Pſalmus Dauid pro octaua. XI.

SAluū me fac dn̄e: quoniā defecit ſanctus: quoniam diminutę ſunt veritates a filijs hoīm. Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximū ſuū: labia doloſa ī corde ⁊ corde locuti ſunt. Diſꝑdat dn̄s vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguā magniloquā. Qui dixerunt: linguā noſtrā magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt: qs noſter dn̄s eſt? Propter miſeriā iopū: ⁊ gemitū pauperū: nunc exurgā dicit dominus. Ponā in ſalutari: fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia caſta: argentū igne examinatū: probatū terrę: purgatū ſeptulū. Tu domine ſeruabis nos: et cuſtodies nos a generatiōe hac in ęternū. In circuitu impij ambulant: ſecundū altitudinē tuā multiplicaſti filios hominū.

¶ In finem Pſalmus Dauid. XII

VSquequo dn̄e obliuiſceris me in finē: vſq; quo auertis faciē tuā a me? Quādiu ponā cōſilia in aīa mea: dolorē in corde meo ꝑ diē? Vſq; q exaltabitur inimicus meus ſuꝑ me? reſpice et exaudi me domine deus me⁹. Illumina oculos meos: ne vnq̄ obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus: pręualui aduerſus eum. Qui tribulāt me: exultabunt ſi mot⁹ fuero: ego aūt ī miſericordia tua ſperaui. Exultabit cor

ſupra.7. meū ī ſalutari tuo: cātabo domino: qui bona tribuit mihi: ⁊ pſallam nomini domini altiſſimi.

¶ In finem Pſalmus Dauid. XIII.

DIxit inſipiens in corde ſuo: nō eſt deus: Corrupti ſunt: ⁊ aboīabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis:

Non eſt vſq; ad vnū: nō eſt ī hebraeo. infra. ſz. ſupra.ſ. nō eſt qui faciat bonū: *nō eſt vſq; ad vnū. Dominus de cęlo ꝓſpexit ſuꝑ filios hoīm: vt videat: ſi eſt intelligēs: aut requirēs deū. Oēs declinauerūt: ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonū: *nō eſt vſq; ad vnū*

*Ibi tres verſus nō ſunt in hebraeo. Sepulchrū patēs eſt guttur eoꝝ: liguis ſuis doloſe agebāt: venenū aſpidū ſub labijs eoꝝ. *Quoꝝ os maledictione et amaritudine plenū eſt: veloces pedes eorum ad effundendū ſanguinē. *Cōtritio ⁊ infelicitas in vijs eoꝝ

*Non eſt ī hebraeo Vbi non erat timor ⁊ viā pacis nō cognouerūt: nō eſt timor dei ante oculos eoꝝ. Nōne cognoſcent oēs: qui operantur iniquitatē: q deuorant plebē meā: ſicut eſcā panis? Dn̄m non inuocauerūt: illic trepidauerunt timore: * vbi non erat timor. Quoniā dn̄s in generatiōe iuſta eſt: cōſiliū inopis cōfudiſtis: qm̄ dn̄s ſpes eius eſt. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuę: exultabit Iacob: et lętabitur Iſrael.

¶ Pſalmus Dauid. XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſticiā. Qui loqtur veritatē in corde ſuo: qui nō egit dolū in lingua ſua. Nec fecit ꝓximo ſuo malū: ⁊ opprobriū non accepit aduerſus ꝓximos ſuos. Ad nihilū deduct⁹ ē ī cōſpectu ei⁹ malign⁹: timētes aūt dn̄m glorificat. Qui iurat ꝓximo ſuo: ⁊ non decipit: qui pecuniā ſuam non dedit ad vſurā ⁊ munera ſuper innocentem non accepit. Qui facit hęc non commouebitur in ęternum.

¶ Tituli inſcriptio ipſi Dauid. XV.

COnſerua me dn̄e: quoniā ſperaui in te: dixi dn̄o: deus meus es tu: quoniā bonorū meoꝝ nō eges Sanctis qui ſunt in terra eius: mirificauit oēs volūtates meas in eis. Multiplicatę ſunt infirmitates eorū: poſtea accelerauerūt. Nō cōgregabo cōuenticula eorū de ſanguinibus: nec memor ero nominū eoꝝ per labia mea. Dn̄s pars hęreditat; meę: et calicis mei: tu es qui reſtitues hęreditatē meā mihi. Funes ceciderūt mihi in pręclaris: etenī hęreditas mea ꝑclara eſt mihi. Benedicā dn̄m: qui tribuit mihi intellectum: inſuper ⁊ vſq; ad noctē increpuerūt me renes mei. Prouidebā dominū in cōſpectu meo ſemper: quoniā a dextris eſt mihi: ne cōmouear. Propter hoc lętatū eſt cor meū: et exultauit Actu.z.d. ligua mea: īſuꝑ ⁊ caro mea reqeſcet ī ſpe. Quoniā nō dereliques aīam meā in īferno: nec dab; ſanctū tuū videre corruptionē. Notas mihi feciſti vias vitę: adīplebis me lętitia cū vultu tuo: delectatiōes ī dextera tua vſq; ī finē

¶ Oratio Dauid. XVI.

EXaudi dn̄e iuſtitiā meā: intende deprecatiōem meā. Auribus percipe orationē meā: nō ī labijs doloſis. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videāt ęqtatē. Probaſti cor meū: ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti: ⁊ nō eſt inuēta in me iniqtas. Vt nō loquaꝭ os meū opera hoīm: ꝓpter verba labioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui vias duras. Perfice greſſus meos ī ſemit; tuis: vt nō moueanꝭ veſtigia mea. Ego clamaui: qm̄ exaudiſti me de⁹: inclina aurē tuā mihi: ⁊ exaudi verba mea. Mirifica miſericordias tuas: q ſaluos facis ſperātes in te. A reſiſtētibus dextrę tuę cuſtodi me: vt pupillā oculi Sub vmbra alarū tuaꝝ ꝓtege me: a facie ipioꝝ: q me afflixerūt. Inimici mei aīam meā circūdederūt: adipē ſuū cōcluſerunt: os eoꝝ locutū eſt ſuperbiā. Proijciētes me nūc circūdederūt me: oculos ſuos ſtatuerūt declinare ī terrā. Suſceperūt me ſicut leo parat⁹ ad prędā: ⁊ ſicut catulus leonis habitās ī abditis. Exurge dn̄e: ꝑueni eū ⁊ ſupplanta eū: eripe aīam meā ab impio: frameā tuā ab inimicis manus tuę. Dn̄e a paucis de terra diuide eos ī vita eoꝝ: et de abſcōdit; tuis adīplet⁹ eſt vēter eoꝝ. Saturati ſunt filijs: ⁊ diuiſerūt reliqas ſuas paruulis ſuis. Ego autem in iuſtitia apparebo cōſpectui tuo: ſatiabor cū apparuerit gloria tua.

¶ In finē puero domini dauid: qui locutus eſt dn̄o verba cantici huius: in die qua eripuit eū dominus de manu oīm inimicorū eius: ⁊ de manu Saul: ⁊ dixit. XVII

DIligam te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamentū meū: ⁊ refugiū meū: ⁊ liberator meus. Deus meus adiutor meus: ⁊ ſperabo ī eū. Protector noſter ⁊ cornu ſalut; meę: ⁊ ſuſceptor meus. Laudās in- 2.reg.22. uocabo dn̄m: ⁊ ab inimicis meis ſaluus ero. Circundederūt me dolores mortis: ⁊ torrentes iniquitatis cōturbauerūt me. Dolores inferni circūdederunt me: pręoccupauerūt me laquei mortis. In tribulatiōe mea īuocaui dn̄m: ⁊ ad deū meū clamaui. Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam: et clamor meus in conſpectu eius introiuit in aures eius. Commota eſt ⁊ cōtremuit terra: fundamenta montiū cōturbata ſunt: ⁊ commota ſunt: qm̄ iratus es eis. Aſcēdit fumus in ira eius: ⁊ ign; a facie eius exarſit: carbones ſuccēſi ſunt ab eo. Inclinauit cęlos ⁊ deſcēdit: ⁊ caligo ſub pedibus eius. Et aſcen

dit ſuper cherubim: ⁊ volauit: volauit ſuper pēnas vēto
rū. Et poſuit tenebꝛas latibulū ſuū in circuitu eius: ta-
bernaculū eiꝰ tenebꝛoſa aqua in nubibꝰ aeris. Pꝛe ful-
goꝛe eiꝰ in cōſpectu eiꝰ nubes tranſierūt: grādo ⁊ carbo
nes ignis. Et itonuit de celo dñs: ⁊ altiſſimꝰ dedit vocē
ſuā: grando ⁊ carbones ignis. Et miſit ſagittas ſuas: ⁊
diſſipauit eos: fulgura multiplicauit: ⁊ cōturbauit eos.
Et apparuerūt fontes aquaꝝ: ⁊ reuelata ſunt fundamē
ta oꝛbis terrarū. Ab increpatiōe tua dñe: ab inſpiratiōe
ſpiritus ire tue. Miſit de ſummo: ⁊ accepit me: ⁊ aſſum
pſit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis
foꝛtiſſimis: ⁊ ab his q̄ oderūt me: qm̄ cōfoꝛtati ſunt ſup
me. Pꝛeuenerūt me ī die afflictiōis mee: ⁊ factꝰ eſt dñs
pꝛotectoꝛ meꝰ. Et eduxit me in latitudinē: ſaluū me fe-
cit: qm̄ voluit me. Et retribuet mihi dñs ſm iuſtitiam
meā: ⁊ ſm puritatē manuū meaꝝ retribuet mihi. Quia
cuſtodiui vias dñi: nec īpie geſſi a deo meo. Qm̄ oīa iudi
cia eiꝰ ī cōſpectu meo: ⁊ iuſticias eiꝰ nō repuli a me. Et
ero immaculatus cum eo: ⁊ obſeruabo me ab iniquitate
mea. Et retribuet mihi dñs ſm iuſtitiā meā: ⁊ ſm puri-
2.reg.22.a tatē manuū mearū ī cōſpectu oculoꝝ eiꝰ. Cū ſancto ſan
ctus eris: ⁊ cū viro innocēte innocēs eris: ⁊ cū electo ele
ctus eris: ⁊ cū peruerſo peruerteris. Qm̄ tu populū hu
milē ſaluū facies: ⁊ oculos ſuperboꝝ humiliabis. Quo-
niā tu illuminas lucernā meā dñe: deus meꝰ illumina te
nebꝛas meas. Qm̄ in te eripiar a tētatiōe: ⁊ in deo meo
trāſgrediar murū. Deꝰ meꝰ īpolluta via eiꝰ: eloquia dñi
igne examinata: ꝓtectoꝛ eſt oīm ſperantiū in ſe. Qm̄ q̄s
deus pꝛeter dominū: aut q̄s deꝰ pꝛeter deū noſtrū? Deꝰ
Infra. 143 qui pꝛecinxit me virtute: ⁊ poſuit immaculatā viā meā.
2.reg.22.c Qui ꝑfecit pedes meos tanꝙ ceruoꝝ: ⁊ ſuper excelſa ſta
tuēs me. Qui docet manꝰ meas ad pꝛeliū: et poſuiſti vt
arcū ereū bꝛachia mea. Et dediſti mihi pꝛotectionē ſalu
tis tue: ⁊ dextera tua ſuſcepit me. Et diſciplina tua coꝛ-
rexit me in finē: ⁊ diſciplina tua ipſa me docebit. Dilata
ſti greſſus meos ſubtus me: ⁊ nō ſunt infirmata veſtigia
mea. Perſequar inimicos meos: ⁊ cōpꝛehendā illos: et
nō cōuertar donec deficiāt. Cōfringā illos: nec poterūt
ſtare: cadēt ſubtꝰ pedes meos. Et pꝛecinxiſti me virtute
ad bellū: ⁊ ſupplantaſti inſurgētes in me ſubtus me. Et
inimicos meos dediſti mihi doꝛſuꝫ: et odiētes me diſper
didiſti. Clamauerūt: nec erat q̄ ſaluos faceret: ad dñm:
nec exaudiuit eos. Et comminuam eos: vt puluerē ante fa
ciē vēti: vt lutū platearū delebo eos. Eripies me de con
tradictionibus populi: cōſtitues me in caput gentium.
Populus quē nō cognoui: ſeruiuit mihi: in auditu au-
ris obediuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alie
ni inueterati ſunt: ⁊ claudicauerūt a ſemitis ſuis. Viuit
dñs: ⁊ bñdictꝰ deꝰ meꝰ: ⁊ exalteꝛ deꝰ ſalutis mee. Deus
q̄ das vīdictas mihi: ⁊ ſubdis populos ſub me: liberatoꝛ
meus de inimicis meis iracūdis. Et ab inſurgētibus in
me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Propterea
cōfiteboꝛ tibi in nationibus dñe: ⁊ nomini tuo pſalmum
2.re.22.d dicā. Magnificās ſalutes regis eius: ⁊ faciēs miſericoꝛ
Rom.15.b diam Chꝛiſto ſuo Dauid: et ſemini eius vſq ī ſeculum.

¶ In finem pſalmus Dauid. XVIII.

Celi enarrāt gloꝛiā dei: ⁊ opera manuū eiꝰ an-
nunciat firmamentū. Dies diei eructat verbū:
⁊ nox nocti īdicat ſcientiā. Nō ſunt loq̄le neq
Rom.10.d ſermones: quoꝝ nō audiantꝛ voces eoꝝ. In oēm terrā
exiuit ſonꝰ eoꝝ: ⁊ ī fines oꝛbis terre vba eoꝝ. In ſole po
ſuit tabernaculū ſuū: ⁊ ipe tāꝙ ſpōſus ꝓcedens de thala
mo ſuo. Exultauit vt gigas ad currendā viā: a ſummo
celo egreſſio eiꝰ. Et occurſus eiꝰ vſq ad ſummū eiꝰ: nec
eſt q̄ ſe abſcōdat a caloꝛe eiꝰ. Lex dñi īmaculata: conuer
tēs aīas: teſtimoniū dñi fidele: ſapiētiā pſtās paruulis.
Iuſtitie dñi recte letificātes coꝛda: pꝛeceptū dñi lucidū
illuminās oculos. Timoꝛ dñi ſanctꝰ ꝑmanēs in ſeculū
ſeculi: iudicia dñi vera: iuſtificata in ſemetipa. Deſidera
bilia ſup aurū: ⁊ lapidē ꝑcioſum multū: ⁊ dulcioꝛa ſuper
mel ⁊ fauū. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodien-
dis illis retributio multa. Delicta quis intelligit: ab oc
cultis meis mūda me: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Si
mei non fuerint dominati: tūc immaculatus ero: ⁊ emū
daboꝛ a delicto maximo. Et erūt vt cōplaceant eloquia
oꝛis mei: ⁊ meditatio coꝛdis mei in cōſpectu tuo ſemꝑ.
Domine adiutoꝛ meus: ⁊ redemptoꝛ meus.

¶ In finem pſalmus Dauid. XIX.

Exaudiat te dñs in die tribulatiōis: pꝛotegat te
nomē dei iacob. Mittat tibi auxiliū de ſancto:
⁊ de ſion tueatꝛ te. Memoꝛ ſit oīs ſacrificij tui: ⁊
holocauſtū tuū pingue fiat. Tribuat tibi ſm coꝛ tuū: et
omē cōſiliū tuū cōfirmet. Letabimur in ſalutari tuo: et
in noīe dei noſtri magnificabimur. Impleat dñs omēs
petitiōes tuas: nūc cognoui: qm̄ ſaluū fecit dñs Chꝛiſtū
ſuū. Exaudi ⁊ illū de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſa
lus dextere eiꝰ. Hi ī curribꝰ: ⁊ hi in eq̄s: nos aūt in noīe
domini dei noſtri inuocabimus. Ipſi obligati ſunt: ⁊ ce
ciderūt: nos aūt ſurreximꝰ: ⁊ erecti ſumus. Domine ſal
uum fac regē: ⁊ exaudi nos in die qua inuocauerimꝰ te.

¶ In finem pſalmus Dauid. XX.

Domine in virtute tua letabitur rex: ⁊ ſuper ſa-
lutare tuū exultabit vehemēter. Deſideriū coꝛ-
dis eius tribuiſti ei: ⁊ volūtate labioꝝ eiꝰ non
fraudaſti eū. Quoniā pꝛeueniſti eū in benedictiōibꝰ dul
cedinis: poſuiſti in capite eiꝰ coꝛonā de lapide pꝛecioſo.
Vitā petijt a te: ⁊ tribuiſti ei lōgitudinē dierū in ſeculū:
⁊ in ſeculū ſeculi. Magna eſt gloꝛia eiꝰ in ſalutari tuo:
gloꝛiā ⁊ magnū decoꝛē impones ſup eū. Quoniā dabis
eū in benedictionē in ſeculū ſeculi: letificabis eū in gau-
dio cū vultu tuo. Quoniā rex ſperat in dño: ⁊ in miſeri-
coꝛdia altiſſimi nō cōmouebitur. Inueniatꝛ manus tua
omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omēs qui
te oderunt. Pones eos vt clibanū ignis in tēpoꝛe vultꝰ
tui: dñs ī ira ſua cōturbabit eos: ⁊ deuoꝛabit eos ignis.
Fructū eoꝝ de terra perdes: et ſemen eoꝝ a filijs hoīm.
Quoniā declinauerūt ī te mala: cogitauerūt cōſilia que
nō potuerūt ſtabilire. Quoniā pones eos doꝛſum: in re-
liquijs tuis pꝛeparabis vultū eoꝝ. Exaltare dñe in vir-
tute tua: cātabimus ⁊ pſallemus virtutes tuas.

¶ In finē pſalmꝰ Dauid ꝓ ſuſceptiōe matutina. XXI.

Deus deus meus* (reſpice in me) quare me de-
reliquiſti: longe a ſalute mea verba delictoꝛum
meoꝝ. Deus meus clamabo per diē: ⁊ nō exau
dies: ⁊ nocte: ⁊ nō ad inſipientiā mihi. Tu aūt in ſancto
habitas: laus Iſrael. In te ſperauerūt patres noſtri: ſpe
rauerunt ⁊ liberaſti eos. Ad te clamauerūt et ſalui facti
ſunt: ī te ſperauerūt: ⁊ nō ſunt cōfuſi. Ego aūt ſum ver-
mis: ⁊ nō homo: oppꝛobꝛiū hoīm ⁊ abiectio plebis. Oēs
videntes me deriſerūt me: locuti ſunt labijs: et mouerūt
caput. Sperauit in domino: eripiat eū: ſaluū faciat eū:
quoniā vult eū. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ven
tre: ſpes mea ab vberibꝰ matris mee: in te pꝛoiectꝰ ſum
ex vtero. De ventre matris mee deus meus es tu: ne diſ-
ceſſeris a me. Quoniā tribulatio pꝛoxima eſt: ⁊ non eſt
qui adiuuet. Circūdederunt me vituli multi: tauri pin
gues obſederūt me. Aperuerūt ſuper me os ſuum: ſicut
leo rapiēs ⁊ rugiēs. Sicut aqua effuſus ſum: ⁊ diſperſa
ſunt omnia oſſa mea. Factū eſt coꝛ meū tanꝙ cera lique-
ſcens: in medio vētris mei. Aruit tanꝙ teſta virtꝰ mea:
⁊ lingua mea adheſit faucibus meis: ⁊ ī puluerē moꝛtis
deduxiſti me. Quoniā circūdederūt me canes multi: cō
ſilium malignantiū obſedit me. Foderūt manus meas:
⁊ pedes meos: dinumerauerūt oīa oſſa mea. Ipi vo cō-
ſiderauerunt: ⁊ inſpexerūt me: diuiſerūt ſibi veſtimenta
mea: ⁊ ſuper veſtē meā miſerunt ſoꝛtem. Tu autem do-
mine ne elōgaueris auxiliū tuū a me: ad defenſionē me-
am cōſpice. Erue a framea deus animā meam: ⁊ de ma-
nu canis vnicā meam. Salua me ex oꝛe leonis: ⁊ a coꝛni
bus vnicoꝛniū humilitatem meā. Narrabo nomen tuū

fratribus meis: in medio eccleſię laudabo tę. Qui timetis dominũ: laudate eũ: vniuerſum ſemen Jacob gloꝛificate eũ. Timeat eũ omne ſemen Jſrael: quoniã non ſpreuit: neqꝫ deſpexit depcationẽ pauperis. Nec auertit faciem ſuã a me: ⁊ cũ clamarẽ ad eũ: exaudiuit me. Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentiũ eũ. Edẽt pauperes: ⁊ ſaturabunt: ⁊ laudabunt dominũ: qui requirunt eũ: viuent coꝛda eoꝛum in ſeculũ ſeculi. Reminiſcentur: ⁊ cõuertentur ad dominum vniuerſę fines terrę. Et adoꝛabũt in cõſpectu eius vniuerſę familię gentiũ. Quoniã domini eſt regnum: et ipſe dominabitur gentiũ. Manducauerũt et adoꝛauerunt omnes pingues terrę: in conſpectu eiꝰ cadent oẽs qui deſcẽdunt in terrã. Et anima mea illi viuet: ⁊ ſemen meum ſeruiet ipſi. Annũciabitur domino generatio ventura: ⁊ annunciabunt cęli iuſtitiam eius: populo qui naſcetur quem fecit dominus.

Mat.27.e

¶ Pſalmus Dauid. XXII.

Dominus regit me: ⁊ nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit. Sup aquã refectiõis educauit me: aĩam meã cõuertit. Deduxit me ſup ſemitas iuſticię: ppter nomen ſuũ. Nã ⁊ ſi ambulauero ĩ medio vmbrę moꝛtis: nõ timebo mala: qm̃ tu mecũ es. Uirga tua ⁊ baculus tuus: ipſa me cõſolata ſunt. Paraſti in cõſpectu meo mẽſam: aduerſus eos q̃ tribulãt me. Jmpinguaſti ĩ oleo caput meũ: ⁊ calix meus inebriãs ꝙ pręclarus eſt. Et miſericoꝛdia tua ſubſequetur me om̃ibus diebꝰ vitę meę. Et vt inhabitẽ in domo dñi: in longitudine dierũ.

¶ Pſalmus Dauid in pꝛima ſabbati. XXIII.

Domini eſt terra ⁊ plenitudo eius: oꝛbis terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habitãt in eo. Quia ipſe ſup maria fundauit eũ: ⁊ ſup flumina pręparauit eũ. Quis aſcẽdet in montẽ dñi: aut q̃s ſtabit ĩ loco ſctõ eiꝰ? Jnnocẽs manibus ⁊ mũdo coꝛde: qui non accepit in vano animã ſuã: nec iurauit in dolo pꝛoximo ſuo. Hic accipiet benedictionẽ a domino: ⁊ miſericoꝛdiam a deo ſalutari ſuo. Hęc eſt generatio quęrentiũ eum: quęrentium faciem dei Jacob. Attollite poꝛtas pꝛincipes veſtras: ⁊ eleuamini poꝛtę ęternales: ⁊ introibit rex gloꝛię. Quis eſt iſte rex gloꝛię? dñs foꝛtis ⁊ potẽs: dñs potens in pręlio. Attollite poꝛtas pꝛincipes veſtras: ⁊ eleuamini poꝛtę ęternales: ⁊ introibit rex gloꝛię. Quis eſt iſte rex gloꝛię? dñs virtutũ ipſe eſt rex gloꝛię.

¶ Jn finem pſalmus Dauid. XXIIII. Aleph.

Ad te dñe leuaui aĩam meã: deus meus in te cõfido nõ erubeſcã. Beth. Neqꝫ irrideãt me inimici mei. Gimel. Etenim vniuerſi q̃ ſuſtinẽt te: non cõfundant. Cõfundantur oẽs iniqua agẽtes ſupuacue. Daleth. Uias tuas dñe demõſtra mihi: et ſemitas tuas edoce me. He. Dirige me in veritate tua. Uau. et doce me: quia tu es deꝰ ſaluatoꝛ meus: ⁊ te ſuſtinui tota die. Zain. Reminiſcere miſerationũ tuarũ dñe: ⁊ miſericoꝛdiarũ tuaꝝ quę a ſeculo ſunt. Heth. Delicta iuuẽtutis meę: ⁊ ignoꝛãtias meas ne memineris. Secũdũ miſericoꝛdiã tuã memento mei tu: pꝛopter bonitatẽ tuã dñe. Theth. Dulcis ⁊ rectꝰ dñs: ppter hoc legẽ dabit delinquẽtibus in via. Jod. Diriget mãſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas. Caph. Uniuerſę vię dñi miſericoꝛdia ⁊ veritas: requirẽtibꝰ teſtamẽtũ eiꝰ ⁊ teſtimonia eiꝰ. Lamed. Pꝛopter nomẽ tuũ dñe ppitiaberis pctõ meo: multũ eſt em̃. Mem. Quis eſt hõ q̃ timet dñm: legẽ ſtatuit ei ĩ via quã elegit. Nun. Aĩa eiꝰ ĩ bonis demoꝛabit: ⁊ ſemẽ eiꝰ hęreditabit terrã. Samech. Firmamẽtũ eſt dñs timẽtibꝰ eũ: ⁊ teſtamẽtũ ipĩꝰ: vt manifeſtet illis. Ain. Oculi mei ſemper ad dominũ: quoniã ipſe euellet de laqueo pedes meos. Phe. Reſpice in me: ⁊ miſerere mei: quia vnicus ⁊ pauper ſum ego. Zade. Tribulationes coꝛdis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. Cuph. Uide humilitatẽ meã: et laboꝛem meũ: ⁊ dimitte vniuerſa delicta mea. Res. Reſpice inimicos meos: quoniam multiplicati ſunt: ⁊ odio iniquo oderunt me. Sin. Cuſtodi animam meã: ⁊ erue me: nõ erubeſcã: quoniã ſperaui in te. Thau. Jnnocentes ⁊ recti adhęſerũt mihi: quia ſuſtinui te. Libera deꝰ Jſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis.

¶ Pſalmus Dauid. XXV.

Judica me domine: quoniã ego ĩ innocẽtia mea ingreſſus ſum: et in dño ſperãs non infirmaboꝛ. Pꝛoba me dñe: ⁊ tẽta me: vꝛe renes meos et coꝛ meũ. Quoniã miſericoꝛdia tua ante oculos meos eſt: et cõplacui in veritate tua. Non ſedi cũ concilio vanitatis: ⁊ cũ iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiã malignantiũ: ⁊ cũ ĩpijs nõ ſedebo. Lauabo inter innocẽtes manus meas: ⁊ circũdabo altare tuũ dñe. Ut audiã vocem laudis: ⁊ enarrem vniuerſa mirabilia tua. Domine dilexi decoꝛem domus tuę: et locum habitationis gloꝛię tuę. Ne perdas cum impijs deus animam meam: ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam. Jn quoꝛum manibus iniquitates ſunt: dextera eoꝛũ repleta eſt muneribꝰ. Ego autẽ in innocentia mea ingreſſus ſum: redime me ⁊ miſerere mei. Pes em̃ meus ſtetit ĩ directo: ⁊ in eccleſijs benedicam te domine. infra.138.

¶ Jn finẽ pſalmus Dauid: pꝛiuſꝙ liniret. XXVI.

Dominus illuminatio mea: et ſalus mea: quẽ timebo? Dominus pꝛotectoꝛ vitę meę: a quo trepidabo? Dum appꝛopiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt ⁊ ceciderunt. Si cõſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit coꝛ meũ. Si exurgat aduerſum me pꝛęlium: in hoc ego ſperabo. Unam petij a domino: hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitę meę. Ut videã voluntatẽ domini: ⁊ viſitem templũ eius. Quoniã abſcõdit me in tabernaculo ſuo in die maloꝛũ: pꝛotexit me in abſcõdito tabernaculi ſui. Jn petra exaltauit me: ⁊ nũc exaltauit caput meũ ſuper inimicos meos. Circuiui ⁊ immolaui ĩ tabernaculo eius: hoſtiã vociferatiõis cãtabo: ⁊ pſalmũ dicã domĩo. Exaudi domine vocẽ meam qua clamaui ad te: miſerere mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit coꝛ meũ: exq̃ſiuit te facies mea: faciẽ tuã domine requirã. Ne auertas faciẽ tuã a me: ne declines in ira a ſeruo tuo. Adiutoꝛ meus eſto: ne derelinquas me: neqꝫ deſpicias me deus ſalutaris meꝰ. Quoniã pater meus ⁊ mater mea dereliquerũt me: dñs autẽ aſſumpſit me. Legẽ pone mihi domine in via tua: ⁊ dirige me in ſemita recta ppter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulãtiũ me: quoniã inſurrexerũt in me teſtes iniqui: ⁊ mẽtita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona dñi: in terra viuentiũ. Expecta dñm: viriliter age: ⁊ cõfoꝛtet coꝛ tuũ: ⁊ ſuſtine dominum.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. XXVII.

Ad te dñe clamabo: deꝰ meus ne ſileas a me: ne quãdo taceas a me: et aſſimilaboꝛ deſcẽdentibꝰ in lacũ. Exaudi dñe vocẽ oꝛatiõis meę: dũ oꝛo ad te: dũ extollo manus meas ad tẽplũ ſanctũ tuũ. Ne ſimul tradas me cũ peccatoꝛibꝰ: ⁊ cũ operãtibus iniquitatẽ ne perdas me. Qui loquunt pacẽ cũ pꝛoximo ſuo: mala autẽ in coꝛdibus eoꝛũ. Da illis ſm opera eoꝛũ: et ſm nequitiã adinuentionũ ipſoꝛũ. Secundũ opera manuũ eoꝝ tribue illis: redde retributionẽ eoꝝ ipſis. Quoniam non intellexerũt opera dñi: ⁊ in opera manuũ eiꝰ: deſtrues illos: ⁊ nõ ędificabis eos. Benedictꝰ dñs: quoniã exaudiuit vocẽ depꝛecationis meę. Dominus adiutoꝛ meus ⁊ pꝛotectoꝛ meus: ⁊ in ipſo ſperauit coꝛ meũ: ⁊ adiutꝰ ſum. Et refloꝛuit caro mea: ⁊ ex volũtate mea cõfiteboꝛ ei. Dominus foꝛtitudo plebis ſuę: ⁊ ptectoꝛ ſaluationum Chꝛiſti ſui eſt. Saluũ fac populũ tuũ domine ⁊ benedic hęreditati tuę: ⁊ rege eos: ⁊ extolle illos vſqꝫ in ęternum.

¶ Pſal. Dauid ĩ cõſummatiõe tabernaculi. XXVIII.

Afferte dño filij dei: afferte dño filios arietũ. Af
ferte dño gloriã ⁊ honorẽ: afferte domino glo-
riam nomini eius: adorate dominum in atrio
ſancto eius. Vox domini ſuper aquas: deus maieſtatis
intonuit: dñs ſuper aquas multas. Vox domini in vir-
tute: vox domini in magnificentia. Vox domini confrin
gentis cedros: ⁊ confringet dñs cedros libani. Et cõmi
nuet eas tanꝙ vitulum libani: ⁊ dilectus queadmodũ fi
lius vnicornuũ. Vox dñi intercidẽtis flãmam ignis: vox
domini cõcutiẽtis deſertũ: ⁊ cõmouebit dñs deſertũ ca-
des. Vox dñi preparãtis ceruos: ⁊ reuelabit cõdenſa: et
in tẽplo eius oẽs dicent gloriã. Dñs diluuiũ inhabitare
facit: ⁊ ſedebit dominꝰ rex in eternũ. Dominus virtutẽ
populo ſuo dabit: dñs benedicet populo ſuo in pace.

¶ Pſalmꝰ cãtici in dedicatiõe domꝰ Dauid. XXIX.

Exaltabo te domine: quoniã ſuſcepiſti me: nec de-
lectaſti inimicos meos ſup me. Dñe deus meus
clamaui ad te: et ſanaſti me. Dñe eduxiſti ab in-
ferno animã meã: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacũ.
Pſallite dño ſancti eiꝰ: ⁊ cõfitemini memorie ſanctita-
tis eiꝰ. Quoniã ira in indignatiõe eiꝰ: ⁊ vita in volũtate
eius. Ad veſpeꝝ demorabit̃ fletꝰ: ⁊ ad matutinũ letitia.
Ego aũt dixi in abundantia mea: non mouebor in eter-
num. Domine in volũtate tua: preſtitiſti decori meo vir
tutẽ. Auertiſti faciẽ tuã a me: ⁊ factꝰ ſum conturbatus.
Ad te dñe clamabo: ⁊ ad deũ meũ deprecabor. Que vtili
tas in ſanguine meo: dũ deſcendo in corruptionẽ? Nun
quid cõfitebit̃ tibi puluis: aut annũciabit veritatẽ tuã?
Audiuit dñs: ⁊ miſertꝰ eſt mei: dominꝰ factꝰ eſt adiutor
meꝰ. Cõuertiſti plãctũ meũ ĩ gaudiũ mihi: cõſcidiſti ſac
cum meũ: ⁊ circũdediſti me letitia. Vt cãtet tibi gloria
mea: ⁊ non compungar: domine deus meus in eternum
confitebor tibi.

¶ In finem pſalmus Dauid pro extaſi. XXX.

In te dñe ſperaui: nõ cõfundar in eternũ: in iuſti
tia tua libera me. Inclina ad me aurẽ tuã: acce-
lera vt eruas me. Eſto mihi in deũ ꝓtectorẽ: ⁊ in
domum refugij: vt ſaluũ me facias. Quoniã fortitudo
mea ⁊ refugiũ meũ es tu: ⁊ ꝓpter nomen tuum deduces
me: ⁊ enutries me. Educes me de laqueo hoc: quẽ abſcõ
derũt mihi: qm̃ tu es ꝓtector meꝰ. In manꝰ tuas cõmẽ
do ſpm̃ meũ: redemiſti me dñe deꝰ veritatis. Odiſti ob-
ſeruãtes vanitates: ſuperuacue. Ego aũt ĩ dño ſperaui:
exultabo: ⁊ letabor ĩ miſcdia tua. Qm̃ reſpexiſti humili-
tatẽ meã: ſaluaſti de neceſſitatibꝰ aĩam meã. Nec cõclu
ſiſti me in manibꝰ inimici mei: ſtatuiſti in loco ſpacioſo
pedes meos. Miſerere mei dñe: qm̃ tribulor: conturba
tus eſt ĩ ira oculus meꝰ: aĩa mea ⁊ vẽter meꝰ. Qm̃ defecit
in dolore vita mea: ⁊ anni mei ĩ gemitibꝰ. Infirmata eſt
in pauꝑtate virtꝰ mea: ⁊ oſſa mea cõturbata ſunt. Suꝑ
oẽs inimicos meos factꝰ ſuꝫ opprobriũ vicinis meis val
de: ⁊ timor notis meis. Qui videbãt me foras: fugerũt
a me: ⁊ obliuioni datꝰ ſum: tãꝙ mortuꝰ a corde. Factus
ſum tanꝙ vas ꝑditũ: qm̃ audiui vituperationẽ multoꝝ
cõmorantiũ in circuitu. In eo dũ cõuenirẽt ſimul aduer
ſum me: accipere aĩam meã cõſiliati ſunt. Ego aũt in te
ſperaui dñe: dixi: deus meus es tu: ĩ manibꝰ tuis ſortes
mee. Eripe me de manu inimicoꝝ meoꝝ: ⁊ a ꝑſequẽtibꝰ
me. Illuſtra faciẽ tuã ſuꝑ ſeruũ tuũ: ſaluũ me fac in mi-
ſericordia tua dñe: nõ cõfundar: qm̃ ĩuocaui te. Erube-
ſcant ĩpij: ⁊ deducant̃ in infernũ: muta fiãt labia doloſa.
Que loquunt̃ aduerſus iuſtũ iniquitatẽ: in ſuꝑbia et in
abuſiõe. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe: quã
abſcõdiſti timẽtibꝰ te. Perfeciſti eis: q̇ ſperãt ĩ te: in cõ-
ſpectu filioꝝ hoĩm. Abſcõdes eos ĩ abſcõdito faciei tue
a cõturbatione hoĩm. Proteges eos ĩ tabernaculo tuo
a cõtradictiõe linguaꝝ. Benedictꝰ dñs: qm̃ mirificauit
miſericordiã ſuã mihi ĩ ciuitate munita. Ego aũt dixi in
exceſſu mẽtis mee: proiectus ſum a facie oculoꝝ tuorũ.
Ideo exaudiſti vocẽ orationis mee: dũ clamarem ad te.
Diligite dominum omnes ſancti eius: quoniam verita-
tem requiret dominus: et retribuet abundanter facien-
tibus ſuperbiam. Viriliter agite: et confortetur cor ve-
ſtrum: omnes qui ſperatis in domino.

¶ Intellectus Dauid. XXXI.

Beati quorũ remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ quorum
tecta ſunt peccata. Beatus vir: cui non impu-
tauit dominus peccatuꝫ: nec eſt in ſpiritu eius
dolus. Quoniam tacui: inueterauerunt oſſa mea: dum
clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt
ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erumna mea:
dum configitur ſpina. Delictum meum cognitum tibi
feci: et iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi: cõfitebor
aduerſum me iniuſtitiam meam domino: et tu remiſiſti
impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis
ſanctus in tẽpore opportuno. Veruntamen in diluuio
aquarũ multarũ: ad eum non approximabunt. Tu es
refugiũ meũ a tribulatione: que circumdedit me: exulta
tio mea erue me a circũdantibus me. Intellectum tibi
dabo: et inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo
ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus et mulꝰ:
quibus non eſt intellectus. In chamo et freno maxillas
eorũ conſtringe: qui non approximant ad te. Multa fla
gella peccatoris: ſperantẽ autẽ in domino miſericordia
circũdabit. Letamini in domino: ⁊ exultate iuſti: et glo
riamini omnes recti corde.

¶ In finem pſalmus Dauid. XXXII.

Exultate iuſti in domino: rectos decet collauda-
tio. Confitemini domino in cithara: in pſalte-
rio decem chordarũ pſallite illi. Cantate ei can-
ticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione. Quia re
ctum eſt verbũ domini: et omnia opera eius in fide. Di-
ligit miſericordiam et iudicium: miſericordia domini
plena eſt terra. Verbo domini celi firmati ſunt: et ſpi-
ritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans ſicut
in vtre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos. Ti-
meat dominũ om̃is terra: ab eo autẽ cõmoueantur oẽs infra.148
inhabitantes orbẽ. Quoniã ipſe dixit: et facta ſunt: ipſe
mandauit: ⁊ creata ſunt. Dominus diſſipat conſilia gen
tium: reprobat autẽ cogitationes populorũ: et repro-
bat conſilia principum. Conſilium autẽ domini in eter
num manet: cogitationes cordis eius in generatione et
generationẽ. Beata gẽs cuius eſt dominus deus eius:
populus quem elegit in hereditatem ſibi. De celo reſpe
xit dominus: vidit omnes filios hominũ. De prepara-
to habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes: qui habitãt ter
ram. Qui finxit ſingillatim corda eorũ: qui ĩtelligit oĩa
opera eorũ. Non ſaluatur rex per multã virtutam: ⁊ gi
gas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſue. Fallax
equus ad ſalutẽ: in abundantia autẽ virtutis ſue nõ ſal
uabitur. Ecce oculi domini ſuper metuentes eũ: ⁊ in eis
qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat a morte
animas eorũ: et alat eos in fame. Anima noſtra ſuſtinet
dominũ: quoniã adiutor ⁊ protector noſter eſt. Quia in
eo letabitur cor noſtrũ: et in nomine ſancto eius ſperaui
mus. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemad
modum ſperauimus in te.

¶ Pſalmus Dauid: cũ immutauit vultũ ſuũ corã abi-
melech: ⁊ dimiſit eũ: ⁊ abijt. XXXIII. Aleph.

Benedicam dominũ in om̃i tẽpore: ſemper laus
eius in ore meo. Beth. In dño laudabitur aĩa
mea: audiant mãſueti ⁊ letentur. Gimel. Ma-
gnificate dñm mecũ: ⁊ exaltemꝰ nomẽ eiꝰ in idipm̃. Da
leth. Exq̇ſiui dñm: ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex oĩbꝰ tribulatio-
nibꝰ meis eripuit me. He. Accedite ad eũ: ⁊ illuminami
ni. Vau. et facies vr̃e nõ cõfundent̃. Zain. Iſte pauꝑ cla
mauit: ⁊ dñs exaudiuit eũ: ⁊ ex oĩbꝰ tribulatiõibꝰ eiꝰ ſal
uauit eũ. Heth. Immittet angelꝰ dñi ĩ circũitu timẽtiũ
eũ: ⁊ eripiet eos. Theth. Guſtate ⁊ videte: qm̃ ſuauis eſt
dñs: btũs vir q̇ ſperat ĩ eo. Iod. Timete dñm oẽs ſancti

eius:quoniā non eſt inopia timentibus eū. Caph. Diui
tes eguerūt ⁊ eſurierūt: inquirentes aūt dominū nō mi
nuentur omni bono. Lamed. Venite filij audite me:ti
morem domini docebo vos. Mem. Quis eſt homo qui
vult vitam: diligit dies videre bonos? Nun. Prohibe
linguam tuā a malo:⁊ labia tua ne loquantur dolū. Sa
mech. Diuerte a malo:⁊ fac bonū:inquire pacē:⁊ perſe
quere eā. Ain. Oculi dñi ſup iuſtos:⁊ aures eius in pre
ces eoꝝ. Phe. Vultus aūt domini ſuper faciētes mala:
vt perdat de terra memoriā eoꝝ. Zade. Clamauerūt iu
ſti:⁊ dominus exaudiuit eos:⁊ ex omnibus tribulationi
bus eoꝝ liberauit eos. Cuph. Iuxta eſt dñs his: qui tri
bulato ſunt corde:⁊ humiles ſpū ſaluabit. Res. Mul
tę tribulationes iuſtorū:⁊ de omnibus his liberabit eos
dominus. Sin. Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum:
vnū ex his nō cōteretur. Thau. Mors pctoꝝ peſſima:
⁊ q̄ oderūt iuſtū delinquēt. Redimet dñs animas ſeruo
rum ſuorū:⁊ nō delinquēt omnes qui ſperant in eo.

¶ In finem pſalmus ipſi Dauid. XXXIIII.

Iudica domine nocētes me: expugna impugnan
tes me. Apprehēde arma ⁊ ſcutū:⁊ exurge ī adiu
torium mihi. Effunde frameam:⁊ conclude ad
uerſus eos qui perſequuntur me: dic animę meę: ſalus
Infra. 36 tua ego ſum. Cōfundantur et reuereantur: quęrentes
et īfra. 99 animam meā. Auertantur retrorſum ⁊ confundantur:
cogitātes mihi mala. Fiant tanq̄ puluis ante faciē ven
ti:⁊ angelus domini coartans eos. Fiant vię illorū tene
brę ⁊ lubricū:⁊ angelus domini perſequens eos. Quo
niam gratis abſcōderunt mihi interitū laquei ſui: ſuper
uacue exprobrauerunt animā meā. Veniat ille laqueus
quē ignorat:et captio quā abſcondit:apprehendat eū:et
in laqueū cadat in ipſum. Anima autē mea exultabit in
domino:⁊ delectabitur ſuper ſalutari ſuo. Oīa oſſa mea
dicent:domine quis ſimilis tibi? Eripiēs inopem de ma
nu fortiorū eius:egenū et pauperē a diripientibus eum.
Surgentes teſtes iniqui: quę ignorabā interrogabant
me. Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatē aīę
meę. Ego aūt cū mihi moleſti eſſent: induebar cilicio.
Humiliabā ī ieiunio animam meā:⁊ oratio mea in ſinu
meo conuertetur. Quaſi proximum:et quaſi fratrē no
ſtrum ſic complacebam: quaſi lugens et contriſtatus ſic
humiliabar. Et aduerſum me lętati ſunt: ⁊ cōuenerūt:
cōgregata ſunt ſuper me flagella:⁊ ignoraui. Diſſipati
ſunt nec cōpuncti tentauerunt me: ſubſannauerunt me
ſubſannatione:frenduerūt ſuper me dētibus ſuis. Do
mine quādo reſpicies? reſtitue aīam meā a malignitate
eorū:a leonib⁹ vnicā meā. Confitebor tibi in eccleſia ma
gna:ī populo graui laudabo te. Nō ſupergaudeāt mihi
qui aduerſant̄ mihi inique:⁊ q̄ oderunt me gratis:⁊ an
nuunt oculis. Quoniā mihi quidē pacifice loquebātur:
⁊ in iracūdia terrę loquētes dolos cogitabāt. Et dilata
uerūt ſup me os ſuū:dixerūt:euge euge viderūt oculi no
ſtri. Vidiſti domine ne ſileas: domine ne diſcedas a me.
Exurge ⁊ intēde iudicio meo deus meus:et dñs me⁹ in
cauſam meā. Iudica me ſm iuſtitiā tuā dñe de⁹ meus:⁊
nō ſupgaudeāt mihi. Nō dicant in cordib⁹ ſuis:euge eu
ge animę noſtrę:nec dicāt:deuorabimus eū. Erubeſcāt
⁊ reuereant̄ ſimul: q̄ gratulant̄ malis meis. Induātur
cōfuſione et reuerentia:qui maligna loquuntur ſup me.
Exultēt ⁊ lętent̄ qui volūt iuſtitiā meā:⁊ dicant ſemper
magnificetur dominus:q̄ volunt pacē ſerui eius. Et lin
gua mea meditabitur iuſtitiā tuā:tota die laudē tuam.

¶ In finem ſeruo domini pſalmus Dauid. XXXV.

Dixit iniuſtus vt delinquat in ſemetipſo: nō eſt
timor dei ante oculos ei⁹. Quoniā doloſe egit
in cōſpectu eius:vt inueniatur iniq̄tas eius ad
odiū. Verba oris ei⁹ iniquitas ⁊ dolus: noluit intellige
re:vt bene ageret. Iniquitatē meditat⁹ eſt ī cubili ſuo:
aſtitit omi vię nō bonę:maliciā autē nō odiuit. Dñe ī cę
lo miſericordia tua:⁊ veritas tua vſq; ad nubes. Iuſtitia
tua ſicut montes dei:iudicia tua abyſſus multa. Hoīes
⁊ iumēta ſaluabis domine: quēadmodum multiplicaſti
miſericordiā tuā deus. Filij autē hominū:ī tegmine ala
rū tuarū ſperabūt. Inebriabuntur ab vbertate domus
tuę:⁊ torrēte voluptat̄ tuę potabis eos. Quoniā apud
te eſt fons vitę:⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Prę
tēde miſericordiā tuā ſcientib⁹ te: et iuſtitiā tuā his qui
recto ſunt corde. Nō veniat mihi pes ſuperbię:et man⁹
peccatoris nō moueat me. Ibi ceciderunt qui operātur
iniquitatē:expulſi ſunt:nec potuerunt ſtare.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. XXXVI. Aleph.

Noli ęmulari in malignantib⁹:neq; zelaueris fa
ciētes iniquitatē. Quoniā tāq̄ foenū velociter
areſcēt:⁊ quēadmodū holera herbarū cito deci
dēt. Beth. Spera in dño:⁊ fac bonitatē:et inhabita ter
rā:⁊ paſceris in diuitijs eius. Gimel. Delectare in dño:
et dabit tibi petitiōes cordis tui. Reuela domino viam
tuā:⁊ ſpera in eo:⁊ ipſe faciet. Et educet quaſi lumen iu
ſtitiā tuā:⁊ iudiciū tuū tanq̄ meridiē. Daleth. Subdi
tus eſto dño:⁊ ora eū. Noli ęmulari in eo:qui proſpera
tur in via ſua:in homine faciente iniuſtitias. He. Deſi
ne ab ira:⁊ derelinque furorē: noli ęmulari vt maligne
ris. Quoniam qui malignantur:exterminabuntur:ſu
ſtinentes autem dominū ipſi hęreditabunt terrā. Vau.
Et adhuc puſillum ⁊ non erit peccator: et quęres locū
eius:⁊ non inuenies. Manſueti autē hęreditabunt ter
rā:⁊ delectabuntur in multitudine pacis. Zain. Obſer infra eodē
uabit peccator iuſtū:⁊ ſtridebit ſup eū dētib⁹ ſuis. Dñs
autē irridebit eū: quoniam proſpicit q̄ veniet dies eius.
Heth. Gladiū euaginauerunt peccatores:intenderunt
arcū ſuū. Vt decipiant pauperē ⁊ inopē:vt trucident re
ctos corde. Gladius eorū intret in corda ipſorum:⁊ ar
cus eorū confringatur. Theth. Melius eſt modicū iu
ſto: ſuper diuitias peccatorū multas. Quoniā brachia
peccatorū conterentur:confirmat aūt iuſtos dñs. Iod.
Nouit dñs dies immaculatorū: et hęreditas eorum in
ęternū erit. Non confundentur in tempore malo: et in
diebus famis ſaturabūtur. Caph. Quia peccatores pe
ribūt. Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint
⁊ exaltati:deficientes quēadmodū fumus deficient. La
med. Mutuabitur peccator: et non ſoluet:iuſtus autē
miſeretur:⁊ tribuet. Quia benedicentes ei hęreditabūt
terrā: maledicentes autē ei diſperibunt. Mem. Apud
dominum greſſus hominis dirigentur:⁊ viam eius vo
let. Cū ceciderit:non collidetur:quia dñs ſupponit ma
num ſuā. Nun. Iunior fui: etenī ſenui: et non vidi iuſtū
derelictū:nec ſemen eius quęrens panē. Tota die miſe
retur:⁊ cōmodat:⁊ ſemen illius in benedictiōe erit. Sa
mech. Declina a malo:⁊ fac bonū:⁊ inhabita in ſeculū ſe
culi. Quia dñs amat iudiciū:⁊ non derelinquet ſanctos
ſuos:in ęternū conſeruabuntur. Ain. Iniuſti puniētur:
⁊ ſemen impiorū peribit? Iuſti autē hęreditabūt terrā:
et inhabitabunt in ſeculū ſeculi ſuper eā. Phe. Os iuſti
meditabitur ſapientiā: et lingua eius loquetur iudiciū.
Lex dei eius in corde ipſius:et non ſupplantabunt̄ greſ
ſus eius. Zade. Cōſiderat peccator iuſtū:⁊ quęrit mor
tificare eū. Dñs autem non derelinquet eū in manibus
eius:nec damnabit eū:cum iudicabitur illi. Cuph. Ex
pecta dominū:⁊ cuſtodi viā eius:et exaltabit te vt hęre
ditate capias terrā: cum perierint peccatores videbis.
Res. Vidi impiū ſuperexaltatū:⁊ eleuatū ſicut cedros
libani. Et tranſiui:⁊ ecce non erat. ⁊ quęſiui eū: et nō eſt
inuentus locus eius. Sin. Cuſtodi innocentiam: et vi
de ęquitatē:quoniā ſunt reliquię homini pacifico. In
iuſti autē diſperibunt:ſimul reliquię impiorū interibūt.
Thau. Salus autē iuſtorū a domino: et protector eorū
in tēpore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus:⁊ li
berabit eos:⁊ eruet eos a peccatoribus: et ſaluabit eos:
quia ſperauerunt in eo.

¶ Pſal. dauid ī rememoratiōe diei ſabbati. XXXVII.

D Omine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq; in ira tua coꝛripias me. Quoniam ſagittę tuę infixę ſunt mihi: ⁊ cõfirmaſti ſup me manũ tuã. Non eſt ſanitas in carne mea a facie irę tuę: nõ eſt pax oſſibus meis a facie peccatoꝛũ meoꝛũ. Quoniã iniquitates meę ſupergreſſę ſunt caput meũ: ⁊ ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Putruerunt et coꝛruptę ſunt cicatrices meę: a facie inſipiẽtię meę. Miſer factus ſum: ⁊ curuatus ſum vſq; in finem: tota die cõtriſtatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: ⁊ nõ eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum ⁊ humiliatus ſum nimis: rugiebã a gemitu coꝛdis mei. Dñe ante te om̃e deſideriũ meũ: ⁊ gemitꝰ meꝰ a te nõ eſt abſcõditꝰ. Coꝛ meũ cõturbatũ eſt: dereliq̃t me virtꝰ mea: ⁊ lumen oculoꝛum meoꝝ: ⁊ ipm̃ nõ eſt mecũ. Amici mei ⁊ ꝓximi mei aduerſum me appꝛopinquauerũt et ſteterũt. Et qui iuxta me erãt: de lõge ſteterũt: et vim faciebãt qui quęrebãt aĩam meã. Et q̃ inquirebãt mala mihi locuti ſunt vanitates: ⁊ dolos tota die meditabant̃. Ego aũt tanq̃ ſurdus nõ audiebã: et ſicut mutus nõ aperiẽs os ſuũ. Et factꝰ ſum ſicut homo nõ audiẽs: ⁊ nõ habẽs ĩ oꝛe ſuo redargutiones. Quoniã in te dñe ſperaui: tu exaudies me dñe deus meꝰ. Quia dixi ne quãdo ſupgaudeãt mihi inimici mei: ⁊ dũ cõmouent̃ pedes mei: ſuper me magna locuti ſunt. Quoniã ego in flagella paratus ſum: et doloꝛ meus in cõſpectu meo ſemp. Quoniã iniq̃tatẽ meã annũciabo: ⁊ cogitabo ꝓ pctõ meo. Inimici aũt mei viuũt: ⁊ cõfirmati ſunt ſup me: ⁊ multiplicati ſunt q̃ oderunt me inique. Qui retribuũt mala pꝛo bonis: detrahebãt mihi: qm̃ ſequebar bonitatẽ. Ne derelinquas me dñe deꝰ meus: ne diſceſſeris a me. Intende in adiutoꝛiũ meum: dñe deus ſalutis meę.

¶ In finẽ pꝛo Idithũ cãticum Dauid. XXXVIII.

D Ixi: cuſtodiã vias meas: vt nõ delinquã in lingua mea. Poſui oꝛi meo cuſtodiã: cũ cõſiſteret pctõꝛ aduerſum me. Obmutui: et humiliatus ſum: ⁊ ſilui a bonis: ⁊ doloꝛ meꝰ renouatꝰ eſt. Cõcaluit coꝛ meũ intra me: et ĩ meditatiõe mea exardeſcet ignis. Locutꝰ ſum in lingua mea: notũ fac mihi dñe finẽ meũ. Et numerũ dierũ meoꝛũ quis eſt: vt ſciã q̃d deſit mihi. Ecce mẽſurabiles poſuiſti dies meos: ⁊ ſubſtãtia mea tã q̃ nihilũ ante te. Verũtñ vniuerſa vanitas: oĩs homo viuẽs. Verũtamẽ ĩ imagine ptrãſit hõ: ſed ⁊ fruſtra cõturbat̃. Theſaurizat: ⁊ ignoꝛat cui cõgregabit ea. Et nunc quę eſt expectatio mea: nõne dñs? ⁊ ſubſtãtia mea apud te eſt. Ab om̃ibꝰ iniquitatibꝰ meis erue me: oppꝛobꝛium inſipiẽti dediſti me. Obmutui: ⁊ non aperui os meũ: qm̃ tu feciſti: amoue a me plagas tuas. A foꝛtitudine manꝰ tuę ego defeci in increpationibꝰ: ꝓpter iniquitatẽ coꝛripuiſti hominẽ. Et tabeſcere feciſti ſicut araneã aĩaꝫ eiꝰ: verũtamẽ vane cõturbat̃ oĩs homo. Exaudi oꝛationem meã dñe: ⁊ depcationẽ meã auribꝰ pcipe: ad lachꝛymas meas ne ſileas. Quoniã aduena ego ſum apud te ⁊ peregrinus: ſicut oẽs patres mei. Remitte mihi vt refrigerer: pꝛiuſq̃ abeam: ⁊ amplius non ero.

¶ In finem pſalmus Dauid. XXXIX.

E Xpectãs expectaui dominũ: ⁊ intendit mihi. Et exaudiuit pces meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerię ⁊ de luto fecis. Et ſtatuit ſupꝛa petrã pedes meos: et direxit greſſus meos. Et immiſit in os meũ cãticum nouũ: carmen deo noſtro. Videbũt multi: ⁊ timebũt: ⁊ ſperabũt in domino. Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius: ⁊ non reſpexit in vanitates ⁊ inſanias falſas. Multa feciſti tu dñe deus meus mirabilia tua: ⁊ cogitationibꝰ tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi. Annũciaui ⁊ locutus ſum: multiplicati ſunt ſup numerũ. Sacrificium ⁊ oblationẽ noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtũ ⁊ pꝛo peccato non poſtulaſti: tunc dixi: ecce venio. In capite libꝛi ſcriptũ eſt de me: vt facerẽ voluntatem tuam: deus meus volui: et legem tuam in medio coꝛdis mei. Annũciaui iuſticiam tuã in eccleſia magna: ecce labia mea non pꝛohibebo: domine tu ſciſti. Iuſticiã tuam non abſcondi in coꝛde meo: veritatẽ tuam ⁊ ſalutare tuũ dixi. Non abſcondi miſericoꝛdiam tuam: ⁊ veritatem tuã a conſilio multo. Tu aũt domine ne elonge facias miſerationes tuas a me: miſericoꝛdia tua ⁊ veritas tua ſemp ſuſceperũt me. Quoniã circũdederũt me mala: quoꝛũ nõ eſt numerus: compꝛehẽderũt me iniquitates meę: ⁊ non potui vt viderẽ. Multiplicatę ſunt ſuper capillos capitis mei: ⁊ coꝛ meũ dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandũ me reſpice. Cõfundantur ⁊ reuereantur ſimul qui quęrunt animã meã: vt auferant eã. Auertantur retroꝛſum ⁊ reuereantur: qui volunt mihi mala. Ferant cõfeſtim cõfuſionem ſuã: qui dicũt mihi euge euge. Exultẽt ⁊ lętentur ſuper te omnes quęrẽtes te: ⁊ dicant ſemp magnificetur dominus: qui diligũt ſalutare tuũ. Ego aũt mẽdicus ſum et pauper: dominus ſollicitus eſt mei. Adiutoꝛ meus ⁊ ꝓtectoꝛ meus tu es: deus meus ne tardaueris.

¶ In finem pſalmus Dauid. XL.

B Eatus qui intelligit ſuper egenũ ⁊ pauperem in die mala liberabit eũ dominꝰ. Dñs conſeruet eũ: ⁊ viuificet eũ: ⁊ btm̃ faciat eũ in terra: et non tradat eũ in animã inimicoꝛũ eius. Dñs opem ferat illi ſup lectũ doloꝛis eius: vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius. Ego dixi: dñe miſerere mei: ſana aĩam meã: quia peccaui tibi. Inimici mei dixerũt mala mihi: quando moꝛiet̃: ⁊ peribit nomẽ eius? Et ſi ingrediebat̃ vt videret: vana loquebat̃ coꝛ eius: cõgregauit iniq̃tatẽ ſibi. Egrediebat̃ foꝛas: ⁊ loquebatur in idipſum. Aduerſum me ſuſurrabãt omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi. Verbũ iniquũ cõſtituerunt aduerſum me: nunquid qui doꝛmit non adijciet vt reſurgat? Etenim homo pacis meę: in quo ſperaui: qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationẽ. Tu aũt dñe miſerere mei: et reſuſcita me: et retribuã eis. In hoc cognoui quoniã voluiſti me: quoniã non gaudebit inimicus meus ſuper me. Me autẽ propter innocentiã ſuſcepiſti: ⁊ cõfirmaſti me in cõſpectu tuo in ęternũ. Benedictus dñs deus Iſrael a ſeculo: ⁊ in ſeculũ fiat fiat.

¶ In finẽ ĩtellectus filijs Choꝛe pſalmꝰ Dauid. XLI

Q Uemadmodũ deſiderat ceruꝰ ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deꝰ. Sitiuit aĩa mea ad deũ fontẽ viuũ: quãdo veniã ⁊ apparebo ante faciẽ dei? Fuerunt mihi lachꝛymę meę panes die ac nocte: dũ dicit̃ mihi q̃tidie: vbi eſt deꝰ tuus? Hęc recoꝛdatus ſum: ⁊ effudi in me animã meã: quoniã trãſibo ĩ locũ tabernaculi admirabilis vſq; ad domũ dei. In voce exultatiõis ⁊ cõfeſſionis: ſonus epulantis. Quare triſtis es anima mea: ⁊ quare conturbas me? Spera in deo: quoniã adhuc cõfiteboꝛ illi: ſalutare vultus mei: et deus meus. Ad meipſuꝫ anima mea cõturbata eſt: pꝛopterea memoꝛ ero tui de terra Ioꝛdanis: ⁊ hermoniim a mõte modico. Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarũ tuarũ. Oĩa excelſa tua: ⁊ fluctꝰ tui ſup me trãſierũt. In die mãdauit dñs miſericoꝛdiã ſuã: ⁊ nocte canticũ eius. Apud me oꝛatio deo vitę meę: dicã deo: ſuſceptoꝛ meus es. Quare oblitus es mei: ⁊ quare cõtriſtatꝰ incedo dũ affligit me inimicꝰ? Dũ cõfringunt̃ oſſa mea: expꝛobꝛauerũt mihi: qui tribulãt me inimici mei. Dũ dicũt mihi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus: q̃re triſtis es anima mea: ⁊ q̃re cõturbas me? Spera ĩ deo: qm̃ adhuc cõfiteboꝛ illi: ſalutare vultus mei: ⁊ deus meus.

¶ In finem pſalmus Dauid. XLII.

I Udica me deꝰ: ⁊ diſcerne cauſaꝫ meã de gẽte nõ ſancta: ab hoĩe iniq̃ ⁊ doloſo erue me. Quia tu es deꝰ foꝛtitudo mea: q̃re me repuliſti: et q̃re triſtis incedo: dũ affligit me inimicus? Emitte lucẽ tuã: ⁊ veritatẽ tuã: ipa me deduxerũt: ⁊ adduxerũt in montẽ ſctm̃ tuũ: et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad

deum qui letificat iuuentutē meam. Confitebor tibi in
cithara deus deus meus: quare triſtis es anima mea: et
quare conturbas me? Spera in deo: quoniā adhuc cōfi-
tebor illi: ſalutare vultus mei: ⁊ deus meus.

¶ In finē ꝓ filijs Chore intellectꝰ pſal. Dauid. XLIII.

DEus auribꝰ noſtris audiuimus: patres noſtri
annunciauerūt nobis. Opus quod operatꝰ es
in diebus eoꝝ: et in diebus antiquis. Manus
tua gētes diſperdidit: ⁊ plātaſti eos: afflixiſti populos:
⁊ expuliſti eos. Nec enim in gladio ſuo poſſederunt ter
ram: ⁊ brachiū eorū non ſaluauit eos. Sed dextera tua:
⁊ brachiū tuū: ⁊ illuminatio vultus tui: quoniā compla
cuiſti in eis. Tu es ipſe rex meus ⁊ deus meus: qui man
das ſalutes Iacob. In te inimicos noſtros vētilabimꝰ
cornu: et in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos.
Non enim in arcu meo ſperabo: et gladius meus nō ſal
uabit me. Saluaſti enī nos de affligētibus nos: et odien
tes nos confudiſti. In deo laudabimur tota die: et in no
mine tuo cōfitebimur tibi in ſeculū. Nūc autem repuli-
ſti et confudiſti nos: ⁊ non egredieris deus in virtutibꝰ
noſtris. Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros:
⁊ qui oderūt nos: diripiebāt ſibi. Dediſti nos tāq̄ oues
eſcarū: ⁊ in gentibus diſperſiſti nos. Vendidiſti populū
tuū ſine precio: et non fuit multitudo in cōmutatiōibus
eorū. Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris: ſubſanna-
tionem ⁊ deriſum his qui in circuitu noſtro ſunt. Po-
ſuiſti nos in ſimilitudinē gētibus: cōmotionem capitis
in populis. Tota die verecūdia mea contra me eſt: ⁊ cō-
fuſio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrātis ⁊ ob-
loquētis: a facie inimici et perſequentis. Hec omnia ve
nerunt ſuper nos: nec obliti ſumus te: ⁊ inique non egi-
mus in teſtamento tuo. Et nō receſſit retro cor noſtrū:
⁊ declinaſti ſemitas noſtras a via tua. Quoniā humilia-
ſti nos in loco afflictionis: ⁊ cooperuit nos vmbra mor-
tis. Si obliti ſumus nomen dei noſtri: ⁊ ſi expandimus
manus noſtras ad deū alienū. Nonne deus requiret iſta?
ipſe enī nouit abſcōdita cordis. Quoniā propter te mor
tificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſiōis.
Exurge: quare obdormis domine? exurge ⁊ ne repellas
in finē. Quare faciē tuā auertis: obliuiſceris inopie no-
ſtre ⁊ tribulationis noſtre? Quoniā humiliata eſt in pul
uere aīa nr̄a: cōglutinatꝰ eſt in terra vēter noſter. Exur
ge dn̄e adiuua nos: ⁊ redime nos ꝓpter nomen tuū.

¶ In finē pro his: qui cōmutabuntur filijs Chore ad
intellectū: canticum pro dilecto. XLIIII.

ERuctauit cor meū verbū bonū: dico ego opera
mea regi. Lingua mea calamꝰ ſcribe: velociter
ſcribentis. Speciosus forma pre filijs hominū:
diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deꝰ
in eternū. Accingere gladio tuo ſup foemur tuū poten-
tiſſime. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intēde ꝓſpere:
procede et regna. Propter veritatē ⁊ manſuetudinē et
iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte
tue acute ppl'ī ſub te cadēt: ī corda inimicoꝝ regis. Se
Hebr. i. c. des tua deꝰ in ſeculū ſeculi: virga directiōis virga regni
tui. Dilexiſti iuſticiā: et odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit
te deus deus tuꝰ oleo leticie pre cōſortibus tuis. Myr
rha ⁊ gutta ⁊ caſia a veſtimētis tuis: a domibꝰ eburneis
ex quibꝰ delectauerūt te filie regū in honore tuo. Aſtitit
regina a dextris tuis: in veſtitu deaurato: circūdata va-
rietate. Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurē tuā: ⁊ obliuiſce-
re populū tuū ⁊ domū patris tui. Et cōcupiſcet rex de-
corem tuū: quoniā ipſe eſt dominus deus tuus: ⁊ adora
būt eū. Et filie Tyri in muneribꝰ vultū tuū depcabunt:
oēs diuites plebis. Oīs gloria eius filie regis: ab intus
in fimbrijs aureis: circūamicta varietatibꝰ. Adducētur
regi virgines poſt eā: proxime eius afferentur tibi. Affe
rentur in leticia ⁊ exultatiōe: adducent in tēplū regis.
Pro patribꝰ tuis nati ſunt tibi filij: cōſtitues eos prin-
cipes ſuper oēm terram. Memores erunt nominis tui
domine: in omni generatione ⁊ generationē. Propterea
populi cōfitebuntur tibi in eternū: ⁊ in ſeculū ſeculi.

¶ In finē filijs Chore pro arcanis pſal. Dauid. XLV.

DEus noſter refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribu-
lationibus: q̄ iuenerūt nos nimis. Propterea
nō timebimꝰ dū turbabit terra: ⁊ trāſferentur
mōtes in cor maris. Sonuerūt: ⁊ turbate ſunt aque eo-
rum: conturbati ſunt mōtes in fortitudine eius. Flumi
nis impetus letificat ciuitatē dei: ſanctificauit taberna-
culum ſuū altiſſimus. Deus in medio eius non cōmoue
bitur: adiuuabit eā deꝰ mane diluculo. Cōturbate ſunt
gētes: ⁊ inclinata ſunt regna: dedit vocē ſuam: mota eſt
terra. Dominus virtutū nobiſcū: ſuſceptor noſter deus
Iacob. Venite ⁊ videte opera domini: que poſuit prodi
gia ſuper terrā: auferēs bella vſq₃ ad finē terre. Arcū cō-
teret: ⁊ cōfringet arma: ⁊ ſcuta cōburet igni. Vacate: et
videte: quoniā ego ſum deus: exaltabor in gētibꝰ: et exal ſup. eodē.
tabor in terra. Dominus virtutū nobiſcū: ſuſceptor no-
ſter deus Iacob.

¶ In finē pro filijs Chore Pſal. Dauid. XLVI.

OMnes gētes plaudite manibꝰ: iubilate deo in
voce exultatiōis. Quoniā dn̄s excelſus terribi-
lis: rex magnus ſup oēm terrā. Subiecit popu
los nobis: et gentes ſub pedibꝰ noſtris. Elegit nobis he
reditatē ſuā: ſpeciem Iacob: quē dilexit. Aſcendit deus
in iubilo: et dominus in voce tube. Pſallite deo noſtro
pſallite: pſallite regi noſtro pſallite. Quoniā rex oīs ter
re deus: pſallite ſapienter. Regnabit deus ſuper gētes:
deus ſedet ſuper ſedem ſanctā ſuā. Principes populo-
rum congregati ſunt cū deo Abraam: quoniā dij fortes
terre vehementer eleuati ſunt.

¶ Pſalmꝰ cātici filijs Chore ſecūda ſabbati. XLVII.

MAgnus dominus ⁊ laudabilis nimis: in ciuita
te dei noſtri in mōte ſancto eius. Fundat exul
tatione vniuerſe terre mōs Sion: latera aqui
lonis ciuitas regis magni. Deus ī domibꝰ eiꝰ cognoſce
tur: cū ſuſcipiet eā. Quoniā ecce reges terre cōgregati
ſunt: cōuenerūt in vnū. Ipſi vidētes ſic admirati ſunt:
cōturbati ſunt: cōmoti ſunt: tremor apphēdit eos. Ibi
dolores vt parturiētis: in ſpiritu vehemēti conteres na
ues Tharſis. Sicut audiuimus: ſic vidimus ī ciuitate
domini virtutū: in ciuitate dei noſtri: deus fundauit eā infra. 96.
in eternū. Suſcepimus deus miſericordiā tuā: ī medio
tēpli tui. Secundū nomē tuū deꝰ: ſic ⁊ laus tua in fines
terre. Iuſtitia plena eſt dextera tua. Letet mōs Sion:
⁊ exultēt filie Iude: ꝓpter iudicia tua dn̄e. Circundate
Sion: ⁊ cōplectimini eā: narrate in turribꝰ eiꝰ. Ponite
corda veſtra in virtute eiꝰ: ⁊ diſtribuite domos eius: vt
enarretis ī ꝓgenie altera. Quoniā hic eſt deꝰ deꝰ noſter
in eternū: ⁊ in ſeculū ſeculi: ⁊ ipſe reget nos in ſecula.

¶ In finē pro filijs Chore pſal. Dauid. XLVIII.

AVdite hec omnes gētes: auribus percipite oēs
qui habitatis orbē. Quiq₃ terrigene ⁊ filij ho-
minum: ſimul in vnū diues ⁊ pauper. Os meū
loquetur ſapientiā: et meditatio cordis mei prudentiā.
Inclinabo in parabolā aurē meā: aperiā ī pſalterio pro-
poſitionē meam. Cur timebo in die mala: iniquitas cal
canei mei circūdabit me. Qui cōfidūt ī virtute ſua: et in
multitudine diuitiarū ſuarū gloriantur. Frater nō redi
mit: redimet homo: non dabit deo placationē ſuam. Et
precium redēptionis anime ſue: ⁊ laborabit in eternum: ⁊
viuet adhuc in finē. Nō videbit interitum: cū viderit ſa
pientes moriētes: ſimul inſipiens ⁊ ſtultus peribūt. Et
relinquēt alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulchra eoꝝ domꝰ il
lorum in eternū. Tabernacula eorū in progenie ⁊ proge infra eodē
nie: vocauerūt nomina ſua in terris ſuis. Et hō cū in ho
nore eſſet: nō intellexit: cōparatus eſt iumētis inſipien-
tibus: ⁊ ſimilis factus eſt illis. Hec via illorū ſcandalum
ipſis: ⁊ poſtea in ore ſuo cōplacebūt. Sicut oues in infer
no poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et dominabunt eoꝝ

iuſti in matutino: ⁊ auxiliū coꝛum veteraſcet in īferno a
Job 27 b gloꝛia coꝝ. Ueruntamen deus redimet aīam meā de ma
nu īferi: cū acceperit me. Ne timueritis: cū diues fact⁹
fuerit homo: ⁊ cū multiplicata fuerit gloꝛia domus ei⁹.
Quoniā cū interierit: nō ſumet oīa: neqꝫ deſcendet cum
eo gloꝛia eius. Quia aīa eius in vita ipſius benedicetur
ſupra eod confitebit̄ tibi cū benefeceris ei. Introibit vſqꝫ in pꝛoge
nies patrū ſuoꝝ: vqꝫ in ęternū nō videbit lumē. Homo
cum in honoꝛe eſſet non intellexit: cōparatus eſt iumen
tis inſipientibus: et ſimilis factus eſt illis.

¶ Pſalmus Aſaph. XLIX.

Deus deoꝝ dominus locutus eſt: ⁊ vocauit ter
rā. A ſolis oꝛtus vſqꝫ ad occaſum: ex ſion ſpeci-
es decoꝛis eius. Deus manifeſte veniet: de⁹ no
ſter: ⁊ nō ſilebit. Ignis in cōſpectu eius exardeſcet: ⁊ in
circūitu eius tēpeſtas valida. Aduocauit cęlū deſurſum
⁊ terrā diſcernere ppl'm ſuū. Cōgregate illi ſanctos ei⁹
qui oꝛdinant teſtamentū eius ſup ſacrificia. Et annūcia
būt cęli iuſtitiā eius: quoniā deus iudex eſt. Audi popu-
lus meus: ⁊ loquar Iſrael: ⁊ teſtificaboꝛ tibi: deus deus
tuus ego ſum. Nō in ſacrificijs tuis arguā te: holocau-
ſta aūt tua in cōſpectu meo ſunt ſemp. Nō accipiā de do
mo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos. Quoniā
meę ſunt oēs ferę ſyluarū: iumenta ī montibus: ⁊ boues
Cognoui oīa volatilia cęli: ⁊ pulchꝛitudo agri mecū eſt
Si eſuriero: nō dicā tibi: meus eſt eñ oꝛbis terrę: ⁊ ple-
nitudo eius. Nunqd mādu cabo carnes tauroꝝ: aut ſan
guinē hircoꝝ potabo? Immola deo ſacrificiū laudis: et
redde altiſſimo vota tua: ⁊ inuoca me in die tribulatiōis
⁊ eruā te: ⁊ honoꝛificabis me. Peccatoꝛi aūt dixit deus
quare tu enarras iuſtitias meas: et aſſumis teſtamentū
meū p os tuū? Tu vero odiſti diſciplinā: ⁊ pꝛoieciſti ſer-
mones meos retroꝛſum. Si videbas furē: currebas cū
eo: ⁊ cū adulteris poꝛtionē tuā ponebas. Os tuū abūda
uit malitia: ⁊ lingua tua cōcinnabat dolos. Sedens ad
uerſus fratrē tuū loqbaris: ⁊ aduerſus filiū matris tuę
ponebas ſcādalū: hęc feciſti: et tacui. Exiſtimaſti inique
ꝙ ero tui ſimilis: arguā te: ⁊ ſtatuā cōtra faciē tuā. In-
telligite hęc: qui obliuiſcimini deū: ne quando rapiat: et
nō ſit qui eripiat. Sacrificiū laudis honoꝛificabit me: ⁊
illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.

¶ Pſalmus in finem Dauid: quando venit ad eū Na-
than pꝛopheta: quando intrauit ad Bathſaba. L.

Miſerere mei deus ſecundū magnā miſericoꝛ-
diā tuā. Et ſecūdū multitudinē miſerationū
tuarū dele iniquitatē meā. Amplius laua me
ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me. Quoniā
iniquitatē meā ego cognoſco: ⁊ peccatū meū contra me
eſt ſemp. Tibi ſoli peccaui: ⁊ malū coꝛā te feci: vt iuſtifi-
ceris ī ſermonibus tuis: ⁊ vincas cū iudicaris. Ecce eñ
in iniquitatibus conceptus ſum: et in peccatis concepit
me mater mea. Ecce eñ veritatē dilexiſti: incerta et oc-
culta ſapientię tuę manifeſtaſti mihi. Aſperges me dñe
hyſopo: ⁊ mūdaboꝛ: lauabis me: ⁊ ſuper niuē dealbaboꝛ
Auditui meo dabis gaudiū et lęticiā: ⁊ exultabunt oſſa
humiliata. Auerte faciē a peccatꝭ meis: ⁊ oēs iniqtates
meas dele. Coꝛ mundū crea in me deus: et ſpiritū rectū
innoua ī viſceribus meis. Ne pꝛoijcias me a facie tua: ⁊
ſpiritū ſanctū tuū ne auferas a me. Redde mihi lęticiā
ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali confirma me. Docebo
iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te cōuertētur. Libera me
de ſanguinibus deus deus ſalutꝭ meę: ⁊ exultabit ligua
mea iuſticiā tuā. Domine labia me aperies: ⁊ os meū an
nunciabit laudem tuā. Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū de-
diſſem: vtiqꝫ holocauſtis nō delectaberis. Sacrificium
deo ſpiritus contribulatus: coꝛ contritū ⁊ humiliatum
deus non deſpicies. Benigne fac domine in bona volun
tate tua Sion: vt ędificentur muri Ieruſalē. Tunc ac-
ceptabis ſacrificiū iuſtitię: oblationes et holocauſta: tūc
imponent ſuper altare tuum vitulos.

¶ In finē intellectus Dauid: cū venit ad eū Doech idu
męus: ⁊ nūciauit ſauli: venit dauid in domū achimelech

Quid gloꝛiaris in malicia: q̇ potens es LI.
in iniquitate? Tota die iniuſticiā cogitauit lin
gua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolū. Dile
xiſti malitiā ſup benignitatē: iniquitatē magis: ꝙ loqui
equitatē. Dilexiſti oīa verba pꝛęcipitationis lingua do-
loſa. Pꝛoptera de⁹ deſtruet te ī finē: euellet te: ⁊ emigra
bit te de tabernaculo tuo: ⁊ radicē tuā de terra viuentiū
Uidebunt iuſti ⁊ timebunt: ⁊ ſup eū ridebunt: ⁊ dicent:
ecce homo qui nō poſuit deū adiutoꝛē ſuum. Sed ſpera
uit in multitudine diuitiarū ſuarū: ⁊ pręualuit ī vanita
te ſua. Ego aūt ſicut oliua fructifera in domo dei: ſpera
ui in miſericoꝛdia dei in ęternū: ⁊ in ſeculū ſeculi Cōfite
boꝛ tibi ī ſeculū: q̇a feciſti: ⁊ expectabo nomē tuū: qm̄ bo-
nū eſt in cōſpectu ſanctoꝛū tuoꝛū.

¶ In finē intellectus Dauid pꝛo Amalec. LII.

Dixit inſipiens in coꝛde ſuo: nō eſt deus. Coꝛru ſupra.13
pti ſunt: ⁊ aboīabiles facti ſunt ī iniquitatibus
nō eſt qui faciat bonū. Deus de cęlo pſpexit ſu ſupra.13.
p filios hoīm: vt videat ſi eſt ītelligēs: aut requirēs deū. Rom.3.b
Oēs declinauerūt: ſimul inutiles facti ſunt: ⁊ nō eſt q̇ fa
cia bonū: nō eſt vſqꝫ ad vnū. Nōne ſcient oēs: qui operāt̄ ſupra.13
iniquitatē: qui deuoꝛant plebē meā: vt cibū panis? Deū
nō inuocauerunt: illic trepidauerūt timoꝛe: vbi nō fuit
timoꝛ. Quoniā deus diſſipauit oſſa eoꝝ: qui hoībus pla
cēt: cōfuſi ſunt: quoniā deus ſpꝛeuit eos. Quis dabit ex
Sion ſalutare Iſrael: cum cōuerterit dominus captiui
tatē plebis ſuę: exultabit Iacob: ⁊ lętabitur iſrael.

¶ In finem in carminibus: vel hymnis intellectus Da
uid: cum veniſſent Ziphei: ⁊ nunciaſſent Sauli: nonne
Dauid abſconditus eſt apud nos? LIII

Deus in noīe tuo ſaluū me fac: ⁊ ī virtute tua iu
dica me. Deus exaudi oꝛationē meā: auribus p
cipe verba oꝛis mei. Quoniā alieni īſurrexerūt
aduerſum me: ⁊ foꝛtes quęſierūt aīm meā: ⁊ nō ppoſue-
rūt deū ante cōſpectū ſuū. Ecce eñ deus adiuuat me: et
dñs ſuſceptoꝛ eſt aīę meę. Auerte mala inimicis meis: ⁊
ī veritate tua diſperde illos. Uoluntarie ſacrificabo ti-
bi: ⁊ cōfiteboꝛ nomini tuo dñe: quoniā bonū eſt. Quoni
am ex oī tribulatione eripuiſti me: et ſuper inimicos me
os deſpexit oculus meus.

¶ In finē in carminibus intellectus Dauid LIIII

Exaudi deus oꝛationē meā: ⁊ ne deſpexerꝭ depꝛę
cationē meā: ītende mihi: ⁊ exaudi me. Cōtriſta
tus ſum ī exercitatione mea ⁊ cōturbatus ſum a
voce inimici: ⁊ a tribulatiōe peccatoꝝ. Quoniā declina
uerūt ī me iniqtates: ⁊ ī ira moleſti erāt mihi. Coꝛ meū
cōturbatū eſt ī me: ⁊ foꝛmido moꝛtis cecidit ſup me. Ti
moꝛ ⁊ tremoꝛ venerūt ſup me: ⁊ cōtexerunt me tenebꝛę.
Et dixi q̇s dabit mihi pennas ſicut columbę: ⁊ volabo: ⁊
requieſcā? Ecce elongaui fugiēs: ⁊ māſi ī ſolitudine. Ex
pectabā eū: qui ſaluū me fecit: a puſillanimitate ſpiritus
⁊ tēpeſtate. Pꝛęcipita dñe: diuide liguas eoꝝ: qm̄ vidi
iniquitatē: et cōtradictionē in ciuitate. Die ac nocte cir
cūdabit eā ſup muros eius iniqtas: ⁊ laboꝛ in medio ei⁹
⁊ iniuſtitia. Et non defecit de plateis ei⁹ vſura: et dolus
Quoniā ſi inimicus me⁹ maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem
vtiqꝫ. Et ſi is: qui oderat me: ſup me magna locut⁹ fuiſ-
ſet: abſcōdiſſem me foꝛſitā ab eo. Tu vo homo vnanimꝭ
dux meus: ⁊ notus meus: Qui ſimul mecū dulces capie
bas cibos: in domo dei ambulauim⁹ cū cōſenſu. Ueniat
moꝛs ſup illos: ⁊ deſcendāt in infernū viuētes. Quoniā
nequitię in habitacul' eoꝝ: ī medio eoꝝ. Ego aūt ad deū
clamaui: ⁊ dñs ſaluabit me. Ueſpere ⁊ mane et meridie
narrabo: ⁊ annūciabo: ⁊ exaudiet vocē meā. Redimet ī
pace aīam meā ab his: qui appꝛopinquāt mihi: qm̄ inter
multos erāt mecū. Exaudiet deus: ⁊ humiliabit illos: q̇
eſt ante ſecula. Nō eñ eſt illis cōmutatio: ⁊ non timue-
runt deū: extendit manū ſuā ī retribuendo. Cōtamina-

uerunt teſtamentum eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius
⁊ appꝛopinquauit coꝛ illius. Molliti ſunt ſermones eiꝰ
ſuper oleū: ⁊ ipſi ſunt iacula. Iacta ſuper dominū curā
tuā: ⁊ ipſe te enutriet: et non dabit in ęternū fluctuatio-
nem iuſto. Tu vero deus deduces eos in puteū interitꝰ
Uiri ſanguinū: ⁊ doloſi nō dimidiabūt dies ſuos: ego au
tem ſperabo in te domine

¶ In finē p̱ ppl'o: q̄ a ſanctis longe factꝰ eſt in tituli in-
ſcriptōe ipſi dauid cū teneręt eū allophyli ī Geth. LV

ſupra.50. MIſerere mei deus: qm̄ cōculcauit me homo: to
ta die impugnans tribulauit me. Cōculcaue
rūt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellan-
tes aduerſum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero ī
te ſperabo. In deo laudabo ſermones meos: in deo ſpa-
ui: non timebo q̄d faciat mihi caro. Tota die verba mea
execrabant̄ aduerſum me: oēs cogitatiōes eoꝝ̄ in malū
Inhabitabūt ⁊ abſcōdēt: ipſi calcaneū meū obſeruabūt.
Sicut ſuſtinuerūt aīam meā: pꝛo nihilo ſaluos facies il-
los: in ira populos cōfringes. Deus vitā meā annuncia
uit tibi: poſuiſti lachꝛymas meas ī cōſpectu tuo. Sicut
⁊ in pꝛomiſſione tua: tunc cōuertent̄ inimici mei retroꝛ
ſum. In quacunq̧ die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ de
us meus es. In deo laudabo verbū: in domino laudabo
ſermonem: in deo ſperaui: non timebo quid faciat mihi
Inſra.114.c homo. In me ſunt deꝰ vota tua: quę reddā laudatiōes
tibi. Quoniā eripuiſti aīam meā de moꝛte: ⁊ pedes me-
os de lapſu: vt placeā coꝛā deo in lumine viuentium.

¶ In finē ne diſperdas dauid in tituli inſcriptiōe: cū fu
geret a facie ſaul regis iſrael in ſpeluncā. LVI

MIſerere mei deus: miſerere mei: qm̄ in te confi
dit aīa mea: ⁊ ī vmbꝛa alaꝝ tuarū ſperabo: do
nec ptranſeat iniq̄tas. Clamabo ad deū altiſ-
ſimū: deum qui benefecit mihi. Miſit de cęlo: et libera-
uit me: dedit in oppꝛobꝛium cōculcantes me. Miſit de
us miſericoꝛdiam ſuam: et veritatem ſuā: et eripuit ani-
mā meam de medio catuloꝛum leonum: doꝛmiui cōtur
batus. Filij hominū dentes eoꝝ̄ arma et ſagittę: et lin-
gua eoꝝ̄ gladius acutus. Exaltare ſuper cęlos deus: ⁊
ſuper omnem terram gloꝛia tua. Laqueum parauerūt
Inſra.107 pedibus meis: et incuruauerunt animam meam. Fode-
runt ante faciē meā foueā: et inciderunt in eam. Para-
tum coꝛ meū deus: paratū coꝛ meū: cantabo: et pſalmū
dicā domino. Exurge gloꝛia mea: exurge pſalteriū et ci
thara: exurgam diluculo. Confitebοꝛ in populis domi-
ne: et pſalmum dicam tibi in gentibus. Quoniā magni
ficata eſt vſq̧ ad cęlos miſericoꝛdia tua: et vſq̧ ad nu-
bes veritas tua. Exaltare ſuper cęlos deus: et ſuper om
nem terrā gloꝛia tua.

¶ In finē ne diſp̄das dauid in tituli īſcriptiōe. LVII

SI vere vtiq̧ iuſticiā loquimini: recte iudicate fi
lij hominū. Etenim in coꝛde iniquitates opera
mini in terra: iniuſticias manus veſtrę concin-
nant. Alienati ſunt peccatoꝛes: a vulua errauerunt: ab
vtero locuti ſunt falſa. Furoꝛ illis ſecundū ſimilitudinē
ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdę: obturantis aures ſuas.
Quę nō exaudiet vocē in cantantiū: ⁊ venefici incantan
tis ſapienter. Deus cōteret dentes eoꝝ̄ in oꝛe ipſoꝛum
molas leonū confringet dn̄s. Ad nihilū deuenient tanq̄
aqua decurrens: intendit arcū ſuū: donec infirmentur.
Sicut cęra quę fluit auferētur: ſupercecidit ignis: ⁊ nō
viderunt ſolem. Priuſq̄ intelligerent ſpinę veſtrę ram
num: ſicut viuentes ſic in ira abſoꝛbet eos. Lętabitur iu
ſtus: cum viderit vindictā: manus ſuas lauabit ī ſangui
ne peccatoꝛis. Et dicet homo ſi vtiq̧ eſt fructus iuſto:
vtiq̧ eſt deus iudicans eos in terra.

¶ In finē ne diſp̄das dauid ī tituli īſcriptiōe: quādo mi
ſit ſaul: ⁊ cuſtodiuit domū eius: vt interficeret eū. LVIII

ERipe me de inimicis meis deus meus: ⁊ ab īſur
gentibus in me libera me. Eripe me deo peranti
bus iniquitatē: et de viris ſanguinum ſalua me.
Quia ecce ceperunt animā meā: irruerunt in foꝛtes. Ne
q̧ iniquitas mea: neq̧ peccatū meū domine: ſine iniqui- Infra.eo
tate cucurri: ⁊ direxi. Exurge in occurſum meū: ⁊ vide:
et tu domine deus virtutū deus Iſrael. Intende ad viſi
tandas omnes gentes: non miſerearis om̄ibus: qui ope
rantur iniquitatē. Conuertantur ad veſperā: ⁊ famem
patientur: vt canes: et circūibunt ciuitatē. Ecce loquen
tur in oꝛe ſuo: ⁊ gladius in labijs eoꝝ: quoniā quis audi
uit? Et tu domine deridebis eos: ⁊ ad nihilum deduces
oēs gentes. Foꝛtitudinē meā ad te cuſtodiā: quia deus
ſuſceptoꝛ meus es: deus meus miſericoꝛdia eius pꝛęue-
niet me. Deus oſtēdit mihi ſuper inimicos meos: ne oc
cidas eos: ne quādo obliuiſcātur populi mei. Diſperge
illos in virtute tua: ⁊ depone eos pꝛotectoꝛ meus domi
ne. Delictū oꝛis eoꝝ̄ ſermonē labioꝝ̄ ipſoꝝ̄: ⁊ cōpꝛehē
dantur in ſuperbia ſua. Et de execratione ⁊ mēdacio an Supra eo
nunciabuntur in cōſummatione: in ira cōſummationis
et non erunt. Et ſcient quia deus dominabitur iacob: et
finiū terrę. Cōuertentur ad veſperā: ⁊ famē patiētur vt
canes: ⁊ circūibunt ciuitatē. Ipſi diſpergentur ad man
ducandū: ſi vero non fuerint ſaturati: ⁊ murmurabunt.
Ego aūt cantabo foꝛtitudinē tuā: ⁊ exaltabo mane mi-
ſericoꝛdiā tuā. Quia factus es ſuſceptoꝛ meꝰ: ⁊ refugiū
meū in die tribulationis meę. Adiutoꝛ meus tibi pſallā
q̄a deus ſuſceptoꝛ meus es: deus meꝰ miſericoꝛdia mea.

¶ In finē pꝛo his: qui cōmutabunt̄ ī tituli īſcriptione
ipſi David in doctrinā: cū ſuccendit meſopotamiā ſyrię
⁊ Syriā Sobal: ⁊ conuertit Ioab: ⁊ percuſſit Edom in
valle Salinarum duodecim millia. LIX.

DEus repuliſti nos: ⁊ deſtruxiſti nos: iratus es
⁊ miſertus es nobis. Cōmouiſti terrā: ⁊ cōtur
baſti eam: ſana cōtritiones eius: q̄a cōmota eſt
Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino cōpuncti
onis. Dediſti metuentibus te ſignificationē: vt fugiant
a facie arcus. Et liberentur dilecti tui: ſaluū fac dextera infra.107
tua ⁊ exaudi me. Deus locutus eſt in ſancto ſuo: lętaboꝛ
⁊ partiboꝛ ſichimā: ⁊ cōuallē tabernaculoꝛum metiboꝛ.
Meus eſt galaad: ⁊ meus eſt manaſſes: ⁊ effraim foꝛti
tudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla ſpei meę.
In Idumeā extendā calceamentū meū: mihi alienige-
nę ſubditi ſunt. Quis deducet me in ciuitatē munitā:
q̄s deducet me vſq̧ in Idumeā? Nōne tu deus: q̄ repu- nfra.107
liſti nos? ⁊ nō egredieris deus in virtutibus noſtris. Da
nobis auxiliū de tribulatōe: ⁊ vana ſalus hoīs. In deo fa
ciemus virtutē: ⁊ ipſe ad nihilū deducet tribulātes nos

¶ In finē in hymnis pſalmus David. LX.

EXaudi deus depꝛecationē meā: intende oꝛatiōī
meę. A finibus terrę ad te clamaui: dū anxiaret̄
coꝛ meū: in petra exaltaſti me. Deduxiſti me: q2
factus es ſpes mea: turris foꝛtitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula: pꝛotegar ī ve
lamento alarū tuarū. Quoniā tu deus meus exaudiſti
oꝛationē meā: dediſti hęreditatē timentibus nomē tuū
Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſq̧ in diem
generationis et generationis. Permanet in ęternū in
conſpectu dei: miſericoꝛdiā ⁊ veritatē eius quis req̄ret?
Sic pſalmū dicā nomini tuo in ſeculum ſeculi: vt reddā
vota mea de die in diem.

¶ In finē pꝛo Idithun Pſalmus David LXI.

NOnne deo ſubiecta erit aīa mea? ab ipſo em̄ ſa-
lutare meū. Nā ⁊ ipſe deꝰ meus ⁊ ſalutar̄ me-
us: ſuſceptoꝛ meꝰ nō moueboꝛ amplius. Quo-
vſq̧ irruitis in hoīem: interficitis vniuerſi vos: tanq̄ pa
rieti īclinato: ⁊ macerię depulſę? Uerūtamē pꝛeciū meū
cogitauerūt repellere: cucurri ī ſiti: oꝛe ſuo benedicebāt
⁊ coꝛde ſuo maledicebāt. Ueruntamē deo ſubiecta eſto
aīa mea: qm̄ ab ipſo patiētia mea. Quia ipſe deus meus
⁊ ſaluatoꝛ meus: adiutoꝛ meus nō emigrabo. In deo ſa
lutare meū: ⁊ gloꝛia mea: deus auxilij mei: ⁊ ſpes mea in
deo eſt. Sperate in eo oīs cōgregatio populi: effundite

corā illo corda veſtra: deus adiutor noſter ī ęternū. Ve-
runtamē vani filij hoīm: mēdaces filij hoīm in ſtateris:
vt decipiāt ipſi de vanitate inidipſum. Nolite ſperare ī
iniq̄tate: 7 rapinas nolite cōcupiſcere: diuitię ſi affluant
nolite cor apponere. Semel locut᷒ eſt de᷒: duo hęc audi
ui: q̄a poteſtas dei eſt: 7 tibi dn̄e miſericordia: q̄a tu red-
das vniciuiq; iuxta opera ſua.

¶ Pſalmus Dauid cū eſſet in deſerto Idumeę. LXII

Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit ī
te aīa mea: ꝙ multipliciter tibi caro mea. In
terra deſerta inuia: 7 iaquoſa: ſic 7 in ſancto ap
parui tibi: vt viderē virtutē tuā: et gloriā tuā. Q̄m meli
or eſt miſericordia tua ſup vitas: labia mea laudabūt te.
Sic bn̄dicā te in vita mea: et in noīe tuo leuabo manus
meas. Sicut adipe 7 pinguedine repleat̄ aīa mea: et la-
bijs exultatiōis laudabit os meū. Sic memor fui tui ſu
per ſtratū meū in matutinꝫ meditabor ī te: q̄a fuiſti adiu
tor meus. Et in velamēto alarū tuaꝝ exultabo: adhęſit
aīa mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi vero in va-
nū q̄ſierunt aīam meā: ītroibūt in inferiora terrę: tradē
tur in manus gladij: partes vulpiū erūt. Rex vero lęta
bit̄ in deo: laudabunt̄ oēs qui iurant in eo: q̄a obſtructū
eſt os loquentiū iniqua.

¶ In finem pſalmus dauid. LXIII

Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore
inimici eripe aīam meā. Protexiſti me a cōuen
tu malignātiū: a multitudine opantiū iniq̄tatē.
Quia exacuerūt vt gladiū linguas ſuas: intēderūt arcū
rem amarā: vt ſagittēt in occultꝫ īmaculatū. Subito ſa
gittabūt eū: 7 nō timebūt: firmauerūt ſibi ſermonē neq̄
Narrauerūt vt abſcōderēt laqueos: dixerūt q̄s videbit
eos? Scrutati ſunt iniq̄tates: defecerūt ſcrutātes ſcru-
tinio. Accedet homo ad cor altū: 7 exaltabit̄ de᷒. Sagit
tę paruulorū factę ſunt plagę eorū: 7 infirmatę ſunt cō-
tra eos linguę eorū. Cōturbati ſunt oēs: q̄ videbāt eos:
7 timuit oīs homo. Et annūciauerūt opera dei: et facta
eius intellexerunt. Lętabitur iuſtus in dn̄o: et ſperabit
in eo: 7 laudabuntur oēs recti corde.

¶ In finē pſalmus dauid canticū Ieremię: Haggei: 7
Ezechielis de verbo ꝑegrinatiōis: vl' de populo tranſmi
grationis: cū inciperent proficiſci. LXIIII.

Te decet hymn᷒ deus in Sion: et tibi reddet̄ vo
tū in Ieruſalē. Exaudi orationē meā: ad te oīs
caro veniet. Verba iniquoꝝ ꝓualuerūt ſup nos
7 impietatibus noſtris tu ꝓpitiaberis. Beatus quē ele
giſti: 7 aſſumpſiſti: īhabitabit ī atrijs tuis. Replebimur
in bonis domus tuę: ſanctū eſt tēplū tuū: mirabile ī eq̄-
tate. Exaudi nos de᷒ ſalutarꝫ noſter: ſpes oīm finiū ter-
rę: 7 in mari longe. Preparās mōtes in virtute tua: ac-
cinctus potētia: q̄ cōturbas ꝓfundū marꝫ ſonū fluctuū
eius. Turbabunt̄ gētes: 7 timebūt: q̄ habitāt terminos
a ſignis tuis: exitus matutini: et veſpere delectabꝫ. Viſi
taſti terrā: 7 inebriaſti eā: multiplicaſti locupletare eam
Flumē dei repletū eſt aquis: paraſti cibū illoꝝ: q̄m ita eſt
ꝑparatio eius. Riuos ei᷒ inebria: multiplica genimina
eis: in ſtillicidijs eius lętabit̄ germinās. Benedices co-
ronę anni benignitatis tuę: 7 campi tui replebunt̄ vber
tate. Pinguefcēt ſpecioſa deſerti: 7 exultatiōe colles ac
cingentur. Induti ſunt arietes ouiū: et valles abunda-
bunt frumento: clamabūt etenim: hymnū dicent.

¶ In finē canticū Pſalmus. LXV.

Iubilate deo oīs terra: pſalmū dicite nomini ei᷒:
infra.90. date gloriam laudi eius. Dicite deo: ꝙ terribilia
ſunt opera tua dn̄e: in multitudine virtutis tuę
mentient̄ tibi inimici tui. Oīs terra adoret te: 7 pſallat
tibi: pſalmū dicat nomini tuo. Venite: 7 videte opa dei:
terribilis in cōſilijs ſup filios hoīm. Qui cōuertit mare
in aridā ī flumine ꝑtranſibunt pede: ibi lętabimur ī ipſo
Qui dn̄atur in virtute ſua in ęternū: oculi eius ſup gen
tes reſpiciūt: q̄ exaſperāt: nō exaltent̄ in ſemetipſis. Bn̄-
dicite gentes deū noſtrū: 7 auditā facite vocē laudis ei᷒
Qui poſuit aīam meā ad vitā: et nō dedit in cōmotionē
pedes meos. Quoniā ꝓbaſti nos deus: igne nos exaīaſti
ſicut exaīatur argentū. Induxiſti nos ī laqueū: poſuiſti
tribulatiōes in dorſo noſtro: impoſuiſti hoīes ſup capita
noſtra. Trāſiuimus ꝑ ignē 7 aquā: 7 eduxiſti nos ī refri-
geriū. Introibo in domū tuā in holocauſtis: reddā tibi
vota mea: q̄ diſtinxerūt labia mea. Et locutū eſt os meū
in tribulatiōe mea. Holocauſta medullata offerā tibi cū
īcenſo arietū: offerā tibi boues cū hircis. Venite 7 audi-
te: 7 narrabo oēs qui timetꝫ deū: quāta fecit aīę meę. Ad
ipſum ore meo clamaui: 7 exultaui ſub ligua mea. Iniq̄
tatē ſi aſpexi in corde meo: nō exaudiet dn̄s. Propterea
exaudiuit de᷒: 7 attēdit voci deprecationis meę. Bn̄di-
ct᷒ de᷒: q̄ nō amouit orationē meā: 7 miſeridiā ſuā a me.

¶ In finē in hymnis pſalmus cantici dauid. LXVI.

Deus miſereat̄ noſtri: 7 bn̄dicat nobꝫ: illuminet
vultū ſuū ſup nos: 7 miſereat̄ noſtri. Vt cognoſ
camus in terra viā tuā: in oībus gentibus ſalu
tare tuū. Cōfiteant̄ tibi populi deus: cōfiteant̄ tibi ppl'i
oēs. Lętentur 7 exultent gētes: q̄m iudicas populos in
ęquitate: 7 gentes in terra dirigis. Cōfiteant̄ tibi popu
li deus: cōfiteantur tibi populi oēs: terra dedit fructum
ſuū. Benedicat nos deus deus noſter: benedicat nos de
us: 7 metuant eū omnes fines terrę.

¶ In finē Pſalmus cantici dauid. LXVII.

Exurgat deus: 7 diſſipent̄ inimici eius: 7 fugiant
q̄ oderūt eū a facie eius. Sicut deficit fumus: de
ficiāt: ſicut fluit cera a facie ignis: ſic ꝑeant pec-
catores a facie dei. Et iuſti epulent̄: 7 exultent in cōſpe-
ctu dei: 7 delectent̄ in lęticia. Cantate deo: pſalmū dici-
te nomini ei᷒: iter facite ei: qui aſcēdit ſup occaſum: dn̄s
nomē illi. Exultate ī cōſpectu eius: turbabunt̄ a facie ei
us patris orphanorū: 7 iudicis viduaꝝ. Deus ī loco ſan
cto ſuo: deus qui īhabitare facit vnius moris in domo.
Qui educit vinctos ī fortitudine: ſimiliter eos q̄ exaſpe
rāt: q̄ habitāt in ſepulchris. Deus cū egredereris ī cōſpe
ctu populi tui: cū ꝑtranſieris in deſerto. Terrā mota eſt
etem̄ cęli diſtillauerūt a facie dei ſinai: a facie dei Iſrael.
Pluuiā voluntariā ſegregabis deus hereditati tuę: 7 ī-
firmata eſt: tu vero ꝑfeciſti eā. Animalia tua habitabūt ī
ea: paraſti ī dulcedine tua pauperi deus. Dn̄s dabit ver
bū euangelizantib᷒: virtute multa. Rex virtutū dilecti
dilecti: 7 ſpeciei domus diuidere ſpolia. Si dormiatis in
ter medios cleros: pennę colūbę deargentatę: 7 poſteri
ora dorſi eius ī pallore auri. Dū diſcernit cęleſtis reges
ſup eā: niue dealbabunt̄ in ſelmō: mōs dei: mons pinguꝫ
Mons coagulatus: mons pinguis: vt q̄d ſuſpicamini
mōtes coagulatos? Mōs in q̄ bn̄placitū eſt deo habita
re in eo: etem̄ dn̄s habitabit in finē. Currus dei decē mi
libus multiplex milia lętantiū: dn̄s in eis: in ſinai: in ſan
cto. Aſcendiſti in altū: cepiſti captiuitatē: accepiſti dona
in hoībus. Etem̄ nō credētes inhabitare dn̄m deū. Bn̄- Eph.4.b.
dictus dn̄s die q̄tidie: ꝓſperū iter faciet nobꝫ deus ſalu
tariū noſtrorū. Deus noſter deus ſaluos faciendi: 7 dn̄i
dn̄i exitus mortis. Verūtamē deus cōfringet capita in
imicorū ſuorū: verticē capilli ꝑambulantiū in dilictis ſu
is. Dixit dn̄s ex baſan cōuertā: cōuertā in ꝓfundū marꝫ
Vt intingat̄ pes tu᷒ in ſanguine: lingua canū tuorū ex
inimicis ab ipſo. Viderūt ingreſſus tuos de᷒: ingreſſus
dei mei: regis mei: q̄ eſt in ſancto. Preuenerūt pricipes
cōiuncti pſallētibus: ī medio iuuenculaꝝ tympaniſtria
rū. In eccleſijs benedicite deo dn̄o de fontib᷒ iſrael. Ibi
beniamin adoleſcētulus in mētis exceſſu. Principes iu
da duces eoꝝ: principes zabulon: 7 principes nephthali.
Māda deus virtuti tuę: cōfirma hoc deus q̄d opat᷒ es
in nobis. A templo tuo in ieruſalē tibi offerēt reges mu
nera. Increpa feras arundinis: cōgregatio taurorū in
vaccis populorū: vt excludāt eos: qui ꝓbati ſunt argēto
Diſſipa gentes q̄ bella volunt: veniēt legati ex Aegypto

Aethiopia pꝛęueniet manus eius deo. Regna terrę cā
tate deo:pſallite domino. Pſallite deo:qui aſcendit ſup
cęlū cęli ad oꝛientē. Ecce dabit voci ſuę vocē virtutꝫ:da
te gloꝛiā deo ſuper Iſrael:magnificentia eius: et virtus
eius in nubibus. Mirabilis deus in ſanctis ſuis:deus iſ
rael ipſe dabit virtutē:⁊ foꝛtitudinē plebi ſuę bn̄dictus
deus.

¶ In finē ꝓ his:qui cōmutabunt pſalmus ipſi dauid.

LXVIII

SAluū me fac deus:quoniā intra
uerūt aquę vſq; ad animā meā. Infixus ſum in
limo pꝛofundi:et non eſt ſubſtantia. Ueni in al
titudinē maris:⁊ tempeſtas demerſit me. Laboꝛaui cla
mans: raucę factę ſunt fauces meę: defecerūt oculi mei
dum ſpero ī deū meū. Multiplicati ſunt ſuper capillos
capitis mei:qui oderūt me gratis. Cōfoꝛtati ſunt q̄ per
ſecuti ſunt me inimici mei iniuſte:quę non rapui tunc ex
oluebā. Deus tu ſcis inſipientiā meā:et delicta mea a te
nō ſunt abſcondita. Nō erubeſcant in me:qui expectant
te domine dn̄e virtutū. Nō cōfundantur ſuper me:qui
quęrunt te deus iſrael. Quoniā ꝓpter te ſuſtinui oppꝛo
bꝛiū: operuit cōfuſio faciē meā. Extraneus factus ſum
fratribus meis:et peregrinꝰ filijs matris meę. Quoniā
Joan.2.c zelus domus tuę comedit me: ⁊ oppꝛobꝛia expꝛobꝛanti
um tibi ceciderunt ſuper me. Et operui in ieiunio aīam
meā:⁊ factū eſt in oppꝛobꝛiū mihi. Et poſui veſtimentū
meū ciliciū:⁊ factus ſum illis ī parabolā. Aduerſum me
loquebant:qui ſedebāt in poꝛta:⁊ in me pſallebāt: qui bi
bebāt vinū. Ego vero orationē meā ad te domine:tem-
pus beneplaciti deus. In multitudine miſericoꝛdię tuę
exaudi me in veritate ſalutꝫ tuę. Eripe me de luto vt nō
infigar:libera me ab his qui oderūt me: et de pꝛofundis
aquarū. Non me demergat tempeſtas aquę: neq; abſoꝛ
beat me pꝛofundū:neq; vꝛgeat ſuper me puteus os ſuū.
Exaudi me domine: quoniā benigna eſt miſcōia tua:ſe-
cūdū multitudinē miſerationū tuarū reſpice me. Et ne
auertas faciē tuā a puero tuo:q̄niam tribuloꝛ:velociter
exaudi me. Intende animę meę:et libera eā:pꝛopter ini
micos meos eripe me. Tu ſcis ipꝛoperiū meū:et cōfuſio
nem meā:⁊ reuerentiā meā. In cōſpectu tuo ſunt om̄es
qui tribulant me: impꝛoperiū expectauit coꝛ meū ⁊ mi-
ſeriā. Et ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaretur:⁊ non fuit: qui
conſolaretur:et non inueni. Et dederunt ī eſcam meam
fel:et in ſiti mea potauerunt me aceto. Fiat menſa eoꝝ
coꝛā ipſis in laqueum:⁊ in retributiōes:⁊ in ſcandalum
Rom 11.b Obſcurētur oculi eoꝝ ne videant:et doꝛſum eoꝝ ſem-
per incurua. Effunde ſuper eos iram tuam: et furoꝛ irę
Actu. 1.d. tuę compꝛehendat eos. Fiat habitatio eoꝛum deſerta:⁊
in tabernaculis eoꝝ non ſit qui inhabitet. Quoniā quē
tu ꝑcuſſiſti:ꝑſecuti ſunt:et ſup doloꝛē vulnerū meoꝝ ad
diderūt. Appone iniq̄tatē ſup iniq̄tatē eoꝝ:⁊ nō itrent
in iuſticiā tuā. Deleantur de libꝛo viuentiū:⁊ cum iuſtis
non ſcribantur. Ego ſum pauper ⁊ dolens: ſalus tua de
us ſuſcepit me. Laudabo nomen dei cum cantico:⁊ ma
gnificabo eum in laude. Et placebit deo ſuper vitulum
nouellū:coꝛnua pꝛoducentē:⁊ vngulas. Uideant pau-
peres:⁊ lętētur:quęrite deū:⁊ viuet anima veſtra. Quo
niā exaudiuit pauperes dominus:⁊ vinctos ſuos nō de-
ſpexit. Laudent illū cęli et terra:mare ⁊ omnia reptilia
in eis. Quoniā deus ſaluā faciet Sion: ⁊ ędificabuntur
ciuitates iudę. Et inhabitabunt ibi:et hęreditate acqui
rent eam. Et ſemē ſeruoꝛum eius poſſidebit eam:et qui
diligunt nomen eius:habitabūt in ea.

¶ In finē pſalmus Dauid in rememoꝛatione:eo q᷑ ſal-
num eum fecit dominus.

LXIX

DEus in adiutoꝛiū meū intende: domine ad ad
iuuandū me feſtina. Confundantur ⁊ reuereā
tur:qui quęrunt animā meā. Auertant retroꝛ
ſupra.39. ſum et erubeſcant:qui volunt mihi mala. Auertātur ſta
tim erubeſcentes:qui dicunt mihi euge euge. Exultent
et lętentur in te omnes qui quęrunt te:⁊ dicant ſemper
magnificetur dominus:qui diligunt ſalutare tuū. Ego
vero egenus ⁊ pauper ſum:deꝰ adiuua me. Adiutoꝛ me
us:⁊ liberatoꝛ meus es tu:domine ne moꝛeris.

¶ Pſalmꝰ dauid filioꝝ Jonadab:⁊ pꝛioꝝ captiuoꝝ.

LXX

IN te domine ſperaui non confundar
in ęternum: in iuſticia tua libera me ⁊ eripe me. ſupra.30.
Inclina ad me aurē tuā:et ſalua me. Eſto mihi ī
deū ꝓtectoꝛē:⁊ in locū munitū:vt ſaluū me facias. Quo
niā firmamentū meū: et refugiū meū es tu. Deus meus
eripe me de manu peccatoꝝ:⁊ de manu cōtra legē agē-
tis ⁊ iniqui. Quoniā tu es patientia mea dn̄e: dn̄e ſpes
mea a iuuētute mea. In te cōfirmatus ſum ex vtero: de
ventre matris meę:tu es pꝛotectoꝛ meus. In te canta-
tio mea ſemper:tanq̄ pꝛodigiū factus ſum multis: ⁊ tu
adiutoꝛ foꝛtꝫ. Repleatur os meū laude vt cantē gloꝛiā
tuā:tota die magnitudinē tuā. Ne pꝛoijcias me in tem
poꝛe ſenectutis:cū defecerit virtus mea: ne derelinquas
me. Quia dixerunt inimici mei mihi: et qui cuſtodiebāt
animā meā:conſiliū fecerunt in vnū. Dicentes:deus de
reliquit eū: perſequimini et cōpꝛehendite eū: quia nō eſt
qui eripiat. Deus ne elongeris a me:deus meus in auxi
liū meū reſpice. Confundantur et deficiāt detrahentes
animę meę:operiantur cōfuſione ⁊ pudoꝛe: qui quęrūt
mala mihi. Ego autē ſemper ſperabo: ⁊ adijciam ſuper
omnē laudē tuā. Os meū annunciabit iuſticiā tuā: tota
die ſalutare tuū. Quoniam non cognoui literaturā: in-
troibo in potētias domini:domine memoꝛaboꝛ iuſticię
tuę ſolius. Deus docuiſti me a iuuētute mea:et vſq; nūc
pꝛonunciabo mirabilia tua. Et vſq; in ſenectā et ſenium
deus ne derelinquas me. Donec annūciē bꝛachiū tuū ge
nerationi omni:quę ventura eſt. Potentiā tuā: ⁊ iuſti-
ciā tuam deus vſq; in altiſſima quę feciſti magnalia:de-
us q̄s ſimilis tibi? Quantas oſtēdiſti mihi tribulatiōes
multas ⁊ malas:⁊ conuerſus viuificaſti me:⁊ de abyſſis
terrę iterū reduxiſti me. Multiplicaſti magnificentiam
tuam:⁊ conuerſus conſolatus es me. Nā et ego confite
boꝛ tibi in vaſis pſalmi veritatē tuam deus:pſallam tibi
in cithara ſanctus Iſrael. Exultabunt labia mea: cū cā
tauero tibi:⁊ anima mea quam redemiſti. Sed ⁊ lingua
mea tota die meditabitur iuſtitiā tuā: cū cōfuſi ⁊ reueri
ti fuerint qui quęrunt mala mihi.

¶ Pſalmus Dauid in Salomonem.

LXXI.

DEus iudicium tuum regi da: et iuſticiam tuā
filio regis. Judicare populum tuū in iuſticia:
et pauperes tuos in iudicio. Suſcipiant mon
tes pacē populo: et colles iuſticiā. Judicabit pauperes
ppl̄i:⁊ ſaluos faciet filios pauperū:⁊ humiliabit calum-
niatoꝛē. Et ꝑmanebit cū ſole:⁊ ante lunā:ī generatione
⁊ gn̄tionē. Deſcēdet ſicut pluuia in vellus:⁊ ſicut ſtilli-
cidia ſtillantia ſup terrā. Oꝛiet in diebus eius iuſticia ⁊
abundantia pacis:donec auferatur luna. Et dominabit
a mari vſq; ad mare:⁊ a flumine vſq; ad terminos oꝛbis
terrarū. Coꝛā illo pꝛocident Aethiopes:et inimici eius
terrā lingent. Reges tharſis ⁊ inſulę munera offerent:
reges arabū:⁊ ſaba dona adducent. Et adoꝛabunt eum
oēs reges:om̄es gentes ſeruient ei. Quia liberauit pau
perē a potente:et pauperē cui nō erat adiutoꝛ. Parcet
pauperi ⁊ inopi:⁊ animas pauperū ſaluas faciet. Ex vſu
ris ⁊ iniquitate redimet animas eoꝝ:⁊ honoꝛabile no-
mē eoꝝ coꝛam illo. Et viuet:⁊ dabit ei de auro arabię:⁊
adoꝛabunt de ipſo ſemꝑ: tota die benedicent ei. Erit fir
mamentū in terra: in ſummis montiū: ſuperextolletur
ſuper libanū fructus eiꝰ:⁊ floꝛebunt de ciuitate ſicut foe
nū terrę. Sit nomen eius benedictū in ſecula:ante ſolē
permanet nomē eius. Et benedicentur in ipſo om̄es tri
bus terrę: omnes gentes manificabūt eum. Benedictꝰ Luce.1.g.
dominus deus Iſrael: qui facit mirabilia ſolus. Et bn̄-
dictum nomē maieſtatis eius in ęternum: et replebitur
maieſtate eius omnis terra fiat fiat.

¶ Defecerunt hymni dauid filij Jeſſe:pſalmus aſaph.

Quā bonꝰ iſrael deꝰ:his q̄ recto ſunt coꝛ LXXII
de. Mei autē pene moti ſunt pedes:pene effuſi
ſunt greſſus mei. Quia zelaui ſup iniquos: pa-
cē peccatoꝛū videns. Quia non eſt reſpectus moꝛti eoꝝ
⁊ firmamentū in plaga eoꝛū. In laboꝛe hominū nō ſunt
et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos
ſuperbia:operti ſunt iniquitate:⁊ impietate ſua. Pro-
diit quaſi ex adipe iniquitas eoꝛum: tranſierunt in affe
ctū coꝛdis. Cogitauerūt ⁊ locuti ſunt nequitiā:iniqui-
tatē in excelſo locuti ſunt. Poſuerunt in celū os ſuū:et
lingua eoꝛū tranſiuit in terra. Ideo cōuertetur populꝰ
meus hic:⁊ dies pleni inueniētur in eis. Et dixerunt:q̄-
modo ſcit deus: ⁊ ſi eſt ſcientia ī excelſo? Ecce ipſi pecca
toꝛes:et abundantes in ſeculo:obtinuerūt diuitias. Et
dixi:ergo ſine cauſa iuſtificaui coꝛ meū⁊ laui inter īnocē
tes manus meas. Et fui flagellatꝰ tota die: ⁊ caſtigatio
mea in matutinis. Si dicebā narrabo ſic: ecce nationē
filioꝛū tuoꝛū repꝛobaui. Exiſtimabā vt cognoſcerē hoc:
laboꝛ eſt ante me. Donec intrē in ſanctuariū dei:⁊ intel
ligā in nouiſſimis eoꝛū. Verūtamen pꝛopter dolus po-
ſuiſti eis:deieciſti eos dum alleuarentur. Quomodo fa-
cti ſunt in deſolationē ſubito:defecerunt:perierunt pꝛo
pter iniquitatē ſuā. Velut ſomniū ſurgentiū:domine in
ciuitate tua imaginē ipſoꝛū ad nihilū rediges. Quia in
flammatū eſt coꝛ meū:⁊ renes mei cōmutati ſunt:⁊ ego
ad nihilū redactus ſum:⁊ neſciui. Ut iumentum factus
ſum apud te:⁊ ego ſemper tecū. Tenuiſti manū dexterā
meā:et in voluntate tua deduxiſti me:⁊ cum gloꝛia ſuſ-
cepiſti me. Quid enim mihi eſt in celo: et a te quid volui
ſuper terram? Defecit caro mea ⁊ coꝛ meū:deus coꝛdis
mei:⁊ pars mea deus ī eternū. Quia ecce q̄ elongant ſe a
te:peribunt:pdidiſti omnes qui foꝛnicātur abs te. Mi
hi autē adherere deo bonum eſt: ponere in domino deo
ſpem meam. Ut annūciem omnes pꝛedicationes tuas:
in poꝛtis filie Sion.

¶ In finem intellectus Aſaph. LXXIII.

Ut quid deus repuliſti ī finē:iratus eſt furoꝛ tu
us ſuper oues paſcue tue? Memoꝛ eſto cōgre
gationis tue:quā poſſediſti ab initio. Redemi
ſti virgā hereditatis tue:mons ſion in quo habitaſti ī eo
Leua manus tuas in ſuperbias eoꝛū in finē: quanta ma
lignatus eſt inimicus in ſancto? Et gloꝛiati ſunt q̄ ode-
rūt in te:in medio ſolēnitatis tue. Poſuerūt ſigna ſua
ſigna:⁊ nō cognouerūt:ſicut in exitu ſup ſummū. Qua
ſi in ſylua lignoꝛū ſecuribus exciderūt ianuas eius in id-
ipſum:ī ſecuri ⁊ aſcia deiecerūt eā. Incenderūt igni ſan
ctuariū tuū ī terra:polluerūt tabernaculū nominis tui.
Dixerunt in coꝛde ſuo cognatio eoꝛū ſimul:quieſcere fa
4.re.25.c cianus oēs dies feſtos dei a terra. Signa noſtra non vi
dimus:iam nō eſt pphēta:⁊ nos nō cognoſcet amplius.
Uſq̄ q̄ deus impꝛoperabit inimicus:irritat aduerſariꝰ
nomē tuū in finē? Ut q̄d auertis manū tuā:⁊ dexterā tu
am:de medio ſinu tuo in finē? Deus aūt rex noſter ante
ſecula:operatus eſt ſalutē ī medio terre. Tu cōfirmaſti
in virtute tua mare:cōtribulaſti capita dꝛaconū ī aquis
Tu cōfregiſti capita draconis:dediſti eum eſcā populis
Aethiopū. Tu dirupiſti fontes ⁊ toꝛrētes:tu ſiccaſti flu
uios Ethan. Tuus eſt dies:et tua eſt nox:tu fabꝛicatus
es auroꝛā et ſolē. Tu feciſti omnes terminos terre: eſta
tem ⁊ ver tu plaſmaſti ea. Memoꝛ eſto huius:inimicus
impꝛoperauit domino:⁊ populus īſipiens incitauit no-
mē tuū. Ne tradas beſtijs animas cōfitentes tibi: ⁊ ani
mas pauperū tuoꝛū ne obliuiſcaris in finē. Reſpice ī te-
ſtamentū tuū:quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terre
domibus iniquitatū. Ne auertatur humilis factus con
fuſus:pauper ⁊ inops laudabunt nomē tuū. Exurge de
us iudica cauſam tuā:memoꝛ eſto impꝛoperioꝛū tuoꝛū:
q̄ ab inſipiēte ſunt tota die. Ne obliuiſcaris voces inimi
coꝛū tuoꝛū:ſuperbia eoꝛū qui te oderūt aſcēdit ſemper.

¶ In finē ne coꝛrūpas: pſalmus cātici aſaph. LXXIIII

Confitebimur tibi deus:cōfitebimur ⁊ inuocabi
mus nomē tuū. Narrabimus mirabilia tua:cū
accepero tempus:ego iuſticias iudicabo. Liq̄-
facta eſt terra:⁊ oēs qui habitāt in ea:ego cōfirmaui co-
lumnas eius. Dixi iniq̄s:nolite inique agere:⁊ delinquē
tibus nolite exaltare coꝛnu. Nolite extollere in altū coꝛ
nu veſtrū:nolite loqui aduerſus deū iniquitatē. Quia ne
q̄ ab oꝛiente:neq̄ ab occidente:neq̄ a deſertis montibꝰ
quoniam deus iudex eſt. Hunc humiliat ⁊ hunc exaltat
quia calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Et incli
nauit ex hoc ī hoc:verūtamē fex eius nō eſt exinanita: bi
bent oēs peccatoꝛes terre. Ego aūt annunciabo in ſecu
lum:cantabo deo Jacob. Et oīa coꝛnua peccatoꝛū cō
fringam:et exaltabuntur coꝛnua iuſti.

¶ In finē in carminibus canticū ad aſſyrios: pſalmus
Aſaph LXXV

Notus in iudea deus: in iſrael magnū nomē eiꝰ
Et factus eſt ī pace locus eius:et habitatio eiꝰ
in ſion. Ibi cōfregit potentias:arcū:ſcutū: gla
diū ⁊ bellū. Illuminans tu mirabiliter a mōtibus eter-
nis:turbati ſunt oēs īſipiētes coꝛde. Doꝛmierūt ſomnū
ſuū:⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū ī manibus ſuis.
Ab increpatione tua deus Jacob:doꝛmitauerūt q̄ aſcē-
derūt equos. Tu terribilis es:et quis reſiſtet tibi? extūc
ira tua. De celo auditū feciſti iudiciū: terra tremuit ⁊ q̄
euit. Cū exurgeret in iudiciū deus:vt ſaluos faceret om
nes manſuetos terre. Quoniā cogitatio hominis confi
tebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diē feſtū agent tibi.
Uouete: ⁊ reddite domino deo veſtro omnes: qui in cir
cuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert
ſpiritū pꝛincipū:terribili apud oēs reges terre.

¶ In finē pꝛo Idithum pſalmus aſaph. LXXVI

Uoce mea ad dñm clamaui:voce mea ad deū:et
ītendit mihi. In die tribulationis mee deū exq̄ Ifra.141.b
ſiui:manibus meis nocte cōtra eū:⁊ nō ſum de
ceptus. Renuit cōſolari aīa mea:memoꝛ fui dei:⁊ dele-
ctatꝰ ſum:⁊ exercitatꝰ ſum:⁊ defecit ſpiritus meꝰ. Anti
cipauerūt vigilias oculi mei:turbatus ſum:⁊ nō ſum lo
cutꝰ. Cogitaui dies antiq̄s:⁊ annos eternos ī mēte ha
bui. Et meditatꝰ ſum nocte cū coꝛde meo:⁊ exercitabar
⁊ ſcopebā ſpiritū meū. Nūq̄d in eternū pꝛoijciet deus:aut
nō apponet:vt cōplacitioꝛ ſit adhuc? Aut ī finē miſcdiā
ſuā abſcindet:a generatiōe in gnationē? Aut obliuiſcet
miſereri deus:aut cōtinebit ī ira ſua miſcdias ſuas? Et
dixi:nūc coepi:hec mutatio dextere excelſi. Memoꝛ fui
operum dñi:q̄a memoꝛ ero ab initio mirabiliū tuoꝝ. Et
meditaboꝛ in oībus opibus tuis:et in adinuētionibꝰ tu
is exerceboꝛ. Deus in ſancto via tua:q̄s deus magnus ſi
cut deꝰ noſter? tu es deus qui facis mirabilia. Notā feci
ſti in pplīs virtutē tuā:redemiſti in bꝛachio tuo populū
tuū:filios iacob ⁊ ioſeph. Viderūt te aque deꝰ:viderunt
te aque:⁊ timuerunt:⁊ turbate ſunt abyſſi. Multitudo
ſonitus aquaꝝ:vocē dederunt nubes. Etenī ſagitte tue
trāſierūt:vox tonitrui tui ī rota. Alluxerūt coꝛuſcatio-
nes tue oꝛbi terre:cōmota eſt ⁊ cōtremuit terra. In ma
ri via tua:⁊ ſemite tue in aq̄s multis:veſtigia tua nō co-
gnoſcēt. Deduxiſti ſicut oues pplm tuū:ī manu moyſi ⁊
aaron. ¶ Intellectus aſaph. LXXVII.

Attendite popule meus legē meā: inclinate au
rē veſtrā in verba oꝛis mei. Aperiā ī parabolis
os meū:loquar ppoſitiōes ab initio. Quāta au
diuimꝰ:⁊ cognouimꝰ ea:⁊ patres noſtri narrauerūt no-
bis. Non ſunt occultata a filijs eoꝛū:ī gnatione altera.
Narrātes laudes dñi: ⁊ virtutes eius: ⁊ mirabilia eius
q̄ fecit. Et ſuſcitauit teſtimoniū ī iacob:⁊ legē poſuit in
iſrael. Quāta mandauit patribus noſtris:nota facere ea
filijs ſuis: vt cognoſcat generatio altera. Filij q̄ naſcent
⁊ exurgent:narrabunt filijs ſuis. Ut ponāt in deo ſpem
ſuā:⁊ nō obliuiſcantur operū dei:et mandata eius exqui
rant. Ne fiant ſicut patres eoꝛum:generatio pꝛaua ⁊ ex

aſperans. Generatio que nõ direxit cor ſuũ: et nõ eſt cre
ditus cũ deo ſpiritus eiꝰ. Filij effraim ĩtendentes et mit
tentes arcũ: conuerſi ſunt in die belli. Non cuſtodierũt
teſtimoniũ dei: ⁊ in lege eius noluerũt ambulare. Et ob
liti ſunt benefactorũ eius: ⁊ mirabiliũ eius: que oſtendit
eis. Corã patribus eorũ fecit mirabilia in terra egypto:
Exo.17.b in campo taneos. Interrupit mare ⁊ perduxit eos: ⁊ ſta
tuit aquas quaſi in vtre. Et deduxit eos in nube diei: et
tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit petrã in
eremo: ⁊ adaquauit eos velut in abyſſo multa. Et edu
xit aquã de petra: et eduxit tanq̃ flumina aquas. Et ap
poſuerunt adhuc peccare ei: in irã cõcitauerũt excelſum
in inaquoſo. Et tentauerũt deũ in cordibꝰ ſuis: vt pete
rẽt eſcas aĩabus ſuis. Et male locuti ſunt de deo: dixerũt
nunq̇d poterit deus parare menſam in deſerto? Quoni
am pcuſſit petrã: ⁊ fluxerũt aque: ⁊ torrentes inundaue
rũt. Nũquid ⁊ panẽ poterit dare: aut parare mẽſam po
pulo ſuo? Ideo audiuit dñs: ⁊ diſtulit: ⁊ ignis accenſus
eſt in iacob: ⁊ ira aſcendit ĩ iſrael. Quia nõ crediderũt in
deo: nec ſperauerũt in ſalutari eius. Et mandauit nubi
Exo.16.d bus deſup: et ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna
ſapi.10.c. ad manducandũ: ⁊ panẽ celi dedit eis. Panẽ angelorũ
Joan.6 d mãducauit homo: cibaria miſit eis in abũdantiã. Tran
ſtulit auſtrũ de celo: ⁊ ĩduxit in virtute ſua aphricũ. Et
pluit ſup eos ſicut puluerẽ carnes: et ſicut arenã maris
volatilia pennata. Et ceciderũt in medio caſtrorũ eorũ:
circa tabernacula eorum. Et manducauerũt: ⁊ ſaturati
ſunt nimis: ⁊ deſideriũ eorũ attulit eis: nõ ſunt fraudati
num.11.g a deſiderio ſuo. Adhuc eſce eorũ erãt in ore ipſorũ: ⁊ ira
dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eorũ: et ele
ctos Iſrael impediuit. In oĩbus his peccauerũt adhuc
⁊ nõ crediderũt in mirabilibus eius. Et defecerũt in va
nitate dies eorũ: ⁊ anni eorũ cũ feſtinatiõe. Cum occide
ret eos: querebant eũ: ⁊ reuertebantur: ⁊ diluculo venie
bãt ad eum. Et rememorati ſunt: quia deus adiutor eſt
eorũ: ⁊ deus excelſus redemptor eorũ eſt. Et dilexerunt
eũ in ore ſuo: ⁊ lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor autẽ eorũ
nõ erat rectũ cũ eo: nec fideles habiti ſunt in teſtimonio
eius. Ipſe aũt eſt miſericors: ⁊ ppicius fiet peccatis eo
rũ: ⁊ nõ diſperdet eos. Et abundauit vt auerteret irã ſu
am: ⁊ nõ accendit oẽm irã ſuã. Et recordatus eſt: q̇a ca
ro ſunt: ſpiritus vadens ⁊ nõ rediens. Quociẽs exacer
bauerũt eũ in deſerto: in irã cõcitauerũt eum in inaquo
Exod.7.d ſo. Et cõuerſi ſunt: ⁊ tentauerũt deũ: et ſanctũ iſrael exa
īfra.104. cerbauerũt. Non ſunt recordati manus eius: die qua re
demit eos de manu tribulantis. Sicut poſuit in egypto
ſigna ſua: ⁊ prodigia ſua in campo taneos. Et cõuertit
in ſanguinẽ flumina eorũ: ⁊ imbres eorũ ne biberẽt. Mi
ſit eos in cynomyiã: ⁊ comedit eos: ⁊ ranã: ⁊ diſperdidit
eos. Et dedit erugini fructꝰ eorũ: ⁊ labores eorũ locuſte
Et occidit ĩ grãdine vineas eorũ: ⁊ moros eorũ ĩ pruina
Et tradidit grãdini iumẽta eorũ: ⁊ poſſeſſiões eorũ igni
Miſit ĩ eos irã ĩdignatiõis ſue: ĩdignationẽ: ⁊ irã: ⁊ tri
Exo.12.d. bulationẽ: immiſſiões p angelos malos. Viã fecit ſemite
īfra.134. ire ſue: ⁊ nõ pepcit a morte aĩarũ eorũ: et iumẽta eorũ in
infra.135. morte cõcluſit. Et pcuſſit oẽ pmogenitũ ĩ terra egypti:
primicias oĩs laborum in taberaculꝭ chã. Et abſtulit ſicut
oues pplm ſuũ: ⁊ pduxit eos tãq̃ gregẽ ĩ deſerto. Et de
duxit eos in ſpe ⁊ nõ timuerũt: ⁊ inimicos eorũ operuit
mare. Et ĩduxit eos ĩ montẽ ſanctificatiõis ſue: montẽ
quẽ acq̇ſiuit dextera eiꝰ. Et eiecit a facie eorũ gẽtes: ⁊ ſor
te diuiſit eis terrã ĩ funiculo diſtributionis. Et habitare
fecit in tabernaculis eorũ tribus iſrael. Et tentauerũt: ⁊
exacerbauerunt deum excelſum: ⁊ teſtimonia eius nõ cu
ſtodierũt. Et auerterũt ſe: ⁊ non ſeruauerũt pactũ: quẽ
admodum patres eorũ conuerſi ſunt in arcũ prauũ. In
iram concitauerunt eum in collibus ſuis: ⁊ in ſcultilibꝰ
ſuis ad emulationem eum prouocauerunt. Audiuit de
us: et ſpreuit: et ad nihilum redegit valde Iſrael. Et re
pulit tabernaculum Silo: tabernaculum ſuum: vbi ha
bitauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatẽ virtu
tem eorum: ⁊ pulchritudinem eorum in manus inimici
Et concluſit in gladio populum ſuum: ⁊ hereditatẽ ſuã
ſpreuit. Iuuenes eorũ comedit ignis: ⁊ virgines eorum
non ſunt lamentate. Sacerdotes eorũ in gladio cecide
runt: ⁊ vidue eorum non plorabantur. Et excitatus eſt
tanq̃ dormiens dominus: tanq̃ potens crapulatus a vi
no. Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobriũ 1.reg.5.b
ſempiternũ dedit illis. Et repulit tabernaculũ Ioſeph:
et tribũ effraim non elegit. Sed elegit tribũ Iuda: mõ 1.reg.16.c
tem ſion: quẽ dilexit. Et edificauit ſicut vnicornium ſancti
ficiũ ſuũ in terra: quã fundauit ĩ ſecula. Et elegit dauid
ſeruũ ſuũ: ⁊ ſuſtulit eum de gregibus ouiũ: depoſt foetã
tes accepit eum. Paſcere Iacob ſeruũ ſuũ: ⁊ iſrael here
ditatẽ ſuã. Et pauit eos ĩ innocentia cordis ſui: ⁊ in ĩtel
lectibus manuũ ſuarũ deduxit eos.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXVIII.

DEus venerunt gentes in hereditatẽ tuã: pollu
erunt templũ ſanctũ tuũ: poſuerunt Ieruſalẽ ĩ
pomorũ cuſtodiã. Poſuerunt morticina ſeruo 1 mach 7 c
rũ tuorũ eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorũ tuorũ be
ſtijs terre. Effuderunt ſanguinem ipſorũ tanq̃ aquã in
circuitu Ieruſalẽ: ⁊ non erat qui ſepeliret. Facti ſumus
opprobriũ vicinis noſtris: ſubſannatio: et illuſio his: qui
in circuitu noſtro ſunt. Vſquequo domine iraſceris: in finẽ hier.10.b
accendetur velut ignis zelus tuus? Effunde irã tuã in Ibidem.
gẽtes: q̇ te nõ nouerũt: ⁊ in regna: que nomẽ tuũ nõ ĩuo
cauerũt. Quia comederũt iacob: ⁊ locũ eiꝰ deſolauerũt. Eſa.6.d.
Ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anti
cipent nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumꝰ
nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: ⁊ propter glo
riam nominis tui domine libera nos: ⁊ propitiꝰ eſto pec
catis noſtris propter nomen tuũ. Ne forte dicant in gẽ
tibus: vbi eſt deus eorũ? ⁊ innoteſcat in nationibus corã
oculis noſtris. Vltio ſanguinis ſeruorũ tuorũ: qui effu
ſus eſt: introeat in cõſpectu tuo gemitus cõpeditorum.
Secundũ magnitudinẽ brachij tui: poſſide filios morti
ficatorũ. Et redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorũ:
improperiũ ipſorũ: q2 exprobrauerũt tibi domine. Nos
autem populus tuus: et oues paſcue tue: confitebimur
tibi in ſeculũ. In generatione et generationem annunci
abimus laudem tuam.

¶ In finem pro his qui commutabuntur: pſalmus pro
Aſſyrijs: teſtimonium Aaſaph. LXXIX.

QUi regis iſrael intende: qui deducis velut ouẽ io infra.eod.
ſeph. Qui ſedes ſup cherubim: manifeſtare co
rã effraim: beniamin: ⁊ manaſſe. Excita potẽti
am tuã et veni: vt ſaluos facias nos. Deus cõuerte nos:
⁊ oſtende faciẽ tuã et ſalui erimus. Domine deus virtu
tũ: quouſque iraſceris ſup orationẽ ſerui tui? Cibabis nos
pane lachrymarũ: ⁊ potũ dabis nobis ĩ lachrimis in mẽ
ſura. Poſuiſti nos in cõtradictionẽ vicinis noſtris: ⁊ in
imici noſtri ſubſannauerũt nos. Deus virtutũ conuerte Supra eo
nos: ⁊ oſtẽde faciẽ tuã: ⁊ ſalui erimus. Vineã de egypto infra.eod.
trãſtuliſti: eieciſti gẽtes: ⁊ plãtaſti eã. Dux itineris fuiſti
in cõſpectu eius: ⁊ plantaſti radices eiꝰ: et ĩpleuit terrã.
Operuit montes vmbra eiꝰ: ⁊ arbuſta eius cedros dei.
Extẽdit palmites ſuos vſque ad mare: et vſque ad flumẽ p
pagines eiꝰ. Vt q̇d deſtruxiſti maceriã eiꝰ: ⁊ vindemiãt
eã oẽs q̇ pretergrediunt viã. Exterminauit eã aper de
ſylua: ⁊ ſingularis ferus depaſtus eſt eã. Deꝰ virtutũ cõ
uertere: reſpice de celo: ⁊ vide: ⁊ viſita vineã iſtã. Et pfi
ce eã: quã plãtauit dextera tua: et ſup filiũ hoĩs: quẽ cõfir
maſti tibi. Incẽſa igni: ⁊ ſuffoſſa: ab ĩcrepatiõe vultꝰ tui
pibunt. Fiat manus tua ſuper virũ dextere tue: ⁊ ſup fili
um hoĩs: quẽ cõfirmaſti tibi. Et nõ diſcedimus a te: viui ſupra eod
ficabis nos: ⁊ nomẽ tuũ inuocabimus. Dñe deus virtu
tũ cõuerte nos: ⁊ oſtende faciẽ tuã: ⁊ ſalui erimus.

¶ In finem pro torcularibus: pſalmus ipſi Aſaph: quĩ
ta ſabbati. LXXX

EXultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob.
Sumite pſalmū: et date tympanū: pſalteriū io-
cundū cū cithara. Buccinate ī neomenia tuba:
in inſigni die ſolēnitatis veſtre. Quia preceptū in iſrael
eſt: 7 iudiciū deo iacob. Teſtimoniū in Joſeph poſuit il-
lud: cū exiret de terra Aegypti: linguā quā nō nouerat:
audiuit. Diuertit ab oneribꝰ dorſum eiꝰ: manꝰ eiꝰ in co
phino ſeruierūt. In tribulatiōe inuocaſti me: 7 liberaui
te: exaudiui te in abſcōdito tēpeſtatis: probaui te apud
aquā cōtradictionis. Audi populꝰ meꝰ: 7 cōteſtabor te:
Iſrael ſi audieris me: nō erit in te deꝰ recēs: neqꝫ adora-
Exo.10.a. bis deū alienū. Ego eni ſum dñs deꝰ tuus: q̄ eduxi te de
terra Aegypti: dilata os tuū: 7 īplebo illud. Et nō exau-
diuit populꝰ meꝰ vocē meā: 7 iſrael nō intēdit mihi. Et
dimiſi eos ſm̄ deſideria cordis eoꝝ: ibūt in adinuētio-
nibus ſuis. Si pplꝰs meus audiſſet me: Iſrael ſi in vijs
meis ambulaſſet: Pro nihilo forſitan inimicos eoꝝ hu-
miliaſſem: 7 ſup tribulantes eos miſiſſem manū meam.
Inimici dñi mētiti ſunt ei: 7 erit tēpꝰ eoꝝ ī ſecula. Et ci
bauit illos ex adipe frumēti: et de petra melle ſaturauit
eos.

¶ Pſalmus Aſaph. LXXXI.

DEus ſtetit in ſynagoga deorū: in medio autem
deos dñ iudicat. Uſqꝫquo iudicatis iniquitatē:
7 facies pctōꝝ ſumitis: Iudicate egeno et pu-
pillo: humilē 7 pauperē iuſtificate. Eripite pauperē: et
Joan.10. egenū de manu pctōris liberate. Neſcierūt neqꝫ intelle-
xerūt: ī tenebris ambulāt: mouebunt oīa fundamēta ter
re. Ego dixi: dij eſtis: 7 filij excelſi oēs. Uos aūt ſicut ho
mines moriemini: 7 ſicut vnꝰ de pncipibꝰ cadetis. Sur
ge deꝰ iudica terrā: qm̄ tu hereditabis in oībꝰ gētibꝰ.

¶ Canticum pſalmi Aſaph. LXXXII.

DEus quis ſimilis erit tibi: ne taceas: neqꝫ com-
peſcaris deꝰ. Qm̄ ecce inimici tui ſonuerūt: 7 q̄
oderūt te: extulerūt caput. Sup pplm̄ tuū mali-
gnauerūt cōſilium: 7 cogitauerūt aduerſus ſctōs tuos.
Dixerūt: venite 7 diſperdamus eos de gēte: 7 nō memo
retur nomē Iſrael vltra. Qm̄ cogitauerūt vnanimiter:
ſimul aduerſum te teſtamentū diſpoſuerūt. Tabernacu
la Idumeoꝝ 7 Iſmaelite: Moab 7 Agareni Gebal et
Ammon: et Amalec: alienigene cū habitātibꝰ Tyr. Et
eni Aſſur venit cū illis: facti ſunt in adiutoriū filijs Lot.
Fac illis ſicut madian 7 ſiſare: ſicut iabin ī torrēte ciſon.
Diſperierūt in endor: facti ſunt vt ſtercus terre. Pone
principes eoꝝ ſicut horeb 7 zeeb 7 zebee 7 ſalmana. Oēs
principes eoꝝ: q̄ dixerūt: hereditate poſſideamꝰ ſanctua
riū dei. Deus meus pone illos vt rotā: 7 ſicut ſtipulā an
te faciē vēti. Sicut ignis q̄ cōburit ſiluā: 7 ſicut flāma cō
burēs mōtes. Ita pſequeris illos ī tēpeſtate tua: et ī ira
tua turbabis eos. Imple facies eoꝝ ignominia: et quere-
rent nomē tuū dñe. Erubeſcāt 7 cōturbent in ſeculū ſe-
culi: 7 cōfundantur 7 pereāt. Et cognoſcāt: quia nomen
tibi dominus: tu ſolus altiſſimus in omni terra.

¶ In finē ꝓ torcularibꝰ filijs Chore pſal. LXXXIII.

QUā dilecta tabernacula tua domine virtutum:
cōcupiſcit 7 deficit anima mea in atrio domini.
Cor meum 7 caro mea: exultauerūt in deum vi
uum. Etenim paſſer inuenit ſibi domū: et turtur nidū:
vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua domine virtutū:
rex meus et deus meus. Beati qui habitāt in domo tua
domine: ī ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. Beatus vir cuius
eſt auxiliū abs te: aſcēſiones ī corde ſuo diſpoſuit: in valle
lachrymarū in loco quē poſuit. Etenim benedictionem
dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur
deus deorū in Sion. Domine deus virtutū exaudi ora-
tionem meam: auribꝰ percipe deus Jacob. Protector
noſter aſpice deus: 7 reſpice in faciem Chriſti tui. Quia
melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſup millia. Elegi abie-
ctus eſſe in domo dei mei: magis q̄ꝫ habitare in taberna-
culis peccatorū. Quia miſericordiā 7 veritatem diligit
deus: gratiā et gloriam dabit dominus. Non priuabit
bonis eos: qui ambulant in innocētia: domine virtutū:
beatus homo qui ſperat in te.

¶ In finem filijs Chore pſalmus. LXXXIIII.

BEnedixiſti domine terrā tuā: auertiſti captiui-
tatem Jacob. Remiſiſti iniquitatē plebis tue:
operuiſti oīa peccata eorū. Mitigaſti oēm irā
tuā: auertiſti ab ira indignatiōis tue. Cōuerte nos deꝰ
ſalutaris noſter: 7 auerte irā tuā a nobis. Nūqd in eter-
nū iraſceris nobis: aut extēdes irā tuā a generatione in
generationē: Deus tu cōuerſus viuificabis nos: 7 plebs
tua letabit ī te. Oſtēde nobis domine miſericordiā tuā:
et ſalutare tuū da nobis. Audiam quid loquatur ī me
dominus deus: quoniā loquetur pacem in plebē ſuam.
Et ſup ſanctos ſuos: 7 in eos qui cōuertunt ad cor. Ue-
runtamē prope timētes eū ſalutare ipſius: vt inhabitet
gloria in terra noſtra. Miſericordia 7 veritas obuiaue-
rūt ſibi: iuſticia 7 pax oſculate ſunt. Ueritas de terra or
ta eſt: 7 iuſticia de celo proſpexit. Etenim dominus da-
bit benignitatē: 7 terra noſtra dabit fructū ſuum. Iuſti
cia ante eū ambulabit: 7 ponet in via greſſus ſuos.

¶ Oratio Dauid. LXXXV.

INclina domine aurē tuā: 7 exaudi me: quoniam
inops et pauper ſum ego. Cuſtodi animā meā:
quoniā ſanctus ſum: ſaluū fac ſeruū tuū deꝰ meꝰ
ſperātem in te. Miſerere mei domine: quoniā ad te cla-
maui tota die: letifica animam ſerui tui: quoniam ad te
domine animam meam leuaui. Quoniā tu domine ſua-
uis 7 mitis: et multe miſericordie omnibꝰ inuocātibus Joel.2.e
te. Auribus percipe domine orationē meam: 7 intende
voci deprecationis mee. In die tribulatiōis mee clama
ui ad te: quia exaudiſti me. Nō eſt ſimilis tui ī dijs dñe:
7 non eſt ſm̄ opera tua. Omnes gentes quaſcūqꝫ feci-
ſti veniēt: 7 adorabūt corā te domine: 7 glorificabūt no-
men tuū. Quoniā magnus es tu: et faciēs mirabilia: tu ſupra.9.et
es deus ſolus. Deduc me domine in via tua: et īgrediar infra.110.
in veritate tua: letetur cor meū: vt timeat nomē tuum. et.137.
Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo:
et glorificabo nomen tuū in eternū. Quia miſericordia
tua magna eſt ſuper me: 7 eruiſti animam meā ex infer-
no inferiori. Deus iniqui inſurrexerūt ſuper me: 7 ſyna- infra.110.
goga potentiū queſierunt animam meā: et nō propoſue et.144.
runt te in conſpectu ſuo. Et tu domine deus miſerator ſupra.24.
7 miſericors: patiēs 7 multe miſericordie 7 verax. Re-
ſpice in me: 7 miſerere mei: da imperiū tuū puero tuo: 7
ſaluum fac filiū ancille tue. Fac mecū ſignū ī bonum: vt
videant qui oderunt me: et confundantur: quoniam tu
domine adiuuiſti me: 7 conſolatus es me.

¶ Pſalmus cantici filijs Chore. LXXXVI.

FUndamenta eius in montibus ſanctis: diligit
dñs portas ſion ſup oīa tabernacula iacob. Glo
rioſa dicta ſunt de te: ciuitas dei. Memor ero
Raab 7 Babylonis: ſcientiū me. Ecce alienigene 7 Ty
rus: 7 populꝰ Aethiopū: hi fuerūt illic. Nunqd ſion di-
cet hō: 7 hō natꝰ eſt ī ea: 7 ipſe fundauit eā altiſſimꝰ: Do
minus narrabit in ſcripturis populoꝝ 7 principū horū:
qui fuerūt in ea. Sicut letantiū oīm habitatio eſt in te.

¶ Canticū pſalmi filijs Chore: in finē pro Mahalath
ad reſpōdendū: intellectꝰ heman iſraelite. LXXXVII.

DOmine deus ſalutis mee: in die clamaui 7 no-
cte corā te. Intret in cōſpectu tuo oratio mea:
inclina aurē tuā ad precē meam. Quia repleta
eſt malis aīa mea: et vita mea ī inferno appropinquauit.
Aeſtimatus ſum cū deſcēdētibus in lacū: factus ſum ſi-
cut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vul-
nerati dormientes in ſepulchris: quorum nō es memor
amplius: 7 ipſi de manu tua repulſi ſunt. Poſuerūt me
in lacu īferiori: in tenebroſis 7 ī vmbra mortis. Sup me
cōfirmatus eſt furor tuus: 7 oēs fluctꝰ tuos induxiſti ſu
per me. Lōge feciſti notos meos a me: poſuerūt me abo
minationem ſibi. Traditus ſum: 7 non egrediebar: ocu

li mei lãguerũt p̄ inopia. Clamaui ad te dñe: tota die
expãdi ad te manꝰ meas. Nunq̇d mortuis facies mira-
bilia: aut medici ſuſcitabũt: ⁊ cõfitebunť tibi? Nunquid
narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiã tuã: ⁊ verita
tẽ tuã in ꝑditiõe? Nunq̇d cognoſcenť ĩ tenebris mirabi
lia tua: ⁊ iuſtitia tua ĩ terra obliuiõis? Et ego ad te dñe
clamaui: ⁊ mane oratio mea p̄ueniet te. Ut q̇d dñe re
pellis orationẽ meã: auertis faciẽ tuã a me? Paup̱ ſum
ego: ⁊ in laboribꝰ a iuuẽtute mea: exaltatus aũt humilia
tus ſuꝫ ⁊ cõturbatꝰ. In me trãſierũt ire tue: et terrores
tui cõturbauerũt me. Circũdederũt me ſicut aqua tota
die: circũdederunt me ſimul. Elongaſti a me amicum et
proximum: et notos meos a miſeria.

¶ Intellectus Aethan Iſraelite. LXXXVIII.

Miſericordias dñi in eternũ cãtabo. In gene-
ratione ⁊ gñationẽ: annũciabo veritatẽ tuã in
ore meo. Quoniã dixiſti: in eternũ miſcdia edi
ficabitur ĩ celis: p̄parabiť veritas tua in eis. Diſpoſui
teſtamẽtũ electis meis: iuraui dauid ſeruo meo: vſqꝫ in
eternũ p̄parabo ſemẽ tuũ. Et edificabo in gñatione ⁊
gñationẽ ſedẽ tuã. Confitebunť celi mirabilia tua dñe:
etenĩ veritatẽ tuã in eccleſia ſanctoꝝ. Quoniã q̇s in nu-
bibus equabiť dño: ſimilis erit deo in filijs dei? Deꝰ qui
glorificať in cõſilio ſanctoꝝ: magnꝰ ⁊ terribilis ſup̱ oẽs:
q̇ in circuitu eiꝰ ſunt. Dñe deꝰ v̓tutũ q̇s ſimilis tibi? po-
tẽs es dñe: ⁊ veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris
poteſtati maris: motũ aũt fluctuũ eius tu mitigas. Tu
humiliaſti ſicut vulneratũ ſup̱bũ: in brachio virtutꝫ tue
diſperſiſti inimicos tuos. Tui ſunt celi: et tua eſt terra:
orbẽ terre: ⁊ plenitudinẽ eiꝰ tu fundaſti: aquilonẽ ⁊ ma
re tu creaſti. Thabor ⁊ Hermon in nomine tuo exulta-
bũt: tuũ brachiũ cũ potẽtia. Firmeť manꝰ tua: et exalteť
dextera tua: iuſticia ⁊ iudiciũ p̄paratio ſedis tue. Mi
ſericordia ⁊ veritas p̄cedẽt faciẽ tuã: beatꝰ populꝰ qui
ſcit iubilationẽ. Dñe in lumine vultus tui ambulabũt:
⁊ in noĩe tuo exultabunt tota die: ⁊ in iuſtitia tua exalta
buntur. Quoniã gloria virtutis eoꝝ tu es: ⁊ in benepla
cito tuo exaltabiť cornu noſtrũ. Quia dñi eſt aſſumptio
noſtra: ⁊ ſancti Iſrael regis noſtri. Tũc locutus es in vi
ſione ſanctis tuis: ⁊ dixiſti: poſui adiutoriũ in potẽte: et
exaltaui electũ de plebe mea. Inueni Dauid ſeruũ meũ:
oleo ſancto meo vnxi eũ. Manꝰ enĩ mea auxiliabiť ei: et
brachiũ meũ cõfirmabit eũ. Nihil ꝓficiet inimicus ĩ eo:
et filius iniquitatis nõ apponet nocere ei. Et cõcidam a
facie ipſiꝰ inimicos eius: ⁊ odiẽtes eũ in fugã conuertã.
Et veritas mea: ⁊ miſericordia mea cũ ipſo: et in nomi-
ne meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari ma-
num eius: ⁊ in fluminibus dexterã eius. Ipſe inuocauit
me: pater meus es tu: deꝰ meus: ⁊ ſuſceptor ſalutꝫ mee.
Et ego primogenitũ ponã illũ: excelſum p̄ regibꝰ ter-
re. In eternũ ſeruabo illi miſericordiã meã: ⁊ teſtamen-
tum meũ fidele ipſi. Et ponã in ſeculũ ſeculi ſemẽ eius:
⁊ thronũ eius ſicut dies celi. Si autẽ dereliquerint filij
eius legẽ meã: et in iudicijs meis nõ ambulauerint. Si
iuſticias meas ꝓphanauerint: ⁊ mãdata mea non cuſto
dierint. Uiſitabo in virga iniquitates eorũ: ⁊ in verberi
bus peccata eorũ. Miſericordiam aũt meam nõ diſper
gã ab eo: neqꝫ nocebo in veritate mea. Neqꝫ prophana-
bo teſtamentũ meũ: et que procedunt de labijs meis: nõ
faciã irrita. Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid men-
tiar: ſemen eius in eternũ manebit. Et thronus eiꝰ ſicut
ſol in cõſpectu meo: ⁊ ſicut luna ꝑfecta in eternũ: ⁊ teſtis
in celo fidelis. Tu vero repuliſti et deſpexiſti: diſtuliſti
Chriſtũ tuũ. Auertiſti teſtamentũ ſerui tui: prophanaſ-
ti in terra ſanctuariũ eius. Deſtruxiſti oẽs ſepes eius:
poſuiſti firmamẽtum eius formidinẽ. Diripuerũt eum
oẽs tranſeuntes viã: factus eſt opprobriũ vicinis ſuis.
Exaltaſti dexterã deprimentiũ eũ: letificaſti omnes ini-
micos eiꝰ. Auertiſti adiutoriũ gladij eius: ⁊ non es auxi
liatus ei in bello. Deſtruxiſti eũ ab emũdatione: ⁊ ſedem
eius in terra colliſiſti. Minoraſti dies temporis eius:
perfudiſti eum confuſione. Uſqꝫquo domine auertis in
finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua? Memorare q̄ mea
ſubſtãtia: nunq̇d enĩ vane cõſtituiſti oẽs filios hominũ?
Quis eſt homo qui viuet: ⁊ non videbit mortẽ: eruet ani
mam ſuã de manu inferi? Ubi ſunt miſericordie tue an-
tique domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Me
mor eſto domine opprobrij ſeruorũ tuoꝝ: quod cõtinui
in ſinu meo multarũ gentiũ. Quod exprobrauerunt ini
mici tui domine: q̄ exprobrauerunt cõmutationẽ Chri
ſti tui. Benedictus dominus in eternũ: fiat fiat.

¶ Oratio Moyſi hominis dei. LXXXIX.

Domine refugiũ factus es nobis: a generatione
in generationẽ. Priuſq̄ mõtes fierent: aut for
maretur terra et orbis: a ſeculo et vſqꝫ in ſeculũ
tu es deus. Ne auertas hoĩem in humilitatẽ: ⁊ dixiſti:
conuertimini filij hoĩm. Quoniã mille anni ante oculos Gene. 6.a
tuos: tãq̄ dies heſterna que p̄terijt. Et cuſtodia in no eccle. 8.a.
cte: que pro nihilo habẽtur: eorũ anni erũt. Mane ſicut
herba tranſeat: mane floreat ⁊ tranſeat: veſpere decidat:
induret ⁊ areſcat. Quia defecimus in ira tua: ⁊ in furo-
re tuo turbati ſumus. Poſuiſti iniquitates noſtras in
conſpectu tuo: ſeculũ noſtrũ in illuminatiõe vultus tui.
Quoniã oẽs dies noſtri defecerũt: ⁊ in ira tua defecimꝰ.
Anni noſtri ſicut aranea meditabunť: dies annoꝝ nr̃oꝝ
in ipſis ſeptuaginta anni. Si aũt in potẽtatibꝰ octogin
ta anni: ⁊ ampliꝰ eoꝝ labor ⁊ dolor. Qm̃ ſup̱uenit man-
ſuetudo: et corripiemur. Quis nouit poteſtatẽ ire tue:
⁊ p̄ timore tuo irã tuã dinumerare? Dexterã tuam ſic
notam fac: ⁊ eruditos corde in ſapiẽtia. Cõuertere dñe
vſqꝫquo: ⁊ deprecabilis eſto ſup̱ ſeruos tuos. Repleti ſu
mus mane miſericordia tua: exultauimꝰ ⁊ delectati ſu-
mus in omnibus diebꝰ noſtris. Letati ſumus pro diebꝰ:
q̇bꝰ nos humiliaſti: annis q̇bus vidimus mala. Reſpice
in ſeruos tuos: ⁊ ĩ opa tua: ⁊ dirige filios eoꝝ. Et ſit ſplẽ
dor dñi dei noſtri ſup̱ nos: ⁊ opa manuum noſtrarũ diri
ge ſuper nos: ⁊ opera manuum noſtrarum dirige.

¶ Laus cantici ipſi Dauid. XC.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi: ĩ protectiõe
dei celi cõmorabiť. Dicet dño: ſuſceptor meus
es tu: ⁊ refugiũ meũ: deus meus ſperabo in eũ.
Qm̃ ip̄e liberauit me de laqueo venãtiũ: ⁊ a v̓bo aſpero.
Scapulis ſuis obũbrabit tibi: et ſub pẽnis eiꝰ ſperabis.
Scuto circũdabit te veritas eius: nõ timebis a timore
nocturno. A ſagitta volãte in die: a negotio ꝑambulãte
in tenebris: ab ĩcurſu ⁊ demonio meridiano. Cadẽt a la
tere tuo mille: ⁊ decẽ millia a dextris tuis: ad te aũt non
appropinq̇bit. Uerũtñ ocl̓is tuis cõſiderabis: ⁊ retribu
tionẽ pctõꝝ videbis. Qm̃ tu es dñe ſpes mea: altiſſimũ
poſuiſti refugiũ tuũ. Non accedet ad te malũ: ⁊ flagellũ
nõ appropinq̇bit tabernaculo tuo. Qm̃ angelis ſuis mã
dauit de te: vt cuſtodiãt te ĩ oĩbus vijs tuis. In manibꝰ
portabũt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Sup̱
aſpidẽ ⁊ baſiliſcũ ambulabis: ⁊ cõculcabis leonẽ ⁊ draco
nẽ. Qm̃ ĩ me ſperauit: liberabo eũ: ꝓtegã eũ: qm̃ cogno-
uit nomẽ meũ. Clamauit ad me: ⁊ ego exaudiã eũ: cum
ipſo ſum in tribulatiõe: eripiã eũ: ⁊ glorificabo eũ. Lõgi
tudine dieꝝ replebo eũ: et oſtendam illi ſalutare meum.

¶ Pſalmus cantici in die ſabbati. XCI.

Bonũ eſt cõfiteri dño: ⁊ pſallere nomini tuo altiſ
ſime. Ad annũciãdũ mane miſcdiam tuã: ⁊ veri
tatẽ tuã ꝑ noctẽ. In decachordo pſalterio: cũ cã
tico ĩ cithara. Quia delectaſti me dñe ĩ factura tua: et in
opibꝰ manuũ tuaꝝ exultabo. Quã magnificata ſũt opa Infra. 103.
tua dñe: nimis ꝓfunde facte ſunt cogitatiões tue. Uir
ĩſipiẽs nõ cognoſcet: ⁊ ſtultꝰ nõ ĩtelliget hec. Cũ exorti
fuerit pctõres ſicut foenũ: ⁊ apparuerint oẽs q̇ operanť
iniq̇tatẽ. Ut intereãt in ſeculũ ſeculi: tu aũt altiſſimus
in eternũ domine. Quoniã ecce inimici tui dñe: quoniã
ecce inimici tui peribũt: ⁊ diſpergentur omnes qui ope-

rantur iniquitatem. Et exaltabitur ſicut vnicornis cor
nu meũ: ⁊ ſenectus mea in miſericordia vberi. Et deſpe-
xit oculus meus inimicos meos: ⁊ ab inſurgẽtibꝰ in me
malignantibꝰ audiet auris mea. Juſtus vt palma flore
bit: ſicut cedrus libani multiplicabiť. Plãtati in domo
domini: in atrijs domꝰ dei noſtri florebũt. Adhuc mul-
tiplicabuntur in ſenecta vberi: et bene patiẽtes erunt vt
annuncient. Quoniam rectus dominus deus noſter: et
non eſt iniquitas in eo.

¶ Laus cantici Dauid in die ante ſabbatum: quando
fundata eſt terra. XCII.

Dominus regnauit: decorẽ ĩdutus eſt: indutus
eſt dñs fortitudinẽ: ⁊ precinxit ſe. Etenĩ firma
uit orbẽ terre: q̃ nõ cõmouebiť. Parata ſedes
tua ex tũc: a ſeculo tu es. Eleuauerũt flumina dñe: eleua
uerũt flumina vocẽ ſuã. Eleuauerũt flumĩa fluctꝰ ſuos:
a vocibꝰ aquarũ multaꝝ. Mirabiles elatiões maris: mi
rabilis ĩ altis dñs. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt
nimis: domũ tuã decet ſctĩtudo dñe ĩ lõgitudinẽ dierũ.

¶ Pſalmus Dauid. XCIII.

Deus vltionũ dñs: deꝰ vltionũ libere egit. Exal
tare q̃ iudicas terrã: redde retributionẽ ſuper-
bis. Vſq̃quo pctõres dñe: vſq̃quo pctõres glo
riabũtur? Effabunť ⁊ loquẽtur iniquitatẽ: loquenť oẽs
q̃ operanť iniuſticiã. Populũ tuũ dñe humiliauerũt: et
hereditatẽ tuã vexauerũt. Viduã ⁊ aduenã ĩterfecerũt:
⁊ pupillos occideŕt. Et dixerũt: nõ videbit dñs: nec in-
telliget deꝰ iacob. Intelligite ĩſipiẽtes ĩ populo: ⁊ ſtulti
aliquãdo ſapite. Qui plãtauit aurẽ: nõ audiet: aut q̃ fin-
xit oculũ: nõ conſiderat? Qui corripit gẽtes: nõ arguet:
i.cori.3.b aut q̃ docet hoĩem ſcientiã? Dñs ſcit cogitatiões hoĩm:
quoniã vane ſunt. Beatus hõ quẽ tu erudieris dñe: ⁊ de
lege tua docueris eũ. Vt mitiges ei a diebꝰ malis: donec
fodiať pctõri fouea. Quia non repellet dñs plebẽ ſuã: ⁊
hereditatẽ ſuã nõ derelinquet. Quoadusq̃ iuſticia con-
uertatur in iudiciũ: ⁊ q̃ tenẽt eam: oẽs recto ſunt corde.
Quis ꝯſurget mihi aduerſus malignãtes: aut q̃s ſtabit
mecũ aduerſus operãtes iniquitatẽ? Niſi q̃a dñs adiu-
uit me: paulominꝰ habitaſſet ĩ inferno aĩa mea. Si dice
bã: motꝰ eſt pes meus: miſericordia tua dñe adiuuabit
me. Secũdũ multitudinẽ dolorũ meoꝝ ĩ corde meo: cõ
ſolatiões tue letificauerũt aĩam meã. Nunq̃d adheret
tibi ſedes iniq̃tatis: q̃ fingis laborẽ ĩ pcepto? Cãtabũt
in aĩam iuſti: ⁊ ſanguinẽ innocentẽ condemnabunt. Et
factꝰ eſt mihi dñs in refugiũ: ⁊ deꝰ meus in adiutorium
ſpei mee. Et reddet illis iniquitatẽ ipſorũ: et in malitia
coꝝ diſperdet eos: ⁊ diſperdet illos dominꝰ deꝰ noſter.

¶ Laus cantici ipſi Dauid. XCIIII.

Venite exultemꝰ dño: iubilemꝰ deo ſalutari no-
ſtro. Preoccupemꝰ faciẽ eiꝰ ĩ cõfeſſiõe: ⁊ ĩ pſal-
mis iubilemꝰ ei. Qm̃ deꝰ magnꝰ dñs: ⁊ rex ma
gnus ſup oĩes deos: quoniã nõ repellet dñs plebẽ ſuã.
Quia ĩ manu eiꝰ ſunt oẽs fines terre: et altitudines mõ
tũ ipĩꝰ ſunt. Qm̃ ipĩꝰ eſt mare: ⁊ ipſe fecit illud: ⁊ ſiccam
manus eiꝰ formauerũt. Venite adoremꝰ: ⁊ pcidamꝰ: et
ploremꝰ ante dñm: q̃ fecit nos: q̃a ipe eſt dñs deꝰ noſter.
Heb.3.b. et.4.b. Et nos populus paſcue eius: ⁊ oues manus eius. Ho-
die ſi vocẽ eiꝰ audieritis: nolite obdurare corda veſtra.
Sicut ĩ irritatiõe ſm diẽ tẽtatiõis ĩ deſerto. Vbi tenta
uerũt me patres veſtri: probauerũt et viderũt opa mea.
Quadraginta annis offenſus fui gñatiõi illi: et dixi ſem
per: hi errãt corde. Et iſti nõ cognouerũt vias meas: vt
iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

¶ Pſalmus Dauid: quando domus edificabatur poſt
captiuitatem. XCV.

Cantate dño canticũ nouũ: cãtate dño oĩs terra.
Cãtate dño: ⁊ bñdicite nomini eius: annũciate
de die in diẽ ſalutare eius. Annunciate inter gẽ-
ſupra.47 eccl.43.d. tes gloriã eius: in oĩbꝰ populis mirabilia eius. Quo-
niã magnus dominus et laudabilis nimis: terribilis eſt
ſuper omnes deos. Quoniam omnes dij gentiũ demo-
nia: dominus autẽ celos fecit. Cõfeſſio et pulchritudo
in cõſpectu eius: ſanctimonia ⁊ magnificentia ĩ ſanctifi
catione eius. Afferte dño patrie gẽtiũ: afferte dño glo-
riam ⁊ honorem: afferte domino gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias: ⁊ introite ĩ atria eius: adorate dominũ
in atrio ſancto eius. Cõmoueatur a facie eius vniuerſa
terra: dicite in gẽtibus: q̃a dñs regnauit. Etenĩ correxit infra.97.
orbem terre: qui nõ cõmouebitur: iudicabit populos in
equitate. Letẽtur celi: ⁊ exultet terra: cõmoueatur ma
re: ⁊ plenitudo eius: gaudebũt cãpi: et omnia que in eis
ſunt. Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarũ a facie dñi:
quia venit: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit
orbem terre in equitate: ⁊ populos in veritate ſua.

¶ Pſalmus ipſi Dauid: quando terra eius reſtituta
eſt ei. XCVI.

Dominus regnauit: exultet terra: letentur inſu
le multe. Nubes ⁊ caligo in circũitu eius: iuſti
cia ⁊ iudiciũ correctio ſedis eius. Ignis ante
ipſum precedet: et inflãmabit ĩ circũitu inimicos eius.
Alluxerũt fulgura eius orbi terre: vidit ⁊ cõmota eſt ter
ra. Mõtes ſicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi oĩs
terra. Annũciauerũt celi iuſtitiã eius: et viderũt oẽs po
puli gloriã eius. Cõfundantur oẽs qui adorant ſculpti
lia: ⁊ q̃ glorianť in ſimulachris ſuis. Adorate eũ oẽs an- Heb.1.b.
geli eius: audiuit: et letata eſt Sion. Et exultauerunt fi supra.47.
lie Jude: ꝑpter iudicia tua dñe. Quoniã tu dominꝰ al-
tiſſimus ſuper oẽm terrã: nimis exaltatus es ſuper oẽs
deos. Qui diligitis dominũ: odite malum: cuſtodit dñs
animas ſanctorũ ſuorũ: de manu pctõris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde leticia. Letamini iuſti
in domino: ⁊ cõfitemini memorie ſanctificationis eius.

¶ Pſalmus Dauid. XCVII.

Cantate dño canticũ nouũ: quia mirabilia fecit:
Saluauit ſibi dextera eiꝰ: ⁊ brachiũ ſanctũ eiꝰ.
Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ: in cõſpectu gentiũ
reuelauit iuſtitiã ſuã. Recordatꝰ eſt miſcdie ſue: et veri
tatis ſue domui Iſrael. Viderũt oẽs termini terre ſalu
tare dei noſtri. Jubilate dño oĩs terra: cãtate ⁊ exultate eſaie.52.e
⁊ pſallite. Pſallite dño in cithara: in cithara ⁊ voce pſal
mi: in tubis ductilibꝰ: ⁊ voce tube cornee. Jubilate ĩ cõ
ſpectu regis domini: moueať mare ⁊ plenitudo eius: or
bis terrarũ: ⁊ qui habitant in eo. Flumina plaudẽt ma-
nu: ſimul montes exultabunt a cõſpectu domini: quoniã Sup.95.
venit iudicare terram. Judicabit orbẽ terrarũ in iuſti-
cia: ⁊ populos in equitate.

¶ Pſalmus Dauid. XCVIII.

Dominus regnauit: iraſcãtur populi: qui ſedes
ſuper cherubim moueatur terra. Dñs ĩ Sion
magnꝰ: ⁊ excelſus ſup oẽs pplos. Cõfiteanť no
mini tuo magno: qm̃ terribile ⁊ ſanctũ eſt: ⁊ honor regꝭ
iudiciũ diligit. Tu paraſti directiones: iudiciũ ⁊ iuſtitiã infra eodẽ
in Jacob tu feciſti. Exaltate dominũ deũ noſtrũ: et ado
rate ſcabellũ pedũ eiꝰ: qm̃ ſctm̃ eſt. Moyſes ⁊ Aarõ ĩ ſa-
cerdotibus eius: et ſamuel ĩter eos q̃ inuocãt nomẽ eiꝰ.
Inuocabãt dñm: ⁊ ipe exaudiebat eos: ĩ colũna nubis lo
quebať ad eos. Cuſtodiebãt teſtimonia eiꝰ: et preceptũ
qd̃ dedit illis. Dñe deus noſter: tu exaudiebas eos: deus
tu ꝓpitius fuiſti eis: ⁊ vlciſcens in omnes adinuẽtiones
eorũ. Exaltate dñm deũ noſtrũ: ⁊ adorate in monte ſan ſup. eodẽ.
cto eius: quoniam ſanctus dominus deus noſter.

¶ Pſalmus in confeſſione. XCIX.

Iubilate deo oĩs terra: ſeruite dño in leticia. In-
troite in cõſpectu eiꝰ: in exultatiõe. Scitote qm̃ ſupra.65.
dñs ipe eſt deꝰ: ipe fecit nos ⁊ nõ ipi nos. Popu
lus eius: ⁊ oues paſcue eiꝰ: introite portas eius in cõfeſ
ſione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate no
mẽ eiꝰ: qm̃ ſuauis eſt dñs: in eternũ miſericordia eius: ⁊
vſq̃ in generationem ⁊ generationẽ veritas eius.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. C.

MIſericordiā ⁊ iudiciū cātabo tibi dñe: pſallā ⁊
intelligā in via immaculata: quādo venies ad
me. Perambulabā ī innocētia cordis mei: in
medio domus meę. Non proponebā ante oculos meos
rem iniuſtā: faciētes preuaricatiōes odiui. Nō adheſit
mihi cor prauū: declinantē a me malignum nō cognoſce
bā. Detrahentē ſecreto ꝓximo ſuo: hūc ꝑſequebar. Su
perbo oculo ⁊ inſatiabili corde: cū hoc nō edebā. Oculi
mei ad fideles terrę: vt ſedeāt mecū: ambulans in via im
maculata hic mihi miniſtrabat. Nō habitabit in medio
domus meę: q̄ facit ſuperbiā: qui loquitur iniqua non di
rexit in cōſpectu oculoꝝ meoꝝ. In matutino interficie
bam omnes peccatores terrę: vt diſperderē de ciuitate
domini omnes operantes iniquitatem.

¶ Oratio pauperis cū auxiliaretur: ⁊ coram dño effun
det precem ſuam. CI.

Infra. 142 DOmine exaudi orationē meā: ⁊ clamor meꝰ ad
te veniat. Nō auertas faciē tuā a me: ī quacūq̄
die tribulor: īclina ad me aurē tuā. In quacūq̄
die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt
ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū aruerunt.
Percuſſus ſum vt foenū: ⁊ aruit cor meū: q̄a oblitꝰ ſum
comedere panē meum. A voce gemitus mei: adheſit os
meū carni meę. Similis factꝰ ſū pelicano ſolitudinis:
factꝰ ſum ſicut nycticorax ī domicilio. Vigilaui et factꝰ
ſum: ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobra
bāt mihi inimici mei: et q̄ laudabāt me: aduerſum me iu
rabāt. Quia cinerē tāq̄ panē mādūcabā: et populū meū
cū fletu miſcebā. A facie irę indignatiōis tuę: q̄a eleuās
alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerūt: ⁊ ego ſi
cut foenū arui. Tu aūt dñe in ęternū ꝑmanes: et memo
riale tuū ī gñatiōe ⁊ gñationē. Tu exurgēs miſereberi
Sion: q̄a tēpus miſerēdi eius: q̄a venit tēpus. Quoniā
placuerūt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terrę eiꝰ miſerebū
tur. Et timebūt gētes nomē tuū dñe: ⁊ oēs reges terrę
gloriā tuā. Quia ędificauit dñs ſiō: et videbit ī glīa ſua.
Reſpexit in orationē humiliū: et nō ſpreuit precē eorū.
Scribātur hęc in gñatiōe altera: et populꝰ q̄ creabitur
laudabit dominū. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo:
dominus de cęlo in terrā aſpexit. Vt audiret gemitus
compeditorū: vt ſolueret filios interemptorū. Vt annū
cient in Sion nomen domini: ⁊ laudē eius in Ieruſalē.
In cōueniendo populos in vnū: ⁊ reges vt ſeruiant do
mino. Reſpondit ei in via virtutis ſuę: paucitatē dierū
meorū nuncia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum
Hebr. 1. b. meorū: in generatiōe ⁊ generationē anni tui. Initio tu
domine terrā fundaſti: et opera manuū tuarū ſunt cęli.
Ipſi peribūt: tu aūt ꝑmanes: et oēs ſicut veſtimētū vete
raſcēt. Et ſicut opertoriū mutabis eos: ⁊ mutabunt: tu
autē idē ipſe es: ⁊ anni tui nō deficiēt. Filij ſeruoꝝ tuorū
habitabunt: ⁊ ſemen eorū in ſeculum dirigetur.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. CII.

BEnedic anima mea domino: ⁊ omnia quę intra
me ſunt nomini ſancto eius. Benedic aīa mea
domino: et noli obliuiſci omēs retributiōes eiꝰ.
Qui propitiatur omnibꝰ iniquitatibus tuis: qui ſanat
oēs infirmitates tuas. Qui redimit de īteritu vitā tuā:
qui coronat te in miſcdia ⁊ miſerationibꝰ. Qui replet in
bonis deſideriū tuū: renouabit vt aq̄lę iuuētus tua. Fa
ciens miſericordias dominus: ⁊ iudiciū omnibꝰ iniuriā
patientibꝰ. Notas fecit vias ſuas moyſi: filijs iſrael vo
luntates ſuas. Miſerator ⁊ miſericors dñs: lōganimis
⁊ multū miſericors. Nō in ꝑpetuū iraſcet: neq̄ ī ęternū
cōminabit. Nō ſm peccata noſtra fecit nobis: neq̄ ſm
iniquitates noſtras retribuit nobis. Quoniā ſm altitu
dinē cęli a terra: corroborauit miſericordiā ſuā ſuper ti
mētes ſe. Quantū diſtat ortꝰ ab occidēte: lōge fecit a no
bis iniquitates noſtras. Quomodo miſeret pater filio
rū: miſertus eſt dñs timētibꝰ ſe: qm̄ ipē cognouit figmē
tū noſtrū. Recordatꝰ eſt qm̄ puluis ſumꝰ: hō ſicut foenū
dies eiꝰ: tāq̄ flos agri ſic efflorebit. Quoniā ſpūs ꝑtrāſi
bit in illo: ⁊ nō ſubſiſtet: ⁊ nō cognoſcet ampliꝰ locū ſuū.
Miſericordia aūt dñi ab ęterno: ⁊ vſq̄ in ęternū: ſup ti
mētes eū. Et iuſtitia illiꝰ in filios filioꝝ: his q̄ ſeruāt te
ſtamētū eiꝰ. Et memores ſunt mādatoꝝ ipſiꝰ: ad facien
dū ea. Dñs ī cęlo parauit ſedē ſuā: ⁊ regnū ipſiꝰ omnibꝰ
dominabit. Benedicite dño oēs angeli eiꝰ potentes vir
tute: faciētes verbū illiꝰ ad audiendā vocē ſermonū eiꝰ.
Benedicite dño oēs virtutes eius: miniſtri eius q̄ faci
tis voluntatem eius. Benedicite dño omnia opera eiꝰ: in
omni loco dominationis eius benedic anima mea dño.

¶ Pſalmus ipſi Dauid. CIII.

BEnedic anima mea domino: domine deus meꝰ
magnificatus es vehemēter. Confeſſionē ⁊ de
corē īduiſti: amictꝰ lumine ſicut veſtimēto. Ex
tēdēs cęlū ſicut pellē: q̄ tegis aquis ſuperiora eiꝰ. Qui po Hebr. 1. c.
nis nubē aſcēſū tuū: q̄ ambulas ſup pēnas vētoꝝ. Qui
facis angelos tuos ſpūs: et miniſtros tuos ignē vrentē.
Qui fundaſti terrā ſup ſtabilitatē ſuā: nō inclinabit in ſe
culū ſeculi. Abyſſus ſicut veſtimentū amictus eius: ſup
mōtes ſtabūt aquę. Ab increpatiōe tua fugiēt: a voce to
nitrui tui formidabūt. Aſcēdunt mōtes: ⁊ deſcēdunt cā
pi: in locū quē fundaſti eis. Terminū poſuiſti: quem non
tranſgredient: neq̄ cōuertent operire terrā. Qui emit
tis fontes in cōuallibus: inter mediū montiū ꝑtrāſibūt
aquę. Potabūt oēs beſtię agri: expectabūt onagri in ſi
ti ſua. Sup ea volucres cęli habitabūt: de medio petra
rum dabūt voces. Rigās mōtes de ſuperioribꝰ ſuis: de
fructu operū tuoꝝ ſatiabit terra. Producens foenū iu
mentis: ⁊ herbā ſeruituti hoīm. Vt educas panē de ter
ra: ⁊ vinū lętificet cor hoīs. Vt exhilaret faciē in oleo: et
panis cor hoīs confirmet. Saturabunt ligna cāpi: et ce
dri Libani quas plātauit: illic paſſeres nidificabūt. He
rodij domus dux eſt eoꝝ: mōtes excelſi ceruis: petra re
fugiū herinacijs. Fecit lunā in tēpora: ſol cognouit occa
ſum ſuū. Poſuiſti tenebras: ⁊ facta eſt nox: in ipā ꝑtrāſi
būt oēs beſtię ſiluę. Catuli leonū rugiētes vt rapiāt: et
quęrāt a deo eſcā ſibi. Ortus eſt ſol: et cōgregati ſunt: et
in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus
ſuū: ⁊ ad operationē ſuā vſq̄ ad veſperā. Quā magnifica
ta ſunt opera tua dñe: oīa in ſapientia feciſti: impleta eſt
terra poſſeſſiōe tua. Hoc mare magnū ⁊ ſpacioſum ma
nibus: illic reptilia: quoꝝ nō eſt numerus. Animalia pu
ſilla cū magnis: illic naues ꝑtrāſibūt. Draco iſte quē for
maſti ad illudēdū ei: oīa a te expectāt: vt des illis eſcā in
tēpore. Dāte te illis colligēt: aperiente te manū tuā oīa
implebūtur bonitate. Auertēte aūt te faciem turbabun
tur: auferes ſpiritū eoꝝ: ⁊ deficiēt: ⁊ ī puluerē ſuū reuer
tētur. Emitte ſpiritū tuū: ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciē
terrę. Sit gloria domini ī ſeculū: lętabitur dominus in
operibus ſuis. Qui reſpicit terrā: et facit eam tremere:
qui tāgit montes: et fumigant. Cantabo domino in vi infra. 145
ta mea: pſallā deo meo q̄ diu ſum. Iocūdū ſit ei eloquiū
meū: ego vero delectabor in dño. Deficiēt peccatores a
terra: ⁊ iniqui ita vt nō ſint: benedic anīa mea domino.

¶ Alleluia. CIIII.

COnfitemini domino: ⁊ inuocate nomē eius: an
nunciate inter gētes opera eiꝰ. Cātate ei ⁊ pſal 2 par. 16
lite ei: narrate oīa mirabilia eiꝰ: laudamini ī no Eſa. 12. b
mine ſancto eius. Lętet cor quęrentium dominū: quę
rite dominū: et cōfirmamini: quęrite faciē eius ſemper.
Memētote mirabiliū eius quę fecit: ꝓdigia eius ⁊ iudi
cia oris eiꝰ. Semē Abraā ſerui eiꝰ: filij Iacob electi eiꝰ.
Ipē dñs deꝰ nr̄: ī vniuerſa terra iudicia eiꝰ. Memor fu
it ī ſeculū teſtamēti ſui: verbi qd̄ mādauit ī mille gñatio
nes. Qd̄ diſpoſuit ad Abraā: ⁊ iuramēti ſui ad iſaac. Et
ſtatuit illud iacob in p̄ceptū: ⁊ iſrael ī teſtamētū ęternū.
Dicēs tibi dabo terrā chanaā: funiculū hęreditatis vrę.
Cū eſſent nūero breui: pauciſſimi ⁊ īcolę eiꝰ. Et ꝑtrāſie
rūt de gēte in gentē: ⁊ de regno ad populū alterū. Non

reliquit hominẽ nocere eis:⁊ corripuit ꝑ eis reges. No
lite tangere Chriſtos meos:⁊ in prophetis meis nolite
malignari. Et vocauit famẽ ſuper terrã:⁊ omne firma-
mentũ panis cõtriuit. Miſit ante eos virũ:in ſeruũ ve-
nũdatus eſt Joſeph. Humiliauerũt in cõpedib⁹ pedes
ei⁹:ferrũ ptrãſijt aĩam ei⁹:donec veniret verbũ ei⁹. Elo-
quiũ dñi inflãmauit eũ:miſit rex ⁊ ſoluit eũ:princeps po
puloꝝ ⁊ dimiſit eũ. Cõſtituit eũ dñm dom⁹ ſuę:⁊ prin-
cipẽ oĩs poſſeſſiõis ſuę. Ut erudiret ꝑncipes ei⁹: ſicut ſe
metipſum:⁊ ſenes ei⁹ prudentiam doceret. Et intrauit
iſrael in Aegyptũ: et Jacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit pplm ſuũ vehemẽter:⁊ firmauit eũ ſuper inimi
supra.77. cos ei⁹. Cõuertit cor eoꝝ:vt odirent pplm ei⁹: ⁊ dolũ fa
exodi.7.d cerẽt in ſeruos ei⁹. Miſit Moyſen ſeruũ ſuũ:Aarõ quẽ
elegit ipm. Poſuit ĩ eis vba ſignoꝝ ſuoꝝ: et ꝓdigioꝝ
in terra Cham. Miſit tenebras ⁊ obſcurauit:⁊ nõ exa-
cerbauit ſermones ſuos. Cõuertit aquas eoꝝ in ſangui-
nẽ:⁊ occidit piſces eoꝝ. Edidit terra eoꝝ ranas:ĩ pene-
tralib⁹ regum ipſoꝝ. Dixit ⁊ venit cynomia ⁊ ciniſes in
omĩb⁹ finib⁹ eoꝝ. Poſuit pluuias eoꝝ grãdinẽ: ignẽ cõ
burẽtẽ ĩ terra ipoꝝ. Et ꝑcuſſit vineas ipoꝝ:et ficulneas
eoꝝ:⁊ cõtriuit lignũ finium eoꝝ. Dixit ⁊ venit locuſta ⁊
bruch⁹:cui⁹ nõ erat numer⁹. Et comedit omẽ foenũ in
terra eoꝝ:⁊ comedit oẽm fructũ terrę eoꝝ. Et percuſſit
omẽ ꝑmogenitũ ĩ terra eoꝝ:ꝑmitias oĩs laborꝫ eoꝝ. Et
eduxit eos cũ argẽto ⁊ auro:⁊ nõ erat ĩ tribub⁹ eoꝝ ĩfir-
mus. Letata eſt ęgypt⁹ in ꝓfectiõe eoꝝ: q̃a incubuit ti
mor eoꝝ ſup eos. Expãdit nubẽ ĩ ꝓtectionẽ eoꝝ: et ignẽ
vt luceret eis per noctẽ. Petierũt ⁊ venit coturnix:⁊ pa
ne cęli ſaturauit eos. Dirupit petrã: ⁊ fluxerunt aquę:
abierũt in ſicco flumina. Quoniã memor fuit vbi ſancti
ſui:quod habuit ad Abraam puerũ ſuũ. Et eduxit popu
lũ ſuũ in exultatiõe:⁊ electos ſuos in lętitia. Et dedit il-
lis regiones gentium:⁊ labores populoꝝ poſſederunt.
Ut cuſtodiãt iuſtificationes eius: ⁊ legẽ eius requirãt.
¶ Alleluia. Alleluia. CV.

iudith.3.c infra.106. Confitemini domino quoniã bon⁹:quoniã in ſe-
culũ miſcdia ei⁹. Quis loquet̃ potẽtias dñi:au-
ditas faciet oẽs laudes ei⁹: Beati q̃ cuſtodiunt
iudiciũ:⁊ faciũt iuſtitiã in omĩ tẽpore. Memẽto noſtri
domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari
tuo. Ad vidẽdũ in bonitate electoꝝ tuoꝝ: ad lętandũ in
iudith.7.b lęticia gẽtis tuę:vt lauderis cũ hęreditate tua. Pecca
uimus cũ patrib⁹ noſtris:iniuſte egimus:iniquitatẽ fe-
cimus. Patres noſtri in Aegypto nõ intellexerũt mira
bilia tua:nõ fuerunt memores multitudinis miſeri cor-
dię tuę. Et irritauerũt aſcẽdẽtes in mare:mare rubrũ.
Et ſaluauit eos ꝓpter nomẽ ſuũ:vt notã faceret potẽtiã
ſuã. Et increpauit mare rubrũ:⁊ exiccatũ eſt:et deduxit
eos in abyſſis:ſicut in deſerto. Et ſaluauit eos de manu
exod.14.g odientium:⁊ redemit eos de manu inimici. Et operuit
aqua tribulãtes eos: vnus ex eis nõ remãſit. Et credide
runt in verbis eius:⁊ laudauerũt laudẽ eius. Cito fece
rũt obliti ſunt operũ eius:et nõ ſuſtinuerũt cõſiliũ eius.
Et cõcupierũt cõcupiſcẽtiã in deſerto:⁊ tentauerũt deũ
in inaquoſo. Et dedit eis petitionẽ ipſoꝝ:et miſit ſaturi
tatẽ in aĩas eoꝝ. Et irritauerũt moyſen ĩ caſtris Aaron
ſanctũ dñi. Aperta eſt terra:⁊ deglutiuit dathan:⁊ ope-
ruit ſup cõgregationẽ abirom. Et exarſit ignis ĩ ſynago
ga eoꝝ:flãma cõbuſſit pctõres. Et fecer̃t vitulũ ĩ horeb:
⁊ adorauerũt ſculptile. Et mutauerũt gloriã ſuã: ĩ ſimi
litudinẽ vituli comedentis foenũ. Obliti ſunt deũ: q̃ ſal
uauit eos:q̃ fecit magnalia ĩ Aegypto: mirabilia ĩ terra
chã:terribilia in mari rubro. Et dixit vt diſꝑderet eos:ſĩ
nõ moyſes elect⁹ ei⁹ ſtetiſſet ĩ cõfractiõe ĩ cõſpectu eius.
Ut auerteret irã eius:ne diſperderet eos:⁊ ꝓ nihilo ha-
buerũt terrã deſiderabilẽ. Nõ crediderũt verbo eius: et
murmurauerũt in tabernaculis ſuis:nõ exaudierũt vo-
cẽ dñi. Et eleuauit manũ ſuã ſup eos: vt ꝓſterneret eos
in deſerto. Et vt deijceret ſemẽ eoꝝ ĩ natiõibus:⁊ diſper
deret eos in regionibus. Et initiati ſunt beelphegor: et
comederũt ſacrificia mortuoꝝ. Et irritauerũt eũ ĩ adin
uentionibus ſuis:⁊ multiplicata eſt ĩ eis ruina. Et ſtetit
phinehes:⁊ placauit:⁊ ceſſauit q̃ſſatio. Et reputatũ eſt
ei ad iuſtitiã: in gñatiõe ⁊ gñationẽ vſq; in ſempiternũ.
Et irritauerũt eũ ad aquas cõtradictiõis: ⁊ vexatus eſt
moyſes ꝓpter eos:q̃a exacerbauerũt ſpiritũ eius. Et di-
ſtinxit in labijs ſuis:nõ diſperdiderũt gẽtes: quas dixit
dominus deus illis. Et cõmixti ſunt inter gẽtes:et didi
cerunt opera eoꝝ:⁊ ſeruierũt ſculptilibus eoꝝ: et factũ
eſt illis ĩ ſcãdalũ. Et ĩmolauerũt filios ſuos ⁊ filias ſuas
dęmonijs. Et effuderũt ſanguinẽ innocẽtẽ: ſanguinẽ fi
lioꝝ ſuoꝝ ⁊ filiarũ ſuarũ:quas ſacrificauerũt ſculpti
libus Chanaan. Et infecta eſt terra in ſanguinibus: et
cõtaminata eſt in operib⁹ eoꝝ:⁊ fornicati ſunt in adin-
uentionibus ſuis. Et iratus eſt furore dominus ĩ popu
lum ſuũ: et abominatus eſt hęreditatẽ ſuã. Et tradidit
eos in manus gentiũ:⁊ dominati ſunt eoꝝ:qui oderunt
eos. Et tribulauerunt eos inimici eoꝝ:⁊ humiliati ſunt
ſub manibus eoꝝ:ſępe liberauit eos. Jpſi aũt exacerba-
uerũt eũ in cõſilio ſuo:⁊ humiliati ſunt in iniquitatibus
ſuis. Et vidit cũ tribularent̃:⁊ audiuit orationẽ eoꝝ: et
memor fuit teſtamẽti ſui: et poenituit eũ ſm multitudi
nẽ miſcdię ſuę. Et dedit eos ĩ miſcdias: ĩ cõſpectu oĩm
qui ceperãt eos. Saluos fac nos dñe deus noſter: ⁊ con
grega nos de natiõib⁹. Ut cõfiteamur nomini ſctõ tuo:
⁊ gloriemur ĩ omẽ laude tua. Bñdict⁹ dñs de⁹ iſrael a ſe
culo ⁊ vſq; in ſeculum:⁊ dicet omnis populus fiat fiat.
¶ Alleluia. Alleluia. CVI.

Confitemini dño quoniã bonus: quoniã ĩ ſeculũ Judith 13
miſericordiã eius. Dicãt q̃ redẽpti ſunt a dño: infra.117.
quos redemit de manu inimici:de regiõibus cõ
gregauit eos. A ſolis ortu ⁊ occaſu:ab aquilone ⁊ mari.
Errauerũt ĩ ſolitudine in inaquoſo:viã ciuitatis habita
culi nõ ĩuenerũt. Eſuriẽtes ⁊ ſitiẽtes:aĩa eoꝝ ĩ ipis defe
cit. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularent̃: ⁊ de neceſſi- infra codẽ
tatibus eoꝝ eripuit eos. Et eduxit eos in viam rectã:vt infra codẽ
irẽt ĩ ciuitatẽ habitatiõis. Cõfitemini dño miſcdiã ei⁹:
⁊ mirabilia eius filijs hoĩm. Quia ſatiauit aĩam inanẽ:⁊
animã eſurientẽ ſatiauit bonis. Sedẽtes in tenebris et
vmbra mortis:victos ĩ mẽdicitate ⁊ ferro. Quia exacer
bauerũt eloq̃a dei:⁊ cõſiliũ altiſſimi irritauerũt. Et hu- infra codẽ
miliatũ eſt ĩ laboribus cor eoꝝ:⁊ infirmati ſunt:nec fuit sup. eodẽ.
qui adiuuaret. Et clamauerũt ad dñm:cũ tribularent̃:
⁊ de neceſſitatibus eoꝝ liberauit eos. Et eduxit eos de
tenebris ⁊ vmbra mortis:⁊ vincula eoꝝ dirupit. Confi sup.eodẽ.
temini dño miſcdiam eius: ⁊ mirabilia eius filijs hoĩm. et infra eo.
Quia cõtriuit portas ęreas: ⁊ vectos ferreos cõfregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eoꝝ: ꝓpter iniuſtitias
enĩ ſuas humiliati ſunt. Oẽm eſcã abominata eſt aĩa eo-
rũ:⁊ appropinquauerunt vſq; ad portas mortis. Et cla
mauerũt ad dñm cũ tribularent̃:⁊ de neceſſitatibus eo-
rũ liberauit eos. Miſit vbũ ſuũ:⁊ ſanauit eos:⁊ eripuit
eos de internitionibus eoꝝ. Cõfitemini dño miſericor sup. eodẽ.
diam eius:⁊ mirabilia eius filijs hoĩm. Et ſacrificent ſa infra eodẽ
crificium laudis:⁊ annuncient opera eius in exultatiõe.
Qui deſcendũt mare in nauibus: faciẽtes operationem
in aquis multis. Jpſi viderunt opera domini:⁊ mirabi
lia eius in profundo. Dixit:⁊ ſtetit ſpũs ꝓcellę: et exalta
ti ſunt fluctus eius. Aſcẽdũt vſq; ad cęlos:et deſcẽdunt
vſq; ad abyſſos:aĩa eorum in malis tabeſcebat. Turbati
ſunt:⁊ moti ſunt ſicut ebrius:⁊ oĩs ſapiẽtia eoꝝ deuora
ta eſt. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularentur:⁊ de ne-
ceſſitatibus eoꝝ eduxit eos. Et ſtatuit procellã eius in sup. eodẽ.
aurã:⁊ ſiluerũt fluctus eius. Et lętati ſunt:q̃a ſiluerũt:
⁊ deduxit eos in portũ voluntatis eorum. Confitemini sup. eodẽ.
domino miſericordiã eius:⁊ mirabilia eius filijs homi-
num. Et exaltent eum in eccleſia plebis: et in cathedra
ſenioꝝ laudent eũ. Poſuit flumina in deſertũ:⁊ exitus
aquarũ in ſitim. Terram fructiferam in ſalſuginẽ: a ma

litia inhabitantiū in ea. Poſuit deſertū in ſtagna aqua-
rū: ⁊ terrā ſine aqua in exitus aquaꝝ. Et collocauit illic
eſuriētes: ⁊ cōſtituerunt ciuitatē habitatiōis. Et ſemi-
nauerūt agros: ⁊ plātauerūt vineas: ⁊ fecerūt fructum
natiuitatis. Et benedixit eis: et mltiplicati ſunt nimis:
et iumēta eoꝝ non minorauit. Et pauci facti ſunt: ⁊ ve
xati ſunt a tribulatiōe maloꝝ ⁊ dolore. Effuſa eſt cōten
tio ſuper principes: ⁊ errare fecit eos in inuio: ⁊ nō ī via.
Iob.22.c Et adiuuit pauperē de inopia: ⁊ poſuit ſicut oues fami-
lias. Videbunt recti ⁊ letabunt: ⁊ oīs iniquitas oppila
bit os ſuū. Quis ſapiens ⁊ cuſtodiet hec: ⁊ intelliget mi
ſericordias domini?

Alleluia. Canticū pſalmi ipſi Dauid. CVII.

ſupra.56. Paratū cor meū deus: paratū cor meū: cantabo
⁊ pſallam in gloria mea. Exurge pſalteriū ⁊ ci
thara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in popu
lis dñe: ⁊ pſallam tibi in nationibꝰ. Quia magna eſt ſup
celos miſericordia tua: ⁊ vſq; ad nubes veritas tua. Ex
altare ſup celos deus: ⁊ ſuper oēm terrā gloria tua: vt li
berētur dilecti tui. Saluū fac dextera tua: ⁊ exaudi me:
deus locutꝰ eſt in ſancto ſuo. Exultabo: ⁊ diuidā Sichi
mam: ⁊ conuallē tabernaculoꝝ dimetiar. Meꝰ eſt Ga-
laad: ⁊ meꝰ eſt Manaſſes: et Effraim ſuſceptio capitis
mei. Iuda rex meꝰ: Moab lebes ſpei mee. In idumeā
extēdam calceamentū meū: mihi alienigene amici facti
ſunt. Quis deducet me in ciuitatē munitam: quis dedu
cet me vſq; in Idumeam? Nonne tu deus qui repuliſti
nos: ⁊ non exibis deus in virtutibus noſtris? Da nobis
auxiliū de tribulatione: qa vana ſalꝰ hoīs. In deo facie-
mus virtutē: ⁊ ipſe ad nihilū deducet inimicos noſtros.

In finem pſalmus Dauid. CVIII.

Deus laudē meā ne tacueris: qa os peccatoris
⁊ os doloſi ſup me apertū eſt. Locuti ſunt ad-
uerſum me lingua doloſa: ⁊ ſermonibꝰ odij cir
cundederūt me: ⁊ expugnauerūt me gratis. Pro eo vt
me diligerēt detrahebāt mihi: ego aūt orabā. Et poſue-
runt aduerſum me mala pro bonis: ⁊ odiū pro dilectiōe
mea. Cōſtitue ſup eū peccatorē: ⁊ diabolꝰ ſtet a dextris
eius. Cū iudicatur exeat condēnatus: ⁊ oratio eius fiat
in peccatū. Fiant dies eius pauci: ⁊ epiſcopatū eius acci
piat alter. Fiāt filij eius orphani: ⁊ vxor eius vidua. Nu
tantes trāſferātur filij eius ⁊ mendicent: ⁊ eijciantur de
habitationibus ſuis. Scrutetur foenerator oēm ſubſtā
tiam eius: ⁊ diripiāt alieni labores eius. Nō ſit illi adiu
tor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius. Fiant nati eius
in interitū: in generatione vna deleatur nomen eius. In
memoriā redeat iniquitas patrū eius in cōſpectu dñi: et
peccatū matris eius non deleatur. Fiant cōtra dominū
ſemper: et diſpereat de terra memoria eorū: pro eo ꝙ nō
eſt recordatꝰ facere miſericordiā. Et pſecutꝰ eſt hoīem
inopē ⁊ mēdicū: ⁊ compunctū corde mortificare. Et di
lexit maledictionē: ⁊ veniet ei: ⁊ noluit benedictionē: et
elōgabitur ab eo. Et induit maledictionē ſicut veſtimē
tum: ⁊ intrauit ſicut aqua in interiora eius: ⁊ ſicut oleū
in oſſibus eius. Fiat ei ſicut veſtimentū: quo operitur: et
ſicut zona: qua ſemper precingitur. Hoc opus eorū: qui
detrahūt mihi apud dominū: ⁊ qui loquūtur mala ad-
uerſus animam meā. Et tu dñe fac mecū ꝑpter nomen
tuū: qa ſuauis eſt miſericordia tua. Libera me: qa ege-
nus et pauper ſum ego: et cor meū conturbatū eſt intra
me. Sicut vmbra cum declinat: ablatus ſum: ⁊ excuſſus
ſum: ſicut locuſte. Genua mea infirmata ſunt a ieiunio:
⁊ caro mea immutata eſt propter oleum. Et ego factus
ſum opprobriū illis: viderūt me: et mouerūt capita ſua.
Adiuua me dñe deus meus: ſaluū me fac propter miſeri
cordiam tuā. Et ſcient quia manus tua hec: ⁊ tu dñe fe
ciſti eā. Maledicēt illi: ⁊ tu benedices: q̄ inſurgūt in me
cōfundantur: ſeruus aūt tuus letabitur. Induātur qui
detrahunt mihi pudore: ⁊ operiantur ſicut diploide cō-
fuſione ſua. Confitebor domino nimis in ore meo: et in
medio multoꝝ laudabo eū. Qui aſtitit a dextris paupe-
ris: vt ſaluam faceret a perſequentibus animam meam.

Pſalmus ipſi Dauid. CIX.

Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Donec Heb.10.c.
ponā inimicos tuos: ſcabellū pedū tuoꝝ. Vir- 1.cori.15.c.
gā virtutis tue emittet dñs ex Sion: domina-
re in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Tecū principiū in die virtu
tis tue: in ſplendoribus ſanctoꝝ: ex vtero ante luciferū Heb.7.c.
genui te. Iurauit dñs: ⁊ nō poenitebit eum: tu es ſacer
dos in eternū: ſm ordinē Melchiſedec. Dñs a dextris
tuis: cōfregit in die ire ſue reges. Iudicabit in natiōibꝰ
implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorū.
De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Alleluia. CX. Aleph.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Beth. in ſup.29.et
cōſilio iuſtoꝝ ⁊ cōgregatione. Gimel. Magna infra.137.
opera dñi. Daleth. exquiſita in oēs volūtates
eius. He. Cōfeſſio ⁊ magnificētia opus eiꝰ. Vau. et iu-
ſtitia eius manet ī ſeculū ſeculi. Zain. Memoriā faciet
mirabiliū ſuorū. Heth. miſericors ⁊ miſerator dominꝰ.
Teth. eſcā dedit timētibꝰ ſe. Iod. Memor erit in ſecu-
lū teſtamēti ſui. Caph. virtutē operū ſuoꝝ annunciabit
pplo ſuo. Lamed. Vt det illis hereditatē gētiū. Mem Iob.28.d
opera manuū eiꝰ veritas ⁊ iudiciū. Nun. Fidelia omnia prouer.1.a
mādata eiꝰ. Samech. cōfirmata in ſeculū ſeculi. Ain. fa et.9.b.
cta in veritate ⁊ equitate. Phe. Redēptionē miſit dñs
populo ſuo. Zade. mādauit in eternū teſtamentū ſuū.
Cuph. Sāctum ⁊ terribile nomen eius. Res. initiū ſa-
pientie timor dñi. Sin. Intellectus bonus omnibus fa
cientibꝰ eū. Thau. laudatio eius manet in ſeculū ſeculi.

Alleluia reuerſiōis haggei ⁊ zacharie. CXI. Aleph.

Beatus vir q̄ timet dñm. Beth. in mandatis eiꝰ
volet nimis. Potēs in terra erit ſemen eiꝰ. Da
leth. generatio rectorū benedicet. He. Gloria ⁊
diuitie in domo eiꝰ. Vau. ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculū
ſeculi. Zain. Exortū eſt in tenebris lumen rectis. Heth.
miſericors ⁊ miſerator ⁊ iuſtus. Teth. Iucūdus homo
qui miſeret ⁊ cōmodat. Iod. diſponit ſermones ſuos in
iudicio. Caph. quia in eternū nō cōmouebitur. Lamed
In memoria eterna erit iuſtus. Mem. ab auditiōe ma
la nō timebit. Nun. Paratū cor eiꝰ ſperare in dño. Sa
mech. confirmatū eſt cor eiꝰ: nō cōmouebit. Ain. donec
deſpiciat inimicos ſuos. Phe. Diſperſit dedit pauperi 2.cor.9.c.
bus. Zade. iuſtitia eiꝰ manet in ſeculū ſeculi. Cuph. cor
nu eius exaltabitur ī gloria. Res. Pctōr videbit ⁊ ira-
ſcetur. Sin. dētibꝰ ſuis fremet ⁊ tabeſcet. Thau. deſide
rium peccatorū peribit. Alleluia.

Alleluia. CXII.

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sit no infra.134.
men dñi benedictū: ex hoc nūc ⁊ vſq; in ſeculū. A Iob.1.d.
ſolis ortu vſq; ad occaſum: laudabile nomē dñi.
Excelſus ſuper oēs gētes dñs: et ſup celos gloria eius.
Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis habitat: ⁊ humi
lia reſpicit in celo ⁊ in terra? Suſcitās a terra inopem:
⁊ de ſtercore erigēs pauperē. Vt collocet eū cū princi
pibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilē in domo: ma-
trem filiorū letantem. Alleluia.

Alleluia. CXIII.

In exitu Iſrael de Aegypto: domꝰ Iacob de po-
pulo barbaro. Facta eſt Iudea ſanctificatio eiꝰ: exo.13.c.a
Iſrael poteſtas eiꝰ. Mare vidit ⁊ fugit: Iorda-
nis cōuerſus eſt retrorſum. Mōtes exultauerūt vt arie
tes: ⁊ colles ſicut agni ouiū. Quid eſt tibi mare ꝙ fugi- infra.137.
ſti: ⁊ tu Iordanis: qa conuerſus es retrorſum? Mōtes
exultaſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiū. A facie
dñi mota eſt terra: a facie dei iacob. Qui cōuertit petrā infra.134.
in ſtagna aquarū: ⁊ rupē in fontes aquarum. Nō nobis Sap.15.b
dñe nō nobis: ſed nomini tuo da gloriā. Sup miſericor-
dia tua ⁊ veritate tua: ne quādo dicāt gētes: vbi eſt deꝰ
eorū? Deus aūt noſter in celo: oīa quecunq; voluit fecit. infra.134.

Simulacrã gentiũ argentũ ⁊ aurũ:opera manuũ homi
nũ. Os habent ⁊ non loquentur:oculos habẽt:⁊ nõ vide
bunt. Aures habẽt:⁊ nõ audiẽt:nares habẽt: ⁊ nõ odo-
rabũt. Manus habent:⁊ nõ palpabũt:pedes habent:et
nõ ambulabunt: nõ clamabunt ĩ gutture ſuo. Similes
illis fiant:qui faciunt ea:⁊ oẽs qui cõfidunt in eis. Do
mus iſrael ſperauit ĩ domino:adiutor eorũ: ⁊ protector
eorũ eſt. Domus Aaron ſperauit in dño:adiutor eoꝝ:⁊
protector eorũ eſt. Qui timẽt dñm ſperauerunt in dño:
adiutor eorũ:et protector eorũ eſt. Dominus memor fu
it noſtri:⁊ benedixit nobis. Benedixit domui iſrael:be-
nedixit domui Aaron. Benedixit oĩbus qui timẽt dñm
puſillis cũ maiorib⁹. Adijciat dñs ſup vos: ſup vos ⁊ ſu
per filios veſtros. Benedicti vos a dño:qui fecit cęlũ et
terrã. Cęlũ cęli dño: terrã aũt dedit filijs hominũ. Nõ
mortui laudabunt te dñe:neqꝫ oẽs qui deſcendunt in in
fernum. Sed nos qui viuimus benedicim⁹ dño: ex hoc
nunc ⁊ vſqꝫ ĩ ſeculũ ¶ Alleluia CXIIII.

DIlexi quoniã exaudiet dominus vocem oratio
nis meę. Quia inclinauit aurẽ ſuã mihi:⁊ in di
ebus meis inuocabo. Circundederũt me dolo
res mortis:⁊ pericula inferni inuenerũt me. Tribulati-
Supra.55. onẽ:⁊ dolorẽ inueni:et nomẽ dñi ĩuocabo. O dñe libera
aĩam meã:miſericors dñs ⁊ iuſtus:⁊ deus noſter miſere
tur. Cuſtodiẽs paruulos dñs:humiliatus ſum:⁊ libera
uit me. Cõuertere aĩa mea in requiẽ tuã: quia dñs bene
fecit tibi. Quia eripuit aĩam meã de morte: oculos me-
os a lachrymis:pedes meos a lapſu. Placebo dño ĩ re-
2.cor.4.c gione viuorum. ¶ Alleluia CXV

Rom.3.a CRedidi propter qđ locutus ſum:ego aũt humi
liatus ſum nimis. Ego dixi inexceſſu meo: oĩs
Infra.eo. homo mẽdax. Quid retribuã dño pro oĩbus: q̃
ſapiẽ.9.a. retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiã: ⁊ nomẽ dñi in
ſupra.eod uocabo. Uota mea dño reddã corã omni populo eius:p̃
cioſa in cõſpectu dñi mors ſanctorũ eius. O domine q̃a
ego ſeruus tuus:ego ſeru⁹ tuus:⁊ filius ancillę tuę. Di
rupiſti vĩcula mea:tibi ſacrificabo hoſtiã laudis:⁊ nomẽ
dñi inuocabo. Uota mea dño reddã in conſpectu oĩm
populi eius: in atrijs dom⁹ dñi: in medio tui Jeruſalẽ.
¶ Alleluia. CXVI

Ro.13.c. LAudate dominum omnes gentes:laudate eum
omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper
nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet
ineternum. ¶ Alleluia. CXVII.

ſup.104 ⁊ COnfitemini domino quoniã bonus: quoniã ĩ ſe
105.⁊ 100 culũ miſeridia eius. Dicat nũc dom⁹ iſrael:qm̃
infra.135. bon⁹:qm̃ in ſeculũ miſcdia eius. Dicat nunc do
Heb.13.a. mus Aaron:quoniã ĩ ſeculum miſericordia eius. Dicãt
nunc oẽs qui timent dominũ:quoniã in ſeculũ miſeri-
cordia eius. De tribulatiõe mea inuocaui dominũ:⁊ ex-
audiuit me in latitudine dominus. Domin⁹ mihi adiu
tor:nõ timebo q̃d faciat mihi homo. Dominus mihi ad
iutor: ⁊ ego deſpiciã inimicos meos. Bonũ eſt cõfidere
in domino:ꝙ̃ cõfidere in homine. Bonũ eſt ſperare ĩ do
mino:ꝙ̃ ſperare in principibus. Omnes gentes circumi
erũt me:⁊ in nomine dñi:quia vltus ſum in eos. Circun
dantes circũdederũt me:⁊ in nomine dñi: q̃a vltus ſum
Exod.5.a in eos. Circundederũt me ſicut apes:⁊ exarſerunt ſicut
Eſa.12.a. ignis ĩ ſpinis:⁊ in nomine domini:quia vltus ſum ĩ eos.
Impulſus euerſus ſum vt caderẽ: et dominus ſuſcepit
me. Fortitudo mea:⁊ laus mea domin⁹: ⁊ factus eſt mi
hi in ſalutẽ. Uox exultationis ⁊ ſalutis: in tabernaculis
iuſtoꝝ. Dextera domini fecit virtutẽ:dextera domini ex
altauit me:dextera dñi fecit virtutẽ. Nõ moriar:ſed vi-
uã:⁊ narrabo opera dñi. Caſtigans caſtigauit me dñs:
⁊ morti nõ tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitię:in
greſſus ĩ eas cõfitebor dño:hęc porta dñi: iuſti intrabũt
Mat.21.a. in eã. Cõfitebor tibi:qm̃ exaudiſti me:⁊ factus es mihi ĩ
ſalutẽ. Lapidẽ quẽ reprobauerũt ędificãtes: hic factus
eſt in caput anguli. A dño factũ eſt iſtud: et eſt mirabile
in oculis noſtris. Hęc eſt dies quã fecit dñs:exultemus
⁊ lętemur in ea. O dñe ſaluũ me fac:o dñe bene pſperare
bñdictus qui venit ĩ noĩe dñi. Benedixim⁹ vobꝫ de do
mo dñi:deus dñs ⁊ illuxit nobis. Cõſtituite diẽ ſolennẽ
in cõdẽſis:vſqꝫ ad cornu altaris. Deus meus es tu:⁊ cõ
fitebor tibi:deus me⁹ es tu ⁊ exaltabo te. Cõfitebor tibi
qm̃ exaudiſti me:⁊ factus es mihi in ſalutẽ. Cõfitemini
dño quoniã bonus:quoniã in ſeculũ miſericordia eius.
¶ Alleluia. Aleph. CXVIII.

BEati immaculati in via:qui ambulant ĩ lege do
mini. Aleph. Beati q̃ ſcrutrãtur teſtimonia ei⁹
in toto corde exquirũt eũ. Aleph. Nõ em̃ q̃ ope-
rantur iniq̃tatẽ:in vijs eius ambulauerunt. Aleph. Tu
mãdaſti: mãdata tua cuſtodiri nimis. Aleph. Utinã di
rigant̃ vię meę:ad cuſtodiendas iuſtificatiões tuas. A-
leph. Tũc nõ cõfundar: cũ perſpexero in oĩbus mãdatꝭ
tuis. Aleph. Cõfitebor tibi ĩ directiõe cordis: in eo ꝙ di
dici iudicia iuſticię tuę. Aleph. Juſtificatiões tuas cu-
ſtodiã:nõ me derelinquas vſqꝫquaqꝫ. Beth.

IN quo corrigit adoleſcẽtior viã ſuã:in cuſtodiẽ-
do ſermones tuos. Beth. In toto corde meo ex
q̃ſiui te:ne repellas me a mãdatꝭ tuis. Beth. In
corde meo abſcõdi eloquia tua:vt non peccẽ tibi. Beth.
Benedictus es dñe:doce me iuſtificatiões tuas. Beth.
In labijs meis pronũciaui:oĩa iudicia oris tui. Beth
In via teſtimoniorũ tuorũ delectatus ſum:ſicut in oĩb⁹
diuitijs. Beth. In mãdatis tuis exercebor:⁊ cõſiderabo
vias tuas. Beth. In iuſtificationib⁹ tuis meditabor:nõ
obliuiſcar ſermones tuos. Gimel

REtribue ſeruo tuo viuifica me:⁊ cuſtodiã ſermo
nes tuos. Gimel. Reuela oculos meos: ⁊ cõſi-
derabo mirabilia d̃ lege tua. Gimel. Incola ego
ſum in terra:nõ abſcõdas a me mãdata tua. Gimel. Cõ
cupiuit aĩa mea deſiderare iuſtificationes tuas:in omni
tempore. Gimel. Increpaſti ſuperbos:maledicti qui de
clinãt a mandatis tuis. Gimel. Aufer a me opprobriũ ⁊
cõtẽptũ:quia teſtimonia tua exquiſiui. Gimel. Etem̃ ſe-
derũt principes ⁊ aduerſum me loquebant̃: ſeruus autẽ
tuus exercebatur in iuſtificatiõibus tuis. Gimel. Nam
⁊ teſtimonia tua meditatio mea eſt:⁊ conſiliũ meũ iuſti-
ficationes tuę. Daleth.

ADhęſit pauimento aĩa mea:viuifica me ſecũdũ
verbũ tuũ. Daleth. Uias meas enũciaui:⁊ exau
diſti me:doce me iuſtificationes tuas. Daleth.
Uiã iuſtificationũ tuaꝝ inſtrue me: ⁊ exercebor in mira
bilibus tuis. Daleth. Dormitauit aĩa mea prę tędio:cõ
firma me in verbis tuis. Daleth. Uiã iniq̃tatis amoue a
me:⁊ de lege tua miſerere mei. Daleth. Uiã veritatꝭ ele
gi:iudicia tua nõ ſũ oblit⁹. Daleth. Adhęſi teſtimonijs
tuis dñe:noli me cõfũdere. Daleth. Uiã mãdatorũ tuo
rũ cucurri:cũ dilataſti cor meũ. He.

LEgẽ pone mihi dñe viã iuſtificationũ tuaꝝ:⁊ ex
quirã eã ſemp. He. Da mihi intellectũ: et ſcru-
tabor legẽ tuã: ⁊ cuſtodiã illã in toto corde meo
He. Deduc me ĩ ſemita mãdatorũ tuoꝝ: quia ipſam vo
lui. He. Inclina cor meũ in teſtimonia tua:⁊ nõ in aua-
riciã. He. Auerte oculos meos: ne videãt vanitatẽ:ĩ via
tua viuifica me. He. Statue ſeruo tuo eloquiũ tuũ:in ti
more tuo. He. Amputa opprobriũ meũ qđ ſuſpicat⁹ ſum:
q̃a iudicia iocunda. He. Ecce cõcupiui mandata tua:in
ęquitate tua viuifica me. Uau.

ET veniat ſup me miſericordia tua dñe:ſalutare
tuũ ſecũdũ eloquiũ tuũ. Uau. Et rñdebo expro
brantibus mihi verbũ: q̃a ſperaui in ſermonib⁹
tuis. Uau. Et ne auferas de ore meo verbũ veritatꝭ vſqꝫ
quaqꝫ: q̃a in iudicijs tuis ſupſperaui Uau. Et cuſtodiã
legẽ tuã ſemp:in ſeculũ ⁊ ĩ ſeculũ ſeculi. Uau. Et ambu
labã ĩ latitudine:q̃a mãdata tua exq̃ſiui. Uau. Et loq̃bar
teſtimonijs tuis ĩ cõſpectu regũ:⁊ nõ cõfundebar. Uau
Et meditabar in mãdatis tuis:q̃ dilexi. Uau. Et leua-

ui manus meas ad mandata tua quę dilexi: ⁊ exercebor
in iuſtificationibus tuis. Zain.

MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo: ĩ q̃ mihi ſpem
dediſti. Zain. Hęc me cõſolata eſt in humilita
te mea: q̃a eloquiũ tuũ viuificauit me. Zain.
Supbi inique agebãt vſqquaq: a lege aũt tua nõ decli-
naui. Zain. Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſeculo dñe: ⁊ cõ
ſolatus ſum. Zain. Defectio tenuit me ꝑ peccatoribus:
derelinquẽtib⁹ legẽ tuã. Zain. Cãtabiles mihi erant iu
ſtificatiões tuę: ĩ loco ꝑegrinatiõis meę. Zain. Memor
fui nocte nõis tui dñe: et cuſtodiui legẽ tuã. Zain. Hęc
facta eſt mihi: q̃a iuſtificatiões tuas exquiſiui. Heth.

POrtio mea dñe: dixi cuſtodire legẽ tuã. Heth.
Depcatus ſum faciẽ tuã ĩ toto corde meo: miſe
rere mei ſecundũ eloquiũ tuũ. Heth. Cogitaui
vias meas: ⁊ ↄuerti pedes meos ĩ teſtimonia tua. Heth
Parat⁹ ſum: ⁊ nõ ſum turbat⁹ vt cuſtodiã mãdata tua
Heth. Funes peccatoꝝ circũplexi ſunt me: ⁊ legẽ tuam
nõ ſum oblit⁹. Heth. Media nocte ſurgebã ad cõfiten-
dũ tibi: ſup iudicia iuſtificatiõis tuę. Heth. Particeps
ego ſuꝫ oĩꝫ timẽtiũ te: ⁊ cuſtodiẽtiũ mãdata tua. Heth.
Miſericordia tua domine plena eſt terra: iuſtificatiões
Sup. 23. tuas doce me. Theth

BOnitatẽ feciſti cũ ſeruo tuo dñe: ſecundũ verbũ
tuũ. Theth. Bonitatẽ: ⁊ diſciplinã: ⁊ ſciẽtiã do
ce me: q̃a mãdat꜡ tuis credidi. Theth. Priuſq̃
humiliarer ego deliq̃: propterea eloquiũ tuũ cuſtodiui.
Theth. Bon⁹ es tu: ⁊ ĩ bonitate tua doce me iuſtificati
ones tuas. Theth. Mltiplicata eſt ſup me iniq̃tas ſup
boꝝ: ego autẽ in toto corde meo ſcrutabor mãdata tua.
Theth. Coagulatũ eſt ſicut lac cor eorũ: ego vo legem
tuã meditat⁹ ſum. Theth. Bonũ mihi q: humiliaſti me
vt diſcã iuſtificationes tuas. Teth. Bonũ mihi lex oris
tui: ſuper milia auri et argenti. Iod.

MAnus tuę dñe fecerũt me: ⁊ plaſmauerũt me
Iob. 10 b. da mihi intellectũ: vt diſcã mãdata tua. Iod.
Qui timẽt te: videbũt me ⁊ lętabunt: q̃a ĩ ver
ba tua ſupſperaui. Iod. Cognoui dñe q: ęq̃tas iudicia
tua: et in veritate tua humiliaſti me. Iod. Fiat miſcdia
tua vt conſolet me: ſecundũ eloquiũ tuũ ſeruo tuo. Iod.
Veniãt mihi miſeratiões tuę ⁊ viuã: q̃a lex tua medita-
tio mea eſt. Iod. Cõfundant ſupbi: q̃a iniuſte iniq̃tatẽ
fecerũt ĩ me: ego aũt exercebor ĩ mãdatis tuis. Iod. Cõ
uertãt mihi timẽtes te: ⁊ q̃ nouert teſtimonia tua. Iod.
Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis:
vt non confundar. Caph.

DEfecit ĩ ſalutare tuũ aĩa mea: ⁊ in vbũ tuũ ſup
ſperaui. Caph. Defecerũt oculi mei in eloquiũ
tuũ: dicẽtes q̃ndo cõſolaber꜡ me. Caph. Quia
fact⁹ ſum ſicut vter ĩ pruina: iuſtificatiões tuas nõ ſum
oblit⁹. Caph. Quot ſunt dies ſerui tui: q̃ndo facies de
pſequẽtibus me iudiciũ? Caph. Narrauerũt mihi iniq̃
fabulatiões: ſed nõ vt lex tua. Caph. Omĩa mãdata tua
veritas: iniqui pſecuti ſunt me: adiuua me. Caph. Pau
lomin⁹ cõſummauerũt me ĩ terra: ego aũt nõ dereliqui
mandata tua. Caph. Secundũ miſcdiã tuã viuifica me:
⁊ cuſtodiã teſtimonia oris tui. Lamed.

IN eternũ dñe: vbũ tuũ ꝑmanet in cęlo. Lamed.
In gñatiõe ⁊ gñationẽ veritas tua: fundaſti ter
rã et ꝑmanet. Lamed. Ordinatiõe tua pſeuerat
dies: q̃m oĩa ſeruiũt tibi. Lamed. Niſi q lex tua medita
tio mea ẽ: tũc forte periſſeꝫ ĩ hũilitate mea. Lamed. In
ęternũ nõ obliuiſcar iuſtificatiões tuas: q: ĩ ipis viuifica
ſti me. Lamed. Tu⁹ ſum ego: ſaluũ me fac: q̃m iuſtificati
ones tuas exq̃ſiui. Lamed. Me expectauerũt pctõres:
vt ꝑderẽt me: teſtimonia tua ĩtellexi. Lamed. Oĩs cõſũ
matiõis vidi finẽ: latũ mandatũ tuũ nimis. Mem

QUomõ dilexi legẽ tuã dñe: tota die meditatio
mea ẽ. Mem. Sup inimicos meos prudẽtem
me feciſti mãdato tuo: q̃a ĩ ęternũ mihi ẽ. Mẽ.
Sup oẽs docẽtes me ĩtellexi: q̃a teſtimonia tua medita
tio mea eſt. Mẽ. Sup ſenes ĩtellexi: q̃a mãdata tua q̃ſi
ui. Mẽ. Ab oĩ via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiã
vba tua. Mẽ. A iudicijs tuis nõ declinaui: q̃a tu legẽ
poſuiſti mihi. Mẽ. Quã dulcia faucib⁹ meis eloq̃a tua
ſup mel ori meo. Mẽ. A mãdatis tuis intellexi: propte-
rea odiui oẽm viam iniquitatis. Nun.

LUcerna pedib⁹ meis vbũ tuũ: ⁊ lumẽ ſemit꜡ me
is. Nun. Iuraui: ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſti
cię tuę. Nũ. Humiliatus vſq q̃q dñe: viuifica
me ſecũdũ vbũ tuũ. Nũ. Volũtaria oris mei bñplacita
fac dñe: et iudicia tua doce me. Nũ. Aĩa mea ĩ manibus
meis ſemp: ⁊ legẽ tuã nõ ſum oblit⁹. Nũ. Poſuerũt pec
catores laqueũ mihi: ⁊ de mãdatis tuis nõ erraui. Nun
Hereditate acq̃ſiui teſtimonia tua ĩ ęternum: q: exulta
tio cord꜡ mei ſunt. Nũ. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas
iuſtificatiões tuas ĩ ęternũ: ꝓpt retributionẽ. Samech

INiquos odio habui: ⁊ legẽ tuã dilexi. Samech.
Adiutor ⁊ ſuſceptor me⁹ es tu: ⁊ ĩ vbũ tuũ ſup-
ſperaui. Samech. Declinate a me maligni: et
ſcrutabor mãdata dei mei Sa. Suſcipe me ſm eloquiũ
tuũ: ⁊ viuã: ⁊ nõ cõfundas me ab expectatiõe mea. Sa.
Adiuua me: ⁊ ſaluus ero: et meditabor ĩ iuſtificatiõibus
tuis ſemp. Sa. Spreuiſti oẽs diſcedẽtes a iudicijs tu꜡:
q: iniuſta cogitatio eoꝝ. Sa. Preuaricantes reputaui
oẽs pctõres terrę: iõ dilexi teſtimonia tua. Sa. Cõfige
timore tuo carnes meas: a iudicijs eñi tu꜡ timui. Ain.

FEci iudiciũ ⁊ iuſticiã: non tradas me calũniãti
bus me. Ain. Suſcipe ſeruũ tuũ ĩ bonũ: nõ calũ
nient me ſupbi. Ain. Oculi mei defecerũt ĩ ſalu
tare tuũ: ⁊ in eloquiũ iuſticię tuę. Ain. Fac cũ ſeruo tuo
ſm miſcdiã tuã: ⁊ iuſtificatiões tuas doce me. Ain. Ser
uus tu⁹ ſũ ego: da mihi ĩtellectũ: vt ſciã teſtimonia tua.
Ain. Tẽp⁹ faciẽdi dñe: diſſipauerũt legẽ tuã. Ain. Ideo
dilexi mãdata tua: ſup aurũ et topazion. Ain. Propter
ea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viã iniquã
odio habui. Phe.

MIrabilia teſtimonia tua: iõ ſcrutata eſt ea aĩa
mea. Phe. Declaratio ſermonũ tuorũ illumi
nat: ⁊ ĩtellectũ dat paruul. Phe. Os meũ ape
rui: ⁊ attraxi ſpiritũ: q: mandata tua deſiderabã. Phe.
Aſpice in me: ⁊ miſerere mei: ſm iudiciũ diligentiũ no-
mẽ tuũ. Phe. Greſſus meos dirige ſm eloquiũ tuũ: et
nõ dñet mei oĩs iniuſticia. Phe. Redime me a calũnijs
hoĩm: vt cuſtodiã mãdata tua. Phe. Faciẽ tuã illumina
ſup ſeruũ tuũ: ⁊ doce me iuſtificatiões tuas. Phe. Exi-
tus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodie-
runt legẽ tuam. Zade

IUſtus es dñe: ⁊ rectũ iudiciũ tuũ. Zade. Mãda
ſti iuſticiã teſtimonia tua: ⁊ vitatẽ tuã nim꜡. Za
de. Tabeſcere me fecit zelus meus: q: obliti ſunt
vba tua inimici mei. Zade. Ignitũ eloquiũ tuũ vehemẽ
ter: ⁊ ſeru⁹ tu⁹ dilexit illõ. Zade. Adoleſcẽtul⁹ ſum ego
⁊ cõtẽptus: iuſtificatiões tuas nõ ſum oblitus. Za. Iu-
ſticia tua iuſticia in ęternũ: ⁊ lex tua veritas. Za. Tribu
latio ⁊ anguſtia inuenernut me: mãdata tua meditatio
mea eſt. Zade. Aequitas teſtimonia tua in ęternũ: intel
lectum da mihi ⁊ viuam. Cuph.

CLamaui ĩ toto corde meo: exaudi dñe: iuſtifica-
tiones tuas requirã. Cuph. Clamaui ad te ſal-
uum me fac: vt cuſtodiã mandata tua. Cu. Prę
ueni in maturitate et clamaui: quia in verba tua ſupſpe-
raui. Cuph. Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt
meditarer eloquia tua. Cuph. Vocẽ meã audi ſecundũ
miſericordiã tuã domine: ⁊ ſecundũ iudiciũ tuũ viuifica
me. Cuph. Appropinquauerunt perſequentes me iniq̃-
tati: a lege autẽ tua longe facti ſunt. Cuph. Prope es
tu domine: ⁊ oẽs vię tuę veritas. Cuph. Initio cogno-
ui de teſtimonijs tuis: quia in ęternum fundaſti ea.

V Ide humilitatẽ meã:⁊ eripe me:qꝛ legẽ tuã nõ
ſum oblitus. Res. Judica iudiciũ meũ ⁊ redi
me me:ꝓpt eloquiũ tuũ viuifica me. Res. Lon
ge a pctõꝛibus ſalus: q̃a iuſtificatiões tuas nõ exq̃ſierũt
Res. Miſcdie tue multe dñe: ſecundũ iudiciũ tuũ viui
fica me. Res. Multi q̃ pſequũt me ⁊ tribulãt me:a teſti
monijs tuis nõ declinaui. Res. Uidi p̃uaricãtes ⁊ tabe
ſcebã: qꝛ eloq̃a tua nõ cuſtodierũt. Res. Uide:qm̃ man
data tua dilexi dñe:ĩ miſcdia tua viuifica me. Res. Pꝛĩ
cipiũ verboꝝ tuoꝝ veritas:in eternũ oĩa iudicia iuſticie
P Rincipes pſecuti ſunt me gratis (tue. Sin
et a vbis tuis foꝛmidauit coꝛ meũ. Sin. Leta
boꝛ ego ſup eloq̃a tua: ſicut q̃ iuenit ſpolia mlta
ſupꝛa.117. Sin. Iniq̃tatẽ odio habui ⁊ aboĩat⁹ ſuz: legẽ aũt tuã di
Ioue.z.a lexi. Sin. Septies ĩ die laudẽ dixi tibi: ſup iudicia iuſti
cie tue. Sin. Pax multa diligẽtib⁹ legẽ tuã:⁊ nõ eſt ill'
ſcandalũ. Sin. Expectabã ſalutare tuũ dñe: ⁊ mandata
tua dilexi. Sin. Cuſtodiuit aĩa mea teſtimonia tua:⁊ di
lexit ea vehemẽter. Seruaui mãdata tua et teſtimonia
tua:qꝛ oẽs vie mee in cõſpectu tuo. Thau
A Pꝛopinquet dep̃catio mea ĩ cõſpectu tuo dñe
iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ. Thau. In
tret poſtulatio mea ĩ cõſpectu tuo: ſm eloquiũ
tuũ eripe me. Thau. Eructabũt labia mea hymnũ:cum
docueris me iuſtificatiões tuas. Thau. Pꝛonũciabit lĩ
gua mea eloquiũ tuũ:q̃a oĩa mãdata tua eq̃tas. Tha u.
Fiat man⁹ tua vt ſaluet me: qm̃ mãdata tua elegi. Tau
Cõcupiui ſalutare tuũ dñe:⁊ lex tua meditatio mea eſt.
Thau. Uiuet aĩa mea:⁊ laudabit te:⁊ iudicia tua adiu-
uabunt me. Thau. Erraui ſicut ouis q̃ perijt: q̃re ſeruũ
tuũ:qꝛ mãdata tua nõ ſum oblitus. ¶ Alleluia.

¶ Canticum graduum. CXIX.

A D dñm cũ tribularer:clamaui:⁊ exaudiuit me
Dñe libera aĩam meã a labijs iniquꝭ: ⁊ a lĩgua
doloſa. Quid deĩ tibi aut q̃d apponaĩ tibi: ad linguã do
loſaz? Sagitte potẽtis acute:cũ carbonib⁹ deſolatorijs
Heu mihi qꝛ incolatus me⁹ ꝓlongat⁹ eſt: habitauit cũ
habitãtibus Cedar:multũ ĩcola fuit aĩa mea. Cũ his q̃
oderũt pacẽ: erã pacificus:cũ loq̃bar illis: impugnabãt
me gratis. ¶ Canticũ graduum. CXX.

L Euaui oculos meos in mõtes:vnde veniet auxi
liũ mihi. Auxiliũ meũ a dño:q̃ fecit celũ ⁊ terrã.
Nõ det ĩ cõmotionẽ pedẽ tuũ:neq; doꝛmitet:q̃
Eſa.ſ.a. cuſtodit te. Ecce nõ doꝛmitabit:neq; doꝛmiet:qui cuſto
dit iſrael. Dñs cuſtodit te:dñs pꝛotectio tua ſup manũ
dexterã tuã. Per diẽ ſol nõ vꝛet te:neq; luna ꝑ noctem.
Dñs cuſtodit te ab oĩ malo:cuſtodiat aĩaz tuã dñs. Do
minus cuſtodiat introitũ tuũ:⁊ exitũ tuũ:ex hoc nunc ⁊
vſq; in ſeculũ. ¶ Canticũ graduũ. CXXI

L Etatus ſum in his q̃ dicta ſunt mihi: in domũ
dñi ibim⁹. Stãtes erãt pedes noſtri ĩ atrijs tuꝭ
ieruſalẽ. Jeruſalẽ q̃ edificatur vt ciuitas: cui⁹
participatio eius ĩ idipſuz. Illuc em̃ aſcẽderũt trib⁹:tri
bus dñi teſtimoniũ iſrael:ad cõfitendũ noĩ dñi. Quia il
lic ſederũt ſedes ĩ iudicio:ſedes ſup domũ dauid. Roga
te q̃ ad pacẽ ſunt ieruſalẽ:⁊ abundãtia diligẽtibus te. Fi
at pax in virtute tua:⁊ abundãtia ĩ turribus tuis. Pꝛo
pter fratres meos:⁊ ꝓximos meos loquebar pacẽ de te.
Pꝛopter domũ dñi dei noſtri:queſiui bona tibi.

¶ Canticum graduũ. CXXII.

A D te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ ĩ manibus dñoꝝ ſuoꝝ.
Sicut oculi ancille in manibus dñe ſue: ita oculi noſtri
ad dñm deũ noſtrũ: donec miſereatur noſtri. Miſerere
noſtri dñe:miſerere noſtri: qꝛ multũ repleti ſumus de-
ſpectione. Quia multũ repleta eſt aĩa noſtra:oppꝛobꝛiũ
abundantibus ⁊ deſpectio ſuperbis.

¶ Canticũ graduum. CXXIII.

N Iſi quia dñs erat in nobis: dicat nũc iſrael:niſi
quia dñs erat in nobis. Cũ exurgerẽt hoĩes in
nos:foꝛte viuos deglutiſſent nos. Cũ iraſceretur furoꝛ
eoꝛũ in nos:foꝛſitan aqua abſoꝛbuiſſet nos. Toꝛrentẽ ꝑ
tranſiuit anima noſtra: foꝛſitan pertranſiſſet aĩa noſtra
aquã intolerabilẽ. Benedictus dñs:qui nõ dedit nos in
captionẽ dẽtibus eoꝝ. Anima noſtra ſicut paſſer erepta
eſt:de laqueo venantiũ. Laqueus cõtritus eſt:⁊ nos libe
rati ſumus. Adiutoꝛiũ noſtrũ in noĩe dñi: qui fecit celũ
⁊ terrã. ¶ Canticũ graduum. CXXIIII.

Q Ui confidunt in dño: ſicut mons ſion:nõ com
mouebitur in eternũ:qui habitat in Jeruſalẽ.
Montes in circuitu eius:⁊ dñs in circuitu po
puli ſui:ex hoc nũc ⁊ vſq; in ſeculũ. Quia nõ reliq̃t do
minus virgã peccatoꝛũ ſuper ſoꝛtẽ iuſtoꝝ: vt non exten
dant iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas. Benefac dñe bonꝭ
⁊ rectis coꝛde. Declinantes aũt in obligatiões:adducet
dñs cũ operãtibus iniquitatẽ:pax ſuper iſrael.

¶ Canticum graduum. CXXV

I N conuertendo dñs captiuitatẽ Sion:facti ſu-
mus ſicut conſolati. Tunc repletũ eſt gaudio os
noſtrũ:⁊ lingua noſtra exultatiõe. Tũc dicent in
ter gentes:magnificauit dñs facere cũ eis. Magnifica-
uit dñs facere nobiſcũ:facti ſumus letãtes. Cõuerte do
mine captiuitatẽ noſtrã:ſicut toꝛrẽs ĩ auſtro. Qui ſemi
nant in lachꝛymis:in exultatione metẽt. Eũtes ibant ⁊
flebant: mittẽtes ſemina ſua. Uenientes aũt venient cũ
exultatione:poꝛtantes manipulos ſuos.

¶ Canticum graduum Salomonis CXXVI.

N Iſi dñs edificauerit domũ:in vanum laboꝛaue
runt qui edificant eã. Niſi dñs cuſtoderit ciui-
tatẽ:fruſtra vigilat q̃ cuſtodit eã. Uanũ eſt vo-
bis ante lucẽ ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis qui mãdu
catis panẽ doloꝛis. Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ:ecce
hereditas dñi filij merces fruct⁹ ventris. Sicut ſagitte
ĩ manu potẽtꝭ:ita filij excuſſoꝝ. Beatus vir q̃ ĩpleuit de
ſideriũ ſuũ ex ipſis:nõ cõfundetur:cũ loquetur inimicis
ſuis in poꝛta. ¶ Canticũ graduũ. CXXVII

B Eati oẽs qui timẽt dñm: qui ambulãt in vijs ei
us. Laboꝛes manuũ tuaꝝ quia mãducabis:be-
atus es:⁊ bene tibi erit. Uxoꝛ tua ſicut vitis ab
undãs in laterib⁹ domus tue. Filij tui: ſicut nouelle oli
uarũ ĩ circuitu mẽſe tue. Ecce ſic bñdicetur homo:q̃ ti
met dñm. Benedicat tibi dñs ex ſion:⁊ videas bona Je
ruſalẽ oĩbus diebus vite tue. Et videas filios filioꝝ tuo ſupꝛa.z.
rũ pacẽ ſup iſrael. ¶ Cantiũ graduũ. CXXVIII

S Epe expugnauerũt me a iuuentute mea: dicat
nunc iſrael. Sepe expugnauerũt me a iuuentu
te mea:etem̃ nõ potuerũt mihi. Supꝛa doꝛſum
meũ fabꝛicauerũt peccatoꝛes: ꝓlõgauerũt iniquitatẽ ſu
am. Dñs iuſtus cõcidet ceruices peccatoꝝ:cõfundãtur
⁊ cõuertãtur retroꝛſum oẽs qui oderũt ſion. Fiãt ſicut
foenũ tectoꝝ:qd̃ pꝛiuſq̃ euellatur exaruit. De q̃ non im
plebit manũ ſuã:qui metet:⁊ ſinũ ſuũ:q̃ manipulos colli
get. Et non dixerunt:qui pꝛeteribant:benedictio domi
ni ſuper vos:benediximus vobis in nomine domini.

¶ Canticum graduum. CXXIX.

D E pꝛofundis clamaui ad te dñe: domine exau-
di vocẽ meã. Fiãt aures tue intẽdẽtes in vocẽ
depꝛecationis mee. Si iniquitates obſeruaue-
ris dñe:dñe quis ſuſtinebit? Quia apud te ꝓpitiatio eſt
⁊ ꝓpter legẽ tuã ſuſtinui te dñe Suſtinuit aĩa mea ĩ ver
bo eius:ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia ma
tutina vſq; ad noctẽ:ſperet iſrael in dño. Quia apud do
minũ miſericoꝛdia:⁊ copioſa apud eũ redemptio. Et ip
ſe redimet iſrael ex omnibus iniquitatibus eius.

¶ Canticum graduum. CXXX.

D Omine nõ eſt exaltatũ coꝛ meũ:neq; elati ſunt
oculi mei. Neq; ambulaui in magnꝭ:neq; ĩ mi
rabilibus ſup me. Si nõ humiliter ſentiebã: ſed
exaltaui animã meã. Sicut ablactatus eſt ſuper matrẽ
ſuã:ita retributio in anima mea. Speret Iſrael in domi

no:ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculum.
¶ Canticum graduum. CXXXI
MEmento dñe dauid:⁊ oĩs manſuetudinis eiꝰ.
Sicut iurauit dño: votũ vouit deo iacob. Si
introiero in tabernaculũ domus meȩ: ſi aſcen
dero ĩ lectũ ſtrati mei. Si dedero ſomnũ oculis meis:et
palpebꝛis meis doꝛmitationẽ. Et requiẽ tẽpoꝛibus me
is:donec inueniã locũ dño:tabernaculũ deo iacob. Ecce
audiuimus eã in effrata :inuenimus eã in campis ſyluȩ.
Introibimus in tabernaculũ eiꝰ:adoꝛabimꝰ ĩ loco:vbi
ſteterũt pedes eius. Surge dñe in requiẽ tuã: tu ⁊ arca
ſanctificatiõis tuȩ. Sacerdotes tui induãtur iuſticia:⁊
ſancti tui exultẽt. Propter dauid ſeruũ tuũ: non auer-
tas faciẽ chꝛiſti tui. Iurauit dñs dauid veritatẽ:et non
fruſtrabiť eũ:de fructu vẽtris tui ponã ſuꝑ ſedẽ tuã. Si
cuſtodierẽt filij tui teſtamẽtũ meũ:⁊ teſtimoĩa mea hȩc
q̃ docebo eos. Et filij eoꝝ vſqꝫ in ſeculũ:ſedebũt ſuꝑ ſedẽ
tuã. Quoniã elegit dñs ſion:elegit eã ĩ habitationẽ ſibi.
Hȩc requies mea in ſeculũ ſeculi:hic habitabo:qm̃ elegi
eam. Viduã eius benedicẽs benedicã:pauperes eius ſa-
turabo panibus. Sacerdotes eius induã ſalutari:⁊ ſan
cti eius exultatiõe exultabunt. Illuc pꝛoducã coꝛnu da
uid: paraui lucernã Chꝛiſto meo. Inimicus eiꝰ induã
cõfuſione:ſuꝑ ipſum autem effloꝛebit ſanctificatio mea.
¶ Canticum graduum CXXXII
ECce q̃ bonũ: et q̃ iucũdum habitare fratres in
vnũ. Sicut vngentũ ĩ capite: qđ deſcẽdit in bar
bã:barbã Aaron. Quod deſcendit ĩ oꝛã veſtimẽ
ti eius:ſicut ros hermon: qui deſcendit in montẽ Sion
Qm̃ illic mãdauit dñs benedictionẽ:et vitã vſqꝫ in ſecu
lum. ¶ Canticum graduum. CXXXIII.
ECce nunc benedicite dño: om̃es ſerui dñi. Qui
ſtatis in domo dñi: in atrijs domus dei noſtri.
ſupꝛa.124 In noctibus extollite manus veſtras in ſancta:
⁊ benedicite dño. Benedicat te dñs ex ſion:qui fecit cȩ-
lum ⁊ terrã. ¶ Alleluia. CXXXIIII
LAudate nomen domini: laudate ſerui dominũ.
ſupꝛa.112 Qui ſtatis in domo domini: in atrijs domꝰ dei
ſupꝛa.133 noſtri. Laudate dñm:q̃a bonꝰ dñs:pſallite no-
mini eiꝰ:quoniã ſuaue eſt. Quoniã iacob elegit ſibi dñs:
hier.10.c. iſrael ĩ poſſeſſionẽ ſibi: quia ego cognoui q̃ magnus eſt
dominus:⁊ deus noſter pꝛȩ oĩbus dijs. Omnia quȩcun
qꝫ voluit dominus:fecit in cȩlo: ⁊ in terra:in mari:et in
omnibus abyſſis. Educens nubes ab extremo terrȩ:ful
ſupꝛa.77 gura ĩ pluuiã fecit. Qui pꝛoducit ventos de theſaurꝫ ſu
ſupꝛa.104. is:qui percuſſit pꝛimogenita ȩgypti ab hoĩe vſqꝫ ad pe-
Exo.12.d cus. Et miſit ſigna ⁊ ꝓdigia in medio tui ȩgypte:ĩ pha-
raonẽ:⁊ oẽs ſeruos eius. Qui percuſſit gentes multas:
⁊ occidit reges foꝛtes. Seon regẽ Amoꝛreoꝛũ:⁊ Og re
gẽ Baſan: ⁊ omnia regna Chanaan. Et dedit terrã eo
ſupꝛa.113. rũ hȩreditatẽ:hȩreditatẽ iſrael populo ſuo. Dñe nomẽ
ſapiẽ.15.d tuũ in ȩternũ:dñe memoꝛiale tuũ in generatione ⁊ gene
rationẽ. Quia iudicabit dñs populũ ſuũ: ⁊ in ſeruis ſuꝭ
depꝛecabitur. Simulacra gentiũ argentũ ⁊ aurũ: ope-
ra manuũ hominũ. Os habẽt et nõ loquẽtur:oculos ha
bent ⁊ nõ videbũt. Aures habẽt ⁊ nõ audiẽt:neqꝫ em̃ eſt
ſpiritus in oꝛe ipſoꝛũ. Similes illis fiant qui faciũt ea: ⁊
oẽs qui cõfidũt in eis. Domus iſrael benedicite dño:do
mus Aaron benedicite dño. Domus leui benedicite do
ſupꝛa.104 mino:qui timetis dñm:benedicite dño. Benedictꝰ do-
et.105.et. minus ex Sion:qui habitat ĩ ieruſalẽ. ¶ Alleluia
106. COnfitemini dño:qm̃ bonus: CXXXV.
qm̃ in ſeculũ miſcdia eius. Cõfitemini deo deo-
rũ:qm̃. Confitemini dño dñoꝛũ:qm̃. Qui fecit
mirabilia magna ſolus: qm̃. Qui fecit cȩlos ĩ intellectu
quoniã. Qui firmauit terrã ſuper aquas:qm̃. Qui fecit
luminaria magna:qm̃. Solẽ in poteſtatẽ diei: qm̃. Lu-
nã et ſtellas ĩ poteſtatẽ noctis:quoniã. Qui ꝑcuſſit ȩgy
ptũ cũ pꝛimogenitis eoꝛũ:qm̃. Qui eduxit iſrael de me-
dio eoꝛũ:qm̃. In manu potẽti:et bꝛachio excelſo:quoniã
Qui diuiſit mare rubꝛũ in diuiſiões: qm̃. Et eduxit iſra
el per medium eius:quoniã. Et excuſſit pharaonẽ:⁊ vir
tutẽ eius ĩ mare rubꝛo:quoniã. Qui traduxit populũ ſu
um per deſertũ:qm̃. Qui ꝑcuſſit reges magnos:qm̃. Et
occidit reges foꝛtes:qm̃. Seon regẽ Amoꝛreoꝛũ:quoni
am. Et Og regẽ baſan:quoniã. Et dedit terrã eoꝛũ hȩ-
reditatẽ:quoniã. Hȩreditatẽ iſrael ſeruo ſuo:qm̃. Quia
in humilitate noſtra memoꝛ fuit noſtri:qm̃. Et redemit
nos ab inimicis noſtris:qm̃. Qui dat eſcã om̃i carni:qm̃
Cõfitemini deo cȩli:quoniã. Cõfitemini dño dominoꝝ
qm̃ in ȩternũ miſericoꝛdia eius. Alleluia.
¶ Pſalmus Dauid pꝛopter Ieremiã. CXXXVI.
SVper flumina Babylonis illic ſedimus: ⁊ fle-
uimus dũ recoꝛdaremur tui ſion. In ſalicibus ĩ
medio eius: ſuſpendimus oꝛgana noſtra. Quia
illic interrogauerũt nos:qui captiuos duxerũt nos: ver
ba cantionũ. Et qui abduxerũt nos:hymnũ cãtate nobꝭ
de cãticis ſion. Quõ cãtabimus canticũ dñi: in terra ali
ena? Si oblitus fuero tui ieruſalẽ:obliuiõi detur dexte-
ra mea. Adhȩreat lingua mea faucibꝰ meis:ſi nõ memi-
nero tui. Si nõ ꝓpoſuero tui ieruſalẽ: in pꝛĩcipio lȩticiȩ
meȩ. Memoꝛ eſto dñe filioꝛũ edom:in die ieruſalẽ. Qui
dicũt:exinanite exinanite:vſqꝫ ad fundamentũ in ea. Fi
lia babylonis miſera:beatus qui retribuet tibi retributi
onẽ tuã quã retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit:⁊ alli
det paruulos ſuos ad petrã.
¶ Pſalmus ipſi Dauid. CXXXVII
COnfitebor tibi dñe in toto coꝛde meo: qm̃ audi
ſti oĩa verba oꝛis mei. In cõſpectu angeloꝛum
pſallã tibi:adoꝛabo ad templũ ſanctũ tuũ:⁊ cõ- ſupꝛa.113.
fitebor nomini tuo. Super miſericoꝛdia tua:et veritate
tua:qm̃ magnificaſti ſuper omne nomen ſanctũ tuũ. In
q̃cũqꝫ die ĩuocauero te:exaudi me: multiplicabis in aĩa ſupꝛa.101.
mea virtutẽ. Cõfiteãtur tibi dñe oẽs reges terrȩ: quia
audierũt oĩa verba oꝛis tui. Et cantẽt in vijs dñi:quoni
am magna eſt gloꝛia dñi. Quoniã excelſus dñs ⁊ humi-
lia reſpicit: ⁊ alta a longe cognoſcit. Si ambulauero in
medio tribulationis:viuificabis me: ⁊ ſuꝑ irã inimicoꝝ
meoꝛũ extendiſti manũ tuã:⁊ ſaluũ me fecit dextera tua
Dominus retribuet pꝛo me: domine miſericoꝛdia tua ĩ
ſeculũ:⁊ opera manuũ tuarũ ne deſpicias.
¶ In finem Pſalmus Dauid. CXXXVIII.
DOmine pꝛobaſti me ⁊ cognouiſti me:tu cogno
uiſti ſeſſionẽ meã:⁊ reſurrectionẽ meã. Intel-
lexiſti cogitatiões meas de lõge:ſemitã meã et
funiculũ meũ inueſtigaſti. Et oẽs vias meas ꝓuidiſti:qꝛ
non eſt ſermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouiſti oĩa
nouiſſima ⁊ antiqua:tu foꝛmaſti me:⁊ poſuiſti ſuper me
manũ tuã. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: cõfoꝛ
tata eſt:⁊ nõ potero ad eã. Quo ibo a ſpiritu tuo:⁊ quo
a facie tua fugiã? Si aſcẽdero in cȩlũ:tu illic es: ſi deſcẽ
dero ad infernũ:ades. Si ſumpſero pẽnas meas dilucu
lo:et habitauero in extremis maris. Etem̃ illuc manus
tua deducet me:⁊ tenebit me dextera tua. Et dixi foꝛſi-
tã tenebꝛȩ cõculcabũt me: ⁊ nox illuminatio mea in deli-
tijs meꝭ. Quia tenebꝛȩ nõ obſcurabunť a te: ⁊ nox ſicut
dies illuminabitur:ſicut tenebꝛȩ eius:ita ⁊ lumen eius.
Qꝛ tu poſſediſti renes meos:ſuſcepiſti me de vtero ma-
tris meȩ. Cõfitebor tibi:qm̃ terribiliter magnificatꝰ es
mirabilia oꝑa tua:⁊ aĩa mea cognoſcet nimis. Nõ eſt oc
cultatũ os meũ a te qđ feciſti in occulto:⁊ ſubſtãtia mea
in inferioꝛibus terrȩ. Imperfectũ meũ viderũt oculi tui
⁊ in libꝛo oẽs ſcribẽtur:dies foꝛmabuntur: ⁊ nemo ĩ eis.
Mihi aũt nimis honoꝛificati ſunt amici tui deus: nimꝭ
cõfoꝛtatus eſt pꝛincipatus eoꝝ. Dinumerabo eos: ⁊ ſu
ꝑ arenã multiplicabunť:exurrexi:⁊ adhuc ſum tecũ. Si
occideris deꝰ peccatoꝛes: viri ſanguinũ declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione accipiant in vanitate ciui-
tes ſuas. Nõne q̃ oderũt te dñe oderã:⁊ ſuper inimicos
tuos tabeſcebã. Perfecto odio oderã illos: inimici fa-

ſupꝛa.25. cti ſunt mihi. Pꝛoba me deus: ⁊ ſcito coꝛ meū: interro-
ga me: ⁊ cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi via iniq̄tat[is]
in me eſt: ⁊ deduc me in via eterna.

¶ In finem Pſalmus Dauid. CXXXIX.

ERipe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniq̄tates ī coꝛde: tota die cōſtituebāt ꝓlia. Acuerūt linguas ſuas ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub labijs eoꝝ. Cuſtodi me dñe de manu peccatoꝛis: ⁊ ab hoībus iniq̄s eripe me. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſus meos: abſconderūt ſupbi laqueū mihi. Et funes extenderūt in laqueū: iuxta iter ſcādalū poſuerūt mihi. Dixi dño: deus meus es tu: exaudi dñe vocē depcationis mee. Dñe dñe virtus ſalutis mee obumbꝛaſti ſup caput meū ī die belli. Nō tradas me domine: a deſiderio meo peccatoꝛi: cogitauerūt cōtra me: ne derelinquas me: ne foꝛte exaltenꝛ. Caput circuit⁹ eorū: laboꝛ labioꝛū ipſoꝝ operiet eos. Cadent ſup eos carbones: in ignē deijcies eos: in miſerijs nō ſubſiſtēt. Vir linguoſus nō dirigeꝛ in terra: virū iniuſtū mala capient in īteritu. Cognoui q̄a faciet dñs iudiciū inopis: ⁊ vindictā pauperū. Verūtamē iuſti cōfitebunꝛ nomini tuo: ⁊ habitabūt recti cū vultu tuo.

¶ Pſalm⁹ dauid. CXL.

DOmine clamaui ad te: exaudi me: intende voci mee cū clamauero ad te. Dirigaꝛ oꝛatio mea ſicut incēſum ī cōſpectu tuo: eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū. Pone dñe cuſtodiā oꝛi meo: ⁊ oſtiū circūſtantie labijs meis. Non decli-
nes coꝛ meū ī verba malicie: ad excuſandas excuſatiōes
eccl.22.b in peccatis. Cū hoībus opantibus iniq̄tatē: ⁊ nō cōmunicabo cū electis eoꝝ. Coꝛripiet me iuſtus in miſcdia: ⁊ īcrepabit me: oleū aūt pctōꝛis nō impinguet caput meū. Qm̄ adhuc ⁊ oꝛatio mea ī bñplacitis eoꝝ: abſoꝛpti ſunt iuncti petre iudices eoꝛū. Audiēt verba mea: qm̄ potuerūt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſup terrā. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſec⁹ īfernū: q̄a ad te dñe dñe oculi mei in te ſperaui: nō auferas aīaȝ meā. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerūt mihi: ⁊ a ſcādalis opātiū iniq̄tatē. Cadēt ī retiaculo ei⁹ pctōꝛes: ſingulariter ſuȝ ego donec trāſeā.

¶ Intellectus dauid cū eſſet in ſpelūca: oꝛatio. CXLI

ſupꝛa.76. VOce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm depcatus ſum. Effundo ī cōſpectu eius oꝛationē meā: ⁊ tribulationē meā ante ipſuȝ pnūcio. In deficiēdo ex me ſpiritū meū: ⁊ tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac q̄ ambulabā: abſonderūt ſupbi laqueū mihi. Cōſiderabā ad dextrā ⁊ videbā: ⁊ nō erat q̄ cognoſceret me. Perijt fuga a me: et nō eſt qui req̄rat aīam meā. Clamaui ad te dñe: dixi: tu es ſpes mea: poꝛtio mea ī terra viuentiū. Intēde ad depcationē meā: q̄a humiliatus ſum nimis. Libera me a pſequētibus me: quia cōfoꝛtati ſūt ſup me. Educ de cuſtodia animā meā ad cōfitēdū nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi.

¶ Pſal. dauid q̄ndo pſequebaꝛ eū filius ſuus Abſalō. CXLII

ſupꝛa.101. DOmine exaudi oꝛationē meā: aurib⁹ pcipe obſecrationē meā in veritate tua: exaudi me in tua iuſticia. Et nō ītres in iudiciū cū ſeruo tuo: q̄a nō iuſtificabiꝛ ī cōſpectu tuo oīs viuēs. Quia pſecutus eſt inimicus aīam meā: humiliauit ī terra vitā meā. Collocauit me in obſcuris ſicut moꝛtuos ſeculi: et anxiatus eſt ſup me ſpiritus meus: ī me turbatū eſt coꝛ meū. Memoꝛ fui dierū antiq̄rū: meditatus ſum ī oībus opibus tuis: in factis manuū tuaꝝ meditabar. Expādi man⁹ meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit ſpirit⁹ me⁹. Nō auertas
ſupꝛa.101. faciē tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcēdentib⁹ ī lacū. Auditā fac mihi mane miſcdia tuā: q̄a in te ſpaui. Notā fac mihi viā ī q̄ ambulē: q̄a ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis dñe: ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuā: q̄a deus meus es tu. Spirit⁹ tu⁹ bonus deducet me in terrā rectā: ꝓpter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animā meā: ⁊ in miſcdia tua diſperdas oēs inimicos meos. Et perdes oēs q̄ tribulāt aīam meā: qm̄ ego ſeruus tuus ſum.

¶ Pſalmus dauid aduerſus Goliath. CXLIII.

BEnedictus dñs deus meus: q̄ docet manus meas ad pꝛeliū: ⁊ digitos meos ad bellū. Miſcdia mea ⁊ refugiū meū: ſuſceptoꝛ meus ⁊ liberatoꝛ meus. Pꝛotectoꝛ meus: et in ipſo ſpaui: q̄ ſubdis pplm meū ſub me. Dñe q̄d eſt homo: q2 innotuiſti ei: aut filius hoīs qui reputas eū? Homo vanitati ſimilis fact⁹ eſt: dies ei⁹ ſicut vmbꝛa ꝑtereunt. Dñe iclina celos tuos ⁊ deſcende: tange mōtes ⁊ fumigabūt. Fulgura coꝛuſcationē: ⁊ diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas: et cōturbabis eos. Emitte manū tuā de alto: eripe me: et libera me de aq̄s multis: ⁊ de manu filioꝛū alienoꝝ. Quoꝛū os locutū eſt vanitatē: ⁊ dextera eoꝝ dextera iniq̄tatis. De⁹ cāticū nouū cantabo tibi: ī pſalterio decachoꝛdo pſallā tibi. Qui das ſalutē regibus: q̄ redemiſti dauid ſeruū tuū: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filioꝝ alienoꝝ: q̄ꝛū os locutū eſt vanitatē: ⁊ dextera eoꝛū dextera iniquitatis. Quoꝛū filij ſicut nouelle plantatiōes: in iuuētute ſua. Filie eoꝛū cōpoſite: circumoꝛnate vt ſimilitudo tēpli. Pꝛomptuaria eoꝛū plena: eructātia ex hoc ī illud. Oues eoꝝ foetoſe abundātes in egreſſibus ſuis: boues eoꝛū craſſe. Nō eſt ruina macerie: neq3 tranſit⁹: neq3 clamoꝛ in plateis eoꝛū. Beatū dixerunt populum cui hec ſunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

supra. 17 (beside "Miſcdia")
Supra. 8 (beside "Pꝛotectoꝛ meus")
Iob.8. (beside "dies ei⁹ ſicut vmbꝛa")

¶ Laudatio ipſi Dauid. Aleph CXLIIII.

EXaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicā noī tuo in ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi. Beth. Per ſingulos dies bñdicā tibi: ⁊ laudabo nomē tuū in ſeculū: et
ſupꝛa.47. in ſeculū ſeculi. Gimel. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis ⁊ magnitudinis eius nō eſt finis. Daleth. Generatio et gñatio laudabūt opa tua: ⁊ potētiā tuā pnūciabūt. He. Magnificentiā gloꝛie ſanctitatis tue loquenꝛ: ⁊ mirabilia tua narrabūt. Vau. Et virtutē terribilioꝛū tuoꝝ dicēt: ⁊ magnitudinē tuā narrabūt. Zain. Memoꝛiā abundātie ſuauitatis tue eructabūt: ⁊ iuſticia tua exultabūt. Heth. Miſeratoꝛ ⁊ miſericoꝛs dñs: patiēs ⁊ multū miſericoꝛs. Teth. Suauis dñs vniuerſis: ⁊ miſerationes eius ſup oīa opa eius. Iod. Cōfiteanꝛ tibi dñe oīa opa tua: ⁊ ſancti tui bñdicant tibi. Caph. Gloꝛiā regni tui dicēt: ⁊ potētiā tuā loquētur. Lamed. Ut notā faciant filijs hominū potētiā tuā: ⁊ gloꝛiā magnificētie regni tui. Mem. Regnū tuū regnū oīm ſeculoꝝ: ⁊ dominatio tua in omī gñatione ⁊ gñationē. Nun. Fidelis dominus in oībus verbis ſuis: ⁊ ſanctus in oībus opib⁹ ſuis. Sameh. Alleuat dñs oēs qui coꝛruunt: ⁊ erigit oēs eliſos. Ain. Oculi omniū in te ſperāt: ⁊ tu das eſcā illoꝝ in tēpoꝛe oppoꝛtuno. Phe. Aperis tu manū tuā: et imples oē animal bñdictione. Zade. Iuſtus dñs in oībus vijs ſuis: ⁊ ſanctus in oībus operibus ſuis. Cuph. Pꝛope eſt dñs oībus inuocātibus eū: oībus inuocātibus eū ī veritate. Res. Voluntatē timētiū ſe faciet: et depꝛecationē eoꝝ exaudiet: ⁊ ſaluos faciet eos. Sin. Cuſtodit dominus oēs diligētes ſe: ⁊ oēs pctōꝛes diſperdet. Thau. Laudationē dñi loqueꝛ os meū: ⁊ bñdicat oīs caro nomini ſancto eius in ſeculū: ⁊ in ſeculū ſeculi.

¶ Alleluia. CXLV.

LAuda aīa mea dñm: laudabo dñm in vita mea: pſallā deo meo q̄diu fuero. Nolite cōfidere in pꝛincipib⁹: in filijs hoīm: in quib⁹ nō
ſupꝛa.103 eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius: ⁊ reuerteꝛ in terrā ſuā: in
Actu.14.c illa die pibūt oēs cogitatiōes eoꝛū. Beatus cuius deus
Apo.14.b Iacob adiutoꝛ eius: ſpes eius in dño deo ipſius: qui fecit celū ⁊ terrā: mare: ⁊ oīa q̄ ī eis ſunt. Qui cuſtodit veritatē in ſeculū: facit iudiciū iniuriā patiētib⁹: dat eſcam eſurientib⁹. Dñs ſoluit cōpeditos: dñs illuminat cecos. Dñs erigit eliſos: dñs diligit iuſtos. Dñs cuſtodit aduenas: pupillū ⁊ viduā ſuſcipiet: ⁊ vias peccatoꝝ diſperdet. Regnabit dñs in ſecula: deus tuus ſion: in gñatione ⁊ generationē.

¶ Alleluia CLXVI

LAudate dominũ: quoniã bonus eſt pſalmꝰ: deo
noſtro ſit iucũda decoraqꝫ laudatio. Aedificãs
Jeruſalẽ dominus: diſperſiones Iſrael congre
gabit. Qui ſanat contritos corde: ⁊ alligat cõtritiones
eorũ. Qui numerat multitudinẽ ſtellarũ: et omnibꝰ eis
nomina vocãs. Magnus dominus noſter: ⁊ magna vir
ſupra.103 tus eius: ⁊ ſapientię eius non eſt numerus. Suſcipiens
manſuetos dominus: humilians aũt peccatores vſqꝫ ad
terrã. Precinite dño in cõfeſſiõe: pſallite deo noſtro in
cithara. Qui operit cęlũ nubibus: et parat terrę pluuiã
Qui pducit in montibus foenũ ⁊ herbã: ſeruituti hoĩm
Qui dat iumẽtis eſcã ipſorũ: ⁊ pullis coruorũ inuocan-
tibus eũ. Nõ in fortitudine equi volũtatẽ habebit: neqꝫ
in tibijs viri bñplacitũ erit ei. Bñplacitũ eſt dño ſup ti-
mẽtes eũ: ⁊ in eis qui ſperant ſup miſericordia eius.

¶ Alleluia. CXLVII.

LAuda Jeruſalẽ dominũ: lauda deũ tuum ſion.
Quoniã confortauit ſeras portarũ tuarũ: bene
dixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacẽ
⁊ adipe frumenti ſatiat te. Qui emittit eloquiũ ſuũ ter-
rę: velociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut la-
nam: nebulã ſicut cinerẽ ſpargit. Mittit cryſtallũ ſuã ſi
cut buccellas: ante faciẽ frigoꝛ ei⁹ q̃s ſuſtinebit? Emit
tet verbũ ſuũ: ⁊ liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius: ⁊ fluẽt
aquę. Qui annunciat verbũ ſuũ Jacob: iuſticias ⁊ iudi-
cia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi: ⁊ iudicia
ſua non manifeſtauit eis. ¶ Alleluia

LAudate dñm de cęlis: laudate eũ CXLVIII
in excelſis. Laudate eum oĩes angeli eius: lau-
date eum omnes virtutes eius. Laudate eũ ſol
⁊ luna: laudate eũ oẽs ſtellę ⁊ lumẽ. Laudate eũ cęli cę-
lorũ: ⁊ aquę quę ſuper cęlos ſunt: laudẽt nomẽ domini.
Dan.3.d. Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mãdauit ⁊ creata ſunt.
ſupra32. Statuit ea in ſeculũ: ⁊ in ſeculũ ſeculi: pręceptũ poſuit:
iudith 16 f ⁊ nõ pręteribit. Laudate dominũ de terra: dracones et
omnes abyſſi. Ignis: grando: nix: glacies: ſpiritus pcel
larũ: quę faciunt verbum eius. Montes et oĩes colles
ligna fructifera: ⁊ omnes cedri. Beſtię et vniuerſa peco
ra: ſerpentes ⁊ volucres pennatę. Reges terrę et oĩes
populi: principes et omnes iudices terrę. Iuuenes ⁊ vir
gines: ſenes cum iunioribus laudẽt nomẽ domini: quia
exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſio eius ſup cę-
lum ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu populi ſui. Hymnus oĩ
bus ſanctis ei⁹: filijs Iſrael populo appropinquãti ſibi.

¶ Alleluia. CXLIX.

CAntate domino canticum nouũ: laus eius in ec
cleſia ſanctorum. Lętetur Iſrael in eo qui fecit
eum: ⁊ filię ſion exultent in rege ſuo. Laudẽt no
men eius in choro: in tympano: et pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: ⁊ exalta-
uit manſuetos in ſalutẽ. Exultabunt ſancti in gloria: lę
tabuntur in cubilibus ſuis. Exultationes dei ĩ gutture
eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus eoꝝ. Ad faciendã
vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad
alligendos reges eorũ in cõpedibus: ⁊ nobiles eoꝝ ĩ ma
nicis ferreis. Ut faciant in eis iudiciũ cõſcriptum: glo-
ria hęc eſt omnibus ſanctis eius. ¶ Alleluia.

LAudate dominũ in ſanctis eius: lau CL.
date eum in firmamento virtutis eius. Lauda
te eum ĩ virtutibus eius: laudate eum ſecundũ
multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſo
no tubę: laudate eum in pſalterio et cithara. Laudate
eum in tympano et choro: laudate eum in chordis ⁊ or
gano. Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: lau-
date eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus lau-
det dominum.

Finis.

Epiſtola diui Hierony-
mi preſbyteri ad Chromatiũ ⁊ Heliodo-
rũ epiſcopos de libris Salomonis.

IUngat epiſtola: quos iungit ſacerdotiũ: im-
mo charta nõ diuidat: q̃s chriſti nectit amor
Cõmentarios in Oſee: Amos ⁊ zachariã: ma
lachiam quoqꝫ poſcitis. Scripſiſſem ſi licuiſ-
ſet prę valetudine. Mittitis ſolatia ſumptuũ: notarios
noſtros: ⁊ librarios ſuſtẽtatis: vt vobis potiſſimũ noſtꝝ
deſudet ingeniũ. Et ecce: ex latere frequẽs turba: diuer
ſa poſcentiũ: quaſi aut ęquũ ſit: me vobis eſurientibus: ⁊
alijs laborare: aut in ratione dati et accepti: cuiq̃: pter
vos: obnoxiꝰ ſim. Itaqꝫ longa ęgrotatione fractꝰ: ne pe
nitus hoc anno reticerẽ: ⁊ apd̃ vos mutus eſſem: tridui
opus noĩ veſtro cõſecraui. Interpretationẽ videlicet tri
um Salomonis voluminũ: miſſe: qd̃ hebręi parabolas:
vulgata aũt editio prouerbia vocat: coheleth: quẽ gręce
eccleſiaſten: latine cõcionatorẽ poſſumus dicere: ſirhaſi-
rim: qd̃ in lingua noſtra vertitur cãticũ cãticoꝝ. Fertur
⁊ panęretos Jeſu filij ſirach liber: ⁊ alius pſeudepigra-
phus: q̃ ſapiẽtia Salomonis inſcribitur. Quorũ priorẽ
hebraicũ repperi: nõ eccleſiaſticũ: vt apd̃ latinos: ſed pa-
rabolas pnotatũ. Cui iuncti erãt eccleſiaſtes ⁊ cãticum
canticoꝝ: vt ſimilitudinẽ ſalomonis: nõ ſolũ numero li-
broꝝ: ſed etiã materiaꝝ genere coęquaret. Secũdꝰ apd̃
hebręos nuſq̃ eſt: q̃n ⁊ ipſe ſtilus gręcã eloquẽtiã: redo-
let: ⁊ nõnulli ſcriptoꝝ veterũ: hũc eſſe iudęi philonis af-
firmãt. Sicut ergo iudith ⁊ thobię ⁊ machabeoꝝ libros
legit q̃dẽ eccleſia: ſed eos inter canonicas ſcripturas nõ
recipit: ſic et hęc duo volumĩa legat ad ędificationẽ ple
bis: nõ ad autoritatẽ eccleſiaſticoꝝ dogmatũ cõfirman-
dã. Si cui ſane ſeptuagĩta ĩterpretũ magis editio pla-
cet: habet eã a nobꝫ olim emẽdatã. Neqꝫ eñ noua ſic cu
dimus: vt vetera deſtruamus. Et tñ cũ diligẽtiſſime le-
gerit: ſciat magꝫ ſcripta nr̃a ĩtelligi: quę non ĩ tertiũ vas
trãſfuſa coacuerint: ſed ſtatim de prelo puriſſimę cõmẽ
data teſtę ſuũ ſaporem ſeruauerint.

¶ Prologus in libros eoſdem.

TRibus noĩbus vocatũ fuiſſe ſalomonẽ ſcrip-
turę manifeſtiſſime docent. Salomonẽ ideſt
pacificũ: ⁊ idida hoc eſt dilectũ dñi: ⁊ qd̃ nunc
dicit̃ coheleth: ideſt eccleſiaſten. Eccleſiaſtes
aũt gręco ſermone eſt appellatꝰ: q̃a coetũ: id eſt eccleſiã
cõgreget: quẽ nos nũcupare poſſumꝰ cõcionatorẽ: eo ꝙ
loquat̃ ad ppl'm: ⁊ ſermo eiꝰ nõ ſpecialiter ad vnũ: ſed ad
vniuerſos dirigat̃ gñaliter. Porro pacificus ⁊ dilectus
dñi ab eo ꝙ regno eiꝰ pax fuerit: ⁊ eũ dñs dilexerit appel
latꝰ eſt. Nã ⁊ pſal. xliiij. ⁊ lxxi. dilecti ⁊ pacifici titulo prę
notant̃. Qui tñ: ⁊ ſi ad pphetiã chriſti eccleſieqꝫ ptinen-
tes: foelicitatẽ ⁊ vires ſalomonis excedũt: tñ ſm hiſtori
am ſup ſalomonẽ ſcripti ſunt. Itaqꝫ iuxta numeꝝ voca-
bulorũ tria volumina edidit: puerbia: eccleſiaſten: canti
cũ canticorũ. In prouerbijs paruulũ docens: ⁊ quaſi de
officijs p ſentẽtias erudiẽs. Unde ⁊ ad filiũ ſmo crebro
repetit̃. In eccleſiaſte vero maturę virũ ętatis inſtituẽs
ne q̃cq̃ ĩ mũdi rebus putet eſſe ppetuũ: ſed caduca ⁊ bre
uia vniuerſa q̃ cernimus. Ad extremũ iã cõſummatũ vi
rũ: ⁊ calcato ſeculo pparatũ: ĩ cãticis cãticoꝝ ſponſę iun
git amplexibꝰ. Niſi eñ priꝰ reliq̃rimus vitia: ⁊ põpis ſe
culi renũciãtes expeditos nos ad aduẽtũ pparauerimꝰ
nõ poſſumꝰ cãtare canticũ canticorũ. Sed ⁊ hoc diligẽ-
tiꝰ attendẽdũ: tres libros autore diuerſo eſſe ĩtitulatos
In puerbijs eñ notant̃ puerbia ſalomonꝫ filij dauid re
gꝫ iſrael. In eccleſiaſte vo vba eccleſiaſtes filij dauid re-
gis ieruſalẽ. Supfluũ q̃ppe ẽ iſrael hic: qd̃ male ĩ grecꝫ ⁊
latinis codicibus ĩuenitur. In cantico aũt canticoꝝ nec
filius dauid nec rex iſrael ſiue ieruſalem preſcribitur: ſed
tm̃ cãticũ canticorũ ſalomonis. Sicut eñ puerbia ⁊ ru
dis iſtitutio ad duodecĩ tribꝰ: ⁊ ad totũ ptinet iſrl': ⁊ quõ

cōrēptus mūdi: nōniſi metropolitis cōtinet: hoc eſt ha-
bitatoribus Jeruſalē: ita Canticū cāticoꝝ ad eos pro-
prie ptinet: qui tm̄ ſupna deſiderāt. Ad incipiētes ꝛ pfi-
ciētes: ꝛ paterna dignitas: ꝛ regni pprij merito vēdica
tur autoritas: ad pfectos vero vbi nō timore erudit: ſed
amore: pprīū nomē ſufficit: ꝛ equalis magiſter eſt: ꝛ ne-
ſcit ſe eſſe regē. Que omnia referūtur ad Chriſtum.

¶ Alius prologus.

Tres libros Salomonis: id eſt Prouerbia:
Eccleſiaſtē ꝛ Cāticū cāticoꝝ: veteri ſeptua-
ginta īterpretū autoritati reddidi: vel ante-
poſitis lineis ſupflua queq; deſignās: vel ſtel
lis titulo prenotatis: ea que min⁹ habebant interſerēs:
vt pleni⁹ Paula ꝛ Euſtochiū cognoſcatis: qd in libris
noſtris minus ſit: q̄d ve redūdet. Necnō etiā illa que im
periti trāſlatores male ī linguā noſtrā de greco ſermo-
ne vterāt obliterās ꝛ antiquās: curioſiſſima vitate cor-
rexi. Et vbi prepoſtero ordine atq; pverſo ſentētiarum
fuerat lumē ereptū: ſuis locis reſtituēs: feci intelligi qd
latebat. Porro ī eo libro: q a pleriſq; ſapiētia Salomo-
nis inſcribit: ꝛ ī Eccleſiaſtico: quē eſſe Jeſu filij Sirach
nullus ignorat: calamū tēperaui: tātūmodo canonicas
ſcripturas vobis emēdare deſiderans: ꝛ ſtudiū meū cer
tis magis q̄ dubijs cōmendare. Ideo greco et hebreo
prefatiūcula vtraq; ī libro pmiſſa eſt: q̄a nōnulla de gre
co hoc ad illuminationē ſenſus: ꝛ legētis edificationem
vel inſerta hebraice tranſlationi: vel extrinſecus iuncta
ſunt. Et idcirco qui legis: ſemper peregrina memento.

Liber Prouerbiorū: quem He-
brei Miſle appellant. Caput. I.

A Parabolae Salomo-
nis filij Dauid regis iſrael. Ad ſcien-
dā ſapientiā ꝛ diſciplinā: ad intelligē
da verba prudētie: ꝛ ſuſcipiendā eru-
ditionē doctrine: iuſtitiā: ꝛ iudiciū: ꝛ
eqtatē: vt det paruulis aſtutia: ꝛ ado
leſcēti ſciētia et intellect⁹. Audiēs ſapiēs ſapiētior erit:
ꝛ intelligēs gubernacula poſſidebit. Animaduertet pa
rabolā: ꝛ interpretationē vba ſapientū: ꝛ enigmata eo-
Pſ. iio. rū. Timor dn̄i initiū ſapiētie. Sapientiā atq; doctrinā
infra. 3.b ſtulti deſpiciūt. Audi fili mi diſciplinā patris tui: ꝛ ne di
infra. 9.c. mittas legem matris tue: vt addat gr̄a capiti tuo: ꝛ tor
ques collo tuo. Fili mi: ſi te lactauerint pctōres: ne acq̄e
B ſcas eis: ſi dixerint: veni nobiſcū: īſidiemur ſanguini: ab-
ſcondamus tendiculas contra inſontē fruſtra: deglutia
mus eū ſicut infernus viuentē: ꝛ integrū quaſi deſcēden
tem in lacū. Et oēm precioſam ſubſtantiā reperiemus:
implebim⁹ domos noſtras ſpolijs: ſortē mitte nobiſcū:
marſupiū ſit vnū oīm noſtrū: fili mi ne ambules cū eis.
infra. 6.c. Prohibe pedē tuū a ſemitis eorū. Pedes em̄ illorū ad
Eſa. 59.b malū currunt: ꝛ feſtināt: vt effundant ſanguinē. Fruſtra
aūt iacitur rete ante oculos pennatorū. Ipſi quoq; con
tra ſanguinē ſuū inſidiātur: ꝛ moliuntur fraudes cōtra
C animas ſuas. Sic ſemite oīs auari: animas poſſiden-
tium rapiūt. Sapiētia foris predicat: in plateis dat vo
infra. 8.a. cē ſuā. In capite turbarū clamitat: in forib⁹ portarū v-
bis profert verba ſua: dicens: Vſq; quo paruuli diligitis
infantiam: ꝛ ſtulti ea que ſibi ſunt noxia cupiēt: ꝛ impru
Eſa. 19.b. dentes odibunt ſcientiā? Conuertimini ad correctionē
Jere. 7.c. meā. En pferā vobis ſpm̄ meū: ꝛ oſtēdā vobis vba mea.
Quia vocaui: ꝛ renuiſtis: extēdi manū meā: ꝛ non fuit q̄
aſpiceret. Deſpexiſtis omne cōſiliū meū: et increpationes
meas neglexiſtis. Ego q̄q; in interitu veſtro ridebo: et
D ſubſannabo: cū vobis id qd timebatis: aduenerit. Cū ir
ruerit repētina calamitas: ꝛ interitus quaſi tēpeſtas in-
gruerit: quādo venerit ſuper vos tribulatio ꝛ anguſtia.
Tūc inuocabūt me: ꝛ nō exaudiā: mane cōſurgēt: ꝛ non
inuenient me: eo q exoſam habuerint diſciplinam: ꝛ ti-
morem domini non ſuſceperint: nec acquieuerint conſi
lio meo: ꝛ detraxerint vniuerſe correctioni mee. Come
dēt igit fruct⁹ vie ſue: ſuiſq; cōſilijs ſaturabunt. Auerſio
paruulorū interficiet eos: ꝛ pſperitas ſtultoꝝ perdet il-
los. Qui aūt me audierit: abſq; terrore reqeſcet: ꝛ abun
dantia perfruetur timore malorū ſublato. II.

Fili mi: ſi ſuſceperis ſermones meos: et man A
data mea abſconderis penes te: vt audiat ſa-
pientiā auris tua: īclina cor tuū ad cognoſcē
dā prudētiā. Si em̄ ſapientiā inuocaueris et
inclinaueris cor tuū prudētie: ſi queſieris eā quaſi pecu
niā: ꝛ ſicut theſauros effoderis illā: tūc intelliges timo-
rē dn̄i: ꝛ ſcientiā dei inuenies: q̄a dn̄s dat ſapientiā: ꝛ ex B
ore eius ſciētia ꝛ prudētia. Cuſtodiet rectoꝝ ſalutem: ꝛ
proteget gradiētes ſimpliciter: ſeruās ſemitas iuſtitie:
ꝛ vias ſanctorū cuſtodiēs. Tūc intelliges iuſtitiā: ꝛ iudi
cium: ꝛ equitatē: ꝛ oēm ſemitam bonā. Si intrauerit ſa
pientia cor tuū: ꝛ ſciētia aīe tue placuerit: cōſiliū cuſto-
diet te: ꝛ prudētia ſeruabit te: vt eruar ꝭ a via mala: et ab
homine qui peruerſa loquit. Qui relinquūt iter rectū: ꝛ
ambulāt p vias tenebroſas. Qui letant cū malefecerīt: C
ꝛ exultāt ī reb⁹ peſſimis. Quorū vie peruerſe ſunt: ꝛ in-
fames greſſus eoꝝ. Vt eruaris a muliere aliena: ꝛ ab ex- infra. 7.a.
tranea: que mollit ſermones ſuos: ꝛ relinquit ducē pu-
bertatis ſue: ꝛ pacti dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt enim
ad mortē domus eius: et ad inferos ſemite ipſius. Oēs
qui ingrediunt ad eā nō reuertent: nec apphendēt ſemi
tas vite. Vt ambules in via bona: ꝛ calles iuſtorū cuſto- D
dias. Qui em̄ recti ſunt: habitabūt in terra: et ſimplices
permanebunt in ea. Impij vero de terra perdent: ꝛ qui
inique agunt auferentur ex ea. III.

Fili mi: ne obliuiſcaris legis mee: et precepta A
mea cor tuū cuſtodiat. Lōgitudinē em̄ dieꝝ:
ꝛ annos vite: ꝛ pacē apponent tibi. Miſeri-
cordia ꝛ veritas te nō deſerāt. Circunda eas
gutturi tuo: et deſcribe in tabulis cordis tui: ꝛ inuenies roma. 12.a
gratiā ꝛ diſciplinā bonā corā deo ꝛ hoīb⁹. Habe fiduciā
in domino ex toto corde tuo: ꝛ ne innitaris prudētie tue.
In omnibus vijs tuis cogita illū: ꝛ ipſe diriget greſſus
tuos. Ne ſis ſapiēs apud temetipſum. Time deū: et re-
cede a malo. Sanitas q̄ppe erit vmbilico tuo: ꝛ irriga- B
tio oſſiū tuorū. Honora deū de tua ſubſtātia: ꝛ de primi
tijs oīm frugū tuarū da pauperibus: et implebunt hor- Tob. 4.b
rea tua ſaturitate: ꝛ vino torcularia redundabunt. Di-
ſciplinam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab
eo corripieris. Quē em̄ diligit domin⁹: corripit: ꝛ quaſi
pater in filio complacet ſibi. Beatus homo: qui inuenit
ſapientiā: ꝛ qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio
ei⁹ negociatiōe auri ꝛ argēti: primi ꝛ puriſſimi fructus
ei⁹. Precioſior eſt cūctis opibus ſapiētia: ꝛ oīa que deſi Heb. 12.b
derantur: huic non valent comparari. Lōgitudo dierū Apoc. 3.d.
in dextera ei⁹: ꝛ in ſiniſtra illius diuitie ꝛ gloria. Vie ei⁹
vie pulchre: et omnes ſemite illius pacifice. Lignū vite C
eſt his: qui apprehēderint eā: ꝛ qui tenuerint eam beati.
Dominus ſapientia fundauit terrā: ſtabiliuit celos pru
dentia. Sapiētia illius eruperūt abyſſi: ꝛ nubes rore cō
creſcūt. Fili mi: ne effluāt hec ab oculis tuis. Cuſtodi le
gē meā atq; cōſiliū meū: ꝛ erit vita aīe tue: ꝛ gratia fau
cibus tuis. Tūc ambulabis fiducialiter ī via tua: et pes
tuus nō impinget. Si dormieris: nō timebis: q̄eſces: et
ſuauis erit ſomnus tuus. Ne paueas repētino terrore: D
ꝛ irruētes tibi potētias īpioꝝ. Dn̄s em̄ erit ī latere tuo:
ꝛ cuſtodiet pedē tuū: ne capiaris. Noli phibere bn̄face-
re eū q pōt: ſi vales: ꝛ ipſe benefac. Nec dicas amico tuo:
Vade ꝛ reuertere: ꝛ cras dabo tibi: cū ſtatim poſſis da-
re. Ne moliaris amico tuo malū: cū ille ī te habeat fidu-
ciā. Nō cōtēdas aduerſus hoīez fruſtra: cū ipſe tibi nihil

mali fecerit. Ne ęmuler̄ hoĩeꝫ iniuſtũ: nec imiter̄ vias
eiꝰ: qꝛ abominatio eſt dñi oĩs illuſoꝛ: ⁊ cũ ſimplicibꝰ ſer-
mocinatio eiꝰ. Egeſtas a dño ĩ domo impij: habitacula
aũt iuſtoꝝ bñdicent̃. Ipe deludet illuſoꝛes: et mãſuetis
dabit grãm. Gloꝛiã ſapiẽtes poſſidebũt: ſtultoꝝ exulta-
A tio ignominia. IIII

Audite filij diſciplinã pa-
tris: ⁊ attẽdite: vt ſciatis pꝛudẽtiã. Donũ bo
nũ tribuã vob̄: legẽ meã ne derelinq̃tis. Nã
⁊ ego filiꝰ fui pr̃is mei tenellꝰ: ⁊ vnigenitꝰ co
rã m̃re mea: ⁊ docebat me: atqꝫ dicebat: Suſcipiat verba
B mea coꝛ tuũ: cuſtodi p̃cepta mea: ⁊ viues. Poſſide ſapi
entiã: poſſide pꝛudẽtiã. Ne obliuiſcar̄: neqꝫ declines a
v̓bis oꝛ̄ mei. Ne dimittas eã: ⁊ cuſtodiet te: dilige eã: ⁊
cõſeruabit te. Pꝛĩcipiũ ſapiẽtię: poſſide ſapientiã: ⁊ ĩ oĩ
poſſeſſiõe tua acq̃re pꝛudẽtiã. Arripe illã: ⁊ exaltabit te
⁊ gloꝛificaber̄ ab ea: cũ eã fuer̄ amplexatꝰ. Dabit capi
ti tuo augmẽta grãꝝ: ⁊ coꝛona ĩclyta ꝓteget te. Audi fi
li mi: ⁊ ſuſcipe v̓ba mea: vt m̃ltiplicent̃ tibi anni vitę. Vi
am ſapiẽtię mõſtrabo tibi: ⁊ ducã te ꝑ ſemitas ęq̃tatis:
q̃s cũ ingreſſus fuer̄: nõ artabunt̃ greſſus tui: ⁊ currẽs
C nõ habebis offendiculũ. Tene diſciplinã: ne dimittas eã
cuſtodi illã: qꝛ illa eſt vita tua. Ne delecter̄ ĩ ſemitis im
pioꝝ: nec tibi placeat maloꝝ via. Fuge ab ea: nec tranſe
as ꝑ illã: declina: ⁊ deſere eã. Nõ eñ doꝛmiũt: niſi cũ ma
lefecerint: et nõ capit̃ ſomnus ab eis: niſi ſupplãtauerĩt.
Comedũt panẽ impietatis: ⁊ vinũ iniq̃tatis bibũt. Iu-
ſtoꝝ aũt ſemita: q̃ſi lux ſplẽdẽs: ꝓcedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad
perfectã diẽ. Via impioꝝ tenebꝛoſa: neſciũt vbi coꝛruãt.
Fili mi auſculta ſermones meos: ⁊ ad eloq̃a mea inclina
aurẽ tuã. Ne recedãt ab oc̃lis tuis: cuſtodi ea in medio
coꝛdis tui. Vita eñ ſunt inueniẽtibꝰ ea: ⁊ vniuerſę carni
D ſanitas. Omni cuſtodia ſerua coꝛ tuũ: qꝛ ex ipſo vita ꝓce-
dit. Remoue a te os pꝛauũ: ⁊ detrahẽtia labia ſint ꝓcul
a te. Oculi tui recta videãt: ⁊ palpebꝛę tuę p̃cedãt greſ-
ſus tuos. Dirige ſemitas pedibꝰ tuis: ⁊ oẽs vię tuę ſta-
biliẽtur. Ne declines ad dexterã: neqꝫ ad ſiniſtrã. Auer-
te pedẽ tuũ a malo. Vias eñ: q̃ a dextris ſunt: nouit do-
minus: ꝑuerſę v̓o ſunt: q̃ a ſiniſtris ſunt. Ipe eñ rectos
faciet greſſus tuos: itinera aũt tua in pace ꝑducent̃. V.
A
Fili mi: attẽde ad ſapiẽtiã meã: ⁊ pꝛudentię meę
inclina aurẽ tuã: vt cuſtodias cogitatiões: et
diſciplinã labia tua cõſeruent. Ne intẽderis
fallacię mulier̄. Fauus eñ diſtillãs labia me
retricis: ⁊ nitidius oleo guttur eiꝰ. Nouiſſima aũt illiꝰ
amara quaſi abſynthiũ: ⁊ lingua eiꝰ acuta q̃ſi gladius bi
ceps. Pedes eiꝰ deſcẽdũt in moꝛtẽ: ⁊ ad ĩferos greſſus
eius penetrãt. Per ſemitã vitę nõ ambulant: vagi ſunt
B greſſus eiꝰ ⁊ inueſtigabiles. Nũc ergo fili mi audi me: ⁊
ne recedas a verbis oꝛis mei. Lõge fac ab ea viã tuam:
⁊ ne appꝛopĩques foꝛibus domus eius. Ne des alienis
honoꝛẽ tuũ: et annos tuos crudeli. Ne foꝛte impleãtur
extranei viribus tuis: ⁊ laboꝛes tui ſint ĩ domo aliena: ⁊
gemas in nouiſſimis: quãdo cõſumpſeris carnes tuas:
⁊ coꝛpus tuũ: ⁊ dicas: Cur deteſtatus ſum diſciplinã: et
increpatiõibꝰ nõ acq̃euit coꝛ meũ? Nec audiui vocẽ do-
C centiũ me: ⁊ magiſtris nõ inclinaui aurẽ meã. Pene fui
in omni malo: ĩ medio eccleſię ⁊ ſynagogę. Bibe aquã de
ciſterna tua: ⁊ fluẽta putei tui. Deriuentur fontes tui fo
ras: ⁊ in plateis aq̃s tuas diuide. Habeto eas ſolus: nec
ſint alieni ꝑticipes tui. Sit vena tua benedicta: ⁊ lętare
D cũ muliere adoleſcẽtię tuę. Cerua chariſſima: ⁊ gratiſſi
mus hinnulꝰ. Vbera eiꝰ inebꝛiẽt te oĩ tẽpoꝛe: ⁊ ĩ amoꝛe
eiꝰ delectare iugiter. Quare ſeduceris fili mi ab aliena:
⁊ foueris in ſinu alteriꝰ? Reſpicit dñs viam hoĩs: ⁊ oẽs
Iob.14.c greſſus eiꝰ cõſiderat. Iniq̃tates ſuę capiũt ipũ: ⁊ funi
bꝰ pctõꝝ ſuoꝝ cõſtrigit̃. Ipe moꝛiet̃: qꝛ nõ habuit diſci
A plinã: ⁊ ĩ m̃ltitudie ſtultitię ſuę decipiet̃. VI.
infra.17.c
Fili mi ſi ſpopõder̄ ꝓ amico tuo: defixiſti apd̃
extraneũ manũ tuã. Illaq̃atus es v̓bis oꝛis
tui: et captꝰ ꝓpꝛijs ſermonibꝰ. Fac ẽ qd̃ dico
fili mi: ⁊ temetipm̃ libera: qꝛ incidiſti ĩ manũ ꝓximi tui. infra.30.
Diſcurre: feſtina: ſuſcita amicũ tuũ. Ne dederis ſomnũ
oculis tuis: nec doꝛmitent palpebꝛę tuę. Eruere q̃ſi da-
mula de manu: et q̃ſi auis de inſidijs aucupis. Vade ad
foꝛmicã o piger: ⁊ cõſidera vias eiꝰ: ⁊ diſce ſapiam. Quę B
cũ nõ habeat ducẽ: nec pꝛęceptoꝛẽ: nec pꝛincipẽ: parat in infra.24.
ęſtate cibũ ſibi: ⁊ ꝯgregat ĩ meſſe qd̃ comedat. Vſqꝫ quo
piger doꝛmies? Quãdo ꝯſurges de ſomno tuo? Paulu
lũ doꝛmies: paululũ doꝛmitabis: paululũ cõſeres manꝰ
tuas vt doꝛmias: ⁊ veniet tibi q̃ſi viatoꝛ egeſtas: ⁊ pau-
peries q̃ſi vir armatus. Si v̓o impiger fueris: veniet vt
fons meſſis tua: ⁊ egeſtas lõge fugiet a te. Hõ apoſtata
vir inutilis: gradit̃ oꝛe ꝑuerſo: annuit oculis: terit pede:
digito loquit̃: pꝛauo coꝛde machinat̃ malũ: ⁊ omni tẽpo-
re iurgia ſeminat. Huic extẽplo veniet ꝑditio ſua: ⁊ ſubi
to cõteretur: nec habebit vltra medicinã. Sex ſunt quę
odit dominus: ⁊ ſeptimũ deteſtatur anima eiꝰ. Oculos
ſublimes: linguam mendacem: manus effundentes in-
noxium ſanguinem: coꝛ machinans cogitationes peſſi- ſupꝛa.1.d.
mas: pedes veloces ad currendũ in malum: pꝛoferẽtem
mendacia: teſtem fallacẽ: ⁊ eũ qui ſeminat inter fratres
diſcoꝛdias. Conſerua fili mi pꝛęcepta patris tui: ⁊ ne di
mittas legẽ matris tuę: liga ea ĩ coꝛde tuo iugiter: ⁊ cir
cũda gutturi tuo. Cũ ambulaueris: gradiãtur tecũ: cũ
doꝛmieris: cuſtodiãt te: ⁊ euigilãs loquere cũ eis. Quia
mandatũ lucerna eſt: ⁊ lex lux: ⁊ via vitę increpatio diſci
plinę: vt cuſtodiant te a muliere mala: ⁊ a blanda lingua D
extraneę. Nõ concupiſcat pulchꝛitudinẽ eius coꝛ tuũ:
ne capiaris nutibꝰ illius. Pꝛeciũ eñ ſcoꝛti vix eſt vnius
panis: mulier aũt viri pꝛecioſam animam capit. Nun-
quid poteſt homo abſcõdere ignẽ in ſinu ſuo: vt veſtimẽ
ta illiꝰ nõ ardeãt: aut ambulare ſuꝑ pꝛunas: vt nõ cõbu-
rantur plãtę eiꝰ? Sic qui ingreditur ad mulierẽ ꝓximi
ſui: nõ erit mũdus: cũ tetigerit eã. Nõ grãdis eſt culpa:
cũ quis furatus fuerit: furatur eñ vt eſuriẽtem impleat
animam. Depꝛehẽſus quoqꝫ reddet ſeptuplum: et oẽm
ſubſtantiam domus ſuę tradet: et liberabit ſe. Qui autẽ
adulter eſt: ꝓpter coꝛdis inopiam perdet animam ſuã.
Turpitudinẽ ⁊ ignominiã congregat ſibi: ⁊ oppꝛobꝛiũ
illius non delebitur. Quia zelus ⁊ furoꝛ viri non parcet
in die vindictę: nec acquieſcet cuiuſq̃ pꝛecibus: nec ſuſci
piet pꝛo redẽptione dona plurima. VII.

Fili mi: cuſtodi ſermones meos: et pꝛęcepta A
mea recõde tibi. Fili honoꝛa dominũ: ⁊ vale-
bis: pꝛęter eũ v̓o ne timueris alienũ. Serua
mãdata mea: ⁊ viues: ⁊ legẽ meã quaſi pupil
lã oculi tui. Liga eã in digitis tuis: ſcribe illã in tabulis
coꝛdis tui. Dic ſapiẽtię: ſoꝛoꝛ mea es: ⁊ pꝛudentiam vo-
ca amicã tuã. Vt cuſtodiat te a muliere extranea: et ab ſupꝛa.2.c.
aliena quę verba ſua dulcia facit. De feneſtra eñ domus
meę ꝑ cãcellos ꝓſpexi iuuenẽ: ⁊ video paruulos. Cõſide B
ro vecoꝛdẽ iuuenẽ: q̃ trãſit ꝑ plateas iuxta angulũ: et ꝓ-
pe viã domꝰ illiꝰ gradit̃ ĩ obſcuro: aduesperaſcẽte die in
noctis tenebꝛis ⁊ caligine. Et ecce occurrit illi mulier ĩ
oꝛnatu meretricio: pꝛęparata ad decipiẽdas aĩas. Gar- C
rula ⁊ vaga: q̃etis impatiẽs: nec valẽs in domo cõſiſtere
pedibꝰ ſuis. Nũc foꝛis: nũc ĩ plateis: nũc iuxta angulos
inſidians. Appꝛehẽſumqꝫ deoſculat̃ iuuenẽ: ⁊ ꝓcaci vul-
tu blãditur: dicens: Victimas pꝛo ſalute deuoui: hodie
reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum ĩ occurſuꝫ tuũ:
deſiderãs te videre: ⁊ reperi. Intexui funibus lectulum
meũ: ſtraui tapetibꝰ pictis ex ęgypto: aſperſi cubile meũ
myꝛrha ⁊ aloe ⁊ cinamomo. Veni: inebꝛiemur vberibꝰ: D
⁊ fruamur cupit̄ amplexibꝰ: donec illuceſcat dies. Nõ
eſt eñ vir ĩ domo ſua: abijt via lõgiſſima. Sacculũ pecu
nię ſecũ tulit: in die plenę lunę reuerſurus eſt in domũ
ſuã. Irretiuit eũ multis ſermonibus: ⁊ blanditijs labio
rũ ꝓtraxit illũ. Statĩ eã ſequitur q̃ſi bos ductꝰ ad victi
mã: ⁊ quaſi agnus laſciuiẽs: ⁊ ignoꝛãs: ⁊ neſcit: q̃ ad vin
cula ſtultus trahatur: donec trãſfigat ſagitta iecur eiꝰ.

Velut ſi auis feſtinet ad laqueū: et neſcit ꝙ de ꝑiculo aīe
illiꝰ agit. Nūc ḡ fili mi audi me: et attēde ꝟba oris mei.
Ne abſtrahat ī vijs illiꝰ mēs tua: neqꝫ decipiaris ſemitis
eiꝰ. Multos eñ vulneratos deiecit: ⁊ fortiſſimi qqꝫ īter⸗
fecti ſunt ab ea. Vie inferi domꝰ eiꝰ penetrātes īteriora (mortis. VIII.
A Nunqd nō ſapiētia clamitat: ⁊
prudētia dat vocē ſuā? In ſummis excelſiſqꝫ
verticibꝰ ſupra viā ī medijs ſemitis ſtās: iuxta
portas ciuitatis ī ipſis foribꝰ loquit: dicēs: O
viri ad vos clamito: ⁊ vox mea ad filios hoīm. Intelligi
te paruuli aſtutiā: et inſipiētes aīaduertite. Audite me:
qm̄ de rebꝰ magnis locutura ſum: ⁊ aperient labia mea:
vt recta predicēt. Veritatē meditabit guttur meū: ⁊ la
bia mea deteſtabuntur impiū. Iuſti ſunt oēs ſermones
B mei: nō eſt ī eis prauū qd: neqꝫ ꝑuerſum. Recti ſunt in⸗
telligētibꝰ: et equi īueniētibꝰ ſciētiā. Accipite diſciplinā
ſupra. 3. b. meā: ⁊ nō pecuniā: doctrinā magis ꝙ aurū eligite. Me⸗
lior eſt eñ ſapiētia cūctis opibꝰ ꝑcioſiſſimis: ⁊ oē deſi⸗
derabile ei nō pōt cōparari. Ego ſapiētia habito in cōſi
lio: ⁊ eruditis interſum cogitatiōibus. Timor dñi odit
malū: arrogātiā: ⁊ ſupbiā: ⁊ viā prauā: ⁊ os bilingue de⸗
teſtor. Meū eſt cōſiliū ⁊ equitas: mea eſt prudētia: mea
eſt fortitudo. Per me reges regnāt: ⁊ legum cōditores
iuſta decernūt. Per me pñcipes imperāt: ⁊ potētes de⸗
cernūt iuſtitiā. Ego diligētes me diligo: et q mane vigi
lauerint ad me: īuenient me. Mecū ſunt diuitie ⁊ gloria
opes ſuperne ⁊ iuſtitia. Melior eſt fructus meus auro
et lapide ꝑcioſo: ⁊ genimina mea argēto electo. In vijs
C iuſtitie ambulo: ī medio ſemitarū iudicij: vt ditē diligen
tes me: ⁊ theſauros eoꝝ repleā. Dñs poſſedit me in ini⸗
ſupra. 6. a. tio viarū ſuarū: anteꝙ qcꝙ faceret a principio. Ab eter⸗
no ordinata ſum: ⁊ ex antiquis anteꝙ terra fieret. Nō⸗
dum erant abyſſi: ⁊ ego iam cōcepta erā. Necdū fontes
aquarū eruperāt: necdū mōtes graui mole cōſtiterant.
Ante oēs colles ego parturiebar: adhuc terrā non fece⸗
rat: ⁊ flumina: ⁊ cardines orbis terre. Quādo prepara⸗
bat celos: aderā: quando certa lege ⁊ gyro vallabat abyſ
ſos. Quando ethera firmabat ſurſum: ⁊ librabat fontes
D aquaꝝ. Quādo circūdabat mari terminū ſuū: ⁊ legē po
nebat aqs: ne trāſirēt fines ſuos. Quādo appēdebat fun
damēta terre: cū eo erā cūcta cōponēs. Et delectabar ꝑ
ſingulos dies: ludēs corā eo oñi tēpore: ludēs ī orbe ter
rarū: ⁊ delitie mee eſſe cū filijs hoīm. Nunc ergo filij au
dite me: Beati q cuſtodiūt vias meas. Audite diſcipli⸗
nā: ⁊ eſtote ſapiētes: ⁊ nolite abijcere eā. Beatꝰ hō q au⸗
dit me: ⁊ qui vigilat ad fores meas quotidie: ⁊ obſeruat
ad poſtes oſtij mei. Qui me īuenerit: īueniet vitā: ⁊ hau
riet ſalutē a domino. Qui aūt ī me peccauerit: ledet ani
mam ſuā. Omnes qui me oderūt: diligūt mortē. IX.
A Sapiētia edificauit ſibi domū: excidit colūnas
ſeptē. Immolauit victimas ſuas: miſcuit vi⸗
nū: ⁊ ꝓpoſuit mēſam ſuā. Miſit ancillas ſuas
vt vocarēt ad arcē: ⁊ ad moenia ciuitatis. Si
quis eſt paruulꝰ: venat ad me. Et inſipiētibꝰ locuta eſt:
Venite: comedite panē meū: ⁊ bibite vinū qd miſcui vo⸗
B bis. Relinqte infantiā: ⁊ viuite: ⁊ ambulate ꝑ vias pru⸗
dētie. Qui erudit deriſorē: ipē iniuriā ſibi facit: ⁊ qui ar
guit īpiū: ſibi maculā generat. Noli arguere deriſorē:
ſupra. 1. a. ne oderit te. Argue ſapiētē: ⁊ diliget te. Da ſapiēti occa
Pſ. 110. ſionē: ⁊ addet ei ſapiētia. Doce iuſtū: ⁊ feſtinabit accipe⸗
re. Principiū ſapiētie timor dñi: ⁊ ſciētia ſctōꝝ pruden
tia. Per me eñ multiplicabunt dies tui: ⁊ addētur ſibi
C anni vite. Si ſapiēs fueris: tibimetipſi eris: ſi aūt illuſor:
ſolus portabis malū. Mulier ſtulta ⁊ clamoſa: plenaqꝫ
Eccle. 1. b. illecebris: ⁊ nihil oīno ſciēs: ſedet ī foribꝰ domꝰ ſue ſuper
ſellā in excelſo vrbis loco: vt vocaret trāſeuntes ꝑ viā: ⁊
D pergētes in itinere ſuo. Quis eſt paruulus: declinet ad
me. Et vecordi locuta eſt: Aque furtiue dulciores ſunt:
⁊ panis abſcōditus ſuauior. Et ignorauit: ꝙ ibi ſint gi⸗
gantes: ⁊ in profundis inferni conuiue eius. X.

Parabole Salomonis filij Dauid regis ieru⸗
ſalē. Filiꝰ ſapiēs letificat patrē: filiꝰ ꝟo ſtultꝰ A
moeſtitia eſt matris ſue. Nihil ꝓderūt theſau infra. 15. c
ri impietatis: iuſtitia vero liberabit a morte. infra. 11. a.
Nō affliget dñs fame aīam iuſti: ⁊ īſidias īpioꝝ ſubuer⸗ eccle. 5. b.
tet. Egeſtatē operata eſt manꝰ remiſſa: manꝰ aūt fortiū infra. 12. a
diuitias parat. Qui cōgregat in meſſe filiꝰ ſapiēs eſt: q
aūt ſtertit eſtate: filiꝰ cōfuſiōis. Bñdictio ſuꝑ caput iu⸗
ſti: os aūt īpioꝝ opit iniqtas. Memoria iuſti cū laudi⸗ B
bus: ⁊ nomē impioꝝ putreſcet. Sapiēs corde precepta
ſuſcipiet: ſtultus cedit labijs. Qui ambulat ſimpliciter: infra. 18. c
ambulat cōfidēter: q aūt deprauat vias ſuas: manifeſtꝰ Eccle. 27
erit. Qui annuit oclo: dabit dolorē: ⁊ ſtultus labijs ver⸗
berabit. Vena vite os iuſti: os aūt impioꝝ operit iniqui 1. Pet. 4 b
tatē. Odiū ſuſcitat rixas: ⁊ vniuerſa delicta operit chari
tas. In labijs ſapiētis inuenit ſapiētia: ⁊ virga in dorſo C
eius qui indiget corde. Sapiētes abſcōdunt ſciētiā: os
aūt ſtulti cōfuſiōi ꝓximū eſt. Subſtātia diuitis: vrbs for infra. 18. b
titudinis eiꝰ: pauor pauperū: egeſtas eoꝝ. Opꝰ iuſti ad
vitā: fructꝰ aūt impij ad pctm̄. Via vite cuſtodiēti diſci⸗
plinā: qui aūt increpatiōes relinquit errat. Abſcondunt
odiū labia mendacia: qui ꝓfert cōtumeliā: inſipiens eſt.
In multiloquio non deerit pctm̄: qui aūt moderatur la
bia ſua: prudētiſſimus eſt. Argentū electū lingua iuſti:
cor aūt impioꝝ ꝓ nihilo. Labia iuſti erudiūt plurimos:
qui aūt indocti ſunt: in cordis egeſtate morient. Bene⸗
dictio dñi diuites facit: nec ſatiabitur eis afflictio. Qua
ſi ꝑ riſū ſtultꝰ operatur ſcelus: ſapiētia aūt eſt viro pru⸗
dētia. Quod timet impius: veniet ſuꝑ eū: deſideriū ſuū
iuſtis dabitur. Quaſi tēpeſtas trāſiens nō erit impiꝰ: iu
ſtus aūt qſi fundamētū ſempiternū. Sicut acetū denti⸗
bus: ⁊ fumus oclis: ſic piger his qui miſerūt eū. Timor
dñi apponet dies: ⁊ anni impioꝝ breuiabūtur. Expecta
tio iuſtoꝝ letitia: ſpes aūt īpioꝝ peribit. Fortitudo ſim⸗
plicis via dñi: ⁊ pauor his qui operātur malū. Iuſtus in
eternū nō cōmouebitur: impij aūt nō habitabūt ſuꝑ ter
rā. Os iuſti parturiet ſapientiā: lingua prauoꝝ peribit.
Labia iuſti cōſiderāt placita: ⁊ os impioꝝ ꝑuerſa. XI.
Statera doloſa abominatio eſt apd deū: ⁊ pō⸗ B
dus equū voluntas eiꝰ. Vbi fuerit ſupbia: ibi
erit ⁊ cōtumelia: vbi aūt eſt humilitas: ibi ⁊ ſa
piētia. Simplicitas iuſtoꝝ diriget eos: ⁊ ſup
plātatio ꝑuerſoꝝ vaſtabit illos. Nō ꝓderūt diuitie ī die
vltiōis: iuſtitia aūt liberabit a morte. Iuſtitia ſimplicis ſup. 10. a.
diriget viā eiꝰ: ⁊ ī impietate ſua corruet impiꝰ. Iuſtitia eccle. 5. b.
rectoꝝ liberabit eos: ⁊ in inſidijs ſuis capientur iniqui. Sap. 5. c.
Mortuo hoīe īpio nulla erit vltra ſpes: ⁊ expectatio ſo B
licitorū peribit. Iuſtꝰ de anguſtia ſua liberatꝰ eſt: ⁊ tra
detur īpius ꝓ eo. Simulator ore decipit amicū ſuū: iu⸗
ſti aūt liberabuntur ſcīa. In bonis iuſtoꝝ exaltabit ciui
tas: ⁊ ī ꝑditiōe īpioꝝ erit laudatio. Bñdictione iuſtorū
exaltabitur ciuitas: ⁊ ī ore īpiorū ſubuertetur. Qui de⸗
ſpicit amicū ſuū: īdigēs corde eſt: vir aūt prudens tace⸗
bit. Qui ambulat fraudulēter: reuelat arcana: qui aūt fi
delis eſt: celat amici cōmiſſum. Vbi nō eſt gubernator:
populꝰ corruet: ſalus aūt: vbi mlta cōſilia. Affliget ma⸗ infra. 14.
lo: q fidē facit ꝓ extraneo: q autē cauet laqueos: ſecurus
erit. Mulier gratioſa īueniet gloriā: ⁊ robuſti habebūt C
diuitias. Bñfacit aīe ſue vir miſericors: q aūt crudelis
eſt: etiā ꝓpinqs abijcit. Impiꝰ facit opꝰ īſtabile: ſeminā
ti aūt iuſtitiā: merces fidelis. Clemētia ꝑparat vitā: ⁊ ſe
ctatio malorū mortē. Abominabile dño cor prauū: ⁊ vo
lūtas eiꝰ ī his qui ſimpliciter ambulāt. Manus ī manu
nō erit innocēs malus: ſemē aūt iuſtoꝝ ſaluabit. Circu eccle. 9. e.
lus aureus ī naribus ſuis: mulier pulchra ⁊ fatua. Deſi⸗
deriū iuſtorū oē bonū eſt: ꝑſtolatio īpiorū furor. Alij di⸗ D
uidūt ꝓpria: ⁊ ditiores fiūt: alij rapiūt nō ſua: ⁊ ſemꝑ in
egeſtate ſunt. Anima que benedicit: impinguabitur: et
qui inebriat: ipſe quoqꝫ inebriabit. Qui abſcōdit frumē
ta: maledicetur in populis: benedictio aūt ſuper caput

vēdentiū. Bene cōſurgit diluculo: qui quęrit bona: qui i
aūt īueſtigatoꝛ maloꝝ eſt: opprimet̄ ab eis. Qui cōfidit
in diuitijs ſuis: coꝛruet: iuſti aūt q̄ſi virēs foliū germina
bunt. Qui cōturbat domū ſuā: poſſidebit ventos: et qui
ſtultus eſt: ſeruiet ſapienti. Fructus iuſti lignum vitę: ⁊
1. Pet. 4. d qui ſuſcipit animas: ſapiens eſt. Si iuſtus in terra reci-
pit: quanto magis impius ⁊ peccatoꝛ? XII.
A Qui diligit diſciplinā: diligit ſciētiam: qui aūt
odit increpatiōes: inſipiēs eſt. Qui bonꝰ eſt:
hauriet gratiā a dn̄o: qui aūt cōfidit ī cogita-
tionibus ſuis: īpie agit. Nō roboꝛabitur hō
ex impietate: ⁊ radix iuſtoꝝ nō cōmouebit̄. Mulier dili
gēs coꝛona eſt viro ſuo: ⁊ putredo in oſſibꝰ eius: quę cō
fuſiōe res dignas gerit. Cogitatiōes iuſtoꝝ iudicia: ⁊
cōſilia impioꝝ fraudulēta. Verba impioꝝ inſidiant̄ ſan
guini: os iuſtoꝝ liberabit eos. Verte impios: ⁊ nō erūt:
B domus aūt iuſtoꝝ ꝑmanebit. Doctrīa ſua noſcitur vir:
qui aūt vanꝰ ⁊ excoꝛs eſt: patebit contēptui. Melioꝛ eſt
eccle. 10. d paup ⁊ ſufficiēs ſibi: q̄ glorioſus ⁊ indigēs pane. Nouit
iuſtus iumētoꝝ ſuoꝝ aīas: viſcera aūt impioꝝ crudelia.
infra. 28. d Qui operat̄ terrā ſuā: ſatiabitur panibꝰ: qui aūt ſectat̄
eccle. 20. d ociū ſtultiſſimꝰ eſt. Deſideriū īpij monumentū eſt peſſi-
moꝝ: radix aūt iuſtoꝝ ꝓficiet. Propter pctā labioꝝ rui
infra 13. a na ꝓximat malo: effugiat aūt iuſtus de anguſtia. De
fructu oꝛis ſui vnuſquiſq; replebitur bonis: et iuxta opa
C manuū ſuarū retribuetur ei. Via ſtulti recta in oculis
eius: qui aūt ſapiēs eſt audit cōſilia. Fatuus ſtatim indi-
cat irā ſuā: q̄ aūt diſſimulat iniuriā: callidꝰ eſt. Qui q̄d
nouit loquitur: index iuſtitię eſt: qui aūt mētitur: teſtis
eſt fraudulētus. Eſt qui ꝓmittit: ⁊ q̄ſi gladio pungitur
cōſcientię: lingua aūt ſapiētiū ſanitas eſt. Labiū verita-
tis firmū erit in ꝑpetuū: qui aūt teſtis eſt repētinus: con
cinnat linguā mēdacij. Dolus in coꝛde cogitantiū ma-
la: qui aūt pacis ineūt cōſilia: ſequit̄ eos gaudiū. Nō cō
triſtabit iuſtū: quicq̄d ei acciderit: impij aūt replebūtur
D malo. Abominatio eſt dn̄o labia mēdacia: qui aūt fideli-
ter agūt: placēt ei. Homo verſutus celat ſcientiā: et coꝛ
ſupra. 10. a inſipientiū ꝓuocat ſtulticiā. Manꝰ foꝛtiū dominabi-
tur: quę aūt remiſſa eſt: tributis ſeruiet. Moeroꝛ ī coꝛ-
de viri humiliabit illum: et ſermone bono lętificabitur.
Qui negligit damnū ꝓpter amicū: iuſtꝰ eſt: iter aūt im-
pioꝝ decipiet eos. Nō inueniet fraudulentus lucrū: et
ſubſtātia hominis erit auri precium. In ſemita iuſtitię
vita: iter aūt deuium ducit ad moꝛtem. XIII.
Filius ſapiēs doctrina patris: qui aūt illuſoꝛ
A eſt: non audit cū arguitur. De fructu oꝛis hō
ſatiabitur bonis: aīa aūt īpioꝝ iniqua. Qui
ſupra. 12. b cuſtodit os ſuū: cuſtodit aīam ſuā: qui aūt in-
infra. 21. d conſideratus eſt ad loquendū: ſentiet mala. Vult ⁊ non
vult piger: aīa aūt operantiū impinguabitur. Verbum
B mēdax iuſtꝰ deteſtabitur: impiꝰ aūt cōfundit: ⁊ cōfunde
tur. Iuſtitia cuſtodit innocētis viā: impietas aūt pecca
toꝛē ſupplātat. Eſt q̄ſi diues: cū nihil habeat: ⁊ eſt quaſi
paup: cū ī multis diuitijs ſit. Redēptio aīę viri diuitię
ſuę: q̄ aūt paup eſt: increpationē nō ſuſtinet. Lux iuſto-
rū lętificat: lucerna aūt impioꝝ extinguetur. Inter ſu-
perbos ſemper iurgia ſunt: qui aūt agunt omnia cū cōſi
lio: reguntur ſapiētia. Subſtantia feſtinata minuetur:
q̄ aūt paulatim colligitur manu: mltiplicabitur. Spes
quę differtur affligit aīam: lignū vitę deſideriū veniēs.
Qui detrahit alicui regi: ipſe ſe ī futurū obligat: qui aūt
C timet p̄ceptū: ī pace v̄ſabitur. Aīę doloſę errāt in pctīs:
iuſti aūt miſericoꝛdes ſunt: et miſerātur. Lex ſapientis
fons vitę: vt declinet a ruina moꝛtis. Doctrīa bona da-
bit gratiā: ī itinere cōtēptoꝝ voꝛago. Aſtutꝰ oīa agit cū
cōſilio: qui aūt fatuus eſt aperiet ſtulticiā. Nūciꝰ īpij ca
det ī malū: legatꝰ fidelis ſanitas. Egeſtas ⁊ ignominia
ei: qui deſerit diſciplinā: qui aūt acquieſcit arguēti: glo-
rificabitur. Deſideriū ſi cōpleatur delectat aīaꝫ: deteſtā
tur ſtulti eos qui fugiūt mala. Qui cū ſapiētibus gradi
tur: ſapiens erit: amicꝰ ſtultoꝝ ſimilis efficietur. Pctōꝛes
ꝑſequitur malū: ⁊ iuſtis retribuētur bona. Bonꝰ relin-
quit hęredes: filios ⁊ nepotes: et cuſtoditur iuſto ſubſtā
tia pctōꝛis. Multi cibi ī noualibus patrū: ⁊ alijs cōgre
gantur abſq; iudicio. Qui parcit v̄gę: odit filiū ſuū: qui
aūt diligit illū: inſtāter erudit. Iuſtꝰ comedit: ⁊ replet
aīam ſuā: vēter aūt impioꝝ inſaturabilis. XIIII.
Sapiēs mulier ędificat domū ſuā: inſipiēs ex- A
tructā q̄ꝫ manibꝰ deſtruet. Ambulās recto iti
nere: ⁊ timēs deū: deſpicitur ab eo: qui infami Iob. 12. c
graditur via. In oꝛe ſtulti virga ſupbię: labia
ſapiētū cuſtodiūt eos. Vbi nō ſunt boues: p̄ſepe vacuū
eſt: vbi aūt apparēt plurimę ſegetes: ibi manifeſta eſt foꝛ
titudo bouis. Teſtis fidelis: nō mētietur: ꝓfert aūt mē
daciū doloſus teſtis. Querit deriſoꝛ ſapiētiā: et nō inue
nit: doctrina prudētiū facilis. Vade cōtra virū ſtultū: ⁊ B
neſcit labia prudētię. Sapiētia callidi eſt: ītelligere viā
ſuā: ⁊ imprudētia ſtultoꝝ errās. Stultꝰ illudet pctm̄: ⁊
inter iuſtos moꝛabitur gr̄a. Coꝛ q̄d nouit amaritudinē
aīę ſuę: ī gaudio eiꝰ nō miſcebit̄ extraneꝰ. Domus īpio-
rū delebitur: tabernacula iuſtoꝝ germinabūt. Eſt via q̄
videt̄ hoī iuſta: nouiſſima aūt eius deducunt ad moꝛtē.
Riſus doloꝛe miſcebitur: ⁊ extrema gaudij luctus occu
pat. Vijs ſuis replebitur ſtultus: ⁊ ſup eū erit vir bonꝰ.
Innocēs credit oī v̄bo: aſtutus cōſiderat greſſus ſuos.
Filio doloſo nihil erit boni: ſeruo aūt ſapiēti ꝓſperi erūt
actꝰ: ⁊ dirigetur via eiꝰ. Sapiēs timet: ⁊ declinat a ma-
lo. Stultꝰ trāſilit ⁊ cōfidit. Impatiēs operabitur ſtul-
titiā: ⁊ vir v̄ſutus odioſus eſt. Poſſidebūt paruuli ſtul
titiā: ⁊ expectabūt aſtuti ſcientiā. Iacebūt mali ante bo
nos: ⁊ īpij ante poꝛtas iuſtoꝝ. Etiā ꝓximo ſuo pauper C
odioſus erit: amici v̄o diuitū mlti. Qui deſpicit ꝓximū
ſuū: peccat: qui aūt miſeretur paupi beatꝰ erit. Qui cre
dit ī dn̄o: miſcdiam diligit: errāt q̄ operātur malū. Mi
ſericoꝛdia ⁊ v̄itas p̄parāt bona. In oī ope bono erit abū
dantia: vbi aūt v̄ba ſunt plurima: ibi frequēter egeſtas.
Coꝛona ſapiētū diuitię eoꝝ: fatuitas ſtultoꝝ imprudē
tia. Liberat aīas teſtis fidelis: ⁊ ꝓfert mēdacia verſipel
lis. In timoꝛe dn̄i fiducia foꝛtitudinis: et filijs eius erit D
ſpes. Timoꝛ dn̄i fons vitę: vt declinet a ruina moꝛtis.
In multitudīe ppl'i dignitas regis: et ī paucitate plebis
ignominia p̄ncipis. Qui patiēs eſt: mlta gubernatur ſa
piētia: qui aūt īpatiēs eſt: exaltat ſtultitiā ſuā. Vita car
niū ſanitas coꝛdis: putredo oſſiū inuidia. Qui calūnia-
tur egētē: exprobrat factoꝛi eiꝰ: honoꝛat aūt eū: qui miſe
retur paupis. In malitia ſua repelletur impius: ſperat
aūt iuſtus ī moꝛte ſua. In coꝛde prudētis requieſcit ſa-
piētia: ⁊ indoctos q̄ſq; erudiet. Iuſtitia eleuat gētem:
miſeros aūt facit populos pctm̄. Acceptus eſt regi mi-
niſter ītelligēs: iracundiā eius inutilis ſuſtinebit. XV.
Reſpōſio mollis frāgit irā: ſermo durus ſuſci A
tat furoꝛē. Lingua ſapiētū oꝛnat ſcientiā: os
fatuoꝝ ebullit ſtultitiā. In oī loco ocl'i dn̄i cō infra. 25. b
tēplātur bonos ⁊ malos. Lingua placabilis:
lignū vitę: q̄ aūt īmoderata eſt: cōteret ſpm̄. Stultus ir
ridet diſciplinā pr̄is ſui: q̄ aūt cuſtodit īcrepatiōes: aſtu
tioꝛ fiet. In abūdāti iuſtitia v̄tus maxia eſt: cogitatio-
nes aūt impioꝝ eradicabuntur. Domus iuſti plurima
foꝛtitudo: ⁊ in fructibus īpij cōturbatio. Labia ſapiētū
diſſeminabūt ſciētiā: coꝛ ſtultoꝝ diſſimile erit. Victimę
impioꝝ abominabiles domino: vota iuſtoꝝ placabilia.
Abominatio eſt domino via impij: qui ſequitur iuſtitiā: B
diligitur ab eo. Doctrina mala deſerentiū viā vitę: q̄ in-
crepationes odit: moꝛietur. Infernus ⁊ ꝑditio coꝛā do
mino: quanto magis coꝛda filioꝝ hominū. Nō amat pe
ſtilens eū qui ſe coꝛripit: nec ad ſapiētes graditur. Coꝛ
gaudens exhilarat faciē: ī moeroꝛe animi deijcitur ſpiri
tus. Coꝛ ſapientis q̄rit doctrinā: ⁊ os ſtultoꝝ paſcitur
imperitia. Oēs dies pauperis mali: ſecura mens quaſi
iuge conuiuiū. Melius eſt parū cum timoꝛe domini: q̄

theſauri magni et iſatiabiles. Meliꝰ eſt vocari ad olera
C cū charitate: ꝙ ad vitulū ſaginatū cū odio. Vir iracun-
dus prouocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas.
Iter pigrorū quaſi ſepes ſpinarū: via iuſtoꝝ abſqꝫ offen-
diculo. Filius ſapiēs letificat patrē: ⁊ ſtultus homo de-
ſpicit matrē ſuā. Stultitia gaudiū ſtulto: ⁊ vir prudēs
dirigit greſſus ſuos. Diſſipant̄ cogitationes: vbi nō eſt
conſiliū: vbi vero ſunt plures cōſiliarij cōfirmant̄. Leta
tur homo in ſententia oris ſui: ⁊ ſermo opportunus eſt
optimus. Semita vite ſuꝑ eruditū: vt declinet de infer-
no nouiſſimo. Domū ſuperborū demoliet̄ dominus: et
firmos faciet terminos vidue. Abominatio domini co-
gitationes male: ⁊ purus ſermo pulcherrimꝰ firmabit̄
ab eo. Conturbat domū ſuā: qui ſectat̄ auaritiā: qui aūt
D odit munera: viuet. Per miſericordiā ⁊ fidem purgant̄
peccata: per timorē aūt dn̄i declinat oīs a malo. Mens
iuſti meditabitur obedientiā: os impiorū redundat ma
lis. Lōge eſt dominus ab impijs: ⁊ orationes iuſtorum
exaudiet. Lux oculoꝝ letificat aīam: fama bona impin-
guat oſſa. Auris q̄ audit icrepatiōes vite: i medio ſapiē
tū cōmorabit̄. Qui abijcit diſciplinā: deſpicit aīam ſuā:
q̄ aūt acq̄eſcit icrepatiōibꝰ: poſſeſſor eſt cordis. Timor
dn̄i diſciplina ſapiētie: ⁊ gloriā p̄cedit humilitas. XVI.
A Hominis eſt animā preparare: ⁊ dn̄i guberna
re linguā. Oēs vie hoīm patēt oculis eiꝰ: ſpi-
rituū pōderator eſt dn̄s. Reuela dn̄o opera
tua: ⁊ dirigent̄ cogitatiōes tue. Uniuerſa ꝓ-
pter ſemetipſum operatus eſt dn̄s: impiū quoqꝫ ad diē
malū. Abominatio dn̄i eſt oīs arrogās: etiā ſi manus ad
manū fuerit: nō erit innocēs. Miſericordia et veritate
redimitur iniquitas: ⁊ in timore domini declinat̄ a ma-
B lo. Cū placuerint domino vie hominis: inimicos quoqꝫ
eius conuertet ad pacem. Melius eſt parū cū iuſtitia: ꝙ
multi fructꝰ cū iniquitate. Cor hominis diſponit viam
ſuam: ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Diuinatio in
labijs regis: in iudicio nō errabit os eius. Pōdus ⁊ ſta-
tera iudicia dn̄i ſunt: ⁊ opera eius oēs lapides ſeculi.
Abominabiles regi qui agūt ipie: quoniā iuſtitia firmat̄
ſoliū. Volūtas regū labia iuſta: q̄ recta loquit̄: diriget̄.
Indignatio regꝫ nūcij mortis: ⁊ vir ſapiēs placabit eū.
In hilaritate vultus regis vita: ⁊ clemētia eiꝰ quaſi im-
ber ſerotinus. Poſſide ſapientiā: q̄ auro melior eſt: ⁊ ac
C quire prudentiā: q̄a p̄cioſior eſt argēto. Semita iuſtorū
declinat mala: cuſtos anime ſue ſeruat vitā ſuā. Contri
tionē precedit ſuperbia: et ante ruinā exaltabit̄ ſpiritꝰ.
Melius eſt humiliari cū mitibꝰ: ꝙ diuidere ſpolia cū ſu
perbis. Eruditus i verbo reperiet bona: ⁊ q̄ ſperat i dn̄o
beatus eſt. Qui ſapiēs eſt corde: appellabit̄ prudens: et
qui dulcis eloquio: maiora reperiet. Fons vite eruditio
poſſidētis: doctrina ſtultoꝝ fatuitas. Cor ſapiētis eru-
diet os eiꝰ: ⁊ labijs illiꝰ addet gratiā. Fauꝰ mellis cōpo
ſupra.14.e ſita vba: dulcedo aīe ſanitas oſſiū. Eſt via que videt̄ ho-
mini recta: ⁊ nouiſſima eiꝰ ducūt ad mortē. Aīa laborā
D tis laborat ſibi: q̄a cōpulit eū os ſuū. Vir ipius fodit ma
lū: ⁊ i labijs eiꝰ ignis ardeſcit. Homo ꝑuerſus ſuſcitat li
tes: et verboſus ſeparat principes. Vir iniquus lactat
amicū ſuū: ⁊ ducit eū ꝑ viā nō bonā. Qui attonitis ocu-
lis cogitat praua: mordēs labia ſua ꝑficiet malū. Coro-
na dignitatis ſenectꝰ: que i vijs iuſtitie reperietur. Me
lior eſt patiens viro forti: ⁊ q̄ dn̄at̄ aīo ſuo: expugnatore
vrbiū. Sortes mittunt̄ i ſinū: ſꝫ a dn̄o tēperant̄. XVII.
A Melior eſt buccella ſicca cū gaudio: ꝙ domus
eccle.10.a plena victimis cū iurgio. Seruꝰ ſapiēs do-
minabit̄ filijs ſtultis: et inter fratres heredi-
tatem diuidet. Sicut igne probatur argen-
tum et aurū camino: ita corda probat dominus. Malꝰ
obedit lingue inique: ⁊ fallax obtēperat labijs mendaci-
Iob.31.c infra.24.e bus. Qui deſpicit pauperē: exprobrat factori eius: ⁊ q̄ i
ruina letatur alterius: non erit impunitus. Corona ſe-
B nū filij filioꝝ: ⁊ glīa filioꝝ p̄res eoꝝ. Nō decēt ſtultū ver
ba cōpoſita: nec p̄ncipē labiū mētiēs. Gēma gratiſſima
expectatio p̄ſtolātis: q̄cūqꝫ ſe vtit: prudēter intelligit.
Qui celat delictū: querit amicitias: q̄ altero ſermone re
petit: ſeparat foederatos. Plꝰ ꝑficit correctio apō pru
dentē: ꝙ centū plage apud ſtultū. Semꝑ iurgia querit
malꝰ: angelꝰ aūt crudelis mittet̄ cōtra eū. Expedit ma
gis vrſe occurrere raptis foetibꝰ: ꝙ fatuo cōfidēti ſibi in C
ſtultitia ſua. Qui reddit mala pro bonis: nō recedet ma
lū de domo eiꝰ. Qui dimittit aquā: caput eſt iurgioꝝ: et Eſaie.5.e
anteꝙ patiat̄ cōtumeliā: iudiciū deſerit. Et q̄ iuſtificat
impiū: ⁊ q̄ condēnat iuſtū: abominabilis eſt vterqꝫ apud
deū. Quid ꝓdeſt ſtulto habere diuitias: cū ſapiētiā eme
re non poſſit? Qui altā facit domū ſuā: querit ruinā: ⁊ q̄
euitat diſcere: icidet i mala. Oī tēpore diligit q̄ amicus
eſt: ⁊ frater i anguſtijs cōprobat̄. Stultꝰ hō plaudet ma
nibus ſuis: cū ſpopōderit ꝓ amico ſuo. Qui meditat̄ di- ſupra.6.a
ſcordias: diligit rixas: et q̄ exaltat os ſuū: querit ruinā.
Qui ꝑuerſi cordis eſt: nō inuenit bonū: ⁊ q̄ vtit linguā: D
icidet i malū. Natꝰ eſt ſtultꝰ i ignominiā ſuā: ſed nec pa ſup.15.b.
ter i fatuo letabitur? Animꝰ gaudēs etatē floridā facit:
ſpūs triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu ipiꝰ accipit: vt eccle.8.a.
ꝑuertat ſemitas iudicij. In facie prudētis lucet ſapien-
tia: oculi ſtultorū in finibus terre. Ira patris filius ſtul
tus: ⁊ dolor matris que genuit eū. Nō eſt bonū dānum
inferre iuſto: nec ꝑcutere pricipē qui recta iudicat. Qui
moderatur ſermones ſuos: doctꝰ ⁊ prudēs eſt: et p̄cioſi
ſpiritus: vir eruditus. Stultꝰ quoqꝫ ſi tacuerit: ſapiens
reputabit̄: ⁊ ſi cōpreſſerit labia ſua: intelligens. XVIII.
Occaſiones querit: q̄ vult recedere ab amico: A
omi tempore erit exprobrabilis. Nō recipit
ſtultꝰ vba prudētie: niſi ea dixerꝫ que verſan
tur in corde eiꝰ. Impiꝰ cū in ꝓfundū venerit
peccatoꝝ: cōtēnit: ſed ſequit̄ eū ignominia ⁊ opprobriū.
Aqua ꝓfunda vba ex ore viri: ⁊ torrēs redūdās fons ſa-
piētie. Accipere ꝑſonā ipij i iudicio: nō eſt bonū: vt decli B
nes a vitate iudicij. Labia ſtulti miſcēt ſe rixis: ⁊ os eiꝰ infra.14.e
iurgia ꝓuocat. Os ſtulti cōtritio eiꝰ: ⁊ labia ipſiꝰ ruina
aīe eiꝰ. Verba bilinguis q̄ſi ſimplicia: ⁊ ipa ꝑueniūt vſqꝫ
ad iteriora vētris. Pigrū deijcit timor: aīe aūt effoemi
natorū eſuriēt. Qui mollis ⁊ diſſolutꝰ eſt in ope ſuo: fra ſup.10.b.
ter eſt ſua opa diſſipātis. Turris fortiſſima nomē dn̄i:
ad ipam currit iuſtus: ⁊ exaltabitur. Subſtātia diuitis C
vrbs roboris eiꝰ: ⁊ q̄ſi murꝰ validꝰ circūdās eū. Anteꝙ
conteratur: exaltatur cor hoīs: ⁊ anteꝙ glorificet̄: humi eccle.11.b.
liatur. Qui priꝰ reſpōdet ꝙ audiat: ſtultū ſe eſſe demon
ſtrat: ⁊ ꝯfuſiōe dignū. Spūs viri oſtētat ibecillitatē ſuā:
ſpm̄ vo ad iraſcēdū facilē q̄s poterit ſuſtinere? Cor pru
dētis poſſidebit ſciam: ⁊ auris ſapiētū querit doctrinā.
Donū hoīs dilatat viā eiꝰ: ⁊ ante principes ſpaciū ei fa-
cit. Iuſtꝰ prior eſt accuſator ſui: venit amicꝰ eius: ⁊ inue
ſtigabit eū. Cōtradictiōes cōprimit ſors: ⁊ inter poten
tes q̄ꝫ dijudicat. Frater q̄ adiuuat̄ a fratre q̄ſi ciuitas fir
ma: ⁊ iudicia q̄ſi vectes vrbiū. De fructu oris viri reple- D
bitur vēter eiꝰ: et genimina labioꝝ ipſius ſaturabūt eū.
Mors ⁊ vita i manibꝰ lingue: q̄ diligūt eā: comedēt fru
ctus eiꝰ. Qui inenit mulierē bonā: inuenit bonū: et hau
riet iocūditatē a dn̄o. Qui expellit mulierē bonā: expel
ginta trãſlatores Aquilã ⁊ Symmachũ ⁊ Theodotio-
nem legũt: vel ob ſtudiũ doctrine ſue: vel vt ſeptuginta

magis ex collatiõe eoꝝ intelligãt: ſic ⁊ iſti ſaltẽ vnũ poſt
pꝛioꝛes habere dignẽtur interpꝛetẽ. Legãt pꝛius: ⁊ po-
ſtea deſpiciãt: ne videãtur nõ ex iudicio: ſed ex odij pꝛe-
ſumptione ignoꝛata dãnare. Pꝛophetauit aũt Eſaias
in Jeruſalẽ: ⁊ in iudea: necdum decẽ tribubꝰ in captiui
tatem ductis: ac de vtroqꝫ regno nũc cõmixtim nunc ſe-
paratim texit oꝛaculũ. Et cũ interdũ ad pꝛeſentẽ reſpi-
ciat hiſtoꝛiã: ⁊ poſt Babylonie captiuitatẽ reditũ popu
li ſignificet ĩ iudeã: tamẽ oĩs eiꝰ cura de vocatiõe gẽtiũ:
⁊ de aduẽtu Chꝛiſti eſt. Quẽ quãto plꝰ amatis o Pau-
la ⁊ Euſtochiũ: tãto magis ab eo petite: vt pꝛo obtrecta
tione pꝛeſenti: qua me ĩ deſinẽter emuli laniãt: ipſe mihi
mercedẽ reſtituat ĩ futuro: q̃ ſcit me ob hoc ĩ peregrine
lingue eruditiõe ſudaſſe: ne iudei de falſitate ſcriptura-
rum eccleſijs eius diutius inſultarent.

¶ Argumentum in Eſaiam.

ESaias in Jeruſalem nobili genere oꝛtus eſt:
ibiqꝫ pphetauit. Sub Manaſſe rege ſectus
in duas partes occubuit. Sepultuſqꝫ eſt ſub
quercu Rogel iuxta trãſitum aquarũ: quas
olim Ezechias rex iacto obſtruxerat puluere.

Eſaias Pꝛopheta.

¶ Caput. I.

A VJſio Eſaie filij amos
quã vidit ſup Judã ⁊ Jeruſalẽ ĩ die-
bus Ozie: Joathã: achas ⁊ hezechie
regũ iuda. Audite celi: ⁊ auribꝰ per-
cipe terra: qm̃ dñs locutus eſt: Filios
enutriui: ⁊ exaltaui: ipſi autẽ ſpꝛeue-
runt me. Cognouit bos poſſeſſoꝛẽ ſuũ: ⁊ aſinus pꝛeſepe
dñi ſui: Jſrael aũt me nõ cognouit: ⁊ populus meus nõ
intellexit. Ve gẽti peccatrici: populo graui iniquitate:
ſemini nequã: filijs ſceleratis. Dereliquerũt dominum:
B blaſphemauerũt ſctm̃ Jſrael: abalienati ſunt retroꝛſũ.
Sup quo percutiã vos vltra: addẽtes pꝛeuaricationẽ?
Om̃e caput languidũ: ⁊ om̃e coꝛ moerẽs. A plãta pedis
vſqꝫ ad verticẽ nõ eſt ĩ eo ſanitas. Vulnꝰ ⁊ liuoꝛ: et plaga
tumẽs: nõ eſt circũligata: nec curata medicamine: neqꝫ
fota oleo. Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtre ſuccẽſe
C ſunt igni. Regionẽ veſtrã coꝛã vobis alieni deuoꝛãt: et
deſolabit̃: ſicut ĩ vaſtitate hoſtili. Et derelinquetur filia
Rom. 9. f. Sion: vt vmbꝛaculũ in vinea: ⁊ ſicut tugurium in cucu-
merario: ⁊ ſicut ciuitas que vaſtat̃. Niſi dominus exer-
cituum reliquiſſet nobis ſemẽ: quaſi Sodoma fuiſſemꝰ:
⁊ quaſi Gomoꝛra ſimiles eſſemus. Audite verbũ domi-
ni pꝛincipes Sodomoꝛũ: percipite auribus legẽ dei ve-
ſtri populꝰ Gomoꝛre. Quo mihi multitudinẽ victima-
D rum veſtrarũ: dicit dominus? Plenus ſum: holocauſta
arietũ: ⁊ adipem pinguiũ: ⁊ ſanguinẽ vituloꝝ: ⁊ agnoꝛũ
⁊ hircoꝛũ nolui. Cũ veniretis ante conſpectũ meũ: quis
queſiuit hec de manibꝰ veſtris: vt ambularetis in atrijs
meis? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. Jncẽſum
abominatio eſt mihi. Neomeniam ⁊ ſabbatũ ⁊ feſtiuita
Jere. 6. c. tes alias non feram. Jniqui ſunt coetus veſtri. Calen-
Amos. 5 f Jere. 6. c. das veſtras ⁊ ſolemnitates veſtras odiuit aĩa mea. Fa-
infra. 59. c cta ſunt mihi moleſta. Laboꝛaui ſuſtinens. Et cũ exten-
deritis manus veſtras: auertam oculos meos a vobis:
⁊ cũ multiplicaueritis oꝛationẽ: non exaudiã. Manus
enim veſtre ſanguine plene ſunt. Lauamini: mũdi eſto-
te: auferte malum cogitationũ veſtrarũ ab oculis meis.
E Quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere. Querite
iudicium: ſubuenite oppꝛeſſo: iudicate pupillo: defendi
te viduam: ⁊ venite: ⁊ arguite me: dicit dominꝰ. Si fue-
rint peccata veſtra vt coccinũ: quaſi nix dealbabuntur: ⁊
ſi fuerint rubꝛa ſicut vermiculus: velut lana alba erunt.
Si volueritis: et audieritis me: bona terre comedetis.
Quod ſi nolueritis: ⁊ me ad iracũdiã pꝛouocaueritis: gla
dius deuoꝛabit vos: quia os domini locutũ eſt. Quomo F
do facta eſt meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij? Juſti
tia habitauit in ea: nũc aũt homicide. Argentũ tuũ ver-
ſum eſt in ſcoꝛiã: vinũ tuũ mixtũ eſt aqua. Pꝛĩcipes tui
infideles: ſocij furũ. Oẽs diligũt munera: ſequunt̃ retri- Jere. 5. g.
butiones. Pupillo nõ iudicãt: ⁊ cauſa vidue nõ ingredi
tur ad illos. Pꝛopter hoc ait dñs deꝰ exercituũ foꝛtis
Jſrael: Heu ego cõſolaboꝛ ſup hoſtibꝰ meis: ⁊ vĩdicaboꝛ
de inimicis meis. Et conuertã manũ meã ad te: ⁊ exco-
quã ad purũ ſcoꝛiã tuã: ⁊ auferã om̃e ſtãnum tuũ: et reſti
tuã iudices tuos: vt fuerunt pꝛius: ⁊ cõſiliarios tuos ſi- G
cut antiq̃tus. Poſt hoc vocaberis ciuitas iuſti: vꝛbs fi-
delis. Sion in iudicio redimet̃: et reducẽt eã in iuſtitia.
Et conteret ſceleſtos ⁊ peccatoꝛes ſimul: ⁊ q̃ dereliq̃ue- Rom. 9. d.
rũt dñm: cõſument̃. Cõfundent̃ em̃ ab idolis: q̃bꝰ ſacri-
ficauerunt. Et erubeſcetis ſup hoꝛtis: q̃s elegeratis: cũ
fueritꝭ velut quercꝰ defluẽtibꝰ folijs: ⁊ velut hoꝛtꝰ abſqꝫ
aq̃. Et erit foꝛtitudo vr̃a vt fauilla ſtupe: ⁊ opꝰ vr̃m q̃ſi
ſcĩtilla: ⁊ ſuccẽdet̃ vtrũqꝫ ſimul: ⁊ nõ erit q̃ extĩguat. II.
A VErbũ quod vidit Eſaias filius Amos ſuper
Judã ⁊ Jeruſalẽ. Et erit in nouiſſimis die- mich. 4. a.
bus pꝛeparatꝰ mõs domꝰ dñi in vertice mõ-
tiũ: ⁊ eleuabit̃ ſup colles. Et fluent ad eũ oẽs
gẽtes: ⁊ ibũt populi multi: et dicẽt: Venite: aſcẽdamus
ad montẽ dñi: ⁊ ad domũ dei Jacob: ⁊ docebit nos vias
ſuas: ⁊ ambulabimꝰ ĩ ſemitis eiꝰ: q̃a de Sion exibit lex:
⁊ v̾bũ dñi de Jeruſalẽ. Et iudicabit gẽtes: ⁊ arguet po
B pulos multos. Et cõflabũt gladios ſuos ĩ vomeres: ⁊ lã
ceas ſuas in falces. Nõ leuabit gẽs cõtra gentẽ gladiũ: mich. 4. b.
nec exercebũtur vltra ad pꝛeliũ. Domus Jacob venite:
⁊ ambulemus in lumine dei noſtri. Pꝛoieciſti enim po-
pulũ tuũ domũ Jacob: q̃a repleti ſunt: vt olim: ⁊ augu-
res habuerũt vt philiſtijm: et pueris alienis adheſerũt.
Repleta eſt terra argẽto ⁊ auro: ⁊ nõ eſt finis theſauro-
rũ eiꝰ. Et repleta eſt terra eiꝰ eq̃s: ⁊ ĩnumerabiles q̃dri
C ge eiꝰ. Et repleta eſt terra eiꝰ idolis. Opꝰ manuũ ſuaꝝ
adoꝛauerũt: qd̾ fecerũt digiti eoꝝ. Et incuruauit ſe hõ:
⁊ humiliatꝰ eſt vir. Ne ergo dimittas eis. Jngredere in
petrã: ⁊ abſcõdere in foſſa humo a facie timoꝛis dñi: et a
gloꝛia maieſtatꝭ eiꝰ. Ocl'i ſublimis hoĩs humiliati ſunt:
⁊ incuruabit̃ altitudo viroꝝ. Exaltabit̃ aũt dñs solꝰ in
die illa: q̃a dies dñi exercituũ ſup oẽm ſupbũ ⁊ excelſuꝫ:
⁊ ſup oẽm arrogantẽ: ⁊ humiliabit̃: et ſup oẽs cedros li
bani ſublimes et erectas: et ſuper omnes quercus Ba-
ſan: ⁊ ſuper omnes montes excelſos: ⁊ ſuper omnes col-
les eleuatos: ⁊ ſuper oẽm turrim excelſam: ⁊ ſuper oẽm
murũ munitũ: et ſup oẽs naues Tharſis: ⁊ ſuper omne
quod viſu pulchꝛũ eſt. Et incuruabitur omnis ſublimi- D
tas hominũ: ⁊ humiliabitur altitudo viroꝛũ. Et eleuabi infra. 31. d
tur dominus ſolus in die illa: ⁊ idola penitus cõterent̃.
Et introibũt in ſpelũcas petrarũ: ⁊ in voꝛagines terre a
facie foꝛmidinis domini: ⁊ a gloꝛia maieſtatis eius: cũ
ſurrexerit percutere terrã. Jn die illa pꝛoijciet homo ido
la argenti ſui: ⁊ ſimulachꝛa auri ſui: q̃ fecerat ſibi: vt ado
raret talpas ⁊ veſpertiliones. Et ingredietur ſciſſuras Luc. 23. c.
petrarũ: ⁊ in cauernas ſaxoꝝ a facie foꝛmidinis domini:
⁊ a gloꝛia maieſtatis eius: cum ſurrexerit percutere ter
rã. Quieſcite ergo ab homine: cuius ſpiritus in naribus
eius eſt: quia excelſus reputatus eſt ipſe. III.
A ECce em̃ dñatoꝛ dñs exercituũ: auferet a ie-
ruſalẽ ⁊ a iuda validũ ⁊ foꝛtẽ: ⁊ oẽ robur pa
nis: ⁊ oẽ robur aque: ⁊ foꝛtẽ: et virũ bellato
rẽ: ⁊ iudicẽ: ⁊ pꝛophetã: ⁊ hariolũ: ⁊ ſenẽ pꝛin
cipẽ ſuper quinquaginta: et honoꝛabilẽ vul
tu: ⁊ cõſiliariũ: ⁊ ſapientẽ de architectis: ⁊ pꝛudentẽ elo-
quij myſtici. Et dabo pueros pꝛĩcipes eoꝝ: ⁊ effoeminati
ti dominabũtur eis. Et coꝛruet populus: vir ad virũ: et
vnuſquiſqꝫ ad pꝛoximũ ſuũ. Tumultuabit̃ puer cõtra ſe-

ne:⁊ ignobilis contra nobilē. Apprehēdet eñ vir fratrē
ſuū domeſticū patris ſui:⁊ dicēt: Veſtimentum tibi eſt:
B pꝛīceps eſto noſter:ruina aūt hęc ſub manu tua. Reſpō
debitꝗ; in die illa:dicēs:Nō ſum medicꝰ: ⁊ ī domo mea
nō eſt panis:neqꝫ veſtimentū. Nolite cōſtituere me pꝛin
cipē populi. Ruit eñ Jeruſalē:⁊ Judas cōcidit: ꝗa lin
gua eoꝝ:⁊ adinuētiōes eoꝝ cōtra dominū: vt ꝓuocaret
oclos maieſtatis eiꝰ. Agnitio vultꝰ eoꝝ reſpōdebit eis:
⁊ pctm̄ ſuū ꝗſi ſodoma ꝑdicauerūt: nec abſcōderūt. Vę
aię eoꝝ:quoniā reddita ſunt eis mala. Dicite iuſto quo
niā bene:ꝗniā fructū adinuentionū ſuarū comedet. Vę
impio in malū. Retributio eñ manuū eiꝰ fiet ei. Popu
lū meū exactoꝛes ſui ſpoliauerūt:⁊ mulieres dñatę ſunt
C eis. Popule meꝰ ꝗ te beatū dicūt:ipi te decipiunt:et viā
greſſuū tuoꝝ diſſipāt. Stat ad iudicādū dñs: et ſtat ad
Luce.21.f iudicādos pplos. Dñs ad iudiciū veniet cū ſenibꝰ popu
li ſui:⁊ pꝛincipibꝰ eius. Vos eñ depaſti eſtis vineā meā:
⁊ rapina paupis in domo veſtra. Quare atteritis popu
lum meū:⁊ facies pauperū cōmolitis:dicit dominꝰ exer
cituum? Et dicit dominus deꝰ: Pꝛo eo ꝙ eleuatę ſunt
filię Sion:⁊ ambulauerūt extēto collo:⁊ nutibꝰ oculo-
rū ibāt:⁊ plaudebāt:⁊ ambulabāt pedibꝰ ſuis:⁊ cōpoſi-
to gradu incedebāt:decaluabit dominus verticē filiarū
D Sion:et dominꝰ crinē earū nudabit. Jn die illa auferet
dominus oꝛnamentū calciamētoꝝ:⁊ lunulas ⁊ toꝛques
⁊ monilia ⁊ armillas ⁊ mitras ⁊ diſcriminalia ⁊ periche
lides ⁊ murenulas ⁊ olfactoꝛiola ⁊ inaures ⁊ annulos ⁊
gēmas in fronte pendētes ⁊ mutatoꝛia ⁊ palliola ⁊ lin-
theamina ⁊ acus ⁊ ſpecula ⁊ ſyndones ⁊ vittas ⁊ theri-
ſtra. Et erit pꝛo ſuaui odoꝛe foetoꝛ:⁊ pꝛo zona funiculꝰ:
⁊ pꝛo criſpanti crine caluitium:⁊ pꝛo faſcia pectoꝛali cili
cium. Pulcherrimi quoqꝫ viri tui gladio cadent: et foꝛ
tes tui in pꝛęlio. Et moerebunt atqꝫ lugebūt poꝛtę eiꝰ:
⁊ deſolata in terra ſedebit. IIII.
A Et apprehēdent ſeptē mulieres virū vnū ī die
illa:dicētes: Panē noſtrū comedemꝰ:⁊ veſti
mētis noſtris operiemur: tantūmodo inuo-
cetur nomē tuū ſuꝑ nos:aufer oppꝛobꝛiū no-
ſtrū. Jn die illa erit germē dñi in magnificētia ⁊ gloꝛia:
⁊ fructus terrę ſublimis:⁊ exultatio his qui ſaluati fue-
rint de Jſrael. Et erit oīs ꝗ relictꝰ fuerit in Sion:⁊ re-
ſiduus ī ieruſalē:ſctūs vocabit̄ oīs:ꝗ ſcriptꝰ eſt in vita in
Jeruſalē. Si abluerit dñs ſoꝛdes filiaꝝ ſion:⁊ ſanguinē
B ieruſalē lauerit de medio eiꝰ:ī ſpū iudicij:⁊ ſpū ardoꝛis.
Et creabit dñs ſuꝑ oēm locū mōtis ſion:et vbi inuocatꝰ
eſt:nubē ꝑ diē: ⁊ fumū ⁊ ſplēdoꝛē ignis flāmantis in no-
cte. Super oēm enim gloꝛiam pꝛotectio:⁊ tabernaculū
erit in vmbꝛaculū diei ab ęſtu:⁊ in ſecuritatē ⁊ abſcōſio-
nem a turbine et a pluuia. V.
A Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei vi
neę ſuę. Vinea facta eſt dilecto meo:in coꝛnu
filio olei. Et ſepiuit eā:⁊ lapides elegit ex ea:
Jere.2.d ⁊ plātauit vineā electā. Et ędificauit turrim
Mat.21.d. in medio eius:⁊ toꝛcular extruxit ī ea. Et expectauit vt
faceret vuas:⁊ fecit labꝛuſcas. Nūc ꝗ habitatoꝛes ieruſa
lē:⁊ viri iuda:iudicate īter me ⁊ vineā meā. Quid eſt qd̄
debui vltra facere vineę meę:⁊ nō feci ei? An qd̄ expecta-
ui:vt faceret vuas:⁊ fecit labꝛuſcas? Et nunc oſtendam
vobis quid ego faciam vineę meę. Auferā ſepem eius:et
B erit in direptionē. Diruā maceriā eiꝰ:⁊ erit ī cōculcatio
nē:⁊ ponā eā deſertā. Nō putabit̄:⁊ non fodietur:⁊ aſcē
dent ſuper eā vepꝛes ⁊ ſpinę: ⁊ nubibꝰ mādabo ne pluāt
ſuper eam imbꝛē. Vinea eñ dñi exercituū domus iſrael
eſt:⁊ viri iuda germē delectabile eiꝰ. Et expectaui vt fa-
ceret iudiciū:et ecce iniquitas:⁊ iuſticiā:et ecce clamoꝛ.
Vę qui cōiungitis domū ad domū:⁊ agrū agro copula
tis vſqꝫ ad terminū loci. Nunꝗd habitabitis vos ſoli in
medio terrę. Jn auribus meis ſunt hęc: dicit dominus
C exercituum? Niſi domus multę deſertę fuerint grādes
et pulchꝛę:et abſqꝫ habitatoꝛe. Decem enim iugera vi-

nearum faciūt lagunculā vnā:⁊ triginta modij ſemen-
tis faciunt modios tres. Vę qui conſurgitis mane ad
ebꝛietatē ſectandā:⁊ potandū vſqꝫ ad veſperam: vt vino
ęſtuetis. Cithara ⁊ lyꝛa ⁊ tympanū ⁊ tibia ⁊ vinū in con
uiuijs veſtris:⁊ opus domini non reſpicitis: nec opa ma-
nuum eius cōſideratis. Pꝛopterea captiuus ductus eſt D
populus meus:quia non habuit ſcientiā: ⁊ nobiles eius
interierunt fame: et multitudo eius ſiti exaruit. Pꝛo-
pterea dilatauit infernus animā ſuā: ⁊ aperuit os ſuum
abſqꝫ vllo termino. Et deſcendent foꝛtes eius:et populꝰ
eius:et ſublimes gloꝛioſiqꝫ eius ad eū. Et incuruabitur
homo:et humiliabitur vir:⁊ oculi ſublimiū depꝛiment̄.
Et exaltabit̄ dñs exercituū in iudicio: et deus ſanctus
ſanctificabit̄ in iuſtitia. Et paſcent̄ agni iuxta oꝛdinem
ſuū:⁊ deſerta in vbertatē verſa aduenę comedent. Vę ꝗ
trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis:et quaſi vincu
lum plauſtri peccatū. Qui dicitis: Feſtinet:⁊ cito veniet E
opus eius:vt videamus:et appꝛopiet: ⁊ veniat cōſilium
ſancti Jſrael:et ſciemus illud. Vę qui dicitis malū bo-
num:⁊ bonū malū:ponentes tenebꝛas lucem: ⁊ lucē te-
nebꝛas:ponētes amarum in dulce: ⁊ dulce in amarum.
Vę qui ſapientes eſtis in oculis veſtris:et coꝛam vobiſ-
metipſis pꝛudētes. Vę qui potentes eſtis ad bibendum F
vinū:⁊ viri foꝛtes ad miſcendā ebꝛietatē. Qui iuſtifica-
tis impiū pꝛo muneribꝰ:⁊ iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Num.17.e
Pꝛopter hoc ſicut deuoꝛat ſtipulā lingua ignis: et ca-
loꝛ flāmę exurit:ſic radix eoꝝ quaſi fauilla erit:⁊ germē
eoꝛū vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legem domi-
ni exercituū:et eloquiū ſancti Jſrael blaſphemauerunt.
Jdeo iratus eſt furoꝛ domini in populū ſuū: et extendit
manū ſuā ſuper eū:et percuſſit eum. Et cōturbati ſunt
omnes:et facta ſunt moꝛticina eoꝛū quaſi ſtercus in me
dio platearū. Jn his omnibus nō eſt auerſus furoꝛ eius: infra.9.c.
ſed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit ſignū in na- G
tionibus pꝛocul: et ſibilabit ad eum de finibus terrę: et
ecce feſtinꝰ velociter veniet. Nō eſt deficiēs neqꝫ laboꝛās
in eo:nō doꝛmitabit:neqꝫ doꝛmiet:neqꝫ ſoluetur cingu-
lū renū eiꝰ:nec rūpet̄ coꝛrigia calciamenti eiꝰ. Sagittę
eiꝰ acutę:et oēs arcꝰ eiꝰ extēti. Vngulę equoꝛū eiꝰ vt ſi-
lex:et rotę eiꝰ quaſi impetus tēpeſtatis. Rugitꝰ eiꝰ vt
leonis:rugiet vt catuli leonū. Et frēdet:et tenebit ꝑdā:
et amplexabit̄:et nō erit ꝗ eruat: et ſonabit ſuꝑ eū ī die il
la ſicut ſonitꝰ marꝭ. Aſpiciemꝰ ī terrā:et ecce tenebꝛę tri
bulationis:et lux obtenebꝛata eſt in caligine eius. VI.
In anno quo moꝛtuus eſt rex Ozias:vidi do- A
minum ſedentem ſuper ſoliū excelſum et ele-
uatum: et plena erat domus a maieſtate eiꝰ:
et ea quę ſub ipſo erant:replebant templum.
Seraphim ſtabant ſuꝑ illud:ſex alę vni:et ſex alę alteri.
Duabꝰ velabāt faciē eiꝰ:et duabꝰ velabāt pedes eius: et Apo.4.c.
duabꝰ volabāt: et clamabāt alter ad alterū:et dicebant:
Sāctus ſanctꝰ ſanctus dñs deꝰ exercituū: plena eſt oīs
terra gloꝛia eiꝰ. Et cōmota ſunt ſuplimīnaria cardinū B
a voce clamātis:et domꝰ repleta eſt fumo. Et dixi: Vę
mihi:ꝗa tacui:ꝗa vir pollutꝰ labijs ego ſum: et ī medio
populi polluta labia habētis ego habito: et regē domi-
nū exercituū vidi oculis meis. Et volauit ad me vnꝰ de C
ſeraphim:et ī manu eiꝰ calculꝰ: quē foꝛcipe tulerat de al
tari:et tetigit os meū:et dixit: Ecce tetigi hoc labia tua:et
auferet̄ iniqtas tua:et pctm̄ tuū mūdabit̄. Et audiui vo Mat.13.b
cē dñi:dicētis: Quē mittā:et ꝗs ibit nobꝭ? Et dixi: Ec mar.4.a.
ce ego:mitte me. Et dixit: Vade:et dices pplo huic: Au Luce.8.b.
dite audientes:et nolite intelligere:et videte viſionē:et actu.24.f
nolite cognoſcere. Excęca coꝛ ppli huiꝰ:et aures eiꝰ ag- Rom.11.b
graua:et oculos eiꝰ claude: ne foꝛte videat oclis ſuis:et D
auribꝰ ſuis audiat:et coꝛde ſuo ītelligat: et cōuertat̄:et
ſanē eū. Et dixi: Vſqꝫ ꝗ dñe? Et dixit: Donec deſolētur
ciuitates abſqꝫ habitatoꝛe:et domꝰ ſine hoīe: et terra re
linquetur deſerta:et lōge faciet dominꝰ hoīes:et multi-
plicabitur quę derelicta fuerat in medio terrę: et adhuc

in ea decimatio: et cōuertetur: 7 erit in oſtēſionem ſicut
Luce.1.a. terebinthus: 7 ſicut quercus que expandit ramos ſuos.
Semen ſanctū erit id: quod ſteterit in ea. VII.
A ET factū eſt in diebꝰ Achas filij Joathan: filij
Ozie regis iuda: aſcēdit Raſin rex Syrie: et
4.reg.6.a Phacee filiꝰ romelie rex Iſrael in Jeruſalē:
ad ꝓliandū cōtra eā: et nō potuerūt debellare
eā. Et nūciauerūt domui Dauid: dicētes: Requieuit Sy
ria ſup Effraim: 7 cōmotū eſt cor eiꝰ: et cor populi eius:
ſicut mouētur ligna ſiluarū a facie vēti. Et dixit dn̄s ad
Eſaiā: Egredere i occurſū achas tu: 7 q̄ derelictꝰ eſt ia
ſub filiꝰ tuus: ad extremū aqueductꝰ piſcine ſuperioris in
via agri fullonis: 7 dices ad eum: Uide vt ſileas. Noli ti
mere: 7 cor tuū ne formidet a duabꝰ caudis titionū fumi
gātiū iſtorū i ira furoris raſin regis ſyrie: et filij romelie:
eo ꝙ cōſiliū inierit cōtra te ſyria i malū: 7 effraim: 7 filiꝰ
B romelie: dicentes: Aſcēdamꝰ ad Judā: 7 ſuſcitemꝰ eū: 7
auellamꝰ eū ad nos: 7 ponamꝰ regē in medio eiꝰ filiū ta
beel. Hec dicit dn̄s deus: Non erit iſtud: 7 nō ſtabit: ſed
caput ſyrie damaſcꝰ: 7 caput damaſci raſin. Et adhuc ſe
xaginta 7 quinq̄ anni: 7 deſinet Effraim eſſe populꝰ: 7 ca
put Effraim ſamaria: 7 caput ſamarie filiꝰ romelie. Si
non credideritis: nō ꝑmanebitis. Et adiecit dn̄s loq̄ ad
Achas: dicēs: Pete tibi ſignū a dn̄o deo tuo in ꝓfundū
inferni: ſiue i excelſum ſupra. Et dixit Achas: Nō petā:
7 nō tētabo dn̄m. Et dixit: Audite ergo domꝰ dauid: Nun
q̄d parū vobis eſt moleſtos eſſe hoībꝰ: q̄a moleſti eſtis et
C deo meo? Propter hoc dabit dn̄s ipe vobis ſignū. Ecce
virgo cōcipiet: 7 pariet filiū: 7 vocabit nomē eiꝰ emanu
Mat.1.d. Luce.1.c. el. Butyrū 7 mel comedet: vt ſciat reprobare malū: 7 eli
gere bonū. Quia anteq̄ ſciat puer reprobare malū: et eli
gere bonū: derelinquet terra: quā tu deteſtarꝭ a facie duo
rū regū ſuorū. Adducet dn̄s ſup te: et ſup populū tuū: et
ſup domū pr̄is tui dies: q̄ nō venerūt a diebꝰ ſeparatiōis
effraim a iuda cū rege aſſyriorū. Et erit i die illa: ſibilabit
dn̄s muſce: que eſt in extremo fluminū Aegypti 7 Api:
que eſt in terra aſſur: 7 veniēt 7 requieſcēt oēs in torrenti
bus valliū: 7 in cauernis petrarū: 7 in omnibus frutectis
7 i vniuerſis foraminibus. In die illa radet dominus in
nouacula cōducta in his: qui trans flumen ſunt: in rege
Aſſyriorum: caput 7 pilos pedū: 7 barbā vniuerſam. Et
erit in die illa: nutriet homo vaccam boū: et duas oues:
7 pre vbertate lactis comedet butyrū. Butyrum enim
7 mel mānducabit omnis homo: qui relictus fuerit i me
dio terre. Et erit in die illa: omis locus vbi fuerint mille
vites: mille argēteis: 7 in ſpinas 7 in vepres erūt. Cū ſa
gittis 7 arcu ingrediētur illuc. Uepres em̄: 7 ſpine erūt
in vniuerſa terra. Et omnes mōtes: q̄ in ſarculo ſarrien
tur: non veniet illuc terror ſpinarū 7 vepriū: 7 erit in pa
ſcua bouis: 7 in conculcationē pecoris. VIII.
A ET dixit dn̄s ad me: Sume tibi librū grandē:
7 ſcribe in eo ſtilo hoīs: velociter ſpolia detra
he: cito predare. Et adhibui mihi teſtes fide
les Uriā ſacerdotē: 7 Zachariam filiū Bara
chie: 7 acceſſi ad ꝓphetiſſam: 7 concepit: 7 peperit filiū.
Et dixit dn̄s ad me: Uoca nomē eiꝰ: accelera: ſpolia de
trahe: feſtina predari: q̄a anteq̄ ſciat puer vocare patrē
ſuū 7 matrē ſuā: auferet fortitudo damaſci: 7 ſpolia Sa
B marie corā rege aſſyriorū. Et adiecit dn̄s loq̄ ad me ad
huc: dicens: Pro eo ꝙ abiecit populꝰ iſte aq̄s ſiloe: q̄ va
dūt cū ſilētio: et aſſumpſit magꝭ Raſin: 7 filiū romelie:
propter hoc ecce dn̄s adducet ſup eos aq̄s fluminis for
tes 7 multas: regē aſſyriorū 7 oēm gloriā eiꝰ: 7 aſcēdit ſu
per oēs riuos eiꝰ: 7 fluet ſup vniuerſas ripas eiꝰ: 7 ibit ꝑ
iudā inūdās: 7 trāſiēs vſq̄ ad collū veniet. Et erit extē
ſio alarū eiꝰ: implens latitudinē terre tue o Emanuel.
Cōgregamini populi: 7 vincemini: 7 audite vniuerſe ꝓ
cul terre. Cōfortamini 7 vincemini: accīgite vos: 7 vin
C cemini: inite cōſiliū: 7 diſſipabitur: loq̄mini verbū: 7 non
fiet: quia nobiſcū deus. Hec enim ait dominus ad me:

Sicut in manu forti erudiuit me: ne irem in via populi
huius: dicēs: Ne dicatis coniuratio. Omnia em̄ que lo
quitur populus iſte: cōiuratio eſt. Et timorē eius ne ti
meatis: neq̄ paueatis. Dominū exercituū ipſum ſancti
ficate: 7 ipe pauor veſter: 7 ipe terror veſter: et erit vobis
in ſanctificationē: in lapidem aūt offenſionis: 7 petrā ſcā
dali duabus domibus Iſrael: 7 in laqueū: 7 in ruinā ha
bitantibus Jeruſalē. Et offendent ex eis plurimi: 7 ca
dent: 7 cōterentur: 7 irretientur: 7 capiētur. Liga teſti
moniū: ſigna legem in diſcipulis meis: expectabo domi
num: qui abſcondit faciem ſuā a domo Jacob: et preſto D
labor eum. Ecce ego 7 pueri mei: quos dedit mihi domi
nus in ſignū: 7 in portētum Iſrael a domino exercituū: Heb.2.c.
qui habitat in mōte Sion. Et cū dixerint ad vos: queri
te a Phythonibꝰ: 7 a diuinis: q̄ ſtridēt in incātationibꝰ
ſuis: Nunquid non populus a deo ſuo requiret viſionē
pro viuis ac mortuis? Ad legē magis: et ad teſtimoniū.
Quod ſi non dixerint iuxta verbū hoc: nō erit eis matu
tina lux: 7 tranſibit per eā: 7 corruet: 7 eſuriet: 7 cum eſu
rierit: iraſcetur: 7 maledicet regi ſuo: 7 deo ſuo: et ſuſpi
ciet ſurſum: et ad terrā intuebitur: 7 ecce tribulatio 7 te
nebre: 7 diſſolutio: 7 anguſtia: 7 caligo perſequens: 7 nō
poterit auolare de anguſtia ſua. IX.
PRimo tēpore alleuiata eſt terra Zabulō: et A
terra Nephthali: 7 nouiſſimo aggrauata eſt
via maris: trans Jordanē Galilee gētium.
Populus qui ambulabat in tenebris: vidit
lucem magnā: habitantibꝰ in regiōe vmbre mortis lux
orta eſt eis. Multiplicaſti gētē: nō magnificaſti leticiā.
Letabuntur corā te: ſicut qui letātur in meſſe: ſicut ex
ultant victores capta preda: quādo diuidūt ſpolia. Iu
gum em̄ oneris eius: et virgam humeri eius: et ſceptrū B
exactoris eius ſuperaſti: ſicut in die Madian. Quia oīs
violenta predatio cū tumultu: 7 veſtimentū mixtū ſan
guine: erit i combuſtionē: 7 cibus ignis. Paruulus em̄
natus eſt nobis: 7 filius datꝰ eſt nobis: 7 factus eſt prin
cipatus ſuper humerū eius: 7 vocabitur nomē eius ad
mirabilis conſiliarius: deus fortis: pater futuri ſeculi:
princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū: 7 pacis
non erit finis. Super ſoliū Dauid: et ſuper regnum eiꝰ
ſedebit: vt confirmet illud: et corroboret in iudicio et iu
ſticia: ammodo 7 vſq̄ in ſempiternū. Zelus domini exer
cituum faciet hoc. Uerbū miſit dominus in Jacob: 7 ce
cidit in Iſrael. Et ſciet omnis populus effraim: 7 habi
tantes Samariā in ſuperbia et magnitudine cordis: di C
centes: Lateres ceciderunt: ſed quadris lapidibꝰ edifi
cabimus: ſycomoros ſucciderunt: ſed cedros immutabi
mus. Et eleuabit dn̄s hoſtes Raſin ſup eū: et inimicos
eiꝰ in tumultū vertet: Syriā ab oriēte: 7 Philiſtijm ab
occidēte: et deuorabūt Iſrael toto ore. In omibꝰ his nō Supra.5. infra eodē
eſt auerſus furor eiꝰ: ſed adhuc manꝰ eiꝰ extēta: 7 popu
lus nō eſt reuerſus ad ꝑcutientē ſe: et dn̄m exercituū nō
exq̄ſierūt: 7 diſperdet dn̄s ab iſrael caput 7 caudā incur
uantē 7 deprauantē die vna. Lōgeuꝰ 7 honorabilis ipſe
eſt caput: 7 ꝓpheta docēs mendacium ipe eſt cauda. Et
erūt q̄ beatificāt populū iſtū ſeducētes: et q̄ beatificātur
precipitati. Propter hoc ſup adoleſcētulis eiꝰ nō leta
bitur dn̄s: 7 pupillorū eius: 7 viduarū non miſerebitur.
Quia omis hypocrita eſt 7 nequā: 7 vniuerſum os locu D
tum eſt ſtulticiā. In omnibus his non eſt auerſus furor
eius: ſed adhuc manus eius extenta: et populus eius nō
eſt reuerſurus ad ꝑcutientē ſe. Succēſa eſt em̄ q̄ſi ignis
impietas: vepres 7 ſpinā vorabit. Et ſuccēdetur in dēſi
tate ſaltꝰ: 7 cōuoluet i ſupbia fumi. In ira dn̄i exercituū
conturbata eſt terra: et erit populꝰ quaſi eſca ignis. Uir
fratri ſuo nō parcet: 7 declinabit ad dexterā: 7 eſuriet: et
comedet ad ſiniſtrā: 7 non ſaturabitur. Unuſquiſq̄ car Infra.5.f.et
nē brachij ſui vorabit: Manaſſes Effraim: et Effraim 10.a.
Manaſſen: 7 ſimul ipſi contra Judā. In omnibꝰ his
nō eſt auerſus furor eiꝰ: ſed adhuc manus eiꝰ extēta. X.

A VAe qui cõdunt leges iniquas: ⁊ ſcribẽtes in-
iuſtitiã ſcripſerũt: vt opprimerent in iudicio
pauperes: ⁊ vim facerent cauſe humilium po
puli mei: vt eſſent vidue preda eoꝝ: ⁊ pupil-
los diriperent. Quid facietis in die viſitatiõis: ⁊ calami
ſupra. 5. f. et. 9. a. tatis de longe venientis? Ad cuius cõfugietis auxiliũ: ⁊
vbi derelinquetis gloriã veſtrã: ne incuruemini ſub vin-
B culo: et cum interfectis cadatis? Super omnibꝰ his nõ
eſt auerſus furor eiꝰ: ſed adhuc manus eius extẽta. Ve
Aſſur. Virga furoris mei: et baculus ipſe eſt. In manu
eius indignatio mea. Ad gentẽ fallacem mittã eũ: ⁊ con
tra populũ furoris mei mãdabo illi: vt auferat ſpolia: et
diripiat predã: ⁊ ponat illũ in cõculcationẽ quaſi lutum
platearũ. Ipſe aũt non ſic arbitrabit: ⁊ cor eius non ita
eſtimabit: ſed ad cõterendũ erit cor eiꝰ: ⁊ ad internitio-
nem gentiũ non paucarũ. Dicet eñ: Nunquid non prin
cipes mei ſimul reges ſunt? Nũquid non vt carchamis:
C ſic calanno: ⁊ vt arphat: ſic hemath? Nunquid nõ vt da-
maſcus: ſic ſamaria? Quomodo inuenit manus mea re-
gna idoli: ſic ⁊ ſimulachra eoꝝ de Jeruſalem ⁊ de ſama-
ria. Nunquid non ſicut feci ſamarie ⁊ idolis eius: ſic fa-
ciam ieruſalẽ et ſimulachris eius? Et erit cũ impleuerit
dominus cuncta opera ſua in monte Sion ⁊ in Jeruſa
lem: viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis regis aſſur:
⁊ ſuper gloriam altitudinis oculorũ eius. Dixit eñ: In
fortitudine manus mee feci: et in ſapiẽtia mea intellexi:
⁊ abſtuli terminos populorũ: et principes eorũ depreda
D tus ſum: ⁊ detraxi quaſi potẽs in ſublimi reſidẽtes. Et
inuenit quaſi nidũ manus mea fortitudinẽ populorũ: ⁊
ſicut colliguntur oua: que derelicta ſunt: ſic vniuerſam
terram ego congregaui: ⁊ non fuit qui moueret pennã:
⁊ aperiret os: ⁊ ganniret. Nunquid gloriabitur ſecuris
contra eũ qui ſecat in ea: aut exaltabitur ſerra cõtra eũ:
a quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra ele-
uantem ſe: ⁊ exaltetur baculus: qui vtiqꝫ lignũ eſt. Pro
pter hoc mittet dominator dominꝰ exercituũ in pingui
bus eius tenuitatẽ: ⁊ ſubtus gloria eius ſuccẽſa ardebit
quaſi combuſtio ignis: ⁊ erit lumẽ Jſrael in igne: ⁊ ſan-
ctus eius in flãma. Et ſuccendetur: ⁊ deuorabitur ſpina
E eius: et vepres in die vna: ⁊ gloria ſaltus eius: et carme-
li eius ab anima vſqꝫ ad carnem conſumetur. Et erit
terrore profugus: ⁊ reliquie ligni ſaltus eius pre pauci-
tate numerabunt: ⁊ puer ſcribet eos. Et erit in die illa:
nõ adijciet reſiduũ Jſrael: ⁊ hi qui fugerint de domo ia-
cob: inniti ſup eo: qui percutit eos: ſed innitetur ſup do
Rom. 9. f. infra. 28. f minũ ſanctũ Jſrael. In veritate reliquie cõuertentur:
reliquie inquã Jacob ad dominũ fortẽ. Si eñ fuerit po
F pulus tuus Jſrael quaſi arena maris: reliquie conuer-
tentur ex eo. Cõſummatio abbreuiata inundabit iuſti-
ciam: conſummationẽ eñ ⁊ abbreuiationẽ dñs deꝰ exer
cituũ faciet in medio omnis terre. Propter hoc hec di
cit dominus deus exercituũ: Noli timere populꝰ meus
Judi. 7. g. habitator Sion ab Aſſur. In virga eñ percutiet te: et
baculũ ſuũ leuabit ſup te in via Aegypti. Adhuc eñ pau
lulum modicũqꝫ ⁊ cõſummabit indignatio mea: ⁊ furor
meus ſuper ſcelus eorũ. Et ſuſcitabit ſuper eũ dominus
exercituũ flagellũ: iuxta plagã Madian in petra. Ho-
reb: ⁊ virgã ſuã ſup mare: ⁊ leuabit eã ĩ via Aegypti. Et
erit in die illa: auferet onus eius de humero tuo: et iugũ
G eius de collo tuo: ⁊ cõputreſcet iugũ a facie olei. Veniet
in Aioth: trãſibit in Magron: apud Magmas cõmen-
dabit vaſa ſua. Trãſierunt curſim Gabaa ſedes noſtra.
Obſtupuit Rama: Gabaa ſaulis fugit. Hinni voce tua
filia Gallim: attẽde Laiſa paupcula Anathot. Migra
uit Medemena habitatores gabim: cõfortamini: adhuc
dies eſt: vt in Nob ſtet. Agitabit manũ ſuã ſup montẽ fi
lie Sion: et collẽ Jeruſalẽ. Ecce dñator dñs exercituũ
cõfringet lagunculã in terrore: ⁊ excelſi ſtatura ſuccidẽ-
tur: ⁊ ſublimes humiliabunt. Et ſubuertent cõdenſa ſal
tus eius ferro: ⁊ Libanus cũ excelſis cadet. XI.

ET egredietur vga de radice ieſſe: ⁊ flos de radi A
ce eiꝰ aſcẽdet: ⁊ requieſcet ſup eũ ſpũs dñi: ſpũs
ſapiẽtie ⁊ itellectꝰ: ſpũs ꝯſilij ⁊ fortitudinis:
ſpũs ſciẽtie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eum ſpũs ti
moris dñi. Nõ ſm viſionem oculoꝝ iudicabit: neqꝫ ſm
auditũ auriũ arguet: ſed iudicabit in iuſticia pauperes: 2. Theſ. 2. b infra. 65. b.
⁊ arguet in equitate p manſuetis terre. Et percutiet terram
virga oris ſui: ⁊ ſpũ labioꝝ ſuoꝝ interficiet ipiũ. Et erit B
iuſticia cingulũ lumboꝝ eiꝰ: ⁊ fides cinctoriũ renũ eius.
Habitabit lupꝰ cũ agno: ⁊ pardus cũ hoedo accubabit.
Vitulꝰ ⁊ leo ⁊ ouis ſimul morabũtur: et puer paruulus
minabit eos. Vitulꝰ ⁊ vrſus paſcent: ſimul requieſcent ca
tuli eoꝝ. Et leo qͣſi bos comedet paleas. Et delectabit
infans ab vbere ſup foramĩa aſpidis: ⁊ ĩ cauernã reguli:
q ablactatus fuerit: manũ ſuã mittet. Nõ nocebũt: ⁊ nõ
occident in vniuerſo mõte ſctõ meo: qa repleta eſt terra
ſciẽtia dñi: ſicut aq̃ maris operiẽtis. In die illa radix ieſ
ſe: q ſtat in ſignũ pploꝝ: ipm gentes depcabunt: ⁊ erit ſe
pulchrũ eius glorioſum. Et erit in die illa: adijciet dñs Rom. 15. e
ſecũdo manũ ſuã ad poſſidẽdũ reſiduũ populi ſui: quod C
relinquetur ab Aſſyrijs: ⁊ ab Aegypto: ⁊ a Phetros: et
ab Aethiopia: ⁊ ab Elam: ⁊ a Sennaar: ⁊ ab hemath: et
ab inſulis maris. Et leuabit ſignũ in natiões: ⁊ cõgrega
bit profugos Jſrael. Et diſperſos Juda colliget a quat
tuor plagis terre: ⁊ auferetur zelus effraim: ⁊ hoſtes iu-
da peribũt. Effraim nõ emulabit Judã: ⁊ Judas nõ pu
gnabit cõtra Effraim: ⁊ volabũt ĩ humeros Philiſtijm D
per mare: ſimul predabuntur filios oriẽtis. Jdumea et
Moab pceptũ manꝰ coꝝ: ⁊ filij Ammõ obediẽtes erũt. Exo. 14. b
Et deſolabit dñs linguã maris Aegypti: et leuabit ma-
num ſuã ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui: ⁊ percu-
tiet eũ in ſeptẽ riuis: ita vt tranſeãt p eũ calciati. Et erit
via reſiduo populo meo: q relinquetur ab Aſſyrijs: ſicut
fuit Jſrael ĩ die illa: qua aſcẽdit de terra Aegypti. XII.

ET dices ĩ die illa: Cõfitebor tibi dñe: qm̃ ira A
tus es mihi: cõuerſus eſt furor tuꝰ: ⁊ cõſola
tus es me. Ecce deꝰ ſaluator meꝰ: fiducialit exod. 15. a Pſ. 117.
agam: ⁊ nõ timebo. Quia fortitudo mea et
laus mea dñs: ⁊ factꝰ eſt mihi ĩ ſalutẽ. Hau
rietis aquas ĩ gaudio de fontibꝰ ſaluatoris: ⁊ dicetis in
die illa: Cõfitemini dño: ⁊ inuocate nomẽ eiꝰ. Notas fa B
cite ĩ populis adinuẽtiones eiꝰ: memẽtote quoniã excel Pſ. 104. 1. par. 16 b
ſum eſt nomẽ eius. Cãtate dño: quoniã magnifice fecit:
annũciate hoc in vniuerſa terra. Exulta: ⁊ lauda habita
tio Sion: qa magnus in medio tui ſanctus iſrael. XIII.

ONus babylonis: qđ vidit Eſaias filiꝰ amos. A
Sup mõtẽ caliginoſum leuate ſignũ: ⁊ exal-
tate vocẽ: leuate manũ: et ĩgrediẽtur portas
duces: ego mãdaui ſanctificatis meis: ⁊ voca
ui fortes meos in ira mea: exultãtes in gloria mea. Vox
multitudinis ĩ mõtibꝰ: qͣſi populoꝝ frequẽtiũ: vox ſoni
tus regũ gẽtiũ cõgregatarũ. Dñs exercituũ pcepit mi-
litie belli veniẽtibꝰ de terra pcul. A ſummitate celi dñs:
⁊ vaſa furoris eiꝰ: vt diſperdat oẽm terrã. Vlulate: quia B
prope eſt dies dñi: qͣſi vaſtitas a dño veniet: propter hoc
oẽs manꝰ diſſoluẽtur: ⁊ oĩe cor hoĩs cõtabeſcet: ⁊ cõte-
retur. Torſiões ⁊ dolores tenebũt: qͣſi parturiẽtes dole
bũt. Vnuſqſqꝫ ad pximũ ſuũ ſtupebit: facies ꝯbuſte vul Naum. 2. e
tus eoꝝ. Ecce dies dñi veniet: crudelis: et indignatiõis
plenꝰ: ⁊ ire: furoriſqꝫ ad ponẽdam terrã in ſolitudinẽ: et
pctõres eiꝰ cõterẽdos de ea: qm̃ ſtelle celi: ⁊ ſplẽdor eaꝝ
nõ expãdent lumen ſuũ. Obtenebratꝰ eſt ſol ĩ ortu ſuo: ⁊ ezech. 32 b
luna nõ ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſup orbis
mala: ⁊ cõtra impios iniquitatẽ eoꝝ. Et requieſcere faciã
ſuperbiã infideliũ: ⁊ arrogantiã fortiũ humiliabo. Pre- C
cioſior erit vir auro: ⁊ homo mundo obrizo. Super hoc
celũ turbabo: ⁊ mouebitur terra de loco ſuo: ppter indi
gnationẽ domini exercituũ: ⁊ propter diem ire furoris
eius. Et erit quaſi damula fugiens: ⁊ quaſi ouis: et non
erit qui cõgreget. Vnuſquiſqꝫ ad populũ ſuum conuer

tetur: ⁊ ſinguli ad terrã ſuã fugient. Omnis qui inuen-
tus fuerit: occidetur: ⁊ oĩs qui ſupuenerit: cadet in gla-
D dio. Infantes eoꝝ allidentur in oculis eoꝝ: diripientur
domus eoꝝ: ⁊ vxores eoꝝ violabũtur. Ecce ego ſuſcita-
bo ſuper eos Medos: q̃ argentũ nõ querãt: nec aurũ ve
lint: ſed ſagittis paruulos interficiẽt: et lactãtib⁹ vteris
nõ miſerebuntur: ⁊ ſup filios nõ parcet oculus eoꝝ. Et
Gen.19.e. erit Babylon illa ciuitas glorioſa in regnis: inclyta in
ſuperbia Chaldeoꝝ ſubuerſa: ſicut ſubuertit dñs ſodo-
mam ⁊ gomorrã. Nõ habitabitur vſq; in finẽ: ⁊ non fun
dabitur vſq; ad generationẽ ⁊ generationẽ. Nec ponet
ibi tẽtoria arabs: nec paſtores reqeſcẽt ibi: ſed reqeſcent
ibi beſtie: ⁊ replebũtur dom⁹ eoꝝ draconib⁹. Et habita
bũt ibi ſtruthiones: ⁊ piloſi ſaltabũt ibi: ⁊ reſpõdebũt ibi
vlule in edib⁹ ei⁹: ⁊ ſyrenes ĩ delubris voluptatis. XIIII.
A PRope eſt: vt veniet tẽpus ei⁹: ⁊ dies eius nõ
elõgabũtur. Miſerebit̃ eñi dñs Jacob: et eli
get adhuc de Iſrael: ⁊ reqeſcere eos faciet ſu
per humũ ſuã. Adiũgetur aduena ad eos: et
adherebit domui Jacob: ⁊ tenebũt eos populi: et addu
cẽt eos ĩ locũ ſuũ. Et poſſidebit eos dom⁹ iſrael ſup ter
ram dñi in ſeruos ⁊ ancillas: ⁊ erũt capiẽtes eos: q̃ ſe ce
B perãt: ⁊ ſubijciẽt exactores ſuos. Et erit in die illa: cum
requiẽ dederit tibi de⁹: ⁊ a labore tuo: et a cõcuſſiõe tua:
⁊ a ſeruitute dura q̃ ante ſeruiſti: ſumes parabolã iſtam
cõtra regẽ Babylonis: ⁊ dices: Quomodo ceſſauit exa-
ctor: qeuit tributũ: Cõtriuit dñs baculũ impioꝝ virgã
dominãtiũ: cedentẽ populos in indignatiõe plaga inſa-
nabili: ſubijcientẽ in furore gẽtes: ⁊ perſequentẽ crude-
liter. Cõquieuit ⁊ ſiluit omnis terra: gauiſa eſt ⁊ exulta
uit: abietes quoq; letate ſunt ſup te: ⁊ cedri Libani. Ex
quo dormiſti: nõ aſcẽdit q̃ ſuccidat nos. Infern⁹ ſubter
te cõturbat⁹ eſt in occurſu3 aduẽtus tui: ſuſcitauit tibi
C gigãtes. Oẽs principes terre ſurrexerũt de ſolijs ſuis:
oẽs p̃ncipes nationũ. Uniuerſi reſpõdebũt: ⁊ dicẽt tibi:
Et tu vulnerat⁹ es ſicut ⁊ nos: et noſtri ſimilis effectus
es. Detracta eſt ad inferos ſupbia tua: concidit cadauer
tuũ. Subter te ſternet̃ tinea: ⁊ operimentũ tuũ erũt ver
mes. Quomodo cecidiſti de celo lucifer: q̃ mane orieba-
ris: Corruiſti in terrã: qui vulnerabas gẽtes: q̃ dicebas
in corde tuo: In celum conſcendam: ſupra aſtra dei exal
tabo ſoliũ meũ: ſedebo ĩ mõte teſtamẽti in laterib⁹ aqui
lonis. Aſcendam ſuper altitudinẽ nubiũ: ſimilis ero al-
D tiſſimo. Uerũtamen in infernũ detraheris in profundũ
laci. Qui te viderint: ad te inclinabunt̃: teq; proſpiciẽt.
Nunq̃d iſte eſt vir q̃ cõturbauit terrã: q̃ cõcuſſit regna:
qui poſuit orbẽ deſertũ: ⁊ vrbes ei⁹ deſtruxit: vinctis ei⁹
nõ aperuit carcerẽ: Oẽs reges gẽtium vniuerſi dormie
runt in gloria: vnuſquiſq; in domo ſua: tu aũt p̃iect⁹ es
de ſepulchro tuo: q̃ſi ſtirps inutilis pollutus: et obuolu
tus cũ his qui interfecti ſunt gladio: ⁊ deſcenderunt ad
E fundamẽta laci. Quaſi cadauer putridũ nõ habebis con
ſortiũ: neq; cũ eis in ſepultura. Tu eñi terrã tuã diſper-
didiſti: tu populũ tuũ occidiſti. Nõ vocabit̃ in eternũ ſe
men peſſimorũ. Preparate filios eius occiſiõi in iniqui-
tate patrũ eorũ. Nõ cõſurgent: nec hereditabũt terrã:
neq; implebunt faciem orbis ciuitatũ. Et conſurgã ſup
eos: dicit domin⁹ exercituũ: ⁊ perdã Babylonis nomẽ:
⁊ reliquias: ⁊ germẽ: ⁊ progeniem: dicit domin⁹. Et po
F nam eã in poſſeſſionẽ hericij: ⁊ in paludes aquarũ: et ſco
pabo eã in ſcopa terẽs: dicit dominus exercituũ. Jura-
uit dominus exercituũ: dicẽs: Si nõ vt putaui: ita erit:
⁊ quõ mẽte tractaui: ſic eueniet: vt conterã Aſſyrium in
terra mea: ⁊ in montibus meis conculcẽ eũ: ⁊ auferetur
ab eis iugũ eius: ⁊ onus illius ab humero eoꝝ tolletur.
Hoc cõſiliũ quod cogitaui ſup oẽm terrã: ⁊ hec eſt ma-
nus extẽta ſup vniuerſas gẽtes. Domin⁹ eñi exercituũ
decreuit: ⁊ q̃s poterit infirmare: Et man⁹ eius extenta:
G ⁊ q̃s auertet eã: In anno quo mortuus eſt rex Achas: fa
ctũ eſt onus iſtud. Ne leteris Philiſtea oĩs tu: qm̃ cõ-
minuta eſt virga percuſſoris tui: de radice enim colubri
egredietur regulus: et ſemen eius abſorbens volucrem.
Et paſcentur primogeniti pauperũ: ⁊ pauperes fiducia
liter requieſcent: ⁊ interire faciã in fame radicẽ tuam: et
reliq̃s tuas interficiã. Ulula porta: clama ciuitas: pro-
ſtrata eſt Philiſtea oĩs. Ab aquilone eñi fumus veniet:
⁊ non eſt qui effugiet agmen eius. Et quid reſpondebi-
tur nuncijs gẽtis: Quia dominus fundauit Sion: ⁊ in
ipſo ſperabunt pauperes populi eius. XV.
ONus Moab. Quia nocte vaſtata eſt ar: mo A
ab cõticuit: q̃a nocte vaſtatus eſt mur⁹: moab Jere.48 f
cõticuit. Aſcẽdit dom⁹ et Dibõ ad excelſa in Ezech.7.c
planctũ ſup Nabo: ⁊ ſup medaba: moab vlu-
labit. In cũctis capitib⁹ ei⁹ caluiciũ: ⁊ omnis barba ra- B
detur. In triuijs eius accincti ſunt ſacco ſup tecta ei⁹:
⁊ in plateis eius omnis vlulatus deſcẽdit in fletũ. Cla-
mabit heſebõ ⁊ eleale: vſq; Jaſa audita eſt vox eoꝝ. Su-
per hoc expediti moab vlulabũt: anima eius vlulabit ſi- C
bi. Cor meũ ad Moab clamabit: vectes eius vſq; ad ſe
gor vitulã conſternantẽ. Per aſcenſum eñi Luith flens
aſcẽdet: ⁊ in via horonaim clamorẽ cõtritionis leuabũt.
Aque eñi Nemrim deſerte erũt: q̃a aruit herba: defecit
germen: viror omnis interijt. Secũdum magnitudinẽ D
operis ⁊ viſitatio eoꝝ. Ad torrẽtẽ ſalicũ ducẽt eos: quo-
niã circũibit clamor terminũ Moab. Uſq; ad Gallim
vlulat⁹ ei⁹: et vſq; ad puteũ Helim clamor ei⁹: q̃a aque
Dibon replete ſunt ſanguine. Ponam eñi ſuper Dibon
additamenta his qui fugerint de Moab leonem: et re-
liquijs terre. XVI
EMitte agnũ *dñe dñatorẽ terre: de petra A *he. emitte. domine ſupeſt.
deſerti ad mõtẽ filie Sion. Et erit ſicut auis
fugiẽs: ⁊ pulli de nido auolantes: ſic erũt filie
Moab in tranſcẽſu Arnon. Ini cõſiliũ: coge
cõſiliũ: pone quaſi noctẽ vmbrã tuã in meridie. Abſcõde
fugiẽtes: ⁊ vagos ne prodas. Habitabũt apud te p̃fugi
mei. Moab eſto latibulũ eoꝝ a facie vaſtatoris. Finitus
eſt eñi puluis: cõſummat⁹ eſt miſer: defecit q̃ cõculcabat
terrã. Et preparabit̃ ĩ miſcđia ſoliũ: ⁊ ſedebit ſup eũ ĩ ve B
ritate ĩ tabernaculo Dauid iudicãs: ⁊ querẽs iudiciũ: ⁊
velociter reddẽs quod iuſtũ eſt. Audiuimus ſupbiã mo- Jere.48c
ab: ſupbus eſt valde. Supbia ei⁹ ⁊ arrogãtia ei⁹: ⁊ indi-
gnatio ei⁹: pluſq̃ fortitudo ei⁹. Jdcirco vlulabit moab:
ad Moab vniuerſus vlulabit. His q̃ letant̃ ſup muros
cocti lateris: loquimini plagas ſuas: quoniã ſuburbana
heſebon deſerta ſunt. Et vineã Sabama dñi genitũ exci C
derunt. Flagella eius vſq; ad Jazer peruenerũt: erraue
runt in deſerto: propagines eius relicte ſunt: trãſierunt Jere.48 c
mare. Sup hoc plorabo in fletu Jazer: ⁊ vineã ſabama.
Inebriabo te lachryma mea heſebõ et eleale: quoniã ſup
vindemiã tuã: et ſup meſſem tuã vox calcãtiũ irruit. Et
auferet̃ letitia: ⁊ exultatio de carmelo: ⁊ ĩ vineis nõ exul
tabit: neq; iubilabit. Uinũ in torculari nõ calcabit: qui D
calcare cõſueuerat: vocẽ calcantiũ abſtuli. Sup hoc ven
ter me⁹ ad Moab q̃ſi cithara ſonabit: et viſcera mea ad
murũ cocti lateris. Et erit: cũ apparuerit q̃d laborauit
Moab ſup excelſis ſuis: ingrediet̃ ad ſancta ſua vt obſe
cret: ⁊ non valebit. Hoc verbũ quod locutus eſt dñs ad
Moab extũc: et nũc locut⁹ eſt: dicẽs: In trib⁹ annis q̃ſi
anni mercenarij auferetur gloria Moab ſup omĩ popu
lo multo: et relinquetur in eo ſicut racemus paruus: et
modicus nequaq̃ multus. XVII.
ONus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe A
ciuitas: ⁊ erit ſicut aceruus lapidũ in ruina.
Derelicte ciuitates Aroer gregibus erũt: et
requieſcent ibi: et non erit qui exterreat. Et
ceſſabit adiutoriũ ab Effraim: ⁊ regnũ a Damaſco: ⁊ re
liquie ſyrie: ſicut gloria filioꝝ iſrael erũt: dicit dñs exer-
cituũ. Et erit in die illa: attenuabit̃ gloria Jacob: et pin
guedo carnis ei⁹ emarceſcet: ⁊ erit ſicut cõgregãs ĩ meſ
ſe: q̃d reſtiterit: ⁊ brachiũ eius ſpicas leget. Et erit ſicut B

querens ſpicas in valle raphaim: ⁊ relinquetur ī eo ſicut
racemus: ⁊ ſicut excuſſio oleę duarū aut triū oliuarū in
ſummitate rami: ſiue quatuoꝛ aut q̄nq̃. In cacuminibꝰ
eius fructus eius: dicit dñs deus iſrael. In die illa incli
nabiť homo ad factoꝛē ſuū: et oculi eius ad ſanctū iſrael
reſpiciēt: ⁊ nō inclinabiť ad altaria: q̄ fecerūt manus eiꝰ:
⁊ q̄ opati ſunt digiti eius: nō reſpiciēt lucos: ⁊ delubꝛa.
C In die illa erūt ciuitates foꝛtitudinis eiꝰ derelictę ſicut
aratra: et ſegetes: q̄ derelictę ſunt a facie filioꝝ iſrľ. Et
erit deſerta q̄a oblita es dei ſaluatoꝛis tui: et foꝛtis adiu
toꝛis tui nō es recoꝛdata. Propterea plātabis plātatio
nē fidelē: ⁊ germē alienū ſeminabis. In die plantatiōis
tuę labꝛuſca: ⁊ mane ſemē tuū floꝛebit. Ablata eſt meſſis
in die hereditatꝫ: et dolebit grauiter. Vę mľtitudini po
puloꝝ multoꝛū: vt multitudo maris ſonantis: ⁊ tumul
D tus turbarū: ſicut ſonitus aquarū multarū. Sonabunt
populi ſicut ſonitus aquaꝝ inundantiū: ⁊ increpabit eū
⁊ fugiet ꝓcul. Et rapieť ſicut puluis montiū a facie vē-
ti: ⁊ ſicut turbo coꝛā tempeſtate. In tēpoꝛe veſperi: ⁊ ec
ce turbatio in matutino: et nō ſubſiſtet. Hęc eſt pars eo
rū q̄ vaſtauerunt nos: ⁊ ſoꝛs diripientiū nos. XVIII
A VAe terrę cymbalo alarū: q̄ eſt trans flumē e-
thiopię: qui mittit in mare legatos: ⁊ in vaſis
papyri ſuꝑ aquas. Ite angeli veloces ad gen
tē cōuulſam ⁊ dilaceratā: ad populū terribilē
poſt quē nō eſt alius: ad gentē expectantē ⁊ cōculcatam
cuius diripuerūt flumina terrā eius: * ad montē nomi-
*ſuper eſt ad montē nominis dñi exercituū montem ſion. nis dñi exercituū montē Sion. Oēs habitatoꝛes oꝛbis
qui moꝛamini in terra: cū eleuatū fuerit ſignū in monti
bus: videbitis: et clangoꝛē tubę audietis: quia hęc dicit
dominus ad me: Ego quieſcā: ⁊ cōſiderabo in loco meo
B ſicut meridiana lux clara eſt: ⁊ ſicut nubes roꝛꝫ ī die meſ
ſis. Ante meſſeꝫ eñ totus effloꝛuit: ⁊ immatura ꝑfectio
C germinauit: ⁊ pręcidenť ramuſculi eius falcibus: ⁊ quę
derelicta fuerint: abſcindenť: ⁊ excutientur: ⁊ relinquen
tur ſimul auibus montiū: ⁊ beſtijs terrę: ⁊ ęſtate perpe-
tua erunt ſuꝑ eū volucres: ⁊ oēs beſtię terrę ſuꝑ illā hye
D mabūt. In tēpoꝛe illo defereť munus domino exercituū
a populo diuulſo et dilacerato: a populo terribili: poſt
quem non fuit alius a gente expectante: ⁊ conculcata: cu
ius diripuerunt flumina terrā eius ad locū nominis do
mini exercituum montem Sion. XIX.
A ONus egypti. Ecce dñs aſcēdet ſuper nubē le
uē: et īgredieť egyptū: ⁊ cōmouebunť ſimula
cra egypti a facie eius: ⁊ coꝛ egypti tabeſcet ī
medio eius. Et cōcurrere faciā egyptios ad-
uerſus egyptios: ⁊ pugnabit vir cōtra fratrē ſuum: ⁊ vir
ꝯtra amicū ſuū: ciuitas aduerſus ciuitatē: regnū aduer
ſus regnū: et dirumpetur ſpiritus egypti in viſceribus
eius: ⁊ cōſiliū eius pręcipitabo: ⁊ interrogabunt ſimula
cra ſua: ⁊ diuinos ſuos: ⁊ phythones: et hariolos: et tra
dā egyptū in manu dominoꝝ crudeliū: et rex foꝛtis do-
minabitur eoꝛū: ait dominꝰ deus exercituū. Et areſcet
aqua de mari: ⁊ fluuius deſolabitur atq̃ ſiccabitur: ⁊ de
ficient flumina. Et attenuabunť: ⁊ ſiccabuntur riui ag-
B gerū. Calamus et iuncus marceſcet: nudabitur alueus
riui a fonte ſuo. Et omnis ſementꝫ irrigua ſiccabiť: areſ
cet: ⁊ nō erit. Et moerebunt piſcatoꝛes: ⁊ lugebunt oēs
mittentes in flumē hamū: et expandentes rete ſuꝑ faciē
aquarū emarceſcent. Cōfundentur qui operantur linū
plectētes: ⁊ texentes ſubtilia. Et erūt irrigua eius flac-
centia oēs qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.
Stulti pꝛincipes Thaneos: ſapientes cōſiliarij pharao
nis: dederūt cōſiliū inſipiēs. Quomodo dicetis pharao-
ni: Filius ſapientiū ego: filius regū antiquoꝛū? Vbi nūc
ſunt ſapiētes tui? Annūcient et indicēt tibi q̄d cogitaue
rit dñs exercituū ſuper egyptū. Stulti facti ſunt: pꝛin-
cipes Thaneos: emarcuerunt pꝛincipes mempheos: et
C deceperunt egyptū angulū populoꝛū eius. Dñs miſcuit
ī medio eius ſpiritū vertiginꝫ. Et errare fecerūt egyptū
in omni opere ſuo: ſicut erat ebꝛius ⁊ vomēs. Et nō erit
egypto opus q̄d faciat: caput ⁊ caudā īcuruantē ⁊ refre
nantē. In die illa erit egyptus quaſi mulieres: ⁊ ſtupe-
būt ⁊ timebunt a facie cōmotionꝫ manus dñi exercituū
quā ipſe mouebit ſuꝑ eā: ⁊ erit terra iuda egypto in pa-
uoꝛē. Oīs q̄ illius fuerit recoꝛdatus: pauebit a facie cōſi
lij domini exercituū q̄d ipſe cogitauit ſuper eā. In die il
la erunt quinq̃ ciuitates in terra egypti: loquentes lin
gua chanaā: ⁊ iurantes per dñm exercituū. Ciuitas ſo
lis vocabiť vna. In die illa erit altare dñi in medio terrę
egypti: ⁊ titulus dñi iuxta terminū eius: ⁊ erit ī ſignū et
in teſtimoniū dño exercituū in terra egypti. Clamabūt D
eñ ad dñm a facie tribulantis: ⁊ mittet eis ſaluatoꝛē et
pꝛopugnatoꝛē: qui liberet eos: ⁊ cognoſcetur dominus
ab egypto: ⁊ cognoſcent egyptij dñm in die illa: ⁊ colent
eū in hoſtijs ⁊ in muneribus: ⁊ vota vouebunt dño: ⁊ ſol
uēt. Et ꝑcutiet dñs egyptū plaga: ⁊ ſanabit eā: ⁊ reuer
tentur ad dñm: ⁊ placabiť eis: et ſanabit eos. In die illa
erit via de egypto in aſſyrios: ⁊ intrabit aſſyrius in egy
ptū: ⁊ egyptius in aſſyrios: et ſeruient egyptij aſſur. In
die illa erit iſrael tertius egyptio: ⁊ aſſyrio: benedictio ī
medio terrę: cui benedixit dñs exercituū: dicēs: Bñdi-
ctus populus meus egypti: ⁊ opus manuū mearū aſſy-
rius: hereditas aūt mea Iſrael. XX
IN anno: quo ingreſſus eſt Thartā in Azotū: A
cū miſiſſet eū Sargon rex aſſyrioꝛū: ⁊ pugnaſ
ſet cōtra Azotū: ⁊ cepiſſet eā: in tēpoꝛe illo lo-
cutus eſt dñs in manu Eſaię filij amos: dicēs
Vade ⁊ ſolue ſaccū de lumbis tuis: ⁊ calciamēta tua tol
le de pedibus tuis. Et fecit ſic: vadēs nudus: ⁊ diſcalcia
tus. Et dixit dñs: Sicut ambulauit ſeruus meꝰ Eſaias
nudus ⁊ diſcalciatꝰ: triū annoꝝ ſignū ⁊ poꝛtentū erit ſu B
ꝑ egyptū: et ſuꝑ ethiopiā: ſic minabit rex aſſyrioꝛū capti
uitatē egypti: ⁊ trāſmigrationē ethiopię: iuuenē ⁊ ſenē:
nudā et diſcalciatā diſcoopertis natibus ad ignominiā
egypti. Et timebunt: ⁊ cōfundenť ab ethiopia ſpe ſua: ⁊
ab egypto gloꝛia ſua. Et dicet habitatoꝛ īſulę huius in
die illa: Heccine erat ſpes noſtra: ad q̄s cōfugimus ī au
xiliū: vt liberarēt nos a facie regis aſſyrioꝛū? Et quomo
do effugere poterimus nos? XXI.
ONus deſerti marꝫ. Sicut turbīes ab aphrico A
veniūt: de deſerto venit de terra hoꝛribili. Vi
ſio dura nunciata eſt mihi. Qui īcredulus eſt abacuc. 2
infideliter agit: ⁊ qui depopulatoꝛ eſt: vaſtat. Joan. 3. d
Aſcende Elā: obſide madai: oēm gemitū eius ceſſare fe-
ci. Propterea repleti ſunt lumbi mei doloꝛe: ⁊ anguſtia
poſſedit me ſicut anguſtia parturiētis. Coꝛrui cū audi B
rē: cōturbatus ſuꝫ cū viderē: emarcuit coꝛ meū: tenebꝛę
ſtupefecerunt me. Babylon dilecta mea: poſita eſt mihi
in miraculū. Pone mēſam: cōtēplare in ſpecula. Come
dētes ⁊ bibētes ſurgite pꝛincipes: arripite clypeū. Hęc
eñ dixit mihi dñs: Vade ⁊ pone ſpeculatoꝛē: ⁊ q̄dcūq̃ vi
derit: annūciet. Et vidit currū duoꝛū equitū: aſcenſoꝛē C
aſini: ⁊ aſcenſoꝛē cameli: ⁊ cōtēplatus eſt diligenter mul
to ītuitu. Et clamauit vt leo: Super ſpeculam dñi ego
ſum: ſtans iugiter per diē: ⁊ ſuper cuſtodiā meā ego ſuꝫ: abacu. 2 a
ſtans totis noctibus. Ecce iſte venit aſcenſoꝛ vir bigę hiere. 5. a.
equitū: ⁊ reſpondit: ⁊ dixit: Cecidit cecidit Babylon: et apoc. 4. b.
oīa ſculptilia deoꝝ eius contrita ſunt in terra. Tritura
mea et filia areę meę quę audiui a dño exercituum deo
iſrael: annunciaui vobis. Onus duma ad me clamat ex D
Seir: Cuſtos q̄d de nocte: cuſtos quid de nocte? Dixit
cuſtos: Venit mane ⁊ nox. Si queritis: querite: cōuerti
mini: ⁊ venite. Onus in arabia. In ſaltu ad veſperā doꝛ
mietꝫ: ī ſemitis dodanim. Occurrētes ſitiēti ferte aquā:
q̄ habitatis terrā auſtri: cū panibꝰ occurrite fugienti. A
facie eñ gladioꝝ fugierūt: a facie gladij īminētꝫ: a facie
arcus extenti: a facie grauis pꝛęlij: qm̄ hęc dicit dominꝰ
ad me: Adhuc in vno anno q̄ſi in anno mercenarij: et au
feretur omnis gloꝛia Cedar: et reliquię numeri ſagitta
D

rioꝛū foꝛtiū de filijs Cedar imminuentur: dominus eñ
deus Jſrael locutus eſt. XXII.
A Onus vallis viſiōis. Quidnā quoqꝫ tibi eſt: qꝛ
aſcēdiſti ⁊ tu oīs ī tecta clamoꝛis plena: vꝛbs
frequēs: ciuitas exultās? Jnterfecti tui nō in
terfecti gladio: nec moꝛtui tui moꝛtui ī bello
Cuncti pꝛincipes tui fugerūt ſimul: dureqꝫ ligati ſunt.
Oēs qui inuenti ſunt: vincti ſunt pariter: ꝓcul fugerūt
Pꝛopterea dixi: Recedite a me: amare flebo. Nolite in
cūbere: vt cōſolemini me ſup vaſtitate filię ppl'i mei. Di-
es eñ iterfectiōis ⁊ cōculcatiōis: ⁊ fletuū dño deo exerci
B tuū in valle viſiōis. Scrutās murū: ⁊ magnificus ſuper
montē. Et Elā ſumpſit pharetrā: ⁊ currū hoīs eqtis: et
parietē nudauit clypeꝰ. Et erūt electę valles tuę plenę
quadrigarū: ⁊ eqtes ponēt ſedes ſuas ī poꝛta: ⁊ reuela-
C bit̄ operimētū iudę. Et videbit ī die illa armamētariū
domus ſaltus: et ſciſſuras ciuitatis dauid videbitis: qa
multiplicatę ſunt. Et cōgregaſtis aqs piſcinę inferioꝛ
⁊ domos ieruſalē numeraſtis: et deſtruxiſtis domos ad
muniendū murū. Et lacū feciſt inter duos muros: ⁊ a-
quā piſcinę veteris: ⁊ nō ſuſpexiſtis ad eū q̄ fecerat eam:
D ⁊ operatoꝛē eius de longe nō vidiſt. Et vocabit dñs de
us exercituū in die illa ad fletū: ⁊ ad planctū: ⁊ ad calui-
tiū: ⁊ ad cingulū ſacci: et ecce gaudiū: et lęticia occidere
vitulos: ⁊ iugulare arietes: comedere carnes ⁊ bibere vi
nū. Comedamus: ⁊ bibamus: cras eñ moꝛiemur. Et re
uelata eſt in auribus meis vox dñi exercituū. Si dimit-
i.coꝛ.15.c E tetur iniquitas hęc vobis donec moꝛiamini: dicit domi
nus exercituum. Hęc dicit dñs exercituū: Uade: et in-
gredere ad eū qui habitat in tabernaculo ad ſobnā ꝑpoſi
tū templi: et dices ad eū: Quid tu hic: aut quaſi quis hic
Quia excidiſti tibi hic ſepulchꝛū: excidiſti in excelſo me-
moꝛiale diligenter in petra tabernaculū tibi. Ecce domi
nus aſpoꝛtari te faciet: ſicut aſpoꝛtat̄ gallus gallinaciꝰ:
⁊ q̄ſi amictū ſic ſubleuabit te. Coꝛonās coꝛonabit te tri
bulatiōe: q̄ſi pilā mittet te in terrā latā: ⁊ ſpacioſā. Jbi
moꝛier: ⁊ ibi erit currus gloꝛię tuę: ⁊ ignominia domꝰ
dñi tui. Et expellā te de ſtatione tua: ⁊ de miniſterio tuo
F deponā te. Et erit ī die illa: Uocabo ſeruū meū Eliachī
filiū helchię: ⁊ induā illū tunica tua: ⁊ cingulo tuo cōfoꝛ
tabo eū: ⁊ poteſtatē tuā dabo in manus eius: ⁊ erit quaſi
Jiob.12.c pater habitātibꝰ ieruſalē: ⁊ domui iuda. Et dabo clauē
Apoca.3.b domus dauid ſup humerū eius: et aperiet: et nō erit qui
claudat: ⁊ claudet: ⁊ nō erit qui aperiat. Et figā illū pa-
xillū in loco fideli: ⁊ erit in ſoliū gloꝛię domui patris ſui
⁊ ſuſpendā ſup eū oēm gloꝛiā domus patris eius. Uaſo
rū diuerſa genera: oē vas paruulū a vaſis craterarū: vſqꝫ
ad omne vas muſicoꝛū. Jn die illa dicit dñs exercituum:
Auferet̄ paxillus: q̄ fixus fuerat in loco fideli: ⁊ franget̄:
⁊ cadet: ⁊ ꝑibit: qđ pepēderat in eo: qꝛ dñs locutus eſt.
A Onus Tyꝛi. Ululate naues maris: XXIII.
qꝛ vaſtata eſt domus: vnde venire cōſueuerāt:
de terra Cethim reuelatū eſt eis. Tacete qui
habitatis in iſula: negociatio ſidonis. Tranſ
fretātes mare: repleuerūt te in aquis multis: ſemē Nili
meſſis fluminis fruges eius: ⁊ facta eſt negociatio gen-
B tiū. Erubeſce ſidō: ait mare foꝛtitudo mar: dicēs: Nō
parturiui: et nō peperi: ⁊ nō enutriui iuuenes: nec ad in
cremētū ꝑduxi virgines. Cū auditū fuerit ī ęgypto: do-
lebunt cū audierint de tyro. Tranſite maria: vlulate q̄
habitatis ī inſula. Nūqđ nō veſtra hęc eſt: q̄ gloꝛiabat̄ a
diebus pꝛiſtinis in antiqtate ſua? Ducēt eā pedes ſui lō
ge ad ꝑegrinandū. Quis cogitauit hoc ſup tyrū quōdā
Jſrael: Quare vos feciſtis malũ grande hoc cõtra aĩas
veſtras:vt intereat ex vobis vir ⁊ mulier: paruulus ⁊ la-
ctens de medio Jude: nec relinquat̃ vobis quicq̃ reſi-
duum:pꝛouocãtes me in operibus manuum veſtrarũ ſa-
crificando dijs alienis in terra Aegypti: in quã ingreſſi
eſtis:vt habitetis ibi:⁊ diſpereatis:et ſitis in maledictio-
nem:⁊ in oppꝛobꝛiũ cũctis gẽtibus terre? Nunquid ob-
liti eſtis mala patrũ veſtroꝛũ:⁊ mala regũ Juda:⁊ mala
vxoꝛũ eoꝛũ:⁊ mala veſtra:⁊ mala vxoꝛũ veſtrarũ:que fe-
cerũt in terra Juda: ⁊ in regionib⁹ Jeruſalẽ? Nõ ſunt C
mũdati vſq̃ ad diem hanc:⁊ non timuerunt:⁊ nõ ambu-
lauerũt in lege domini:⁊ in pꝛeceptis meis:que dedi co-
ram vobis et coꝛã patribus veſtris. Jdeo hec dicit dñs
exercituũ de⁹ Jſrael:Ecce ego ponã faciẽ meã in vobis Amos. 9.
in malũ:⁊ diſperdã oẽm Judã. Et aſſumã reliquias iu- infra eodẽ
de:qui poſuerũt facies ſuas:vt ingrederent̃ terram egy-
pti:⁊ habitarẽt ibi:⁊ cõſument̃ oẽs in terra Aegypti: et
cadent in gladio ⁊ in fame: et conſument̃ a minimo vſq̃
ad maximũ:ĩ fame ⁊ in gladio moꝛient̃: ⁊ erunt in iuſiu-
randum:⁊ in miraculum:⁊ in maledictionẽ: ⁊ in oppꝛo-
bꝛium. Et viſitabo ſuper habitatoꝛes terre Aegypti: ſi-
cut viſitaui ſup Jeruſalẽ in gladio ⁊ fame ⁊ peſte: ⁊ non
erit qui effugiat:⁊ ſit reſiduus de reliquijs Judeoꝛum: D
qui vadũt:vt peregrinent̃ in terra Aegypti:et reuertan-
tur in terram Juda:ad quam ipſi eleuãt animas ſuas:
vt reuertant̃ ⁊ habitẽt ibi. Nõ reuertent̃ illuc niſi qui fu-
gerint. Reſpõderunt aũt Jeremie oẽs viri ſciẽtes:q̃ ſa-
crificarent vxoꝛes eoꝝ dijs alienis: ⁊ vniuerſe mulieres
quarũ ſtabat multitudo grãdis:⁊ oĩs populus habitan-
tiũ in terra Aegypti in Phatures: dicentes: Sermonẽ
quẽ locut⁹ es ad nos in noĩe dñi nõ audiem⁹ ex te: ſed fa-
cientes faciemus omñe verbũ: quod egredietur de oꝛe no-
ſtro:vt ſacrificemus regine celi:et libemus ei libamina:
ſicut fecimus nos ⁊ patres noſtri : reges noſtri et pꝛinci-
pes noſtri in vꝛbib⁹ Juda:⁊ ĩ plateis Jeruſalẽ:⁊ ſatura-
ti ſum⁹ panib⁹:⁊ bene nobis erat:malũq̃ non vidimus.
Ex eo autem tẽpoꝛe quo ceſſauimus ſacrificare regine E
celi:⁊ libare ei libamina:indiguimus omnib⁹:et gladio
⁊ fame conſumpti ſumus. Quod ſi nos ſacrificam⁹ regi-
ne celi:⁊ libamus ei libamina:nũquid ſine viris noſtris
faciemus ei placẽtas ad colendũ eã: ⁊ libamina ad liban-
dũ? Et dixit ieremias ad oẽm populũ: aduerſum viros
⁊ aduerſum mulieres ⁊ aduerſum vniuerſam plebẽ:q̃ re-
ſpõderãt ei verbũ:dicẽs: Nunq̃d nõ ſacrificiũ q̃d ſacrifi-
caſtis in ciuitatib⁹ Juda:⁊ ĩ plateis Jeruſalẽ:vos ⁊ pa- F
tres veſtri:reges veſtri ⁊ pꝛincipes veſtri ⁊ populus ter-
re:hoꝛũ recoꝛdat⁹ eſt dñs:⁊ aſcẽdit ſup coꝛ ei⁹? Et non
poterat dñs vltra poꝛtare ꝑpter malitiã ſtudioꝝ veſtro-
rũ:⁊ ꝑpter abominatiões quas feciſtis. Et facta eſt ter-
ra veſtra in deſolationẽ ⁊ in ſtupoꝛẽ ⁊ in maledictũ:eo q̃
non ſit habitatoꝛ:ſicut eſt dies hec. Propterea q̃ ſacri-
ficaueritis idolis:⁊ peccaueritis dño: et non audieritis
vocem domini:et in lege ⁊ in pꝛeceptis et in teſtimonijs
ei⁹ nõ ambulaueritis:idcirco euenerũt vobis mala hec:
ſicut eſt dies hec. Dixit autem Jeremias ad oẽm popu-
lũ ⁊ ad vniuerſas mulieres: Audite verbũ domini omñis
Juda:qui eſtis ĩ terra Aegypti. Hec dicit domin⁹ exer-
cituum deus Jſrael:dicẽs: Uos et vxoꝛes veſtre locuti
eſtis oꝛe veſtro: ⁊ manibus veſtris impleſtis: dicentes: B
Faciamus vota noſtra:que vouimus:vt ſacrificem⁹ re- ſup. eodẽ.
gine celi:⁊ libemus ei libamina. Jmpleſtis vota veſtra:
⁊ opere ꝑpetraſtis ea:ideo audite verbũ dñi oĩs Juda:q̃
habitatis in terra Aegypti. Ecce ego iuraui in noĩe meo
magno:ait dñs: q̃a nequaq̃ vltra vocabit̃ nomẽ meũ ex
oꝛe oĩs viri Judei:dicẽtis:Uiuit dñs deus in omñi terra
Aegypti. Ecce ego vigilabo ſup eos ĩ malũ:⁊ nõ ĩ bonũ:
⁊ cõſument̃ oẽs viri iuda:q̃ ſunt ĩ terra Aegypti gladio
⁊ fame:donec penit⁹ conſumant̃. Et q̃ fugerint gladiũ:
reuertent̃ de terra Aegypti ĩ terrã iuda viri pauci:et ſci- Gene.xx.
ent oẽs reliquie iuda ĩgrediẽtiũ terrã egypti:vt habitẽt

ibi:cui⁹ ſermo cõpleat̃:meus:an illoꝝ. Et hoc vobis ſi-
gnum:ait dñs:q̃d viſitẽ ego ſup vos in loco iſto: vt ſcia-
tis:q̃a vere cõplebũtur ſermones mei cõtra vos i malũ.
Hec dicit dñs:Ecce ego tradã Pharaonẽ ophꝛea regẽ
Aegypti in man⁹ inimicoꝝ ei⁹:ꝛ in manus querentium
animã illi⁹: ſicut tradidi ſedechiã regẽ iuda i manu na-
buchodonoſoꝛ regis babylonis inimici ſui: ⁊ querentis
animam eius. XLV.

A VErbũ q̃d locut⁹ eſt Jeremias ꝓpheta ad Ba
ruch filiũ Nerię cũ ſcripſiſſet v̇ba hęc i libꝛo
ex oꝛe Jeremię anno quarto ioachim filij io-
ſię regis iuda:dicẽs: Hęc dicit dñs de⁹ iſrael
ad te baruch: Dixiſti: Vę miſero mihi:quoniã addidit
B dñs doloꝛem doloꝛi meo. Laboꝛaui in gemitu meo:⁊ re
quiẽ nõ inueni. Sic dices ad eũ: Hęc dicit dñs:Ecce q̃s
ędificaui ego deſtruo:ꝛ q̃s plantaui:ego euello:⁊ vniuer
ſam terrã hãc. Et tu quęris tibi grãdia? Noli quęrere:
q̃a ecce ego adducã malũ ſup oẽm carnẽ:ait dñs:⁊ dabo
tibi aĩam tuã i ſalutẽ i oĩb⁹ locis ad quęcũq; perrexeris.

A QVod factũ eſt verbũ dñi ad Jere- XLVI.
miã ꝓphetã cõtra oẽs gentes:ad ęgyptũ ad-
uerſum exercitum pharaonis Necho regis
Aegypti:q̃ erat iuxta fluuiũ Eufraten i char
chamis:quẽ ꝑcuſſit Nabuchodonoſoꝛ rex Babylonis
in quarto anno Joachim filij Joſię regis iuda. Prępa
rate ſcutũ ⁊ clipeũ:ꝛ pꝛocedite ad bellũ: iungite equos:
⁊ aſcendite equites:ſtate in galeis: polite lanceas:indui
te vos loꝛicis. Quid igit̃? Vidi ipſos pauidos et terga
B vertẽtes:foꝛtes eoꝝ cęſos. Fugerũt conciti:nec reſpexe
runt. Terroꝛ vndiq;:ait dñs. Nõ fugiet velox:nec ſalua
ri ſe putet foꝛtis. Ad aquilonẽ iuxta flumẽ Eufraten vi
cti ſunt:⁊ ruerũt. Quis eſt iſte:q̃ q̃ſi flumen aſcendit: et
veluti fluuioꝝ intumeſcũt gurgites eius? Aegyptus flu
minis inſtar aſcẽdit: et velut flumina mouebũtur fluct⁹
eius:⁊ dicet: Aſcẽdens operiã terrã:perdam ciuitatẽ:et
habitatoꝛes eius. Aſcẽdite equos:ꝛ exultate in currib⁹:
⁊ pꝛocedãt foꝛtes Aethiopię et Lybię tenẽtes ſcutum:
C ⁊ Lydij arripientes:⁊ iacientes ſagittas. Dies autẽ il-
le domini dei exercituũ dies vltionis: vt ſumat vindictã
de inimicis ſuis. Deuoꝛabit gladius ⁊ ſaturabit̃:et ine-
bꝛiabitur ſanguine eoꝝ. Victima eñi dñi exercituum in
terra aquilonis iuxta flumẽ Eufratẽ. Aſcẽde i galaad:
ꝛ tolle reſinam virgo filia Aegypti. Fruſtra multiplicas
medicamina:ſanitas nõ erit tibi. Audierũt gẽtes igno-
miniam tuã:⁊ vlulat⁹ tuus repleuit terrã:q̃a foꝛtis im-
D pegit in foꝛtẽ:⁊ ambo pariter cõciderũt. Verbũ q̃d locu
tus eſt dñs ad Jeremiã ꝓphetã ſup eo q̃d vẽturus eſſet
Nabuchodonoſoꝛ rex Babylonis:⁊ ꝑcuſſurus terram
ſupꝛa.z.c. Aegypti. Annũciate Aegypto: ⁊ auditũ facite i magda
lo:⁊ reſonet in Memphis:⁊ in Taphnis dicite: Sta et
prępara te:q̃a deuoꝛabit gladius ea: quę per circũitum
tuũ ſunt. Quare cõputruit foꝛtis tuus? Non ſtetit:q̃m
domin⁹ ſubuertit eũ. Multiplicauit ruẽtes: ceciditq;
vir ad pꝛoximũ ſuũ. Et dicet: Surge: ꝛ reuertamur ad
populũ noſtrũ:⁊ ad terrã natiuitatis noſtrę a facie gla-
E dij colũbę. Vocate nomẽ pharaonis regis Aegypti:tu-
multũ adduxit tẽpus. Viuo ego:inquit rex: dñs exerci-
tuũ nomẽ ei⁹:q̃m ſicut Thaboꝛ i mõtib⁹: ⁊ ſicut carme-
lus in mari veniet. Vaſa trãſmigrationis fac tibi habi-
tatrix filia Aegypti:q̃a mẽphis in ſolitudinẽ erit: ⁊ deſe
retur: ꝛ inhabitabilis erit. Vitula elegãs atq; foꝛmoſa
Aegyptus:ſtimulatoꝛ ab aquilone veniet ei. Mercena-
rij quoq; ei⁹ qui verſabãtur in medio eius:⁊ quaſi vituli
ſaginati verſi ſunt:⁊ fugerũt ſimul: nec ſtare potuerũt:
quia dies interfectiõis eoꝝ venit ſup eos:⁊ tẽpus viſita-
F tionis eoꝝ. Vox ei⁹ q̃ſi ęris ſonabit:q̃m cũ exercitu ꝓpe
rabũt:⁊ cũ ſecurib⁹ veniẽt ei:q̃ſi cędentes ligna ſuccide-
rũt ſaltũ ei⁹:ait dñs:q̃ ſupputari nõ põt. Multiplicati
ſunt ſup locuſtas:⁊ nõ eſt in eis numer⁹. Cõfuſa eſt filia
Aegypti:⁊ tradita in man⁹ ppli aq̃lonis:dicit dñs exer-
cituũ de⁹ iſrael. Ecce ego viſitabo ſuper tumultũ alexã-
drię:ꝛ ſup ęgyptũ:⁊ ſup deos ei⁹:⁊ ſup reges eius:ꝛ ſup
Pharaonẽ:⁊ ſup oẽs q̃ cõfidũt i eo:ꝛ dabo eos i manus
quęrẽtiũ aĩam eoꝝ:⁊ i man⁹ nabuchodonoſoꝛ regis ba-
bylonis:⁊ i man⁹ ſeruoꝝ ei⁹. Et poſt hęc habitabit̃ ſicut G
dieb⁹ p̃ſtinis:ait dñs. Et tu ne timeas ſerue me⁹ iacob:
⁊ ne paueas iſrael. Quia ecce ego ſaluũ te faciã de lõgin ſupꝛa. 3.b Eſaie.4.a
quo:⁊ ſemen tuũ de terra captiuitatis tuę. Et reuertet̃
iacob:⁊ requieſcet:⁊ ꝓſperabit̃:⁊ nõ erit q̃ exterreat eũ.
Et tu noli timere ſerue me⁹ Jacob:ait dñs:q̃a tecũ ego
ſum:q̃a ego cõſumã cũctas gẽtes:ad q̃s eieci te. Te ve-
ro non conſumã:ſed caſtigabo te in iudicio:nec quaſi in-
nocenti parcam tibi. XLVII.

QVod factũ eſt verbũ dñi ad Jeremiã ꝓphetã A
cõtra Paleſtinos:anteq̃ꝑcuteret pharao ga
zam. Hęc dicit dñs:Ecce aquę aſcẽdẽt ab aq̃
lone:⁊ erũt q̃ſi toꝛrẽs inundãs:⁊ operiẽt ter-
rã et plenitudinẽ ei⁹:vꝛbẽ ⁊ habitatoꝛes ei⁹. Clamabũt B
hoĩes:⁊ vlulabũt oẽs habitatoꝛes terrę a ſtrepitu põpę
armoꝝ ⁊ bellatoꝝ ei⁹:a cõmotiõe q̃drigarũ ei⁹:⁊ multi
tudine rotaꝝ illi⁹. Nõ reſpexerũt patres filios manib⁹ C
diſſolutis:ꝓ aduẽtu diei:i quo vaſtabunt̃ oẽs philiſtijm
ꝛ diſſipabit̃ Tyꝛus:⁊ Sidon cũ oĩb⁹ reliquis auxilijs
ſuis. Depopulat⁹ eſt eñi dñs paleſtinos: reliquias iſulę D
Cappadocię. Venit caluitiũ ſup Gazã: cõticuit aſcalõ:
⁊ reliquię vallis eaꝝ. Vſq;quo cõcideris? O mucro dñi
vſq;quo nõ q̃eſces? Jngredere in vaginã tuã: refrigera-
re:⁊ ſile. Quomodo q̃eſcet: cũ dñs p̃ceperit ei aduerſus
aſcalonẽ:⁊ aduerſum maritimas ei⁹ regiões:ibiq; cõdi-
xerit illi. XLVIII.

AD moab. Hęc dicit dñs exercituũ de⁹ iſrael: A
Vę ſuper Nabo:quoniã vaſtata eſt ⁊ cõfuſa.
Capta eſt Cariathiarim: cõfuſa eſt foꝛtis et
tremuit. Nõ eſt vltra exultatio in moab:con
tra Heſebon cogitauerũt malũ. Venite:et diſperdam⁹
eã de gẽte. Ergo ſilẽs cõticeſces: ſequeturq; te gladi⁹.
Vox clamoꝛis de hoꝛonaim:vaſtitas ⁊ cõtritio magna.
Cõtrita eſt moab:annũciate clamoꝛem paruulis eius. ſupꝛa.17.b
Per aſcẽſum eñi Luith ploꝛãs:aſcẽdet i fletu: q̃m i de-
ſcẽſu hoꝛonaim hoſtes vlulatũ cõtritionis audierũt. Fu B
gite:ſaluate aĩas veſtras:ꝛ eritis q̃ſi myꝛicę in deſerto.
Pꝛo eo eñi quod habuiſti fiduciã i munitiõib⁹ tuis: ꝛ i
theſauris tuis tu q̃q; capieris. Et ibit chamos i trãſmi
grationẽ:ſacerdotes ei⁹ ⁊ pꝛincipes ei⁹ ſimul. Et veniet
pręȝdo ad oẽs vꝛbẽ:⁊ vꝛbs nulla ſaluabit̃. Et peribũt val
les: ꝛ diſſipabunt̃ cãpeſtria: q̃m dicit dñs: Date floꝛem
Moab:q̃a floꝛẽs egredieẗ:ꝛ ciuitates ei⁹ deſertę erũt ⁊
inhabitabiles. Maledictus:qui facit opus domini frau
dulẽter:⁊ maledict⁹:q̃ ꝓhibet gladiũ ſuũ a ſanguie. Fer
tilis fuit moab ab adoleſcẽtia ſua:⁊ requieuit i fecib⁹ ſuis.
Nec trãſfuſus eſt de vaſe i vas:⁊ in trãſmigrationẽ non
abijt. Jdcirco permãſit guſtus ei⁹ in eo: ⁊ odoꝛ eius nõ
eſt immutat⁹. Pꝛopterea ecce dies veniũt:dicit dñs:⁊
mittã ei oꝛdinatoꝛes:⁊ ſtratoꝛes lagũcularũ:et ſternent
eũ:⁊ vaſa ei⁹ exhauriẽt:ꝛ lagũculas eoꝝ collidẽt. Et cõ
fundet̃ moab a chamos:ſicut cõfuſa eſt dom⁹ iſrael a be-
thel:i qua habebat fiduciã. Quomodo dicitis: foꝛtes ſu C
mus:⁊ viri robuſti ad pręliandũ? Vaſtata eſt moab:⁊ ci
uitates illi⁹ ſuccẽderũt:ꝛ electi iuuenes ei⁹ deſcẽderunt
in occiſionẽ:ait rex:dñs exercituũ nomẽ ei⁹. Pꝛope eſt
interitus moab:vt veniat:⁊ malũ ei⁹ velociter accurret
nimis. Cõſolamini eũ oẽs:q̃ eſtis i circuitu ei⁹:⁊ vniuer
ſi qui ſcitis nomẽ ei⁹ dicite: Quomodo cõfracta eſt vir-
ga foꝛtis:bacul⁹ glorioſus? Deſcẽde de gloꝛia: ⁊ ſede in
ſiti habitatio filię Dibon:quoniã vaſtatoꝛ Moab aſcen
det ad te:diſſipabit munitiones tuas. Jn via ſta: ꝛ pꝛo- D
ſpice habitatio Aroer. Jnterroga fugientẽ: ꝛ ei qui eua
ſit:dic quid accidit. Cõfuſus eſt moab:quoniã vict⁹ eſt:
Vlulate ⁊ clamate:annũciate in Arnon:quoniam vaſtã
ta eſt Moab:⁊ iudiciũ venit ad terram campeſtrem:ſu

per holon: ⁊ ſuper Jaza: ⁊ ſuper Mephaath: ⁊ ſup Di-
bon: ⁊ ſup nabo: ⁊ ſup domū deblathaim: ⁊ ſup cariatha
im: ⁊ ſuper Bethgamul: ⁊ ſup Bethmaon: ⁊ ſuper Ca
rioth: ⁊ ſuper Boſra: ⁊ ſup oēs ciuitates terre Moab:
que lōge ⁊ prope ſunt. Abſciſum eſt coꝛnu Moab: ⁊ bra
chium eius contritū eſt: ait dn̄s. Inebriate eū: quoniam
cōtra dominū erectꝰ eſt. Et allidet manū Moab in vo-
mitu ſuo: ⁊ erit in deriſum etiā ipſe. Fuit em̄ in deriſum
tibi iſrael: q̄ſi inter fures reperiſſes eū. Propter v̄ba er-
go tua que aduerſuz illū locutꝰ es: captiuꝰ duceris. Re
linquite ciuitates: ⁊ habitate in petra habitatoꝛes mo-
ab: ⁊ eſtote q̄ſi colūba nidificās ī ſummo oꝛe foꝛaminis.
E Audiuimꝰ ſupbiā moab: ſupbꝰ eſt valde. Sublimitatē
Eſaie.16 d eius ⁊ arrogantiā ⁊ ſupbiā ⁊ altitudinē coꝛdis eius ego
ſcio: ait dn̄s. Jactantiā eiꝰ: eo ꝙ nō ſit iuxta eā virtꝰ eiꝰ:
nec iuxta q̄d poterat conata ſit facere. Ideo ſuper moab
eiulabo: ⁊ ad Moab vniuerſam clamabo: ad viros mu-
ri fictilis lamētantes. De plāctu Jazer ploꝛabo tibi vi-
Eſa.16.c. nea ſabama. Propagines tue tranſierunt mare: vſq; ad
mare iazer puenerūt. Sup meſſem tuā: ⁊ vindemiā tuā
predo irruit. Ablata eſt letitia: et exultatio de carmelo:
⁊ de terra moab: ⁊ vinū de toꝛcularibꝰ ſuſtuli. Nequaꝙ̄
calcatoꝛ vue ſolitū celeuma cātabit. De clamoꝛe heſebō
vſq; elcale: ⁊ ioſa dederūt vocē ſuā a ſegoꝛ vſq; ad hoꝛo-
naim vitulā cōſternātē: aque q̄z nemrim peſſime erūt.
F Et auferā de moab: ait dn̄s: offerentē in excelſis: ⁊ ſacri
ficantē dijs eius. Propterea coꝛ meū ad moab q̄ſi tibia
eris reſonabit: ⁊ coꝛ meū ad viros muri fictilis dabit ſo-
nitū tibiarū: quia plus fecit ꝙ̄ potuit: idcirco perierunt.
Eſa.15.a. Om̄e em̄ caput caluiciū: ⁊ om̄is barba raſa erit. In cun-
ctis manibꝰ colligatio: ⁊ ſup om̄e doꝛſum ciliciū. Et ſup
oīa tecta moab: ⁊ ī plateis eiꝰ oīs plāctꝰ: q̄m̄ cōtriui mo
ab ſicut vas inutile: ait dn̄s. Quomodo victa eſt: ⁊ vlu-
lauerūt? Quomodo deiecit ceruicē moab: ⁊ cōfuſus eſt?
Eritq; moab in deriſum: ⁊ ī exēplū oībꝰ in circuitu ſuo.
Hec dicit dn̄s: Ecce quaſi aquila volabit: ⁊ extēdet alas
G ſuas ad Moab. Capta eſt Carioth: ⁊ munitiōes cōpre
hēſe ſunt. Et erit coꝛ foꝛtiū moab ī die illa: ſicut coꝛ mu
lieris parturiētis: ⁊ ceſſabit moab eſſe populꝰ: q̄m̄ cōtra
Eſa.14.c. dominum gloꝛiatꝰ eſt. Pauoꝛ ⁊ fouea: ⁊ laqueus ſup te
o habitatoꝛ moab: ait dn̄s. Qui fugerit a facie pauoꝛis:
cadet ī foueā: ⁊ q̄ cōſcēderit de fouea: capiet laqueo. Ad-
ducā em̄ ſup moab annū viſitatiōis eoꝝ: ait dn̄s. In vm
bra Heſebon ſteterūt de laqueo fugiētes: q̄a ignis egreſ
ſus eſt de heſebon: et flām̄a de medio ſehon: ⁊ deuoꝛabit
partē moab: ⁊ verticē filioꝝ tumultꝰ. Ue tibi moab pe-
riſti popule Chamos: q̄a cōprehēſi ſunt filij tui: ⁊ filie
tue in captiuitatē. Et cōuertā captiuitatē moab in no
uiſſimis diebꝰ: ait dn̄s. Hucuſq; iudicia moab. XLIX.
A AD filios Ammon: Hec dicit dominus: Num
q̄d nō filij ſunt iſrael: aut heres nō eſt ei? Cur
igitur hereditate poſſedit melchon Gad: ⁊ po-
pulus eius in vrbibꝰ eius habitauit? Ideo ec
ce dies veniunt in te: dicit dominus: ⁊ auditū faciā ſuper
Rabbath filioꝝ Ammon fremitū prelij: ⁊ erit in tumu-
lū diſſipata: filieq; eiꝰ igne ſuccēdent: ⁊ poſſidebit iſrael
poſſeſſoꝛes ſuos: ait dn̄s. Ulula Heſebon: quoniā vaſta-
ta eſt Hay. Clamate filij Rabbath: accingite vos cili-
cijs. Plāgite ⁊ circūite per ſepes: quoniā Melchon in
tranſmigrationē ducetur: ſacerdotes eius et principes
B eius ſimul. Quid gloꝛiaris in vallibus? Defluxit vallis
tua filia delicata: que cōfidebas in theſauris tuis: ⁊ dice
bas: Quis veniet ad me? Ecce ego īducā ſup te terroꝛē:
ait dn̄s deꝰ exercituū: ab omnibꝰ q̄ ſunt in circuitu tuo:
⁊ diſpergemini ſinguli a cōſpectu veſtro: nec erit qui cō
greget fugiētes. Et poſt hec reuerti faciā fugiētes: ⁊ ca
ptiuos filioꝝ Ammon: ait dn̄s. Ad Idumeā. Hec dicit
dominus exercituū: Nunquid nō vltra eſt ſapiētia in the
man? Periit conſiliū a filijs. Inutilis facta eſt ſapiētia
eoꝝ. Fugite: ⁊ terga vertite: deſcēdite in voraginē habi

tatoꝛes Dedan: quoniā perditionē Eſau adduxi ſuper
eū: tempus viſitationis eius. Si vindemiatoꝛes eius ve
niſſent ſuper te: nō reliquiſſent racemū: ſi fures in nocte
rapuiſſent: quod ſufficeret ſibi. Ego vero diſcooperui C
Eſau: reuelaui abſcōdita eius: ⁊ celari non poterit. Ua
ſtatū eſt ſemē eius: ⁊ fratres eius: ⁊ vicini eius: ⁊ nō erit.
Relinque pupillos tuos: ⁊ ego faciam eos viuere: ⁊ vi-
due tue in me ſperabunt: quia hec dicit dominus: Ecce
quibus non erat iudiciū: vt biberent calicem: bibētes bi
bent: ⁊ tu quaſi innocens relinqueris. Nō eris innocēs:
ſed bibēs bibes. Quia p memetipſum iuraui: dicit dn̄s:
quod in ſolitudinē: ⁊ in oppꝛobꝛiū: ⁊ in deſertū: ⁊ in ma-
ledictionē erit Boſra: ⁊ oēs ciuitates eiꝰ erunt in ſolitu
dines ſempiternas. Auditū audiui a domino: ⁊ legatus
ad gentes miſſus ſum. Congregamini: ⁊ venite contra Eſa.47.c
eam: et cōſurgamus in preliū. Ecce em̄ paruulum dedi
te in gentibus: contēptibilem inter homines. Arrogan D
tia tua decepit te: ⁊ ſupbia coꝛdis tui: qui habitas in ca- abdiae.1.d
uernis petre: ⁊ apphēdere niteris altitudinē collis. Cū
exaltaueris quaſi aquila nidū tuū: inde detrahā te: dicit ſupra.18 c
dominus. Et erit Idumea deſerta. Oīs q̄ trāſibit p eā et.16.c.
ſtupebit: ⁊ ſibilabit ſup oēs plagas eiꝰ: ſicut ſubuerſa eſt Infra.50.c.
Sodoma ⁊ Gomoꝛra: ⁊ vicine eiꝰ: ait dn̄s. Nō habita-
bit ibi vir: ⁊ nō incolet eā filius hominis. Ecce quaſi leo
aſcēdet de ſupbia Joꝛdanis ad pulchꝛitudinē robuſtā:
q̄a ſubito currere faciā eū ad illā. Et q̄s erit electus: quē
prepona ei? Quis em̄ ſimilis mei? Et q̄s ſuſtinebit me?
Et q̄s eſt iſte paſtoꝛ: q̄ reſiſtat vultui meo? Propterea
audite conſiliū domini: quod inijt de Edō: ⁊ cogitatio- E
nes eiꝰ: quas cogitauit de habitatoꝛibꝰ Themā. Si nō
deiecerint eos paruuli gregis: niſi diſſipauerint cū eis
habitaculū eoꝛū. A voce ruine eoꝛū cōmota eſt terra: cla
moꝛ in mari rubꝛo auditus eſt vocis eius. Ecce q̄ſi aq̄la
aſcēdet ⁊ euolabit: ⁊ expādet alas ſuas ſuper Boſram.
Et erit coꝛ foꝛtiū Idumee in die illa: quaſi coꝛ mulieris
parturiētis. Ad Damaſcum. Cōfuſa eſt Hemath ⁊ Ar
phad: q̄a auditū peſſimū audierūt. Turbati ſunt in ma
ri: pre ſolicitudine quieſcere nō potuit. Diſſoluta eſt da-
maſcus: verſa eſt in fugā: tremoꝛ apphēdit eā. Anguſtia
⁊ doloꝛes tenuerūt eā: quaſi parturiētē. Quomodo de-
reliquerūt ciuitatē laudabilē: vrbē letitie? Ideo cadent
iuuenes eiꝰ in plateis eiꝰ: ⁊ oēs viri prelij cōticeſcēt ī die
illa: ait dn̄s exercituū. Et ſuccēdā ignē ī muro damaſci:
⁊ deuoꝛabit menia Benedad. Ad Cedar: ⁊ ad regna ha
ſoꝛ: que pcuſſit Nabuchodonoſoꝛ rex Babylonis: hec
dicit dominus: Surgite: ⁊ aſcendite ad Cedar: ⁊ vaſta F
te filios oꝛiētis. Tabernacula eoꝝ ⁊ greges eoꝝ capiēt:
pelles eoꝝ ⁊ omnia vaſa eoꝝ: ⁊ camelos eoꝝ tollēt ſibi: ⁊
vocabunt ſuper eos foꝛmidinē in circūitu eius. Fugite:
abite vehemēter: in voꝛaginibꝰ ſedete: q̄ habitatis haſoꝛ
ait dominus. Inijt enim contra vos Nabuchodonoſoꝛ
rex Babylonis cōſiliū: ⁊ cogitauit aduerſum vos cogi-
tiones. Conſurgite ⁊ aſcendite ad gentē quietam ⁊ ha-
bitantem cōfidenter: ait dominus. Nō oſtia: nec vectes
eius ſoli habitant. Et erūt cameli eoꝝ in direptionē: et
multitudo iumentoꝛum in predam: ⁊ diſpergam eos in
omnem ventū: qui ſunt attonſi in comam: ⁊ ex omni con
finio eoꝝ adducam interitū ſuper eos: ait dominus. Et
erit Haſoꝛ ī habitaculū dꝛaconū deſerta vſq; in eternū.
Nō manebit ibi vir: nec īcolet eā filius hominis. Quod G
factū eſt verbū domini ad Jeremiam pꝛophetam aduer
ſuz Elam: in pꝛincipio regni Sedechie regis Juda: di-
cens: Hec dicit dominus exercituū: Ecce ego confrin-
gam arcū Elam: ⁊ ſumā foꝛtitudinē eoꝛū: ⁊ inducam ſu
per Elam quatuoꝛ ventos a quatuoꝛ plagis celi: ⁊ ven-
tilabo eos in omnes ventos iſtos: ⁊ nō erit gens: ad quā
non perueniant pꝛofugi Elam. Et pauere faciā Elam
coꝛā inimicis ſuis: ⁊ in cōſpectu querentiū aīam eoꝛū: ⁊
adducā ſuper eos malū: irā furoꝛis mei: dicit dominus.
Et mittā poſt eos gladiū: donec conſumā eos: ⁊ ponam

ſoliũ meũ in Elam: et perdam inde reges et principes:
ait dominus. In nouiſſimis aũt diebus reuerti faciam
captiuos Elam: dicit dominus. L.
A Verbum quod locutus eſt dñs de Babylone:
⁊ de terra Chaldeoꝝ in manu Jeremie pro-
phete: Annũciate in gẽtibꝰ: et auditũ facite:
leuate ſignũ: predicate: ⁊ nolite celare: dicite:
Capta eſt Babylon: cõfuſus eſt bel: victꝰ eſt merodach.
Cõfuſa ſunt oĩa ſculptilia eoꝝ: ſuperata ſunt idola eoꝝ.
Quoniã aſcẽdet cõtra eã gens ab aqlone: que ponet ter
rã eius in ſolitudinẽ: et nõ erit qui habitet in ea: ab hoĩe
vſqꝫ ad pecus. Et moti ſunt: ⁊ abierunt. In diebꝰ illis ⁊
in tẽpore illo: ait dñs: veniẽt filij Iſrael ipſi ⁊ filij iuda ſi
mul: ambulãtes ⁊ flẽtes properabũt: ⁊ dominũ deũ ſuũ
querẽt. In Sion interrogabũt viã: huc facies eorum ve
niẽt: ⁊ apponẽtur ad dominũ foedere ſempiterno: quod
nulla obliuiõe delebit. Grex perditus factus eſt populꝰ
meus: paſtores eoꝝ ſeduxerũt eos: feceruntqꝫ vagari in
mõtibus. De mõte in collem tranſierũt: obliti ſunt cubi
B lis ſui. Oẽs qui inuenerũt: comederũt eos. Et hoſtes eo
rũ dixerũt: Nõ peccauimus: pro eo ꝙ peccauerũt dño de-
cori iuſtitie: ⁊ expectationi eoꝝ patrũ dño. Recedite de
medio Babylonis: ⁊ de terra Chaldeoꝝ egredimini: ⁊
eſtote quaſi hoedi ante gregẽ. Quoniã ecce ego ſuſcita-
bo: ⁊ adducam in Babylonẽ: congregationẽ gentiũ ma
gnarum de terra aquilonis: ⁊ preparabuntur aduerſus
eam: ⁊ inde capiet. Sagitta eius quaſi viri fortis inter-
fectoris non reuertet vacua. Et erit Chaldea in predã:
omnes vaſtãtes eã replebũtur: ait dñs. Quoniam exul-
C tatis: ⁊ magna loquimini: diripientes hereditatẽ meã:
quoniã effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbã: ⁊ mugiſtis ſi-
cut tauri. Confuſa eſt mater veſtra nimis: ⁊ adeqta pul
ueri que genuit vos. Ecce nouiſſima erit in gẽtibus: et
deſerta inuia ⁊ arẽs. Ab ira dñi nõ habitabit: ſed redige
tur tota in ſolitudinẽ. Oĩs qui trãſibit per Babylonẽ:
ſtupebit ⁊ ſibilabit ſup vniuerſis plagis eiꝰ. Prepara-
mini cõtra Babylonẽ per circuitum. Oẽs q tẽditis ar-
cũ: debellate eã: et nõ parcatis iaculis: qa dño peccauit.
Clamate aduerſus eam. Vbiqꝫ dedit manum. Ceci-
derunt fundamẽta eius: deſtructi ſunt muri eiꝰ: quoniã
vltio dñi eſt. Vltionem accipite de ea. Sicut fecit: facite
infra eodẽ ei. Diſperdite ſatorẽ de babylone: ⁊ tenentẽ falcẽ in tem
pore meſſis a facie gladij colũbe. Vnuſquiſqꝫ ad populũ
ſuũ cõuertet: ⁊ ſinguli ad terrã ſuã fugiẽt. Grex diſper-
ſus Iſrael: leones eiecerũt eũ. Primus comedit eũ rex
Aſſur: iſte nouiſſimus exoſſauit eũ nabuchodonoſor rex
Babylonis. Propterea hec dicit dñs exercituum deus
Iſrael. Ecce ego viſitabo regẽ Babylonis: et terrã eiꝰ:
ſicut viſitaui regẽ Aſſur: et reducã iſrael: ad habitaculũ
D ſuũ. Et paſcet Carmelus ⁊ Baſan: ⁊ ĩ mõte Effraim:
⁊ in Galaad ſaturabit aĩa eius. In diebꝰ illis et in tẽpo
re illo: ait dñs: queret iniquitas Iſrael: ⁊ non erit: ⁊ pec
catũ Juda: ⁊ nõ inueniet: quoniã propicius ero eis: quos
reliquero. Sup terrã dominãtiũ aſcẽde: ⁊ ſup habitato
res eius viſita. Diſſipa: ⁊ interfice que poſt eos ſunt: ait
dñs: ⁊ fac iuxta oĩa que precepi tibi. Vox belli in terra: ⁊
cõtritio magna. Quomodo cõfractus eſt: ⁊ cõtritꝰ mal
leus vniuerſe terre? Quomodo verſa eſt in deſertũ baby
lon in gẽtibꝰ? Illaqueaui te: ⁊ capta es Babylon: et ne-
ſciebas: inuẽta es ⁊ apprehẽſa: qm dñm prouocaſti. Aperuit
dñs theſaurũ ſuũ: ⁊ protulit vaſa ire ſue: qm opus eſt dño
deo exercituũ ĩ terra Chaldeoꝝ. Venite ad eã ab extre-
E mis finibꝰ: aperite vt exeãt: qui conculcẽt eã. Tollite de
via lapides: ⁊ redigite in aceruos: ⁊ interficite eã: nec ſit
qcꝙ reliquũ. Diſſipate vniuerſos fortes eiꝰ: deſcendant
in occiſionẽ. Ve eis: qa venit dies eoꝝ: tẽpus viſitatiõis
eoꝝ. Vox fugiẽtiũ: ⁊ eoꝝ q euaſerũt de terra babylonis:
vt annunciẽt in Sion vltionẽ dñi dei noſtri: vltionẽ tẽ-
ſup. eodẽ. pli eiꝰ. Annũciate in babylone plurimis: omibꝰ q tẽdũt
arcũ. Cõſiſtite aduerſus eã per gyrũ: ⁊ nullꝰ euadat. Red
dite ei ſm opus ſuũ: iuxta oĩa q fecit: facite illi: qa contra
dominũ erecta eſt aduerſus ſanctũ iſrael. Idcirco cadẽt
iuuenes eiꝰ ĩ plateis eiꝰ: et oẽs viri bellatores eiꝰ cõtice-
ſcẽt in die illa: ait dñs. Ecce ego ad te ſuperbe: dicit dñs
deꝰ exercituũ: qa venit dies tuus: tẽpus viſitatiõis tue.
Et cadet ſupbꝰ ⁊ corruet: ⁊ nõ erit q ſuſcitet eũ. Et ſuc-
cendã ignẽ in vrbibꝰ eiꝰ: et deuorabit oĩa in circuitu eiꝰ.
Hec dicit dñs deꝰ exercituũ: Calũniã ſuſtinẽt filij iſra-
el: ⁊ filij iuda ſimul. Oẽs q ceperũt eos: tenent: nolũt di- F
mittere eos. Redẽptor eoꝝ fortis: dñs exercituũ nomẽ
eiꝰ. Judicio defendet cauſam eoꝝ: vt exterreat terrã: et
cõmoueat habitatores babylonis. Gladiꝰ ad chaldeos:
ait dominus: ⁊ ad habitatores Babylonis: et ad princi
pes et ad ſapiẽtes eiꝰ. Gladius ad diuinos eiꝰ qui ſtulti
erũt. Gladiꝰ ad fortes illiꝰ: q timebũt. Gladius ad eqs
eiꝰ: ⁊ ad currus eiꝰ: et ad omne vulgꝰ: qd eſt in medio eiꝰ:
⁊ erũt qſi mulieres. Gladiꝰ ad theſauros eiꝰ: q diripien-
tur. Siccitas ſup aqs eiꝰ erit: ⁊ areſcẽt: qa terra ſculpti
liũ eſt: ⁊ in portẽtis gloriant. Propterea habitabũt dra
cones cũ fatuis ſicarijs: ⁊ habitabunt in ea ſtruthiones.
Et nõ inhabitabit vltra vſqꝫ in ſempiternũ: nec extruet
vſqꝫ ad generationẽ ⁊ generationẽ. Sicut ſubuertit do
minus Sodomã ⁊ gomorrã: ⁊ vicinas eiꝰ: ait dñs. Nõ Gen.19.e.
habitabit ibi vir: ⁊ nõ incolet eã filiꝰ hominis. Ecce po-
pulus veniet ab aquilone: ⁊ gens magna et reges multi G
conſurgẽt a finibꝰ terre. Arcũ ⁊ ſcutũ apprehẽdent: cru
deles ſunt ⁊ ĩmiſericordes. Vox eoꝝ qſi mare ſonabit: ⁊
ſuper equos aſcẽdent: ſicut vir paratꝰ ad preliũ cõtra te
filia Babylon. Audiuit rex babylonis famã eoꝝ: ⁊ diſſo-
lute ſunt manꝰ eiꝰ. Anguſtia apprehẽdit eũ: dolor qſi par
turientẽ. Ecce qſi leo aſcẽdet de ſupbia iordanis ad pul
chritudinem robuſtã: quia ſubito currere faciã eũ ad il-
lam. Et quis erit electus quẽ preponã ei? Quis em ſimi
lis mei: ⁊ qs ſuſtinebit me? Et qs eſt iſte paſtor: qui reſi-
ſtat vultui meo? Propterea audite cõſiliũ dñi: qd mẽte Job.41.a
concepit aduerſum babylonẽ: ⁊ cogitatiões eiꝰ: quas co
gitauit ſuper terrã Chaldeorum. Niſi detraxerint eos
paruuli gregũ: niſi diſſipatũ fuerit cũ ipſis habitaculũ
eorũ. A voce captiuitatis Babylonis cõmota eſt terra:
⁊ clamor inter gentes auditus eſt. LI.
Hec dicit dominꝰ: Ecce ego ſuſcitabo ſuper
Babylonẽ: ⁊ ſuper habitatores eius: qui cor A
ſuũ leuauerũt cõtra me: quaſi ventũ peſtilen-
tem: ⁊ mittã in Babylonẽ ventilatores: ⁊ vẽ
tilabunt eã: ⁊ demolient terrã eiꝰ: quoniã venerũt ſuper
eã vndiqꝫ in die afflictionis eiꝰ. Nõ habitabit: q tẽdit ar
cum ſuũ: ⁊ nõ aſcẽdet loricatꝰ. Nolite parcere iuuenibꝰ
eius: interficite oẽm miliciã eius. Et cadẽt interfecti in
terra Chaldeoꝝ: ⁊ vulnerati in regiõibꝰ eius. Quoniã
non fuit viduatus Iſrael: ⁊ Juda a deo ſuo domino ex-
ercituũ. Terra autem eorum repleta eſt delicto a ſancto
Iſrael. Fugite de medio Babylonis: vt ſaluet vnuſqſqꝫ
animã ſuã. Nolite tacere ſup iniquitatẽ eius: quoniam
tẽpus vltionis eius eſt a domino: viciſſitudinẽ ipſe retri
buet ei. Calix aureus Babylon in manu dñi: inebrians
omnem terrã. De vino eius biberunt omnes gentes: et Apoc.14b
ideo cõmote ſunt. Subito cecidit Babylon: ⁊ contrita
eſt. Vlulate ſuper eã: tollite reſinam ad dolorem eius: ſi
forte ſanetur. Curauimus Babylonẽ: ⁊ non eſt ſanata.
Derelinquamus eã: ⁊ eamus vnuſquiſqꝫ in terrã ſuam.
Quoniam peruenit vſqꝫ ad celos iudiciũ eius: ⁊ eleuatũ
eſt vſqꝫ ad nubes. Protulit dominus iuſticias noſtras: B
venite ⁊ narremus in Sion opꝰ domini dei noſtri. Acui
te ſagittas: et implete pharetras. Suſcitauit dominus
ſpiritũ regũ Medorũ: et cõtra Babylonẽ mẽs eius eſt:
vt perdat eã. Qm vltio dñi eſt: vltio tẽpli ſui. Sup mu-
ros babylonis leuate ſignũ: augete cuſtodiã. Leuate cu
ſtodes: preparate ĩſidias: qa cogitauit dñs: ⁊ fecit qcunqꝫ
locutꝰ eſt cõtra habitatores babylonis. Que habitas ſu
per aquas multas: locuples ĩ theſauris: venit finis tuꝰ

pedalis pꝛeciſiõis tuę. Jurauit dñs exercituũ ꝑ animã
ſuã: quoniã replebo te hominibꝰ: q̃ſi bꝛucho: ⁊ ſup te ce-
amos. 6. c leuma cantabit. Qui fecit terrã in foꝛtitudine ſua: ⁊ pꝛę
parauit oꝛbẽ ĩ ſapiẽtia ſua: ⁊ pꝛudẽtia ſua extẽdit cęlos.
ſup. 10. b. Dãte eo vocẽ: multiplicant aquę in cęlo. Qui leuat nu-
bes ab extremo terrę: fulgura in pluuiã fecit: et ꝑducit
vẽtos de theſauris ſuis. Stultus factꝰ eſt oĩs hõ a ſcien-
tia: cõfuſus eſt oĩs cõflatoꝛ in ſculptili: q̃a mẽdax eſt con
flatio eiꝰ: nec eſt ſpũs in eis. Uana ſunt opa ⁊ riſu digna
in tẽpoꝛe viſitatiõis ſuę peribũt. Nõ ſicut hęc pars Ja
cob: q̃a q̃ fecit oĩa ipſe eſt: ⁊ Iſrael ſceptrũ hęreditatis
E eius: dñs exercituũ nomẽ eiꝰ. Collidis tu mihi vaſa bel
li: ⁊ ego collidã in te gẽtes: ⁊ diſperdã ĩ te regna. Et col
lidã in te equũ ⁊ equitẽ eius: ⁊ collidã in te currũ ⁊ aſcen
ſoꝛem eius: ⁊ collidã in te virũ et mulierẽ. Et collidã in
te ſenem ⁊ puerũ: ⁊ collidam in te iuuenem ⁊ virginem.
Et collidã in te paſtoꝛẽ ⁊ gregẽ eius: ⁊ collidã ĩ te agri-
colã ⁊ iugales eiꝰ. Et collidã in te duces et magiſtratꝰ.
Et reddam Babyloni: ⁊ cunctis habitatoꝛibus Chal-
dęę oĩe malum ſuũ: quod fecerũt in Sion in oculis ve
ſtris: ait dñs. Ecce ego ad te mõs peſtifer: ait dominus:
qui coꝛrũpis vniuerſam terrã. Et extẽdã manũ meã ſu-
per te: ⁊ euoluã te de petris: ⁊ dabo te in montẽ combu-
ſtionis: ⁊ nõ tollẽt de te lapidẽ in angulũ: ⁊ lapidẽ ĩ fun-
damẽto: ſed perditus in ęternũ eris: ait dominus. Le-
uate ſignũ in terra: clangite buccina in gentibus. San-
ctificate ſuper eã gentes: annũciate cõtra illam regibus
Ararat Menni ⁊ Aſcanez: numerate cõtra eã taphſar.
Adducite equũ quaſi bꝛuchũ aculeatũ. Sanctificate cõ
tra eã gẽtes: reges Medię duces eius: et vniuerſos ma
giſtratus eius: cunctãq; terrã poteſtatis eius. Et cõmo
uebit terra: ⁊ cõturbabit: q̃a euigilabit contra babylonẽ
cogitatio dñi: vt ponat terrã Babylonis deſertã ⁊ inha
bitabilẽ. Ceſſauerũt foꝛtes Babylonis a pꝛęlio: habita
D uerũt in pꝛęſidijs. Deuoꝛatũ eſt robur eoꝝ: et facti ſunt
q̃ſi mulieres. Incẽſa ſunt tabernacula eius: cõtriti ſunt
vectes eiꝰ. Currẽs obuiã currẽti veniet: ⁊ nũcius obuiꝰ
nunciãti: vt annuncient regi Babylonis: q̃a capta eſt ci
uitas eius a ſummo vſq; ad ſummũ: et vada pꝛęoccupa-
ta ſunt: ⁊ paludes incẽſę ſunt igni: et viri bellatoꝛes con
turbati ſunt. Quia hęc dicit dñs exercituũ deꝰ Iſrael:
Filia Babylonis quaſi area: tẽpus trituręę eius. Adhuc
modicũ: ⁊ veniet tẽpus meſſiõis eiꝰ. Comedit me: deuo
rauit me Nabuchodonoſoꝛ rex Babylonis. Reddidit
me quaſi vas inane. Abſoꝛbuit me quaſi dꝛaco: repleuit
vẽtrẽ ſuũ teneritudine mea: ⁊ eiecit me. Iniq̃tas aduer
ſum me: ⁊ caro mea ſup babylonẽ: dicit habitatio ſion: ⁊
ſanguis meus ſuper habitatoꝛes Chaldęę dicit Jeru-
ſalem. Pꝛopterea hęc dicit dominus: Ecce ego iudica-
bo cauſam tuã: ⁊ vlciſcar vltionẽ tuã. Et deſertũ faciam
mare eius: ⁊ ſiccabo venam eius. Et erit babylon in tu-
mulos: habitatio dꝛaconũ ſtupoꝛ ⁊ ſibilus: eo q̃ nõ ſit ha
E bitatoꝛ. Simul vt leones rugiẽt: ⁊ excutiẽt comas velu
ti catuli leonũ. In caloꝛe eoꝝ ponã potus eoꝝ: ⁊ inebꝛia
bo eos: vt ſopiant: ⁊ doꝛmiant ſomnũ ſempiternũ: ⁊ non
conſurgãt: dicit dñs. Deducã eos quaſi agnos ad victi-
mam: ⁊ quaſi arietes cũ hoedis. Quomodo capta eſt ſe-
ſach: ⁊ cõpꝛehẽſa eſt inclyta vniuerſę terrę? Quomodo
facta eſt in ſtupoꝛẽ babylon inter gentes? Aſcẽdit ſup ba
bylonem mare: multitudine fluctuũ eius operta eſt. Fa-
ctę ſunt ciuitates eius in ſtupoꝛẽ: terra inhabitabilis et
deſerta: terra in qua nullus habitet: nec tranſeat per eã
filius hominis. Et viſitabo ſuper bel ĩ babylone: et eijciã
quod abſoꝛbuerat de oꝛe eius: et nõ confluẽt ad eã vltra
gẽtes. Siquidẽ ⁊ murus babylonis coꝛruet. Egredimi
ni de medio eius populꝰ meus: vt ſaluet vnuſquiſq; ani-
mam ſuã ab ira furoꝛis dñi. Et ne foꝛte molleſcat coꝛ ve
ſtrũ: ⁊ timeatis auditũ: q̃ audiet in terra: ⁊ veniet in an-
no auditio: ⁊ poſt hũc annũ auditio: ⁊ iniq̃tas in terra: ⁊
dominatoꝛ ſuper dominatoꝛẽ. Pꝛopterea ecce dies ve-
niunt: ⁊ viſitabo ſup ſculptilia babylonis: ⁊ oĩs terra eiꝰ
cõfundet: ⁊ vniuerſi interfecti eius cadẽt in medio eius.
Et laudabunt ſuper babylonẽ cęli ⁊ terra ⁊ omnia quę
in eis ſunt: q̃a ab aquilone venient ei pꝛędones: ait dñs.
Et q̃modo fecit babylon: vt caderent occiſi in iſrael: ſic F
de babylone cadẽt occiſi in vniuerſa terra. Qui fugiſtis
gladiũ: venite: nolite ſtare. Recoꝛdamini ꝓcul dñi: ⁊ ie-
ruſalẽ aſcẽdat ſup coꝛ veſtrũ. Cõfuſi ſumꝰ: quoniã audi
uimus oppꝛobꝛiũ. Operuit ignominia facies noſtras:
q̃a venerunt alieni ſup ſanctificationẽ domꝰ dñi. Pꝛo-
pterea ecce dies veniũt: ait dñs. Et viſitabo ſup ſculpti-
lia babylonis: ⁊ in oĩ terra eiꝰ mugiet vulneratus. Si
aſcẽderit babylon ĩ cęlũ: ⁊ firmauerit ĩ excelſo robur ſuũ:
ad me veniẽt vaſtatoꝛes eius: ait dñs. Uox clamoꝛis de
babylone: ⁊ cõtritio magna de terra Chaldęoꝝ: q̃m va-
ſtauit dñs babylonem: ⁊ ꝑdidit ex ea vocẽ magnã: ⁊ ſona
bunt fluctus eoꝝ quaſi aquę multę. Dedit ſonitum vox
eoꝝ: q̃a venit ſup eã: id eſt ſuper babylonẽ pꝛędo. Et ap
pꝛehenſi ſunt foꝛtes eiꝰ: ⁊ emarcuit arcus eoꝝ: q̃a foꝛtis
vltoꝛ dñs reddens retribuet. Et inebꝛiabo pꝛincipes eiꝰ
⁊ ſapiẽtes eius: duces eius ⁊ magiſtratus eius: ⁊ foꝛtes
eius. Et doꝛmiẽt ſomnũ ſempiternũ: ⁊ nõ expergiſcent:
ait rex: dñs exercituũ nomen eius. Hęc dicit dñs exerci
tuum: Murus babylonis ille latiſſimus ſuffuſione ſuf- G
fodietur: ⁊ poꝛtę eius excelſę igne cõburẽtur: et laboꝛes
populoꝝ ad nihilũ: ⁊ gentiũ in ignẽ erũt: et diſperibũt.
Uerbũ quod pꝛęcepit Jeremias ꝓpheta ſaraię filio ne-
rię filij maaſię: cũ pergeret cũ Sedechia rege in babylo
nem: ĩ anno quarto regni eiꝰ: Saraias aũt erat p̃nceps
pꝛophetię. Et ſcripſit Jeremias oĩe malũ: qđ venturũ
erat ſup babylonẽ ĩ libꝛo vno: oĩa v̄ba hęc: q̃ ſcripta ſunt
cõtra babylonẽ. Et dixit Jeremias ad ſaraiã: Cũ vene-
ris in babylonẽ: ⁊ videris: ⁊ legeris oĩa verba hęc: dices:
Dñe tu locutꝰ es ꝯtra locũ iſtũ: vt diſperderes eũ: ne ſit
q̃ ĩ eo habitet: ab hoĩe vſq; ad pecꝰ: ⁊ vt ſit ꝑpetua ſolitu
do. Cũq; cõpleueris legere libꝛũ iſtũ: ligabis ad eũ lapi
dẽ: ⁊ ꝓijcies illũ in mediũ eufratẽ: ⁊ dices: Sic ſubmer-
getur babylõ: ⁊ nõ cõſurget a facie afflictiõis: quam ego
adduco ſup eã: ⁊ diſſoluet. Hucuſq; v̄ba Jeremię. LII.
Filius viginti et vnius anni erat Sedechias: A
cũ regnare coepiſſet: ⁊ vndecim annis regna 4. re. 14. d.
uit in Jeruſalẽ. Et nomẽ matris eiꝰ Hami 2 par. 36 d
thal: filia Jeremię de Lobna. Et fecit malũ
in oculis dñi iuxta oĩa: q̃ fecerat Joachim: quãdo furoꝛ
dñi erat in Jeruſalẽ ⁊ ĩ Juda: vſq;quo ꝓijceret eos a fa-
cie ſua: ⁊ receſſit Sedechias a rege babylonis. Factũ eſt ſupꝛa. 36 a
autẽ in anno nono regni eiꝰ in mẽſe decimo: decima die. 4. reg. 25 a
mẽſis: venit Nabuchodonoſoꝛ rex babylonis ipſe et oĩs
exercitus eius aduerſus Jeruſalẽ: ⁊ obſederũt eã: ⁊ ędi
ficauerũt cõtra eã munitiões ĩ circuitu. Et fuit ciuitas B
obſeſſa vſq; ad vndecimũ annũ regni Sedechię. Mẽſe
autẽ quarto nona die menſis obtinuit fames ciuitatẽ: ⁊
nõ erãt alimẽta populo terrę. Et dirupta eſt ciuitas: et
oẽs viri bellatoꝛes eiꝰ fugerũt. Exierũtq; de ciuitate no
cte per viã poꝛtę: quę eſt inter duos muros: et ducit ad
hoꝛtũ regis: Chaldęis obſidẽtibꝰ vꝛbẽ ĩ gyꝛo: et abierũt
per viã: quę ducit in eremũ. Perſecutꝰ eſt aũt chaldęoꝝ
exercitus regẽ: ⁊ appꝛehenderunt Sedechiã in deſerto:
quod eſt iuxta Jericho: et oĩs comitatus eiꝰ diffugit ab
eo. Cũq; cõpꝛehẽdiſſent regẽ: adduxerũt eũ ad regẽ ba C
bylonis in reblatha: quę eſt in terra hemath: ⁊ locutꝰ eſt
ad eũ iudicia. Et iugulauit rex babylonis filios Sede-
chię in oculis eiꝰ: ſed ⁊ oẽs pꝛincipes iuda occidit in reb
latha. Et oculos Sedechię eruit: et vinxit eũ cõpedibꝰ:
⁊ adduxit eũ rex babylonis ĩ babylonẽ: ⁊ poſuit eũ in do-
mo carceris vſq; ad diẽ moꝛtis eiꝰ. In mẽſe aũt quinto:
decima mẽſis: ipſe eſt annus nonuſdecimus Nabucho-
donoſoꝛ regis babylonis: venit Nabuzaradan pꝛinceps
militię: q̃ ſtabat coꝛã rege babylonis in ieruſalẽ: ⁊ incen-
dit domũ dñi: ⁊ domũ regis: ⁊ oẽs domꝰ ieruſalẽ: ⁊ oẽm

domū magnā igne cōbuſſit: ⁊ totū murū Jeruſalē ꝑ cir
D cuitū deſtruxit cūctus exercitꝰ chaldeoꝝ: q̄ erat cū magi
ſtro militię. De pauperibꝰ aūt populi: et de reliq̄ vulgo:
quod remāſerat in ciuitate: ⁊ de ꝓfugis: q̄ trāſfugerant
ad regē Babylonis: ⁊ ceteros de multitudine trāſtulit
nabuzaradan p̄nceps militię. De paupibꝰ vo terrę reli-
quit nabuzaradā p̄nceps militię vinitores et agricolas.
Colūnas q̄q; ęreas: q̄ erāt in domo dñi: ⁊ baſes: ⁊ mare
ęneū: qđ erat ī domo dñi: cōfregerūt chaldei: ⁊ tulerunt
omē ęs eoꝝ in babylonē. Et lebetes ⁊ creagras et pſalte
ria ⁊ phialas ⁊ mortariola ⁊ oīa vaſa ęrea: q̄ ī miniſterio
fuerāt: tulerūt: ⁊ hydrias: ⁊ thymiamateria: ⁊ vrceos: et
pelues: ⁊ cādelabra: ⁊ mortaria: ⁊ cyathos. Quotq̄t au-
E rea: aurea: ⁊ q̄tq̄t argētea: argētea. Tulit magiſter mi-
litię colūnas duas: ⁊ mare vnū: ⁊ vitulos duodeci ęreos
q̄ erāt ſub baſibꝰ: q̄s fecerat rex ſalomō ī domo dñi. Nō
erat pōdus ęris oīm horū vaſoꝝ. De colūnis aūt decē ⁊
octo cubiti altitudinis erāt ī colūna vna: ⁊ funiculꝰ duo
deci cubitoꝝ circūibat eā. Porro groſſitudo eiꝰ q̄tuor
digitoꝝ: ⁊ intrinſecus caua erat: et capitella ſuꝑ vtrāq;
F ęrea: ⁊ altitudo capitelli vniꝰ q̄nq; cubitoꝝ: ⁊ retiacula:
et malogranata ſuꝑ coronā ī circuitu oīa ęnea: ſimiliter
colūnę alteriꝰ. Et fuerūt malogranata nonagīta ſex de-
pēdentia: ⁊ oīa malogranata centū retiaculis circunda
bantur. Et tulit magiſter militię Saraiā ſacerdotē pri
mū: ⁊ Sophoniā ſacerdotē ſecundū: ⁊ tres cuſtodes ve-
ſtibuli: ⁊ de ciuitate tulit eunuchū vnū: q̄ erat ꝓpoſitꝰ ſu
per viros bellatores: ⁊ ſeptē viros de his q̄ videbāt faciē
regis: q̄ inuēti ſunt ī ciuitate. Et ſcribā principē militū
q̄ ꝓbabat tyrones: ⁊ ſexagīta viros de pplo terrę: q̄ inuē
ti ſunt ī medio ciuitatis. Tulit aūt eos nabuzaradā ma
giſter militię: ⁊ duxit eos ad regē babylonis ī reblatha.
Et ꝑcuſſit eos rex babylonis: ⁊ īterfecit eos ī reblatha ī
G terra hemath. Et tranſlatꝰ eſt iuda de terra ſua. Iſte eſt
populꝰ: quē trāſtulit Nabuchodonoſor. In anno ſepti
mo iudeos tria milla ⁊ vigītitres. In anno octauodeci
mo Nabuchodonoſor trāſtulit de Jeruſalē aīas octin-
gētas trigītaduas. In anno viceſimotertio Nabucho-
donoſor: trāſtulit nabuzaradan magiſter militię aīas
iudeoꝝ ſeptingentas q̄dragītaq̄nq;. Oēs ḡ aīę q̄tuor
millia ſexcētę. Et factū eſt ī triceſimo ſeptīo anno trāſ-
migrationis regis Joachim regis Juda: duodecīo mē
ſe: viceſimaq̄nta mēſis: leuauit Euilmerodach rex baby
lonis ipſo anno regni ſui: caput Joachin regis Judę: ⁊
eduxit eū de domo carceris: ⁊ locutꝰ eſt cū eo bona: ⁊ po
ſuit thronū eiꝰ ſuꝑ thronos regū: q̄ erūt poſt ſe ī babylo-
ne: ⁊ mutauit veſtimēta carceris eiꝰ: et comedebat panē
coram eo ſemper cūctis diebus vitę ſuę. Et cibaria eius
cibaria perpetua dabantur ei a rege Babylonis ſtatuta
per ſingulos dies: vſq; ad diem mortis ſuę cunctis die-
bus vitę eius.

¶ Finis.

Threni ſiue lamentationes Jeremię: quę Cinnoth hebraice inſcribuntur. Caput. I.

A Et factum eſt poſtquā
in captiuitatē redactus eſt Iſrael: et
Jeruſalē deſerta eſt: ſedit Jeremias
propheta flens: ⁊ planxit lamētatiōe
hac in Jeruſalem: ⁊ amaro animo ſu
ſpirans et eiulās: dixit: Aleph. Quo
modo ſedet ſola ciuitas plena populo. Facta eſt quaſi vi
Jere.13.c. dua dña gentiū. Princeps prouinciarū facta eſt ſub tri
buto. Beth. Plorās plorauit in nocte: ⁊ lachrymę eius
in maxillis eius. Nō eſt qui cōſoletur eā ex omībus cha-
ris eius: Omnes amici eius ſpreuerūt eam: et facti ſunt
ei inimici. Gimel. Migrauit Judas propter afflictio-
nem et multitudinē ſeruitutis. Habitauit inter gētes:
nec inuenit requiē. Omnes perſecutores eius apprehen B
derunt eam inter anguſtias. Daleth. Vię Sion lugēt:
eo ꝙ nō ſint: q̄ veniāt ad ſolemnitatē. Oēs portę eiꝰ de-
ſtructę: ſacerdotes eius gemētes. Virgines eius ſquali
dę: et ipſa oppreſſa amaritudine. He. Facti ſunt hoſtes
eius in capite: inimici eius locupletati ſunt: quia domi-
nus locutus eſt ſuper eā propter multitudinē iniquita-
tum eius. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatē ante
faciem tribulātis. Vau. Et egreſſus eſt a filia Sion oīs
decor eiꝰ. Facti ſunt p̄ncipes eiꝰ velut arietes non inue- C
nientes paſcua: ⁊ abierunt abſq; fortitudine ante faciem
ſubſequētis. Zain. Recordata eſt Jeruſalem dierū affli
ctionis ſuę et preuaricationis oīm deſiderabiliū ſuorū:
quę habuerat a diebꝰ antiquis: cū caderet populus eiꝰ
in manu hoſtili: ⁊ non eſſet auxiliator. Viderūt eam ho-
ſtes: ⁊ deriſerūt ſabbata eius. Heth. Peccatū peccauit
Jeruſalē: ꝓpterea īſtabilis facta eſt. Oēs q̄ glorificabāt
eā: ſpreuerūt illā: q̄a viderūt ignominiā eiꝰ. Ipa aūt ge-
mens: ⁊ cōuerſa eſt retrorſum. Theth. Sordes eius in
pedibus eius: nec recordata eſt finis ſui. Depoſita eſt ve
hementer: non habens conſolatorē. Vide domine affli-
ctionem meā: quoniam erectus eſt inimicus. Jod. Ma D
num ſuā miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia
vidit gentes ingreſſas ſanctuariū tuū: de quibus prece-
peras ne intrarēt in eccleſiā tuā. Caf. Omnis populus
eius gemens: et quęrens panē. Dederūt precioſa quęq;
pro cibo ad refocillandū animā. Vide domine ⁊ conſide
ra: quoniam facta ſum vilis. Lamed. O vos omnes qui
tranſitis per viam: attēdite ⁊ videte: ſi eſt dolor ſicut do
lor meꝰ. Quoniam vindemiauit me: vt locutus eſt dñs
in die irę furoris ſui. Mem. De excelſo miſit ignem in E
oſſibus meis: et erudiuit me. Expandit rete pedibus
meis: conuertit me retrorſum. Poſuit me deſolatam
tota die moerore confectam. Nun. Vigilauit iugum
iniquitatum mearum in manu eius: conuolutę ſunt: et
impoſitę collo meo. Infirmata eſt virtꝰ mea: dedit me
dominus in manu de qua nō potero ſurgere. Samech.
Abſtulit omēs magnificos meos dñs de medio mei: vo-
cauit aduerſum me tēpus: vt contereret electos meos.
Torcular calcauit dominꝰ virgini filię Juda. Ain. Id- F
circo ego plorās: ⁊ oculus meus deducens aquas: quia
longe factus eſt a me cōſolator cōuertens animā meā: fa Jere.14.c
cti ſunt filij mei perditi: quoniā inualuit inimicꝰ. Phe.
Expandit Sion manus ſuas: non eſt qui conſoletur eā.
Mādauit dominus aduerſum Jacob: in circūitu eius
hoſtes eius. Facta eſt Jeruſalē: quaſi polluta menſtruis
inter eos. Zade. Juſtus eſt dominus: q̄a os eius ad ira
cundiam prouocaui. Audite obſecro vniuerſi populi: et
videte dolorē meū. Virgīes męę ⁊ iuuenes mei abierūt G
in captiuitatē. Coph. Vocaui amicos meos: ⁊ ipſi dece
perunt me. Sacerdotes mei ⁊ ſenes mei in vrbe cōſum-
pti ſunt: q̄a quęſierūt cibū ſibi: vt refocillarēt aīas ſuas.
Res. Vide dñe: quoniā tribulor: cōturbatus eſt venter
meus. Subuerſum eſt cor meū in memetipſa: quoniam
amaritudine plena ſum. Foris interficit gladiꝰ: et domi
mors ſimilis eſt. Sin. Audierūt: q̄a ingemiſco ego: ⁊ nō
eſt qui cōſolet̃ me. Oēs inimici mei audierūt malū meū:
lętati ſunt: quoniā tu feciſti. Adduxiſti diē cōſolatiōis:
⁊ fiāt ſimiles mei. Thau. Ingrediat̃ omē malū eoꝝ co-
ram te: ⁊ deuindemia eos ſicut vīdemiaſti me ꝓpter oēs
iniquitates meas. Multi eñ gemitus mei: et cor meū
moerens.

II. Aleph.

Quomodo obtexit caligine in furore ſuo do- A
minus filiā Sion: proiecit de cęlo in terram
inclytā Iſrael: ⁊ nō eſt recordatus ſcabelli pe
dum ſuorū in die furoris ſui. Beth. Precipi
tauit dñs: nec pepercit oīa ſpecioſa Jacob: deſtruxit in
furore ſuo munitiones virginis iuda: et deiecit in terrā:
polluit regnū ⁊ p̄ncipes eius. Gimel. Cōfregit in ira fu

roris ſui omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexterã
ſuã a facie inimici: ⁊ ſuccẽdit in Jacob: quaſi ignẽ flam-
B nȩ deuorantis in gyro. Daleth. Tetẽdit arcũ ſuũ quaſi
inimicus: firmauit dexterã ſuã q̃ſi hoſtis: et occidit om̃e
quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiȩ Sion: effu
dit quaſi ignẽ indignationẽ ſuã. He. Factus eſt dñs ve-
lut inimicus: pręcipitauit Iſrael. Pręcipitauit omnia
moenia eius: diſſipauit munitiones eius: ⁊ repleuit in fi
lia Juda humiliatũ ⁊ humiliatam. Vau. Et diſſipauit
quaſi hortũ tentoriũ ſuũ: demolitus eſt tabernaculũ ſuũ.
Obliuiõi tradidit dñs in Sion feſtiuitatẽ ⁊ ſabbatũ: et
ſpreuit in opprobrio ⁊ indignatiõe furoris ſui regẽ ⁊ ſa-
cerdotem. Zain. Repulit dñs altare ſuũ: maledixit ſan
C ctificationi ſuȩ. Tradidit in manus inimici muros tur
rium eius. Vocem dederũt in domo domini: ſicut in die
ſolenni. Heth. Cogitauit dominus diſſipare murum fi
liȩ Sion: tetendit funiculũ ſuũ: ⁊ nõ auertit manũ ſuã a
perditione. Luxitq; antemurale: ⁊ murus pariter diſſi-
patus eſt. Theth. Defixȩ ſunt in terrã portȩ eius: perdi
dit: ⁊ cõtriuit vectes eius: regẽ eius ⁊ principes eius in
gentibus. Non eſt lex: et prophetȩ eius non inuenerunt
viſionẽ a dño. Jod. Sederũt in terra: cõticuerũt ſenes
filiȩ Sion: cõſperſerũt cinere capita ſua: accincti ſunt ci
D licijs. Abiecerũt in terra capita ſua virgines Jeruſalẽ.
Caf. Defecerũt prȩ lachrymis ocli mei: cõturbata ſunt
viſcera mea. Effuſum eſt in terra iecur meũ ſuper cõtri-
tionem filiȩ populi mei: cũ deficeret paruulus: et lactẽs
in plateis oppidi. Lamed. Matribus ſuis dixerũt: vbi
eſt triticũ et vinũ: cũ deficerẽt quaſi vulnerati in plateis
ciuitatis: cũ exhalarẽt aĩas ſuas in ſinu matrũ ſuarum.
Mem. Cui cõparabo te: vel cui aſſimilabo te filia Jeru
ſalẽ? Cui adȩquabo te: ⁊ conſolabor te virgo filia ſion?
Magna eſt em̃ velut mare contritio tua: q̃s medebitur
tui? Nun ꝓphetȩ tui viderũt tibi falſa ⁊ ſtulta: nec ape-
riebant iniquitatẽ tuã: vt te ad poenitẽtiã prouocarẽt.
Viderũt aũt tibi aſſumptiones falſas ⁊ eiectiones. Sa-
E mech. Plauſerũt ſup te manibus oẽs tranſeũtes ꝑ viã
ſibilauerũt: ⁊ mouerunt capita ſua ſup filiã Jeruſalem:
Hȩccine eſt vrbs: dicẽtes: ꝑfecti decoris: gaudiũ vniuer
ſȩ terrȩ. Aperuerunt ſup te os ſuũ oẽs inimici tui: ſibila
uerũt ⁊ fremuerũt dẽtibꝰ ſuis: ⁊ dixerũt: deuorabimus.
F En iſta eſt dies quã expectabamꝰ: inuenimus: vidimꝰ.
Ain. Fecit dominus quȩ cogitauit: cõpleuit ſermonem
Leui.26 c Deu.28 b ſuũ: quẽ prȩceperat a diebꝰ antiquis. Deſtruxit: ⁊ nõ pe
percit: ⁊ lȩtificauit ſuper te inimicũ: ⁊ exaltauit cornu
hoſtiũ tuoꝝ. Zade. Clamauit cor eoꝝ ad dominũ ſuper
muros filiȩ Sion. Deduc quaſi torrentẽ lachrymas ꝑ
diẽ ⁊ noctẽ: nõ des requiẽ tibi: neq; taceat pupilla oculi
tui. Cuph. Cõſurge: lauda in nocte in principio vigilia
rũ: effunde ſicut aquã cor tuũ ante conſpectũ dñi. Leua
ad eũ manus tuas: pro aĩabꝰ paruuloꝝ tuorũ: q̃ fame pe
G reunt in capite omnium compeditorũ. Res. Vide dñe
⁊ cõſidera quẽ vindemiaueris ita. Ergo ne comedẽt mu-
lieres fructũ ſuũ: paruulos ad menſurã palmȩ: ſi occidi
tur in ſanctuario dñi ſacerdos ⁊ ꝓpheta? Sin. Jacue-
runt in terra foris puer ⁊ ſenex: virgines meȩ ⁊ iuuenes
mei ceciderũt in gladio. Interfeciſti in die furoris tui:
percuſſiſti: nec miſertus es. Thau. Vocaſti quaſi ad diẽ
ſolennẽ: qui terrerẽt me de circũitu: ⁊ non fuit in die fu-
roris dñi: qui effugeret ⁊ relinqueretur. Quos educaui
⁊ enutriui: inimicus meus cõſumpſit eos. III. Aleph.
A Ego vir vidẽs pauptatẽ meã in virga indigna
tionis eiꝰ. Aleph. Me minauit: ⁊ adduxit in
tenebras: ⁊ nõ ĩ lucẽ. Aleph. Tantũ in me ver
tit: ⁊ cõuertit manũ ſuã tota die. Beth. Ve-
tuſtam fecit pellem meã ⁊ carnẽ meã: cõtriuit oſſa mea.
Beth. Aedificauit in gyro meo: et circũdedit me felle et
labore. Beth. In tenebroſis collocauit me: quaſi mor-
tuos ſempiternos. Gimel. Circũȩdificauit aduerſum
me: vt nõ egrediar: aggrauauit cõpedem meũ. Gimel.
Sed ⁊ cũ clamauero ⁊ rogauero: excluſit orõnem meã.
Gimel. Concluſit vias mes lapidibꝰ quadris: ſemitas B
meas ſubuertit. Daleth. Vrſus inſidiãs factus eſt mihi
leo in abſcõdito. Daleth. Semitas meas ſubuertit: ⁊ cõ Oſee.2.
fregit me: poſuit me deſolatã. Daleth. Tetẽdit arcum
ſuũ: ⁊ poſuit me quaſi ſignũ ad ſagittã. He. Miſit in re
nibus meis filias pharetrȩ ſuȩ. He. Factꝰ ſum ĩ deriſuz
omni populo meo: canticũ eorũ tota die. He. Repleuit
me amaritudinibꝰ: inebriauit me abſynthio. Vau. Cõ- C
fregit ad numerũ dẽtes meos: cibauit me cinere. Vau.
Et repulſa eſt anima mea: oblitꝰ ſum bonorũ. Vau. Et
dixi: perijt finis meus: ⁊ ſpes mea a dño. Zain. Recor-
dare pauptatis ⁊ trãſgreſſionis meȩ: abſynthij ⁊ fellis.
Zain. Memoria memor ero: et tabeſcet in me aĩa mea.
Zain. Hȩc recolẽs in corde meo in deo ſperabo. Heth.
Miſericordiȩ domini: quia nõ ſumus cõſumpti: q̃a nõ
defecerũt miſeratiões eius. Heth. Noui diluculo: mul-
ta eſt fides tua. Heth. Pars mea dominus: dixit anima
mea: propterea expectabo eũ. Theth. Bonus eſt domi-
nus ſperantibꝰ in eũ: animȩ querẽti illũ. Theth. Bonũ
eſt prȩſtolari cũ ſilẽtio ſalutare dei. Theth. Bonũ eſt vi D
ro: cum portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua. Jod. Sede
bit ſolitariꝰ ⁊ tacebit: q̃a leuauit ſe ſup ſe. Jod. Ponet
in puluere os ſuũ: ſi forte ſit ſpes. Jod. Dabit ꝑcutienti
ſe maxillã: ſaturabit͂ opprobrijs. Caf. Quia nõ repellet
in ſempiternũ dominus. Caf. Quia ſe abiecit ⁊ miſere-
bitur: ſm̃ multitudinẽ miſericordiarũ ſuarũ. Caf. Nõ
enim humiliauit ex corde ſuo: et abiecit filios hominũ.
Lamed. Vt contereret ſub pedibus ſuis om̃es vinctos
terrȩ. Lamed. Vt declinaret iudicium viri: in cõſpectu
vultus altiſſimi. Lamed. Vt peruerteret hoiem in iudi
cio ſuo: dñs ignorauit. Mem. Quis eſt iſte q̃ dixit vt fie
ret: domino nõ iubẽte? Mem. Ex ore altiſſimi nõ egre-
dientur: nec mala: nec bona? Mẽ. Quid murmurauit
homo viuẽs: vir ꝓ pctĩs ſuis? Nũ. Scrutemur vias no- E
ſtras: ⁊ quȩramus: ⁊ reuertamur ad dominũ. Nun. Le
uemus corda nr̃a: cũ manibꝰ ad dominũ in cȩlos. Nun.
Nos inique egimus: ⁊ ad iracundiã prouocauimus: id
circo tu inexorabilis es. Samech. Operuiſti in furore: ⁊
percuſſiſti: occidiſti: nec pepperciſti. Samech. Oppoſui-
ſti nubẽ tibi: ne trãſeat oratio. Samech. Eradicationẽ
⁊ abiectionẽ poſuiſti me in medio populorũ. Phe. Ape
ruerũt ſuper nos os ſuũ omnes inimici. Phe. Formido
⁊ laqueus facta eſt nobis vaticinatio ⁊ contritio. Phe.
Diuiſiones aquarũ deduxit oculus meus in contritiõe
filiȩ populi mei. Ain. Oculus meus afflictus eſt nec ta-
cuit: eo ꝙ nõ eſſet requies. Ain. Donec reſpiceret: ⁊ vide
ret deꝰ de cȩlis. Ain. Oculꝰ meus deprȩdatꝰ eſt animã F
meã in cũctis filiabꝰ vrbis meȩ. Zade. Venatione cepe
runt me: quaſi auẽ inimici mei gratis. Zade. Lapſa eſt
in lacũ vita mea: ⁊ poſuerũt lapidẽ ſup me. Zade. Inun
dauerũt aquȩ ſuper caput meũ dixi: perij. Cuph. Inuo
caui nomẽ tuum dñe de lacu nouiſſimo. Cuph. Vocem
meam audiſti: ne auertas aurem tuam a ſingultu meo ⁊
clamoribus. Cuph. Appropinquaſti in die quãdo inuo
caui te: dixiſti ne timeas. Res. Judicaſti dñe cauſam
aĩȩ meȩ: redẽptor vitȩ meȩ. Res. Vidiſti dñe iniquita G
tem illorũ aduerſum me: iudica iudiciũ meũ. Res. Vi-
diſti oẽm furorẽ: vniuerſas cogitatiões eoꝝ aduerſum
me. Sin. Audiſti opprobria eoꝝ dñe: oẽs cogitatiões eo
rũ aduerſum me. Sin. Labia inſurgentiũ mihi: ⁊ medi
tationes eoꝝ aduerſum me tota die. Sin. Seſſionẽ eo-
rũ: ⁊ reſurrectionẽ eoꝝ vide: ego ſuz pſalmꝰ eoꝝ. Thau.
Reddes eis vicem dñe: iuxta opa manuũ ſuaꝝ. Thau.
Dabis eis ſcutũ cordis laborẽ tuũ. Thau. Perſeque-
ris ĩ furore tuo: ⁊ cõteres eos ſub cȩlis dñe. IIII. Aleph.
Quomodo obſcuratũ eſt aurũ: mutatꝰ eſt co- A
lor optimꝰ: diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in
cipes tui: latitauit populus tuus in mõtibus: et non eſt
qui congreget. Non eſt obſcura cõtritio tua: peſſima eſt
plaga tua. Oẽs qui audierunt auditionẽ tuã: compreſſe
runt manũ ſuper te: quia ſuper quẽ non tranſit malicia
tua ſemper? ¶ Finis.

Prologꝰ in Habacuc prophetã.

Q Vatuor prophetę in duodecim prophetarũ
volumine ſunt: e quibꝰ tres in p̃ncipio lẽma:
id eſt põdus titulũ habẽt: Naum Habacuc ⁊
Malachias. Porro Zacharias in medio et
circa finẽ duos huiuſcemodi ponit titulos: e quibꝰ vnus
eſt onꝰ vbi dñi ĩ terra adrach ⁊ damaſci requiei eiꝰ: alter
in fine: ſcilicet onꝰ vbi dñi ſup iſrael. De Naum oratio-
nibus tuis iã liber vnꝰ editus eſt. De Zacharia ⁊ Ma-
lachia: ſi vita comes fuerit differet̃. Nũc Habacuc habe
mus in manibꝰ: q̃ vel ex eo q̃ amabilis dñi eſt: vocat̃ am
plexatio: vel q̃ in certamẽ ⁊ luctã (⁊ vt ita dicã) amplexũ
cũ deo cõgredit̃: amplexãtis: id eſt luctãtis ſortitꝰ eſt no
mẽ. Nullus eñi tã audaci voce auſus eſt deũ ad diſcepta
tionẽ iuſtitię ꝓuocare: ⁊ dicere ei: cur ĩ rebꝰ humanis: et
mũdi iſtiꝰ põpa tãta rerũ v̄ſat̃ iniq̃tas? Vociferabor ad
te vim patiens: ⁊ nõ ſaluabis. Quare oſtendiſti mihi ini-
quitatem ⁊ laborẽ videre? Lacerata eſt lex: ⁊ non ꝑuenit
vſq; ad finẽ iudiciũ: q̃a ĩpiꝰ p̃ualet aduerſum iuſtũ: ideo
ingrediet̃ iudiciũ ꝑuerſum. Vides q̃ temeraria vox ſit:
⁊ quodãmodo blaſphemãtis creatorẽ ſuũ ad iudiciũ ꝓ-
uocare: ⁊ vas fragile aduerſus figulũ: cur tale vel tale fa
ctũ ſit diſputare? Necnõ ⁊ hoc animaduertendũ: q̃ aſſum
ptio vel põdus: q̃ grauia iã eſſe diximꝰ: ꝓphetę viſio eſt:
⁊ aduerſum Montani dogma ꝑuerſum intelligit qđ vi-
det: nec vt amẽs loquit̃: nec more inſanientiũ foemina-
rum: dat ſine mẽte ſonũ. Vnde ⁊ apl's iubet: vt ſi ꝓphe- 2 cor. 14. f
tantibus alijs alij fuerit reuelatũ: taceãt q̃ p̃us loquebã- Ibidem.
tur. Et ſtatim: nõ eſt: inq̃t: diſſenſiõis deꝰ: ſed pacis. Ex
quo intelligit̃: cũ q̃s ex volũtate reticet: ⁊ alteri locũ dat
ad loquendũ: poſſe loqui ⁊ tacere cũ velit. Qui iã ĩ extaſi
id eſt inuitꝰ loquit̃: nec tacere: nec loqui in ſua ptãte ha-
bet. Illud q̃q; diſce: q: ſemel a me violẽter exigis: vt q̃ſi
quoſdam gradus ⁊ ſcalas ad altiora nitẽti: hiſtoriã tibi
interpreter: ꝓpheriã eſſe cõtra babylonẽ: ⁊ Nabuchodo
noſor regẽ chaldęoꝝ: vt q̃modo p̃or ꝓpheta naum: quẽ
habacuc ſequit̃: vaticiniũ habuit ꝯtra niniuẽ ⁊ aſſyrios:
q̃ vaſtauerũt decẽ tribꝰ: q̃ vocãtur iſrael: ita habacuc ꝓ-
pheriã habeat aduerſus babylonẽ ⁊ nabuchodonoſor: a
q̃bꝰ iudas et ieruſalẽ tẽplũq; ſubuerſa ſunt. Et vt ſcias
eo tẽpore fuiſſe habacuc: q̃ iã duę tribꝰ: q̃ vocabantur iu
da: ductę erãt in captiuitatẽ: Daniel docere te poterit:
ad quẽ ĩ lacũ leonũ habacuc cũ prãdio mittit̃: quãq; apđ
hebręos hęc ipã nõ legat̃ hiſtoria. Igit̃ ſiue q̃s recipiat
ſc̃pturã illã: ſiue nõ recipiat: vtrũq; ꝓ nobis eſt. Aut eñi
iã recipit: ⁊ poſt factã rẽ liber habacuc texit̃: aut ſi nõ re-
cipit: q̃ſi ꝓpheta ſcribit: q̃ vẽtura cognoſcit. Interĩ ſm
literã cauſat̃ aduerſum deũ ꝓpħa: cur nabuchodonoſor
tẽplũ dei vaſtet ⁊ iudã: cur ieruſalẽ quondã vrbs dñi de-
ſtruat̃: q̃re clamet pplus: ⁊ nõ audiat̃: vociferet̃ ad dñm
oppͣſſus a chaldęis: ⁊ nõ ſaluet̃: q̃re etiã ipẽ ꝓpħa vel po
pulus: ex cuiꝰ ꝑſona loq̃tur: ad h̃ vixerit: ⁊ huc vſq; ꝑdu-
ctus ſit: vt iniquitatẽ hoſtiũ ſuũ laborẽ viderit: cur iniu
ſtitia p̃ualeat aduerſuz ſe. Et hęc dicit p̃ mẽtis anguſtia
neſciẽs aurũ ĩ igne cõflari: ⁊ tres pueros de camino ignis
puriores exiſſe: q̃ intrauerãt. Sed ⁊ h̃ gñaliter accipere daniel. 3. c
poſſumꝰ: qđ ex ꝑſona humanę impatiẽtię loquat̃: vt in
querulã vocẽ ⁊ plenã doloꝝ erũpat: dicẽs: Quare reſpi
cis cõtẽptores: ⁊ taces cõculcãte impio iuſtiorẽ ſe? Hęc
añt loquit̃: neſciẽs iudicia dei ĩueſtigabilia: et ꝓfundũ di
uitiarũ ſapiẽtię ⁊ ſciẽtię eiꝰ: q̃ nõ ita videat deꝰ: vt vide-
at hõ. Hõ tñ p̃ſentia reſpicit: deꝰ futura ⁊ ęterna cogno
ſcit. Et q̃modo ſi egrotãs ⁊ ęſtuãs febribꝰ aquã frigidã
poſtulet: ⁊ dicat ad medicũ: vim patior: crucior: vror: et
examinor: vſq; q̃ medice clamabo: ⁊ nõ exaudies: ⁊ reſpõ
deat ei ſapiẽtiſſimꝰ ⁊ clemẽtiſſimꝰ medicꝰ: ſcio q̃ tẽpore
dare debeã qđ poſtulas: non miſereor modo: q̃a miſcđia
iſta crudelitas eſt: ⁊ volũtas tua ꝯtra te petit. Ita ⁊ deꝰ
noſter ſciẽs clemẽtię ſuę põdera atq; mẽſuras: interdũ
nõ exaudit clamãtẽ: vt eũ ꝓbet: ⁊ magꝭ ꝓuocet eũ ad ro
gandũ: ⁊ q̃ſi igne excoctũ iuſtiorẽ et puriorẽ faciat. Qđ
ĩtelligẽs apl's ſm id qđ miſcđiam cõſecutꝰ eſt a dño: ait:
Sed nõ deficimꝰ. Et bñdicimꝰ dñm ĩ tẽpore. Et ſcit: q̃
q̃ ꝑſeuerauerit vſq; ĩ finẽ: h̃ ſalꝰ erit: ⁊ gl'iat̃ in labore et 2 cor. 4. a
dolore. Et cũ Ieremia dicit: Tribulationẽ ⁊ miſeriã in Pſal. 33.
uocabo: vt q̃modo aliꝰ ĩuocat deũ: ſic ſctũs vir ⁊ bellator Mat. 10. ⁊
inuictus ad exercendũ ſe: ⁊ ad probandũ tribulationẽ ⁊ 4. b.
miſeriã inuenire deſiderat. Finis.

Habacuc Propheta.

Caput. I.

A Onus quod vidit Ha-
bacuc ꝓpheta. Uſq; q̊ dñe clamabo: ⁊
Joan.19a nõ exaudies? Uociferabor ad te vim
patiēs: ⁊ nõ ſaluabis? Quare oſtendi
Joſ.21.a ſti mihi iniq̃tatē et laborē: videre ꝑdā
et iniuſtitiā ꝯtra me? Quare reſpicis
cõtēptores: ⁊ taces: cõculcāte īpio iuſtiorē ſe? Et facies
B hoīs q̃ſi piſces maris: ⁊ q̃ſi reptilia nõ habētia ducē. Et
factū eſt iudiciū ⁊ cõtradictio potētior. Propter hoc la
cerata eſt lex: ⁊ nõ ꝑuenit vſq; ad finē iudiciū: q; impius
preualet aduerſus iuſtū: ꝓpterea egredit̄ iudiciū ꝑuer-
ſum. Aſpicite in gētibꝰ: ⁊ videte: ⁊ admiramini: ⁊ obſtu
peſcite: q̃a opus factū eſt ī diebꝰ veſtris: qđ nemo credet
Actu.13.c cū narrabit̄. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldęos: gētem
C amarā: ⁊ velocē: ambulantē ſuꝑ latitudinē terrę: vt poſ
ſideat tabernacula nõ ſua. Horribilis ⁊ terribilis eſt: ex
ſemetipſa iudiciū ⁊ onus eiꝰ egrediet̄. Leuiores pardis
equi eiꝰ: ⁊ velociores lupis veſpertinis: ⁊ diffundent̄ eq̃-
tes eiꝰ. Eq̃tes nāq; eiꝰ de lõge veniēt: volabunt q̃ſi aq̃la
feſtinās ad comedendū. Oēs ad ꝑdā veniēt: facies eorū
vētus vrēs. Et cõgregabit q̃ſi arenā captiuitatē: ⁊ ipſe
de regibus triūphabit: ⁊ tyrāni ridiculi eiꝰ erūt. Ipſe ſu-
per oēm munitionē ridebit: ⁊ cõportabit aggerem: ⁊ ca
piet eā. Tūc mutabit̄ ſpiritꝰ: ⁊ ꝑtrāſibit: ⁊ corruet. Hęc
eſt fortitudo eiꝰ dei ſui. Nunq̃d nõ tu a ꝓncipio dñe deꝰ
meus: ſancte meus: ⁊ nõ moriemur? Dñe in iudiciū po-
D ſuiſti eū: ⁊ fortē vt corriperes fundaſti eum. Mūdi ſunt
oculi tui: ne videas malū: ⁊ reſpicere ad iniq̃tatē non po
teris. Quare nõ reſpicis ſuꝑ iniqua agētes: ⁊ taces de-
uorante impio iuſtiorē ſe? Et facies hoīs q̃ſi piſces ma-
ris: ⁊ q̃ſi reptile nõ habēs principē. Totū in hamo ſuble
uauit: traxit illud in ſagena ſua: ⁊ cõgregauit ī rete ſuū.
Suꝑ hoc lętabit̄ et exultabit: ꝓpterea īmolabit ſagenę
ſuę: ⁊ ſacrificabit reti ſuo. Quia in ipſis īcraſſata eſt pars
eiꝰ: ⁊ cibꝰ eiꝰ electus. Propter hoc ergo expādit ſagenā
ſuā: ⁊ ſemꝑ interficere gētes nõ ceſſat. II.

A Super cuſtodiā meā ſtabo: ⁊ figā gradū ſuper
munitionē. Et cõtēplabor: vt videā q̃d dicat̄
Eſa.21.c. mihi: ⁊ q̃d reſpondeā ad arguentē me. Et re-
ſpõdit mihi dñs: ⁊ dixit: Scribe viſum: ⁊ ex-
Eſa.21.a. Rom.9.f. plana eū ſuꝑ tabulas: vt ꝑcurrat q̊ legerit eū. Quia ad-
huc viſus procul: ⁊ apparebit in finē: ⁊ non mentiet̄. Si
morā fecerit: expecta illū: q̃a veniēs veniet: ⁊ non tarda-
bit. Ecce q̊ incredulus eſt: nõ erit recta aīa eiꝰ in ſemet-
ipſo. Juſtus aūt in fide ſua viuet. Et q̊modo vinū potā-
tem decipit: ſic erit vir ſuꝑbus: ⁊ nõ decorabit̄. Qui dila
tauit q̃ſi infernꝰ aīa; ſuā: ⁊ ipſe q̃ſi mors: ⁊ nõ adimplet̄.
B Et cõgregauit ad ſe oēs gētes: ⁊ coaceruauit ad ſe oēs
populos. Nunquid non omnes iſti ſuper eū parabolam
ſument: ⁊ loquelam ęnigmatū eius? Et dicetur: Uę ei:
qui multiplicat nõ ſua: Uſq; quo ⁊ aggrauat cõtra ſe dē
ſum lutū? Nunquid nõ repēte conſurgēt: qui mordeāt
te: ⁊ ſuſcitabunt̄ lacerātes te: ⁊ eris in rapinā eis? Quia
tu ſpoliaſti gētes multas: ſpoliabunt te oēs q̊ reliqui fue
rint de populis: ꝓpter ſanguinē hominis: et iniquitatē
terrę ciuitatis: ⁊ oīm habitantiū in ea. Uę qui congre-
gat auaritiā malā domui ſuę: vt ſit in excelſo nidus eiꝰ:
C ⁊ liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti confuſionē
domui tuę: concidiſti populos multos: ⁊ peccauit ani-
ma tua. Quia lapis de pariete clamabit: ⁊ lignū quod
Ezec.24b inter iuncturas ędificiorū eſt: reſpondebit: Uę qui ędi-
naum.3.a ficat ciuitatem in ſanguinibus: ⁊ pręparat vrbem in ini
quitate. Nunquid non ſunt hęc a domino exercituum?
Laborabūt eñ populi in multo igne: ⁊ gētes in vacuū:
⁊ deficient. Quia replebitur terra: vt cognoſcant gloriā
domini: quaſi aquę operiētes mare. Uę qui potum dat
amico ſuo: mittens fel ſuū: ⁊ inebrians: vt aſpiciat nudi- D
tatem eius. Repletus eſt ignominia pro gloria. Bibe
tu quoq;: ⁊ conſopire. Circūdabit te calix dexterę dñi: ⁊
vomitus ignominię ſuꝑ gloriā tuā. Quia iniquitas Li-
bani operiet te: ⁊ vaſtitas aīaliū deterrebit eos: de ſan-
guinibus hominis: ⁊ iniquitate terrę: ⁊ ciuitatis: ⁊ oīm
habitantiū in ea. Quid prodeſt ſculptile: quia ſculpſit il
lud fictor ſuus: conflatile ⁊ imaginē falſam: quia ſpera-
uit in figmento fictor eius: vt faceret ſimulachra muta?
Uę q̊ dicit ligno: expergiſcere: ſurge: lapidi tacēti. Nū-
quid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro ⁊ Pſal. 10
argento: ⁊ omnis ſpiritus non eſt in viſceribꝰ eius. Do-
minus autem in templo ſancto ſuo: ſileat a facie eiꝰ oīs
terra. III.

Domine audiui auditionē tuā: ⁊ timui. Dñe A
opus tuū: in medio annorū viuifica illud. In
medio annorū notū facies: cum iratus fueris
miſericordię recordaberis. Deꝰ ab auſtro ve-
niet: ⁊ ſanctꝰ de mõte pharan. Operuit cęlos gloria eiꝰ:
⁊ laudis eiꝰ plena eſt terra. Splēdor eius vt lux erit: cor
nua in manibꝰ eiꝰ. Ibi abſcõdita eſt fortitudo eius: ante
faciē eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes
eius: ſtetit: ⁊ menſus eſt terram. Aſpexit: ⁊ diſſoluit gen B
tes: ⁊ cõtriti ſunt montes ſeculi. Incuruati ſunt colles
mundi: ab itineribus ęternitatis eius. Pro iniquitate
vidi tentoria Aethiopię: turbabuntur pelles terrę Ma
dian. Nunquid in fluminibus iratus es domine: aut in
fluminibus furor tuꝰ: vel in mari indignatio tua? Qui
aſcēdis ſuꝑ equos tuos: ⁊ quadrigę tuę ſaluatio. Suſci
tans ſuſcitabis arcū tuū: iuramēta tribubꝰ quę locutus
es. Fluuios ſcindes terrę: viderunt te aquę: et doluerūt
montes: gurges aquarū tranſijt. Dedit abyſſus vocem
ſuam: altitudo manus ſuas leuauit. Sol ⁊ luna ſteterūt C
in habitaculo ſuo: in luce ſagittarū tuarū ibunt: in ſplen
dore fulgurantis haſtę tuę. In fremitu conculcabis ter
rā: ⁊ in furore obſtupefacies gētes. Egreſſus es in ſalu-
tem populi tui: in ſalutem cū Chriſto tuo. Percuſſiſti
caput de domo impij: denudaſti fundamenta eius vſq;
ad collum. Maledixiſti ſceptris eius: capiti bellatorū
eius: venientibus vt turbo ad diſpergēdum me. Exul-
tatio eorū: ſicut eius qui deuorat pauperē in abſcõdito.
Uiam feciſti in mari equis tuis: in luto aquarū multa-
rum. Audiui: et conturbatus eſt venter meus: a voce cõ D
tremuerūt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus
meis: ⁊ ſubter me ſcateat. Ut requieſcam in die tribula-
tionis: vt aſcendam ad populum accinctū noſtrum. Fi-
cus enim nõ florebit: ⁊ non erit germen in vineis. Men
tietur opus oliuę: ⁊ arua nõ afferēt cibum. Abſcindetur
de ouili pecus: ⁊ non erit armentū in preſepibus. Ego
autem in domino gaudebo: et exultabo ī deo Jeſu meo.
Deus dominꝰ fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos qua-
ſi ceruorum. Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in
pſalmis canentem.

¶ Finis.

Prologus in Sophoniam pro-
phetam.

TRadunt Hebręi cuiuſcunq; prophetę pater
aut auus ponatur in titulo: ipſos quoq; pro-
phetas fuiſſe. Unde et Amos vnum de duo- amos.7b
decim prophetis: qui dixit: non ſum prophe-
ta nec filius prophetę: ſed paſtor caprarū: vellicans ſyco
moros: patris nomen in titulo non habere. Hoc ſi verū
eſt: Sophonias propheta: qui nomine (vt ita dicam) pro
phetico ⁊ glorioſa maiorū ſuorum ſtirpe generatus eſt.
Habuit enim patrem Chuſi: auum Godoliam: proauū
Amariam: attauū Hezechiam: ⁊ talem quadrigam ipſe

velut extremus auriga cõpleuit. Nomẽ Sophonię alij
ſpeculam: alij arcanũ domini tranſtulerũt. Siue igitur
ſpecula: ſiue abſconditũ domini interpretetur: vtrunqꝫ
prophetę conuenit. Dicitur enim ad Hezechielem: Fili
ezech. 3. b. hominis ſpeculatorẽ te poſui domui Iſrael. Iſte ergo
propheta qui erat in ſpecula: et in ſublimibꝰ cõſtitutus:
⁊ nouerat myſteria domini: filius erat Chuſi: qui inter-
pretatur humilitas. Habebat quoqꝫ auum Godoliam:
qui dicitur magnitudo domini: ⁊ proauum Amariam:
qui et ipſe vertitur in ſermonem domini: ⁊ attauum he-
zechiã: qui ſonat fortitudo domini. De fortitudine itaqꝫ
domini natꝰ eſt ſermo domini: et de ſermone domini na
ta eſt magnitudo domini: ⁊ de magnitudine domini na
ta eſt humilitas: vt cum venerit aliquis ad perfectum di
1. cor. 15. b cat: quia non ſum dignus vocari apoſtolus. Et illud in
Pſal. 130 pſalmis: Domine non eſt exaltatũ cor meum: neqꝫ elati
ſunt oculi mei. Ioſiam regẽ Iudę: cuius temporibus
Sophonias propheta ſſe inuenitur: deo prę om̃ibus re-
gibus Iudę placuiſſe hiſtoria quarti libri Regum: ⁊ ſe
cundi Paralipomenon demõſtrat. Ioſias ſimulachra
quę pater ſuus Amon vel auus Manaſſes in tẽplo dei
4. reg. 23 f collocauerat: deiecta cõminuiſſe mõſtratur. In quibus
etiam ſerpentẽ ęneum a Moyſe factũ: cui errori indu-
ctus populus ſuperſtitione idolorũ detẽtus admiſerat.
Idem cuſtodiſſe paſcha: ⁊ intermiſſis temporibus mul
tis ſolus celebraſſe monſtratur. Ideo deus per prophe-
tam temporibus memorati regis: quę prouentura erãt
oſtendens: gentibus quidem lectione comprehenſis af-
futurum iudiciũ: populo vero Iſrael ſalutẽ: et ciuitati
Ieruſalem reſtaurationẽ tunc tẽporis tribuendam te-
xtu lectionis denunciauit.

Sophonias propheta.

Caput. I.

A Verbum domini quod
factũ eſt ad Sophoniam filiũ Chuſi
filij Godolię: filij Amarię: filij Heze
chię in diebus Ioſię filij Amon re-
gis Iuda. Congregans congrega-
bo omnia a facie terrę: dicit dominꝰ:
congregans hominem et pecus: congregans volatilia
cęli et piſces maris. Et ruinę impioꝝ erunt: ⁊ diſperdã
hominess a facie terrę: dicit dominus. Et extendam ma
B num meã ſuper Iudam: et ſuper omnes habitantes Ie
ruſalem: et diſperdam de loco hoc reliquias Baal: ⁊ no-
mina ędituorũ cum ſacerdotibus: ⁊ eos qui adorant ſu
per tecta militiam cęli: ⁊ adorant ⁊ iurant in domino: ⁊
iurant Melchon: ⁊ qui auertũtur de poſt tergũ domi-
ni: ⁊ qui non quęſierunt dominũ: nec inueſtigauerũt eũ.
Silete a facie domini dei: quia iuxta eſt dies dñi. Quia
pręparauit dominus hoſtiã: ſanctificauit vocatos ſuos.
Et erit in die hoſtię domini viſitabo ſuper principes: et
C ſuper filios regis: et ſuper omnes qui induti ſunt veſte
peregrina. Et viſitabo ſuper omnem qui arrogãter in-
greditur ſuper limen in die illa: qui complent domũ do-
mini dei ſui iniq̃tate et dolo. Et erit in die illa: dicit do-
minus: vox clamoris a porta piſcium: ⁊ vlulatus a ſecun
da: ⁊ contritio magna a collibus. Vlulate habitatores
pilę. Conticuit omnis populus Chanaan: diſperierũt
Amos. 5 d omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: ſcruta
bor Ieruſalem ĩ lucernis: ⁊ viſitabo ſuper viros defixos
in fecibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet
bene dominus: ⁊ non faciet male. Et erit fortitudo eoꝝ
in direptionẽ: ⁊ domus eorũ in deſertũ. Et ędificabunt
domos: ⁊ non habitabũt: ⁊ plantabũt vineas: ⁊ nõ bibẽt
vinũ eaꝝ. Iuxta eſt dies dñi magnꝰ: iuxta eſt ⁊ velox ni-
mis. Vox diei dñi amara: tribulabit ibi fortis. Dies irę
D dies illa: dies tribulatiõis ⁊ anguſtię: dies calamitat[is] et
miſerię: dies tenebraꝝ ⁊ caliginis: dies nebulę et turbi-
nis: dies tubę ⁊ clãgoris ſup ciuitates munitas: ⁊ ſuper
angulos excelſos. Et tribulabo hoĩes: ⁊ ambulabunt vt
cęci: qꝛ dño peccauerũt. Et effundet ſanguis eoꝝ ſicut ezech. 7. e.
humus: ⁊ corpora eoꝝ ſicut ſtercora. Sed ⁊ argentũ eo- infra. 13. b
rũ ⁊ aurũ eoꝝ non poterit liberare eos in die irę dñi. In
igne zeli eiꝰ deuorabit oĩs terra: q̃a cõſummationẽ cũ fe
ſtinatione faciet cunctis habitantibus terrã. II.
Conuenite: cõgregamini gẽs non amabilis: A
priuſq̃ pariat iuſſio: quaſi puluerem trãſeun
tẽ diẽ: anteq̃ veniat ſup vos ira furoris dñi:
anteq̃ veniat ſup vos ira indignationis dñi.
Querite dñm oẽs mãſueti terrę: qꝛ iudiciũ eiꝰ eſtis ope
rati: quęrite iuſtũ: quęrite mãſuetũ: ſi q̃ mõ abſcõdami-
ni in die furoris dñi: qꝛ gaza deſtructa erit: ⁊ aſcalõ ĩ de- B
ſertũ: Azotũ ĩ meridie ejciẽt: ⁊ acharõ eradicabit. Vę q̃
habitatis funiculũ maris: gẽs pditoꝝ. Verbũ dñi ſuper
vos chanaan terra philiſtinoꝝ: ⁊ diſperdã te: ita vt nõ ſit
inhabitator. Et erit funiculꝰ maris reqẽs paſtoꝝ: ⁊ cau
lę pecoꝝ. Et erit funiculꝰ eiꝰ: q̃ remãſerit de domo Iu-
da. Ibi paſcent ĩ domibꝰ aſcalonis: ad veſperã reqẽſcẽt:
quia viſitabit eos dominus deus eorum: ⁊ auertet capti C
uitatem eorum. Audiui opprobrium Moab: ⁊ blaſphe
mias filiorum Amon: quę exprobrauerũt populo meo:
⁊ magnificati ſunt ſup terminos eorũ. Propterea viuo
ego: dicit dñs exercituũ deus iſrael: qꝛ moab vt ſodoma
erit: ⁊ filij amõ q̃ſi gomorra: ſiccitas ſpinarũ: ⁊ acerui ſa
lis: ⁊ deſertũ vſqꝫ ĩ ęternũ. Reliq̃ę ppl̃i mei diripiẽt eos
reſidui gẽtis meę poſſidebũt illos. Hoc eis eueniet ꝓ ſu
perbia ſua: q̃ blaſphemauerũt: ⁊ magnificati ſunt ſuper
populũ dñi exercituũ. Horribilis dñs ſup eos: ⁊ attenu
abit oẽs deos terrę. Et adorabũt eum viri de loco ſuo:
oẽs inſulę gentiũ. Sed ⁊ vos Aethiopes interfecti gla- D
dio meo eritis. Et extẽdet manũ ſuã ſup aq̃lonẽ: et pdet
aſſur: ⁊ ponet ſpecioſam ĩ ſolitudinẽ: ⁊ in inuiũ: ⁊ q̃ſi de-
ſertũ. Et accubabũt in medio eiꝰ greges oẽs beſtię gen
tiũ: ⁊ onocrotalꝰ ⁊ hericiꝰ ĩ liminibꝰ eiꝰ morabunt. Vox
cãtantis in feneſtra: coruus in ſupliminari: q̃m attenua
bo robur eiꝰ. Hęc eſt ciuitas glorioſa habitans in confi-
dẽtia: quę dicebat in corde ſuo: Ego ſum: ⁊ extra me nõ
eſt alia ampliꝰ. q̃modo facta eſt in deſertũ cubile beſtię?
Oĩs q̃ trãſit p eã ſibilabit: ⁊ mouebit manũ ſuã. III.
Vae prouocatrix ⁊ redẽpta ciuitas: columba. A
Nõ audiuit vocẽ: ⁊ nõ ſuſcepit diſciplinã. In ezech. 22 f
dño nõ eſt cõfiſa: ad deũ ſuũ nõ appropinqua Mich. 3. a
uit. Principes eiꝰ in medio eiꝰ q̃ſi leones ru-
giẽtes. Iudices eiꝰ lupi veſpere nõ relinquebãt ĩ mane.
Prophetę eiꝰ veſani: viri infideles. Sacerdotes eiꝰ pol
luerũt ſanctũ: iniuſte egerũt cõtra legẽ. Dñs iuſtꝰ ĩ me-
dio eiꝰ: nõ faciet iniquitatẽ. Mane mane iudiciũ ſuũ da
bit ĩ luce: ⁊ nõ abſcõdet. Neſciuit aũt iniquꝰ cõfuſionẽ.
Diſperdidi gẽtes ⁊ diſſipati ſunt anguli eoꝝ. Deſertas B
feci vias eorũ: dũ nõ eſt q̃ trãſeat. Deſolatę ſũt ciuitates
eorũ: nõ remanẽte viro: neqꝫ vllo habitatore. Dixi: atta-
men timebis me: ſuſcipies diſciplinã. Et nõ peribit habi
taculũ eiꝰ: ꝓpter oĩa in quibus viſitaui eã. Verũtamen
diluculo ſurgẽtes: corruperũt om̃es cogitatiões ſuas.
Quapropter expecta me: dicit dñs: in die reſurrectiõis
meę in futurũ: quia iudiciũ meũ: vt congregem gẽtes: ⁊ ſupra. 1. b.
colligam regna. Et effundã ſuper eos indignationem
meã: oẽm iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuo C
rabitur omnis terra. Quia tũc reddã populis labiũ ele-
ctum: vt ĩuocẽt oẽs nomẽ dñi: ⁊ ſeruiãt ei humero vno.
Vltra flumina Aethiopię: ĩde ſupplices mei filij diſper-
ſorum meorũ deferent munus mihi. In die illa non con
funderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis: quibus
pręuaricata es in me. Quia tũc auferã de medio tui ma
gniloquos ſuperbię tuę: ⁊ non adjcies exaltari ampliꝰ
in monte ſancto meo. Et derelinquam in medio tui po-
pulum pauperem et egenum: et ſperabũt in nomine do-

mini. Reliquie Iſrael non facient iniquitatem: nec lo-
quētur mēdaciū: 7 nō inuenietur ī ore eoꝝ lingua doloſa.
Quoniā ipſi paſcent 7 accubabūt: et nō erit q̄ exterreat.
Lauda filia Siō: 7 iubila Iſrael. Letare: et exulta ī omī
D corde filia ieruſalē. Abſtulit dn̄s iudiciū tuū: auertit ini-
micos tuos. Rex Iſrael dn̄s in medio tui: non timebis
malū vltra. In die illa dicetur ieruſalē: Noli timere ſion:
non diſſoluantur manus tue. Dn̄s deus tuus in medio
tui fortis: ipſe ſaluabit. Gaudebit ſup te in letitia: ſilebit
in dilectiōe tua: 7 exultabit ſup te in laude. Nugas que
a lege receſſerāt: cōgregabo: q̄a ex te erāt: vt nō vltra ha
beas ſup eis opprobriū. Et ecce ego interficiā oēs q̄ affli
xerunt te in tēpore illo: 7 ſaluabo claudicātem: 7 eā que
mich. 4.b eiecta fuerat congregabo. Et ponam eos in laudē: et in
nomen: et in omni terra confuſionis eoꝝ: in tēpore illo:
quo adducam vos: et in tempore quo congregabo vos.
Dabo enim vos in nomen: et in laudem omnibus popu
lis terre: cū conuertero captiuitatem veſtrā coram ocu
lis veſtris: dicit dominus. Finis.

Prolog' in Haggeū prophetā.

IEremias pphēta ob cauſam periurij Sede-
2.par.36 c chie regis (vt hiſtoria libri ſecūdi Paralipo-
menon indicat) qui fidem promiſſam Nabu
chodonoſor regi Chaldeoꝝ non ſeruauerat:
populū Iſrael refert cū memorato rege Ieruſalē: expu
gnata Ieruſalē captiuū in Babylonē fuiſſe perductū.
Sed cū memorat' populus multis tēporib' idolis ſer-
uiendo etiam effuſione ſanguinis innocentū ſe grauiter
impiaſſet: volēs deus generationē vniuerſam eiuſdem
populi ob cauſas memoratas penitus deperire: ſeptua-
ginta annoꝝ captiuitatē eūdem populū in regno chal-
deorum ſtatuit ſuſtinere: hac ratiōe vt cōpleto numero
annoꝝ: nouus ppl's a memoratis pctīs īmunis ad reno
uationē ieruſalē pueniret. Sexageſimo itaqꝫ ſecūdo an
no regno chaldeoꝝ ſubuerſo: cui adhuc octo anni reſta-
bāt ad regnandū: qd̄ etiā ſexta viſio Danielis oſtēdit: cū
propter cauſam ſacrilegij: q̄ in eadē viſiōe cōtinetur fuiſſe
extinctū: Darius q̄ medis imperabat: vt ſeptima viſio
Danielis oſtēdit memorat' in regno ſucceſſit. Cui' pri
mo anno regni: vt decima viſio Danielis manifeſtat: da
niel ſupputatis annis vidēs appropinq̄re tēpus reuer-
ſionis: q̄ per Ieremiam fuerat pmiſſa: orans tā pro ſe q̄
pro pplo: eādem pmiſſionē a deo poſtulabat īpleri. Cui
per Gabrielē archāgelū in eadē viſiōe iuxta pces eiuſdē
vniuerſa cōpleta eſſe de' dixit. Nā moriente ſupradicto
Dario rege Medoꝝ: et ſuccedente in regno Cyro rege
Perſaꝝ: pmiſſiōe dei cōpleta p eundem regē populūqꝫ
Iſrael in Ieruſalē reductū: hiſtoria ſecūdi libri parali-
pomenon: 7 initiū Eſdre pphete cōfirmāt. Cūqꝫ a pplo
Iſrael 7 a ſeniorib' templū dei edificari coepiſſet: mor-
tuo Cyro rege: ac regnāte Dario rege Perſarū: q̄ me-
morato cyro ſucceſſerat: vicine gētes ciuitatis ieruſalē
(vt idē Eſdras refert) reſtaurationē tēpli 7 ciuitat reſi
ſtēdo impedire coeperūt. Qua ratiōe deterrit' popul'
Iſrael: reparationē ſupradicti tēpli dn̄i: necdū iuxta p-
miſſionē cōceſſam eſſe credebat. Propter qd̄ in ſecūdo
anno regni memorati Darij regis Perſaꝝ: Haggeus
propheta a deo miſſus ad Zorobabel: q̄ de tribu Iuda
erat: q̄ poteſtatē regni ſuſcepturus erat: et Ieſum filiū
Ioſedec ſummū ſacerdotē admonet: vt credāt cōpleto
numero annoꝝ tēpus reſtauratiōis ieruſalē aduenifſe.
Hoc etiā addito: ne incredulitatem populi vellent imi
tari: de quo deus per eū dixit. Popul' hic dicit: Nōdū
venit tēpus: vt edificetur dom' dei. Oīa aūt q̄ textu huius
prophetie cōtinentur: reuerſionē populi: edificationē tem
pli: renouationē ciuitatis: obſeruationē ſacerdotalem:
7 interitū regnoꝝ gentiū exterarū ſignificant.

Haggeus Propheta.

Caput. I.

IN anno ſecundo Da- A
rij regis: in mēſe ſexto: in die vna mē
ſis factū eſt verbū dn̄i in manu Hag-
gei pphete ad Zorobabel filiū Saal
thiel ducē Iuda: 7 ad Ieſum filium
Ioſedec ſacerdotem magnū: dicēs:
Hec ait dn̄s exercituū: dicēs: Populus iſte dicit: Non B
dum venit tēpus domus dn̄i edificāde. Et factū eſt ver Deu.28 d
bū dn̄i in manu Haggei pphete: dicens: Nunquid tem Mich.6 d
pus vobis eſt: vt habitetis in domibus laqueatis: 7 do-
mus iſta deſerta. Et nūc hec dicit dn̄s exercituū: Poni
te corda veſtra ſup vias vr̄as. Seminaſtis multū: 7 intu
liſtis parū. Comediſtis: 7 nō eſtis ſatiati. Bibiſtis: 7 nō
eſtis inebriati. Operuiſtis vos: 7 nō eſtis calefacti. Et q̄
merces cōgregauit: miſit eas in ſacculū pertuſum. Hec
dicit dn̄s exercituū: Ponite corda veſtra ſup vias vr̄as. C
Aſcēdite in mōtē: portate ligna: 7 edificate domū: 7 ac-
ceptabilis mihi erit: 7 glorificabor: dicit dn̄s. Reſpexi-
ſtis ad ampli': 7 ecce factū eſt min'. Et intuliſtis in do-
mū: 7 exufflaui illud. Quam ob cauſam dicit dn̄s exerci
tuum? Quia dom' mea deſerta eſt: 7 vos feſtinatis vnuſ
quiſqꝫ in domū ſuā. Propter hoc ſuper vos phibiti ſunt
celi: ne darent rorē: 7 terra phibita eſt: ne daret germen
ſuū. et vocauit ſiccitatē ſup terrā: 7 ſup mōtes: 7 ſup tri
ticū: 7 ſup vinū: 7 ſup oleū: 7 quecūqꝫ pfert hum': et ſup
hoīes: 7 ſup iumēta: 7 ſup oēm laborē manuū. Et audi- D
uit Zorobabel filius Saalthiel: 7 Ieſus filius Ioſedec
ſacerdos magn': 7 omnes reliqui populi vocem dei ſui:
7 verba Haggei prophete: ſicut miſit eū dominus deus
eoꝝ ad eos: 7 tmuit oīs popul' a facie domini. Et dixit
Haggeus nuncius domini: de nuncijs domini: populo
dicens: Ego vobiſcum ſum: dicit dominus. Et ſuſcita-
uit deus ſpiritū Zorobabel filij Saalthiel ducis Iuda:
7 ſpiritū Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni: 7 ſpiritū
reliquorū de omī populo: 7 igreſſi ſunt: et faciebāt opus
in domo domini exercituū dei ſui. II.

IN die viceſima: 7 quarta mēſis: in ſexto mē- A
ſe: in anno ſecūdo Darij regis in ſeptīo mēſe:
viceſima et pma mēſis factū eſt verbū dn̄i: in
manu Haggei pphete: dicens: Loquere ad
Zorobabel filiū Saalthiel ducē iuda: 7 ad Ieſum filiū
Ioſedec ſacerdotē magnū: 7 ad reliquos populi: dicēs:
Quis in vobis eſt derelictus: q̄ vidit domū iſtā in gloria
ſua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Nūquid nō
ita eſt: quaſi non ſit in oculis veſtris? Et nunc cōfortare
Zorobabel: dicit dn̄s: 7 cōfortare Ieſu filij Ioſedec ſa-
cerdos magne: 7 cōfortare oīs populus terre: dicit dn̄s
exercituū: 7 facite: quoniā ego vobiſcū ſum: dicit domin'
exercituū. Verbū quod pepigi vobiſcū: cū egrederemi- B
ni de terra Aegypti: 7 ſpirit' meus erit ī medio veſtrū.
Nolite timere: q̄a hec dicit dominus exercituū. Adhuc hebre.12 g
vnū modicū eū: et ego cōmouebo celū 7 terrā: 7 mare et
aridā: 7 mouebo oēs gentes: 7 veniet deſideratus cun-
ctis gentibus: et implebo domū iſtam gloria: dicit dn̄s
exercituū. Meum eſt argentū: 7 meū eſt aurū: dicit do-
minus exercituū. Magna erit gloria domus iſtius no-
uiſſime pluſq̄ prime: dicit dominus exercituū. Et in lo-
co iſto dabo pacem: dicit dominus exercituū. In viceſi-
ma 7 quarta noni menſis: in anno ſecundo Darij regis:
factū eſt verbū domini ad Haggeum prophetā: dicens:
Hec dicit dominus deus exercituū: Interroga ſacerdo C
tes legem: dicens: Si tulerit homo carnem ſanctificatā
in ora veſtimēti ſui: 7 tetigerit de ſummitate eius panē
aut pulmentū: aut vinū: aut oleum: aut omnem cibum:
nunquid ſanctificabitur? Reſpōdentes autem ſacerdo-

tes: dixerunt: Nõ. Et dixit Haggeus: Si tetigerit pol
lutus in anima ex omnibus his: nũquid contaminabit?
Et reſponderunt ſacerdotes: 7 dixerunt: Cõtaminabi-
tur. Et reſpondit Haggeus: et dixit: Sic populus iſte:
7 ſic gens iſta ante faciẽ meã dicit dominus: et ſic omne
opus manuũ eorũ: 7 omnia que obtulerunt ibi: contami
nata erunt. Et nunc ponite corda veſtra: a die hac et ſu-
pra: anteq̃ poneretur lapis ſuper lapidem in templo do
mini: cũ accederetis ad aceruũ viginti modiorũ: 7 fierẽt
decẽ: et intraretis ad torcular: vt exprimeretis quinqua
ginta lagenas: 7 fiebãt viginti. Percuſſi vos vẽto vren-
te: 7 aurugine: 7 grãdine omnia opera manuũ veſtrarũ:
7 non fuit in vobis: qui reuerteret ad me: dicit dñs. Po
D nite corda veſtra ex die iſta: et in futurũ a die viceſima: et
quarta noni menſis: a die qua fundamenta iactata ſunt
templi domini: ponite ſuper cor veſtrũ. Nũquid iam ſe-
men in germine eſt? Et adhuc vinea: 7 ficus: 7 malogra
natum: et lignũ oliue non floruit? Et die iſta benedicã.
Et factũ eſt verbũ domini ſecundo ad Haggeum in vi-
ceſima et quarta menſis: dicẽs: Loquere ad Zorobabel
ducem Iuda: dicens: Ego mouebo celum pariter 7 ter
ram: 7 ſubuertam ſolium regnorũ: 7 conterã fortitudi-
nem regni gentiũ. Et ſubuertã quadrigam: 7 aſcenſorẽ
eius: 7 deſcẽdent equi: 7 aſcenſores eorum: vir in gladio
fratris ſui. In die illo dicit dominus exercituũ: aſſumã
te Zorobabel fili Saalthiel ſerue meus: dicit dominus:
7 ponam te quaſi ſignaculũ: quia te elegi: dicit dominus
exercituum. Finis.

Prolog⁹ in Zachariã prophetã.

SEcundo anno Darij regis medorũ Haggeũ
et Zachariam ꝓphetaſſe: lectiones eorundem
declarãt. Sed hac de cauſa Haggeus Zacha
rie in ordine prophetarũ prelatus eſſe videt:
q̃ eũ duobus mẽſibus (vt predictorũ lectiões oſtendũt)
in prophetia preceſſiſſe inuenitur: 7 ad reparationẽ tem
pli precepto dei populum animaſſe: vt Eſdras refert di
Eſd.5.a. cens: In ſecundo anno Darũ regis Perſarum propheta-
uerunt Haggeus et Zacharias filius Addo prophete
ſuper Iudeos: qui erant in Iudea et Ieruſalem ſuper
Iſrael in nomine dei ſuper eos. Tunc ſurrexerunt Zo-
robabel filius Saalthiel et Ieſus filius Ioſedec: et prin
cipes eius: inchoauerũtq; edificare domũ dei: que eſt
in Ieruſalem. Quibus cum adeſſent prophete: exhorta
tione ſua adiuuerunt eos. Nam et populum Iſrael ab
imitatione paternorũ delictorũ: per ſuã admonitionem
idem propheta cupiens reuocare: verbis lectione cõpre-
hẽſis vſus eſt. Vidi nocte: et ecce vir aſcẽderat ſup equũ
rubeũ 7c̃. Vidit propheta virũ equo rubeo ſedẽtẽ 7 ſtan
Zacha.1.b tem in medio myrteti vmbroſi: cuius viſiõis hec ſolutio
eſt ſm hebreorũ traditionẽ. Vir aſcẽdens ſuper equum
rubeũ: licet angelus intelligat: tamẽ quia predicti colo
ris equum cõſcendere viſus eſt: vindictam ſanguinis in
eam gentẽ ſignificat afferendã: que populũ Iſrael in ca
ptiuitatem redegerat. Nam 7 Eſaias propheta per ru
borem veſtimentorũ inter gentes vindictã cum ſangui
ne a deo proferendã demonſtrans: his verbis vſus eſt: di
Eſa.93.b. cens: Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtib⁹ de
Boſra 7c̃. Stantẽ vero in medio myrteti vmbrãtis: qđ
dixit leticiã populo futurã: per myrteti ſignificationem
Leui.23.a voluit deſignari. Eius ligni Moyſes in Leuitico: cum
faceret mentionẽ: ait: Accipietis die prima fruct⁹ ligni
ſpecioſi: vt letitiã populi per bene olẽtis ligni et ſpecioſi
vmbraculũ demõſtraret. Sed hãc viſionẽ: q̃ liberationẽ
populi: 7 vĩdictã de aduerſarijs affuturã demõſtrat: ob
hoc noctu ꝓpheta ſe vidiſſe memorauit: q̃a pplm iſrael ĩ
prima liberatiõe de terra egypti noctu diſceſſiſſe conſta
bat. Cui⁹ exẽpli: q̃ pñſens ppls aliquã partẽ ĩ ſe retinere
videbat: liberatio eiuſdẽ ac reditus captiuitatis de ter-
ra Chaldeorũ per noctẽ prophete eſt reuelata.

Zacharias Propheta.

Caput. I.

IN menſe octauo in an A
no ſecũdo Darij regis factũ eſt verbũ
dñi ad Zachariã filiũ Barachie: filij
Addo ꝓphetã: dicens: Irat⁹ eſt dñs
ſup patres veſtros iracũdia: et dices
ad eos: Hec dicit dñs exercituum:
Conuertimini ad me: ait dñs exercituum: 7 cõuertar ad
vos: dicit dñs exercituũ. Ne ſitis ſicut patres veſtri: ad
quos clamabãt ꝓphete priores: dicẽtes: Hec dicit dñs
exercituũ: Conuertimini de vijs veſtris malis: 7 de cogi
tationibus veſtris peſſimis: 7 non audierũt: neq; atten-
derunt ad me: dicit dominus. Patres veſtri vbi ſunt: et B
prophete? Nunquid in ſempiternũ viuẽt? Verũtamen
verba mea 7 legitima mea: q̃ mãdaui ſeruis meis ꝓphe-
tis: nunq̃d nõ cõprehenderũt patres veſtros? Et cõuer
ſi ſunt: 7 dixerunt: Sicut cogitauit dñs exercituũ face-
re nobis ſm vias noſtras: et ſm adinuentiones noſtras
fecit nobis. In die viceſima: 7 quarta vndecimi menſis
ſabbath: in anno ſecũdo Darij: factũ eſt verbũ dñi ad Za-
chariã filiũ barachie: filij addo ꝓphetã: dicẽs: Vidi per
noctẽ: 7 ecce vir aſcẽdẽs ſup equũ rufum: 7 ipſe ſtabat in-
ter myrteta: que erãt ĩ ꝓfundo: et poſt eũ equi rufi: varij
7 albi. Et dixi: Qui ſunt iſti: dñe mi? Et dixit ad me an-
gelus dñi: q̃ loquebat ĩ me: Ego oſtẽdã tibi q̃d ſint hec. C
Et reſpõdit vir: q̃ ſtabat inter myrteta: 7 dixit: Iſti ſunt
quos miſit dñs: vt perambulẽt terrã. Et reſpõderũt an
gelo dñi: q̃ ſtabat inter myrteta: 7 dixerũt: Perambula
uimus terrã: et ecce omnis terra habitatur et quieſcit.
Et reſpondit angelus domini: et dixit: Domine exerci-
tuum: vſq;quo tu nõ miſereberis Ieruſalem: et vrbium
Iuda: quib⁹ iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus
eſt. Et reſpõdit dominus angelo: qui loquebatur in me
verba bona: verba cõſolatoria. Et dixit ad me angelus: infra.8.a.
qui loquebatur in me: Clama: dicens: Hec dicit domi-
nus exercituũ: Zelatus ſum Ieruſalẽ: 7 Sion zelo ma-
gno: et ira magna: ego iraſcor ſuper gentes opulentas:
quia ego iratus ſum parũ: ipſi vero adiurauerunt in ma
lum. Propterea hec dicit dominus: Reuertar ad Ie- D
ruſalem in miſericordijs: 7 domus mea edificabit in ea:
ait dominus exercituũ. Et perpendiculũ extendetur ſu
per Ieruſalẽ. Adhuc clama: dicẽs: Hec dicit dominus
exercituũ: Adhuc affluẽt ciuitates mee bonis: 7 conſola
bitur adhuc dñs Sion: 7 eliget adhuc ieruſalẽ. Et leua
ui oculos meos: 7 vidi: et ecce q̃tuor cornua. Et dixi ad
angelũ: qui loquebatur in me: Quid ſunt hec? Et dixit infra.2.a. et.5.a.et 9.a.
ad me: Hec ſunt cornua: que ventilauerũt iudã 7 iſrael
7 Ieruſalẽ. Et oſtendit mihi dominus quatuor fabros.
Et dixi: Quid iſti veniunt facere? Qui ait: dicens: Hec
ſunt cornua: que ventilauerunt Iudam per ſingulos vi
ros: 7 nemo eorũ leuauit caput ſuũ. Et venerunt iſti de-
terrere ea: vt deijciãt cornua gentiũ: que leuauerũt cor-
nua ſuper terram Iuda: vt diſpergerent eam. II.

ET leuaui oculos meos: 7 vidi: 7 ecce vir: 7 ĩ ma- A
nu ei⁹ funiculus mẽſorum. Et dixi: Quo tu vadis?
Et dixit ad me: Vt metiar Ieruſalẽ: et videam
quanta ſit lõgitudo ei⁹: 7 quãta latitudo ei⁹. Et ecce an
gelus qui loquebat in me: egrediebat: 7 ali⁹ angel⁹ egre
diebatur in occurſum ei⁹: 7 dixit ad eũ: Curre: loquere
ad puerũ iſtũ: dicẽs: Abſq; muro habitabit ieruſalẽ pre
multitudine hominũ: et iumẽtorum in medio eius. Et B
ego ero ei: ait dñs murus ignis in circuitu: et in gloria
ero ĩ medio ei⁹. O o o fugite de terra aq̃lonis: dicit dñs.
quoniã in quatuor vẽtos celi diſperſi vos: dicit domin⁹:
O Sion fuge que habitas apud filiã babylonis: q̃a hec C
dicit dñs exercituũ: Poſt gloriam miſit me ad gentes:

D que ſpoliauerunt vos. Qui em̄ tetigerit vos: tanget pu
Luc.10.b pillā oculi mei. Quia ecce ego leuo manū meā ſuper eos
⁊ erūt prede his qui ſeruiebant ſibi: ⁊ cognoſcetis: quia
dominus exercituū miſit me. Lauda et letare filia ſion:
quia ecce ego venio: ⁊ habitabo ī medio tui: ait dñs. Et
applicabunt gentes multe ad dominū in die illa: et erūt
mihi in populū: ⁊ habitabo in medio tui: ⁊ ſcies quia do
minus exercituū miſit me ad te: ⁊ poſſidebit dominꝰ iu
dam partē ſuā in terra ſanctificata: ⁊ eliget adhuc ieru-
ſalem. Sileat oīs caro a facie domini: quia cōſurrexit de
habitaculo ſancto ſuo. III.
A ET oſtendit mihi dominus Jeſum ſacerdo
tē magnū ſtantē corā angelo domini: et ſa-
tan ſtabat a dextris eius: vt aduerſaretur ei
Et dixit dominus ad ſatan: Increpet dñs
in te ſatan: ⁊ increpet dominus in te: qui ele
git Jeruſalem. Nunquid non iſte torris eſt erutus de
B igne? Et Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis: ⁊ ſtabat
ante faciē angeli. Qui reſpondit: ⁊ ait ad eos: qui ſtabāt
corā ſe: dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et di-
xit ad eū: Ecce abſtuli a te iniquitatē tuā: ⁊ indui te mu-
tatorijs. Et dixit: Ponite citharim mundam ſuper ca
put eius. Et poſuerunt citharim ſuper caput eius mū-
C dam: ⁊ induerunt eum veſtibus. Et angelus domini ſta
bat: et cōteſtabatur angelus domini Jeſum: dicēs: Hec
dicit dominus exercituū: Si in vijs meis ambulaueris
et cuſtodiā meā cuſtodieris: tu quoqꝫ iudicabis domuz
meam: ⁊ cuſtodias atria mea: ⁊ dabo tibi ambulātes de
D his: qui nunc hic aſſiſtūt. Audi Jeſus ſacerdos magne:
tu ⁊ amici tui qui habitant corā te: qꝛ viri portendentes
ſunt. Ecce em̄ ego adducā ſeruuz meū Orientē: quia ec
ce lapis quē dedi corā Jeſu: ſuper lapidē vnum ſeptem
oculi ſunt. Et ecce ego celabo ſculpturā eius: ait domi-
nus exercituū: ⁊ auferā iniquitatē terre illius in die vna
In die illa dicit dominus exercituū: vocabit vir amicuz
ſuum ſubter vineam: et ſubter ficum. IIII.
A ET reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me
infra.5.a. et ſuſcitauit me quaſi virum qui ſuſcitatur de
ſomno ſuo. Et dixit ad me: Quid tu vides?
Et dixi: Uidi: ⁊ ecce candelabrū aureū totuz
⁊ lampas eius ſuper caput ipſius: et ſeptē lucerne eiꝰ ſu
per illud: ⁊ ſeptem infuſoria lucernis: que erāt ſuper ca-
put eius: ⁊ due oliue ſuper illud: vna a dextrꝫ lampadis
et vna a ſiniſtris eius. Et reſpondi: et aio ad angelū qui
loquebatur in me: dicēs: Quid ſunt hec domine mi? Et
B reſpondit angelus qui loquebatur in me: et dixit ad me
Infra.eo Nunquid neſcꝫ quid ſunt hec? Et dixi: Nō domine mi
Et reſpondit: et ait ad me: dicens: Hoc eſt verbū domi
ni ad Zorobabel: dicens: Non in exercitu: nec in robore
ſed et in ſpiritu meo: dicit dominus exercituū. Quis tu
C mōs ſion magne corā zorobabel in planū? Et educet la
pidē primariū: ⁊ exequabit gratiā gratie eius. Et factū
eſt verbū domini ad me: dicens: Manus Zorobabel fū-
dauerunt domū iſtā: ⁊ manus eius perficient eam: ⁊ ſcie
tis: quia dominus exercituū miſit me ad vos. Quis em̄
D deſpexit dies paruos? Et letabūtur: et videbunt lapidē
ſtanneum in manu Zorobabel. Septē ſunt iſti oculi do
mini: qui diſcurrunt in vniuerſam terrā. Et reſpondi: et
dixi ad eum: Quid ſunt due oliue iſte ad dexterā cande
ſupra.eod labri: et ad ſiniſtrā eius? Et reſpondi ſecundo: et dixi ad
eū: Quid ſunt due ſpice oliuarū: q̄ ſunt iuxta duo roſtra
aurea: ī q̄bꝰ ſunt ſuffoſſoria ex auro? Et ait ad me: dicēs:
Nūquid neſcis q̄d ſunt hec? Et dixi: Nō dñe mi. Et di
xit: Iſti ſūt duo filij olei ſplēdoris: q̄ aſſiſtūt dñatori vni
ET conuerſus ſum: ⁊ le (uerſe terre. V.
A uaui oculos meos: et vidi: et ecce volumen vo-
ſupra.1.b. lās. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: ec
infra.6.a ce ego video volumen volēs: longitudo eius viginti cu
infra.14.d bitorum: et latitudo eius decem cubitorum: Et dixit
ad me: Hec eſt maledictio: que egredietur ſuper faciem
omnis terre: quia omnis fur: ſicut ibi ſcriptum eſt: iudi B
cabitur: et omnis iurās ex hoc ſimiliter iudicabitur. E-
ducam illud dicit dominus exercituum: et veniet ad do
mū furis: ⁊ ad domū iurantis in nomine meo mendaci-
ter: ⁊ cōmorabitur in medio domus eius: ⁊ cōſumet eā:
⁊ ligna eius: ⁊ lapides eius. Et egreſſus eſt angelus qui
loquebatur in me. Et dixit ad me: Leua oculos tuos: ⁊
vide. Quid eſt hoc: qd̄ egreditur? Et dixi: Quidnā eſt? C
Et ait: Hec eſt amphora egrediens. Et dixit: Hec eſt
oculus eorū in vniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi
portabat: et ecce mulier vna ſedens in medio amphore.
Et dixit: Hec eſt impietas. Et proiecit eā in medio am
phore: ⁊ miſit maſſaz plumbeā in os eius. Et leuaui ocu D
los meos: ⁊ vidi: ⁊ ecce due mulieres egrediētes: ⁊ ſpiri ſupra.eod
tus in alis earū. Et habebant alas quaſi alas milui: et le
uauerūt amphorā inter terrā ⁊ celū. Et dixi ad angeluz
qui loquebatur in me: Quo iſte deferūt amphorā? Et di
xit ad me: Ut edificetur ei domꝰ in terra ſennaar: ⁊ ſta-
biliatur: ⁊ ponatur ibi ſuper baſem ſuam. VI.
ET cōuerſus ſum: ⁊ leuaui oculos meos: et vidi:
Et ecce quatuor quadrige egrediētes de medio A ſupra.1.d.
duorū montiū: ⁊ montes: montes erei. In q̄dri 2.z a
ga prima equi rufi: in quadriga ſecunda equi nigri: in q̄
driga tertia: equi albi: ⁊ in q̄driga q̄rta equi varij ⁊ for-
tes. Et rn̄di ⁊ dixi ad angelū: qui loq̄batur in me: Quid
ſunt hec dñe mi? Et reſpōdit angelus: et ait ad me: Iſti B
ſunt quatuor venti celi: q̄ egrediūtur: vt ſtent corā dña-
tore oīs terre. In q̄ erant equi nigri: egrediebātur ī ter
rā aquilonis: et albi egreſſi ſunt poſt eos: et varij egreſſi
ſunt ad terrā auſtri. Qui aūt erāt robuſtiſſimi: exierunt
⁊ q̄rebāt ire: ⁊ diſcurrere ꝑ oēm terrā. Et dixit: Ite ⁊ ꝑ
ambulate terrā. Et ꝑambulauerūt terram. Et vocauit
me: et locutus eſt ad me: dicēs: Ecce q̄ egrediūt ī terraz C
aq̄lonis: req̄eſcere fecerūt ſpm̄ meū in terra aq̄lonis. Et
factū eſt verbū dñi ad me: dicēs: Sume a tranſmigrati
one ab holdai: ⁊ a tobia: ⁊ ab idaia: ⁊ venies tu ī die illa: ⁊
ītrabis domū ioſie filij ſophonie: q̄ venerūt de babylone
⁊ ſumes aurū: ⁊ argentū: ⁊ facies coronas: ⁊ pones in ca
pite Jeſu: filij ioſedec ſacerdotis magni: ⁊ loq̄ris ad eū:
dicēs: Hec ait dñs exercituū: dicēs: Ecce vir: oriens no D
mē eiꝰ. Et ſubter eū oriet: et edificabit tēplū dño. Et ip
ſe extruet tēplū dño. Et ipſe portabit gloriā: ⁊ ſedebit: ⁊
dñabitur ſuꝑ ſolio ſuo. Et erit ſacerdos ſuꝑ ſolio ſuo: et
cōſiliū pacis erit inter illos duos. Et corone erūt helez:
⁊ tobie: ⁊ Idaie: ⁊ hen filio ſophonie memoriale in tem
plo dñi. Et qui ꝓcul ſunt: venient: ⁊ edificabunt in tem
plo dñi. Et ſcietis quia dñs exercituuz miſit me ad vos.
Erit autē hoc: ſi auditu audieritis vocē dñi dei veſtri.
ET factum eſt in anno quarto Darij re VII.
gis factū eſt verbū domini ad zachariā in quar- A
ta menſis noni qui eſt caſleu. Et miſerūt ad do-
mū dei ſaraſar: ⁊ rogomelech: et viri qui erāt cū eis ad ꝓ
candū faciē dñi: vt dicerēt ſacerdotibus domus dñi ex-
ercituū ⁊ ꝓphetis loquētes: Nūq̄d flendū eſt mihi ī quī
to menſe: vel ſanctificare me debeo: ſicut iā feci multꝫ an
nis? Et factū eſt verbū dñi exercituū ad me: dicēs: Loq̄ B
re ad oēm populū terre: et ad ſacerdotes dicēs: Cū iei
naretis: ⁊ plāgeretis in quīto ⁊ ſeptimo ꝑ hos ſeptuagī
ta annos: nunq̄d ieiuniū ieiunaſtis mihi. Et cū comedi-
ſtis ⁊ bibiſtis: nunq̄d nō vobis comediſtis: ⁊ vobiſmetip
ſis bibiſtis? Nunq̄d nō hec ſunt verba: q̄ locutus eſt dñs
in manu ꝓphetarū priorū: cū adhuc Jeruſalē habitare
tur: ⁊ eſſet opulenta: ⁊ ipſa: ⁊ vrbes in circuitu eius: ⁊
ad auſtrum et in campeſtribus habitaretur? Et factuz C
eſt verbū domini ad zachariā: dicens: Hec ait dñs exer- Exo.22.c
cituū: dicēs: Judiciū verū iudicate: ⁊ miſericordiā ⁊ mi
ſeratiōes facite vnuſquiſqꝫ cū fratre ſuo. Et viduā: ⁊ pu
pillū: ⁊ aduenā: ⁊ pauperē nolite calumniari: ⁊ malū vir
fratri ſuo non cogitet ī corde ſuo. Et noluerūt attēdere
et auerterūt ſcapulam recedentes: et aures ſuas aggra

uauerunt:ne audirent:⁊ cor ſuum poſuerunt vt adamā
tem:ne audirent legē:⁊ verba quę miſit dominus exer-
D ctuū in ſpiritu ſuo ſancto per manū prophetarū prior.
Et facta eſt indignatio magna a domino exercituū. Et
factū eſt ſicut locutus ſum:⁊ ſicut non audierunt:ſic cla
mabā:⁊ nō exaudiā:dicit dominus exercituū. Et diſper
ſi eos per oīa regna: quę neſciunt: et terra deſolata eſt
ab eis:eo ꝙ non eſſet tranſiens:⁊ reuertens:et poſuerūt
terrā deſiderabilē in deſertum. VIII.

A ET factū eſt verbū domini exercituū: dicens:
ſupra.1.a Hęc dicit dominus exercituū: Zelatus ſuz
Sion zelo magno: et indignatione magna
zelatus ſum eam. Hęc dicit dominus exerci
tuū: Reuerſus ſum ad Sion:⁊ habitabo in
medio Jeruſalē:et vocabitur Jeruſalem ciuitas verita
tis:⁊ mons domini exercituū mons ſanctificatus. Hęc
dicit dominus exercituum: Adhuc habitabunt ſenes:⁊
anus in plateis Jeruſalē:⁊ viri baculus in manu eius p̄
B multitudine dierū. Et plateę ciuitatis cōplebunt̄ īfan-
tibus:⁊ puellis ludentib' in plateis eius. Hęc dicit do-
minus exercituū: Si videbitur difficile in oculis reliqui
arū populi huius in diebus illis: nūquid in oculis meis
difficile erit:dicit dñs exercituū? Hęc dicit dñs exerci-
tuū: Ecce ego ſaluabo populū meū de terra orientis:et
de terra occaſus ſolis:⁊ adducā eos:⁊ habitabūt in me-
dio Jeruſalē:⁊ erunt mihi in populū.⁊ ego ero eis in de
um in veritate:⁊ in iuſticia. Hęc dicit dñs exercituum:
Confortent̄ manus veſtrę: qui audit̄ in his diebus ſer
mones iſtos per os ꝓphetarū in die q̄ fundata eſt dom'
dñi exercituū: vt templū ędificaret̄. Siquidē ante dies
illos merces hoīm nō erat:nec merces iumentorū erat:
neqꝫ introeunti:neqꝫ exeunti erat pax prę tribulatiōe:⁊
dimiſi omnes homines vnūquēqꝫ contra proximū ſuū.
Nunc autē nō iuxta dies priores ego faciā reliquijs po-
puli huius dicit dominus exercituū:ſed ſemē pacis erit.
C Vinea dabit fructum ſuū: ⁊ terra dabit germē ſuū. Et
cęli dabunt rorem ſuū:⁊ poſſidere faciam reliquias po-
puli huius vniuerſa hęc. Et erit ſicut eratis maledictio
in gentibus domus Juda:et domus Jſrael:ſic ſaluabo
Ephe.4.b vos:⁊ eritis benedictio. Nolite timere: Cōfortent̄ ma
nus veſtrę:q̄r hęc dicit dominus exercituū: Sicut cogi-
taui:vt affligerē vos:cū ad iracundiā ꝓuocaſſent patres
veſtri me:dicit dominus: ⁊ nō ſum miſertus:ſic conuer
ſus cogitaui in diebus iſtis:vt benefaciā domui Juda ⁊
Jeruſalē. Nolite timere. Hęc ſunt ergo verba quę faci
etis. Loquimini veritatē vnuſquiſqꝫ cum proximo ſuo.
Veritatem ⁊ iudiciū pacis iudicate in portis veſtris: et
vnuſquiſqꝫ malū contra amicū ſuū:ne cogitetis in cordi
bus veſtris:et iuramentū mendax ne diligatis. Oīa enī
hęc ſunt:quę odi dicit dominus. Et factū eſt verbū dñi
D exercituū ad me:dicens: Hęc dicit dominus exercituū:
Jeiunij quarti:⁊ ieiuniū quinti:⁊ ieiuniū ſeptimi:⁊ ie-
iuniū decimi erit domui iudę in gaudiū: ⁊ in lętitiā:et ī
ſolennitates pręclaras. Veritatē tantū ⁊ pacē diligite:
Hęc dicit dominus exercituū: Vſqꝫquo veniāt populi:
⁊ habitent ī ciuitatibus multis:⁊ vadāt habitatores vn'
ad alterū:dicentes: Eamus: ⁊ deprecemur faciem do-
mini:⁊ quęramus dominū exercituū. Vadā etiā ego:et
venient populi multi:⁊ gentes robuſtę ad quęrendum
dominū exercituū in Jeruſalem:et deprecandam faci-
em domini. Hęc dicit dominus exercituū: in diebus il-
lis:in quibus apprehendent decem homines ex omnib'
linguis gentium: ⁊ apprehendent fimbriam viri iudęi:
dicentes: Jbimus vobiſcū. Audiuimus enim: quoniā
deus vobiſcum eſt. IX.

A ONus verbi domini in terra Adrach:et Do-
maſci requiei eius:quia dominus eſt oculus
hoīs:⁊ omniū tribuū iſrael. Emath quoqꝫ in
terminis eius et Tirus:et Sidon. Aſſump-
ſerūt quippe ſibi ſapientiā valde. Et ędificauit Tirus
munitionē ſuā:⁊ coacervauit argentū quaſi humū: et
aurū vt lutum platearū. Ecce dominus poſſidebit eā:
⁊ percutiet ī mari fortitudinē ei': ⁊ hęc igni deuorabit̄
Videbit Aſcalon ⁊ timebit: et Gaza:⁊ dolebit nimis:⁊
Accarō:quoniā cōfuſa eſt ſpes ei'. Et peribit rex de Ga B
za:⁊ Aſcalō nō habitabitur. Et ſedebit ſeparator ī Azo
to:⁊ diſperdā ſuperbiā philiſtinorū. Et auferā ſangui-
nē eius de ore eius:⁊ abominationes ei' de medio dētiū
ei'. Et relinquetur etiā ipſe deo noſtro: ⁊ erit quaſi dux
in iuda:⁊ accarō quaſi Jebuſę'. Et circundabo domū
meam ex his qui militant mihi euntes ⁊ reuertētes: et
nō trāſibit ſuper eos vltra exactor: quia nūc vidi in ocu C
lis meis. Exulta ſatis filia Sion:iubila filia Jeruſalem Eſd.62.b
Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus ⁊ ſaluator:ipſe paup̱ ⁊ Mat.21.a
aſcēdēs ſuper aſinā: ⁊ ſuper pullū filiū aſinę. Et diſper-
dā quadrigā ex Ephraim:⁊ equū de Jeruſalē:⁊ diſſipa
bit̄ arc' belli. Et loquetur pacē gētib': ⁊ poteſtas ei' a
mari vſqꝫ ad mare:⁊ a fluminib' vſqꝫ ad fines terrę. Tu
vero in ſāguine teſtamēti tui emiſiſti vinctos tuos de la
cu:in quo nō eſt aqua. Cōuertemini ad munitionē victi
ſpei. Hodie quoqꝫ annūciās duplicia reddā tibi:q̄niā ex
tēdi mihi iudā:quaſi arcū īpleui terrā Ephraim:⁊ ſuſci
tabo filios tuos Siō ſup̱ filios tuos Gręcia:⁊ ponā te
quaſi gladiū fortiū:⁊ domin' de' ſup eos videbitur:⁊ ex D
ibit vt fulgor iaculū ei': ⁊ domin' de' in tuba canet ⁊ ca
det in turbine auſtri:dñs exercituū ꝓteget eos: ⁊ deuo-
rabunt̄:⁊ ſubijcient lapidibus fundę:⁊ bibētes inebria-
buntur quaſi a vino:⁊ replebūtur vt phialę:⁊ quaſi cor-
nua altaris. Et ſaluabit eos domin' de' eoꝝ in die illa:
vt gregē populi ſui: quia lapides ſancti eleuabūtur ſup̱
terrā ei'. Quid enim bonū ei' eſt:⁊ quid pulchrū ei':ni
ſi frumentū electorū:⁊ vinū germinans virgines? X.

PEtite a dño pluuiā in tempore ſerotino:⁊ do A
minus faciet niues: ⁊ pluuiā imbris: et dabit
eis ſingulis herbaz in agro. Quia ſimulachra
locuta ſunt inutile:⁊ diuini viderunt menda
ciū:⁊ ſomniatores locuti ſunt fruſtra: ⁊ vane cōſolaban
tur. Jdcirco abducti ſunt:quaſi grex affligent̄:q̄r nō eſt
eis paſtor. Super paſtores iratus eſt furor meus:⁊ ſup̱
hircos viſitabo. Quia viſitauit dñs exercituū gregē ſuū B
domū iuda:⁊ poſuit eos q̄ſi equū glorię ſuę in bello. Ex
ipſo angulus: ex ipſo paxillus: ex ipſo arcus prelij:et ex
ipſo egredietur oīs exactor ſimul. Et erūt q̄ſi fortes cō-
culcātes lutū viarū in prelio. Et bellabūt:q̄r dñs cū eis:
⁊ cōfundētur aſcenſores equorū. Et cōfortabo domū iu C
da:⁊ domū ioſeph ſaluabo. Et cōuertā eos:q̄r miſerebor
eorū:⁊ erūt ſicut fuerūt:quādo nō ꝓiecerā eos. Ego enī
dñs deus eorū:⁊ exaudiā eos. Et erunt q̄ſi fortes effraī
⁊ lętabitur cor eorū quaſi a vino:⁊ filij eorū videbūt:⁊ lę
tabuntur:⁊ exultabit cor eorū in dño. Sibilabo eis:⁊ cō
gregabo illos:quia redemi eos. Et multiplicabo eos ſi- D
cut ante fuerant multiplicati:⁊ ſeminabo eos ī populis
Et de longe recordabūtur mei:⁊ viuent cū filijs ſuis: et
reuertētur. Et reducā eos de terra ęgypti ⁊ de aſſyrijs
cōgregabo eos. Et ad terrā galaad: et libani adducam
eos:⁊ nō inuenietur eis locus: ⁊ tranſibit in mari freto
⁊ ꝑcutiet in mari fluctus:⁊ cōfundentur oīa ꝓfunda flu
minis. Et humiliabitur ſup̱bia aſſur: ⁊ ſceptrū ęgypti
recedet. Confortabo eos in domino: et in nomine eius
ambulabunt: dicit dominus. XI.

APeri Libane portas tuas:et comedet ignis A
cedros tuas. Vlula abies:q̄r cecidit cedrus:
q̄m magnifici vaſtati ſunt. Vlulate q̄rcus ba
ſan:q̄m ſuccîſus eſt ſaltus munitus. Vox vlu
latus paſtoꝝ:q̄r vaſtata eſt magnificētia eoꝝ. Vox rugi
tus leonū:q̄m vaſtata eſt ſup̱bia iordanis. Hęc dicit dñs
de' me': Paſce pecora occiſionis: q̄ qui poſſederāt:occi
debant:⁊ nō dolebāt:⁊ vendebant ea:dicētes: Bñdict'
domin':diuites facti ſumus. Et paſtores eorū nō parce
bant eis:et ego nō parcā vltra ſup̱ habitātes terrā:dicit

B dominus. Ecce ego tradā homines: vnūquēq; in manu
proximi ſui: ⁊ in manu regis ſui: ⁊ concident terrā: ⁊ nō
eruam de manu eorū: ⁊ depaſcam pecus occiſiōis ꝓpter
hoc o pauperes gregis. Et aſſumpſi mihi duas virgas:
vnam vocaui decorem: et alterā vocaui funiculū: et paui
gregem. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno: ⁊ cōtra-
Iere. 25 a cta eſt anima mea in eis. Siquidē et anima eorum varia
C uit in me. Et dixi: Non paſcā vos. Quod moritur: mo-
riatur: ⁊ qd̄ ſucciditur: ſuccidat: ⁊ reliqui deuorent vnuſ
quiſq; carnē proximi ſui. Et tuli virgā meā: que vocaba
tur decus: et abſcidi eam: vt irritū facerem foedus meū
qd̄ percuſſi cū omnibus populis: ⁊ in irritū deductū eſt
in die illa. Et cognouerūt ſic pauperes gregis qui cuſto
diūt mihi: quia verbum domini eſt. Et dixi ad eos: Si
bonū eſt in oculis veſtris: afferte mercedē meā: ⁊ ſi non:
Mat. 27 a quieſcite. Et apprehenderūt mercedē meā triginta ar-
D genteos. Et dixit dominus ad me: Proijce illud ad ſta
tuariū. Decorū preciū: quo appreciatus ſum ab eis: ⁊ tu
li triginta argenteos. Et proieci illos in domo domini
ad ſtatuariū. Et preſcidi virgā meā ſecundā: que appel
labatur funiculus: vt diſſoluerē germanitatē inter Iu-
dā ⁊ iſrael. Et dixit domin⁹ ad me: Adhuc ſume tibi va-
ſa paſtoris ſtulti. Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorē in ter
ra: qui derelicta nō viſitabit: diſperſum nō queret: ⁊ con
tritū nō ſanabit: ⁊ id qd̄ ſtat nō enutriet: ⁊ carnes pīgui
um comedet: ⁊ vngulas eorū diſſoluet. O paſtor et ido-
lum: ⁊ derelinquens gregem. Gladius ſuper brachium
eius: ⁊ ſuper oculū dextrū eius. Brachium eius aridita
te ſiccabit: ⁊ oculus dexter eius tenebreſcēs obſcurabit.

A Nus verbi domini ſuper iſrael. Dixit XII.
dominus extendens celū: ⁊ fundans terram:
⁊ fingens ſpiritū hominis in eo. Ecce ego po-
nā ieruſalē ſupliminare crapule oībus popul'
in circuitu: ſed ⁊ iuda erit in obſidiōe cōtra ieruſalē. Et
erit in die illa: ponā ieruſalē lapidē oneris cūctis pplis.
Oēs qui leuabūt eū: cōciſione lacerabunt: ⁊ colligentur
aduerſus eā oīa regna terre. In die illa: dicit dñs: percu
B tiā oēm equū in ſtuporē: ⁊ aſcenſorē eius ī amentiā. Et
ſuper domū Iuda aperiā oculos meos: ⁊ oēm equū po-
pulorū percutiā cecitate. Et dicēt duces iuda in corde
ſuo: cōfortent mihi habitatores ieruſalē in dño exercitu
um deo eoꝝ. In die illa ponā duces iuda ſicut caminum
ignis in lignis: ⁊ ſicut faciē ignis in foeno: et deuorabūt
C ad dexterā: et ad ſiniſtrā oēs populos in circūitu. Et ha
bitabitur ieruſalē rurſus in loco ſuo in ieruſalē: et ſalua
bit dñs tabernacula iuda: ſicut in principio: vt non ma
gnifice glorietur domus dauid: ⁊ gloria habitantiū ieruſa
lē cōtra Iudā. In die illa proteget dñs habitatores Ie
ruſalē. Et erit qui offenderit ex eis in die illa quaſi Da-
uid: ⁊ domus dauid quaſi dei: ſicut angelus dñi in con-
ſpectu eius. Et erit in die illa: querā cōterere oēs gētes
que veniunt cōtra Ieruſalē: ⁊ effundā ſuper domū Da-
uid: ⁊ ſuper habitatores ieruſalē ſpiritū gratie et precū.
Et aſpicient ad me: quē cōfixerunt: ⁊ plangent eū plan-
ctu quaſi ſuper vnigenitū: ⁊ dolebunt ſuper eū: vt doleri
D ſolet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plā
Iob. 19 d ctus in ieruſalē: ſicut planctus adremmon in cāpo ma-
geddon. Et plangēt terre familie: ⁊ familie ſeorſum. Fa
milie dom⁹ dauid ſeorſum: ⁊ mulieres eorū ſeorſum. Fami
lie domus nathan ſeorſum: ⁊ mulieres eoꝝ ſeorſum. Fami
lie domus leui ſeorſum: ⁊ mulieres eorū ſeorſum. Familie
ſemei ſeorſum: ⁊ mulieres eoꝝ ſeorſum. Oēs familie reliq̄
familie ⁊ familie ſeorſum: ⁊ mulieres eorū ſeorſum. XIII

A N die illa erit fons patens domui Dauid: et
habitantibus Ieruſalem: in ablutionem pec
catoris: ⁊ menſtruate. Et erit in die illa: dicit
dominus exercituū: Diſperdam nomina ido
lorum de terra: et non memorabuntur vltra. Et pſeudo
prophetas: et ſpiritū immundū auferā de terra. Et erit
cū prophetauerit quiſpiā vltra: dicēt ei pater eius: ⁊ ma
ter eius: qui genuerunt eum: Non viues: quia mendaci B
um locutus es in nomine domini. Et configent eum pa
ter eius: ⁊ mater eius: genitores eius cū prophetauerit
Et erit in die illa: confundent prophete vnuſquiſq; ex vi
ſione ſua cū prophetauerint: nec operient pallio ſaccino
vt mentiant. Sed dicet: Nō ſum propheta. Homo agri-
cola ego ſum: quoniā Adam exemplū meū ab adoleſcen
tia mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plage iſte ī medio ma C
nuū tuarū? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorū:
qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper paſtorē meū:
⁊ ſuper virū coherentē mihi dicit dominus exercituum
Percute paſtorē: ⁊ diſpergētur oues. Et cōuertā manū D
meā ad paruulos. Et erunt in omni terra: dicit domin⁹ mat. 26 c.
Partes due in ea diſpergent: et deficient: et tertia pars Mar. 14 c
relinquetur in ea. Et ducā tertiā partē per ignē: ⁊ vram
eos ſicut vritur argentū: ⁊ probabo eos: ſicut probat au
rū. Ipſe vocabit nomē meū: ⁊ ego exaudiā eū. Et dicam:
populus meus es: ⁊ ipſe dicet: dñs de⁹ meus. XIIII.

E Cce dies dñi venient: dicit dñs: ⁊ diuidentur A
ſpolia tua in medio tui. Et cōgregabo oēs
gentes ad ieruſalē in preliū: ⁊ capiet ciuitas:
⁊ vaſtabunt domus: ⁊ mulieres violabuntur
Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatē: ⁊ re
liquū ppli nō auferet ex vrbe. Et egrediet dñs: et prelia
bit cōtra gentes illas: ſicut preliat⁹ eſt in die certaminis
Et ſtabūt pedes eius in die illa ſup montē oliuarū: q̄ eſt
cōtra Ieruſalē ad orientē. Et ſcindet mons oliuarū ex
media parte ſui ad orientē: ⁊ ad ocidentē prerupto grā
di valde. Et ſeparabit mediū montis ad aquilonē: ⁊ me
diū eius ad meridiē. Et fugietis ad vallē montiū eorū:
qm̄ cōiungetur vallis montiū vſq; ad proximū. Et fugi z. pa. 26 e
etis ſicut fugiſtis a facie terremotus in diebus Ozie re B
gis iuda. Et veniet dñs de⁹ meus: oēſq; ſancti cū eo. Et
erit in die illa: nō erit lux: ſed frigus ⁊ gelu. Et erit dies
vna: que nota eſt dño: non dies: neq; nox: ⁊ in tēpore veſ
peri erit lux. Et erit in die illa: exibūt aque viue de ieru-
ſalē. Mediū eaꝝ ad mare orientale: ⁊ mediū eaꝝ ad ma
re nouiſſimū. In eſtate: ⁊ ī hyeme erūt: ⁊ erit dñs rex ſu
per oēm terrā. In die illa erit dñs vnus: ⁊ erit nomē ei⁹
vnū. Et reuertet oīs terra vſq; ad deſertū: de colle adrē
mon ad auſtrū. Ieruſalē exaltabit: et habitabitur ī loco
ſuo: a porta beniamin vſq; ad locum porte prioris: ⁊ vſq;
ad portā angulorū: ⁊ a turre hananeel vſq; ad torcularia
regis. Et habitabūt in ea: ⁊ anathema nō erit amplius: C
ſed ſedebit Ieruſalē ſecura. Et hec erit plaga q̄ percuti Infra. eo
et dñs oēs gētes: q̄ pugnauerūt aduerſus ieruſalē. Ta-
beſcet caro vniuſcuiuſq; ſtātis ſup pedes ſuos: ⁊ oculi ei
us cōtabeſcēt in foraminib⁹ ſuis: et lingua eorū cōtabeſ
cet ī ore ſuo. In die illa erit tumultus dñi magnus ī eis
⁊ apprehēdet vir manū ꝓximi ſui: ⁊ cōſeret man⁹ eius ſu
ꝑ manū ꝓximi ſui. Sed ⁊ iudas pugnabit aduerſus Ie
ruſalē: ⁊ cōgregabunt diuitie oīm gētiū ī circūitu: aurū
⁊ argentū: ⁊ veſtes multe ſatis. Et ſic erit ruina equi et
muli ⁊ cameli ⁊ aſini: ⁊ oīm iumentorū: que fuerint ī ca-
ſtris illis: ſicut ruina hec. Et oēs q̄ reliqui fuerint de vni
uerſis gentib⁹: q̄ venerūt cōtra ieruſalē: aſcendēt ab an
no ī annū: vt adorēt regē dñm exercituū: ⁊ celebrēt feſti
uitatē tabernaculorū. Et erit q̄ nō aſcēderit de familijs
terre ad ieruſalē: vt adoret regē dñm exercituū: nō erit
ſup eos imber. Qd̄ ⁊ ſi familia egypti nō aſcēderit: ⁊ nō D
venerit: nec ſup eos erit. Sed erit ruina: q̄ ꝑcutiet dñs ſupra. eod
oēs gentes q̄ nō aſcenderīt ad celebrandā feſtiuitatē ta
bernaculorū. Hoc erit peccatū egypti: ⁊ hoc peccatum
oīm gentiū q̄ nō aſcenderīt ad celebrandā feſtiuitatē ta
bernaculoꝝ. In die illa erit: qd̄ ſup frenū equi eſt ſanctū
dño: ⁊ erūt lebetes in domo dñi quaſi phiale corā altari.
Et erit oīs lebes in Ieruſalē: ⁊ in Iuda ſanctificatus
domino exercituū. Et venient omnes immolantes: ⁊ ſu
ment ex eis: ⁊ coquent in eis. Et nō erit mercator vltra
in domo dñi exercituū in die illo. Finis.

Pꝛologus in malachiã pꝛophetam.

Leuiti 21 a Ibid 22 a Deus per Moyſen populo Iſrael pꝛeceperat
ſacerdotes tabernaculi ſui om̃i coꝛpoꝛali vitio
liberos: hoſtias om̃i vitio vacuas ſibi offerre.
Quibus legẽ ſuam ad regendum populũ ob
hoc dederat: vt per ſacrificioꝝ oblationẽ internuncij dei
et hominũ facti: populum pꝛeceptis celeſtibus facerent
obedire. Unde ſacerdotes angelos dei eſſe: hoc in loco
Malac 1 d ſcriptura teſtatur. Sed quia tanti muneris gratiã cõtẽ
nentes: ſupꝛadictus populus ac ſacerdotes ſacrificia vi
tio deturpata: ipſi criminibus atꝗ impietatibus macu
Malac 1 c lati deo offerre coeperunt: ideo per malachiã pꝛophetaʒ
deus populũ ſuũ icrepans ait: Dilexi vos dicit dñs. Et
dixiſtiſ in quo dilexiſti nos? Nõne frater erat eſau iacob
dicit dominus: ⁊ dilexi iacob: eſau aũt odio habui? Eſau
autẽ fratrẽ Iacob non iniqua aut ſpontanea voluntate
odio habitũ a deo: vel ſine meriti gratia Iacob dilectuʒ
manifeſtũ eſt: cum ſm̃ pꝛeſcientiã ſuã Eſau quidẽ effuſi
Ibidem a onẽ fraterni ſanguinis cõcupiſcere: Iacob aũt in ſui co
gnitione obſeruandã legẽ deſiderare cognoſceret. Cuiꝰ
rei gratia: ſupꝛadicto vſus eſt exemplo: dicẽs. Dilexi Ia
cob: Eſau autẽ odio habui. Quãuis ex operibus memo
ratoꝛũ: quoꝛũ liber geneſeos meminit: in quo vnuſqꝫꝗ
eoꝛũ futurus erat pꝛopoſito manifeſte cõſtet: vt ſcriptũ
eſt: Creuerunt pueri: et erat eſau homo agreſtis: ſciens
venari: Iacob aũt homo ſimplex manẽs in tabernaculo
Gen. 25. b Nam reliqua que lectione cõpꝛehenſa ſunt pꝛeuaricati
onẽ populi iſrael in obſeruandis ſacrificijs dei: increpa-
tionemꝗ in eundem ꝙ deos alienos coluerit: ſignificãt

Finis.

Machias pꝛopheta.

Caput. I.

A Onus verbi domini ad
Rom. 10. c Iſrael in manu Malachie pꝛophete
Dilexi vos dicit dominus. Et dixiſtiſ
In quo dilexiſti nos? Nonne frater
erat Eſau Iacob: dicit dominus: ⁊ di
lexi Iacob: Eſau autem odio habui?
Et poſui Seir montes eius in ſolitudinem: ⁊ heredita
tem eius in dracones deſerti. Quod ſi dixerit Idumea
deſtructi ſumus: ſed reuertentes edificabimus: que de
B ſtructa ſunt: hec dicit dominus exercituum: Iſti edifica
bunt: et ego deſtruam. Et vocabuntur termini impieta
tis: et populos cui iratus eſt dominus vſꝗ in eternum.
Et oculi veſtri videbunt: et vos dicetis: Magnificetur
dominus ſuper terminum Iſrael. Filius honoꝛat patrẽ
et ſeruus dominum ſuũ. Si ergo pater ego ſum: vbi eſt
honoꝛ meus? et ſi dominus ego ſum: vbi eſt timoꝛ meus
dicit dominus exercituum? Ad vos o ſacerdotes: qui de
ſpicitis nomẽ meũ. Et dixiſtis: In quo deſpeximus no-
mẽ tuũ? Offertis ſuper altare meũ panẽ pollutũ. Et di
C citis: In quo polluimus te? In eo ꝙ dicitis: menſa do-
mini deſpecta eſt. Si offeratis cecũ ad immolandũ: nõ-
ne malũ eſt? Et ſi offeratis claudũ ⁊ languidũ: nõne ma
lũ eſt? Offer illud duci tuo: ſi placuerit ei: aut ſi ſuſcepe-
rit faciẽ tuã: dicit dominꝰ exercituũ. Et nũc depꝛecami-
ni vultũ dei: vt miſereatur veſtri: de manu em̃ veſtra fa-
ctũ eſt hoc: ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtra: dicit dñs
in ra. 2. c. exercituũ. Quis eſt in vobis: qui claudat oſtia: et incen-
pſ. 94 dat altare meũ gratuito? Nõ eſt mihi voluntas in vobiſ
Pſ. 112. dicit dñs exercituũ: ⁊ munus nõ ſuſcipiã de manu veſtra
D Ab oꝛtu enim ſolis vſꝗ ad occaſum magnum eſt nomẽ
meũ in gentibus: ⁊ in omni loco ſacrificatur: et offertur
nomini meo oblatio munda: quia magnũ eſt nomen me
um in gentibus: dicit dominus exercituũ. Et vos pol-
luiſtis illud in eo ꝙ dicitis: menſa domini contaminata
eſt: et qđ ſuper ponitur: contemptibile eſt cum igne: qui
illud deuoꝛat. Et dixiſtis: Ecce de laboꝛe: et exufflaſtis amos. 5. f
illud dicit dominus exercituum. Et intuliſtis de rapinſ
claudũ et languidum: et intuliſtis munus. Nunquid ſu
ſcipiã illud de manu veſtra: dicit dominus exercituum?
Maledictus doloſus: qui habet in grege ſuo maſculũ:
et votum faciens immolat debile domino. Quia rex ma
gnus ego: dicit dominus exercituum: et nomen meum
hoꝛribile in gentibus.

II.

Et nunc ad vos mãdatum hoc o ſacerdotes A
Si nolueritis audire: ⁊ ſi nolueritis ponere Leui 26 b
ſuper coꝛ: vt detis gloꝛiam nomini meo: ait Deu 28 b
dominus exercituuʒ: mittam in vos egeſta-
tem: ⁊ maledicam benedictionibus veſtris:
et maledicam illis: quoniam non poſuiſtis ſuper coꝛ. Ec
ce ego pꝛoijciam vobis bꝛachiũ: et diſpergam ſuper vul-
tum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarũ: et aſſumet
vos ſecũ. Et ſcietiſ quia miſi ad vos mandatum iſtud: vt
eſſet pactum meũ cum Leui: dicit dominus exercituũ.
Pactũ meum fuit cum eo vite et pacis: ⁊ dedi ei timo-
rẽ: et timuit me: ⁊ a facie nominis mei pauebat. Lex ve- Oſee. 8. b
ritatis fuit in oꝛe eius: ⁊ iniquitas non eſt inuenta in la- B
bijs eius. In pace et equitate ambulauit mecum: ⁊ mul
tus auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſto
diunt ſcientiã: et legẽ requirent ex oꝛe eius: quia angelꝰ
domini exercituũ eſt. Uos autẽ receſſiſtis de via: et ſcan
daliʒaſtis plurimos in lege. Irritũ feciſtis pactũ Leui:
dicit dominus exercituum: Pꝛopter qđ ⁊ ego dedi vos
contemptibiles: ⁊ humiles omnibus populis: ſicut non
ſeruaſtis vias meas: ⁊ accepiſtis faciẽ in lege. Nunquid
non pater vnus omniũ noſtrũ? Nunquid nõ deus vnus C
creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſꝗ noſtrũ fra
trẽ ſuum: violãs pactum patrũ noſtroꝛum? Tranſgreſ-
ſus eſt Iuda: ⁊ abominatio facta eſt in Iſrael: et in Ie-
ruſalẽ: quia contaminauit Iudas ſanctificationẽ domi
ni: quã dilexit: ⁊ habuit filiaʒ dei alieni. Diſperdet domi
nus virum qui fecerit hoc: magiſtrum ⁊ diſcipulum de
tabernaculo Iacob: et offerentẽ munus domino exerci
tuũ. Et hoc rurſum feciſtis. Operiebatis lachꝛymis al-
tare dñi: fletu ⁊ mugitu: ita: vt nõ reſpiciã vltra ad ſacri
ficiũ: nec accipiã placabile quid de manu veſtra. Et dixi-
ſtis: Quã ob cauſam? Quia dñs teſtificatus eſt inter te:
et vxoꝛẽ pubertatis tue: quã tu deſpexiſti. Et hec parti- D
ceps tua: ⁊ vxoꝛ foederis tui. Nõne vnus fecit: ⁊ reſidu-
um ſpiritus eius eſt? Et quid vnus querit: niſi ſemẽ dei
Cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrũ: ⁊ vxoꝛẽ adoleſcentie tue
noli deſpicere. Cum odio habueris eã: dimitte: dicit do
minus deus iſrael. Operiet aũt iniquitas veſtimentũ ei
us: dicit dñs exercituũ. Cuſtodite ſpiritũ veſtrũ: ⁊ noli-
te deſpicere. Laboꝛare feciſtis dominũ in ſermonibꝰ ve
ſtris. Et dixiſtis: In quo eum fecimus laboꝛare? In eo
ꝙ dicitis: Om̃is qui facit malũ: bonus eſt in cõſpectu dñi
⁊ tales ei placent. Aut certe vbi eſt deus iudicij?

III.

Ecce ego mittam angelum meum: et pꝛepa A
rabit viã ante faciẽ meaʒ. Et ſtatim veniet Mat. 11. d
ad templũ ſuũ dominatoꝛ: quẽ vos queritiſ Mar. 1. b.
et angelus teſtamenti: quẽ vos vultis. Ec-
ce venit dicit dominus exercituuʒ. Et quis
poterit cogitare diẽ aduentus eius? et quis ſtabit ad vi
dendũ eũ? Ipſe em̃ quaſi ignis cõflans: ⁊ quaſi herba ful
lonũ. Et ſedebit cõflans ⁊ emũdãs argentũ: ⁊ purgabit
filios leui: ⁊ colabit eos q̃ſi aurũ: ⁊ q̃ſi argentũ: et erunt
dño offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit domino
ſacrificiũ iuda: ⁊ ieruſalẽ ſicut dies ſeculi: ⁊ ſicut anni an B
tiq̃. Et accedã ad vos in iudicio: ⁊ ero teſtis velox male
ficis: ⁊ adulteris ⁊ piuris: ⁊ qui calũniantᷣ mercedẽ mer
cenarij: ⁊ humiliãt viduas ⁊ pupillos: ⁊ oppꝛimũt pere
grinũ: nec timuerũt me dicit dominꝰ exercituũ. Ego em̃
dominꝰ ⁊ nõ mutoꝛ: ⁊ vos filij Iacob nõ eſtis cõſumpti
A diebus enim patrum veſtroꝛum receſſiſtis a legitimiſ

meis:⁊ non cuſtodiſtꝭ. Reuertimini ad me:et reuertar
ad vos dicit dominus exercituū. Et dixiſtis: In q̄ reuer
temur? Si affigit homo deū: q2 vos cōfigitis me. Et di
xiſtis: In q̄ cōfigim⁹ te? In decimis:⁊ ī primitijs. Et ī
penuria vos maledicti eſtꝭ:⁊ me vos cōfigitꝭ gens tota.
C Inferte oēꝫ decimā in horreū meū: vt ſit cibus in domo
mea:⁊ ꝓbate me ſuꝑ hoc dicit dn̄s. Si non aperuero vo
bis cataractas celi:⁊ effudero vobꝭ benedictionē vſqꝫ ad
abundantiā. Et increpabo pro vobis deuorantē:et non
corrumpet fructuꝫ terre veſtre:nec erit ſterilis vinea in
agro:dicit dn̄s exercituū. Et beatos vos dicēt oēs gen
tes. Eritis eñ vos terra deſyderabilis: dicit dn̄s exerci
tuū. Inualuerūt ſuper me verba veſtra dicit dn̄s. Et di
xiſtis: Quid locuti ſumus cōtra te? Dixiſtis: Vanus eſt
D qui ſeruit deo:et qd̄ emolumentū: quia cuſtodiuimus p̄
Iob.21.b cepta eius: ⁊ q2 ambulauimus triſtes corā dn̄o exercitu
um? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Siquidē
edificati ſunt facientes impietates:⁊ tentauerūt deū: et
ſalui facti ſunt. Tūc locuti ſunt timentes deū vnuſq̄ſqꝫ
cū proximo ſuo. Et attendit dn̄s:⁊ audiuit: ⁊ ſcriptus
eſt liber monimēti corā eo timentib⁹ dn̄m: ⁊ cogitātib⁹
nomē eius. Et erūt mihi: ait dn̄s exercituū: in die q̄ ego
faciā in peculiū:⁊ parcā eis: ſicut parcit vir filio ſuo ſer-
uienti ſibi. Et cōuertimini:⁊ videbitis q̄d ſit inter iuſtū
⁊ impiū: ⁊ inter ſeruiētē deo:⁊ nō ſeruientē ei. IIII
A Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus:⁊
erunt oēs ſuperbi:⁊ oēs facientes impietatē ſti
pula. Et inflāmabit eos dies veniens: dicit dn̄s
exercituū: que nō derelinquet eis radicē ⁊ germē. Et orie
tur vobis timentibus nomē meū ſol iuſtitie:et ſanitas ī
pennis eius. Egrediemini: ⁊ ſalietis ſicut vitulus de ar
B mento:⁊ calcabitis impios: cū fuerint cinis ſub plāta pe
dū veſtrorū: in die q̄ ego facio: dicit dn̄s exercituū. Me
mētote legis moyſi ſerui mei: quā mandaui ei in oreb ad
oēm iſrael precepta ⁊ iudicia. Ecce ego mittā vobis eliā
ꝓphetā: anteq̄ veniat dies dn̄i magn⁹: ⁊ horribilis. Et
cōuertet cor patrū ad filios:⁊ cor filiorū ad patres eorū
ne forte veniā:⁊ percutiā terrā anathemate

Finis.

Prologus beati Hieronymi presbyteri in libros Machabeorū.

2 Mac 7 a Achabeorū libri duo prenotant prelia inter
hebreorū duces gentēqꝫ perſarū: pugnā q̄qꝫ
ſabbatorū:⁊ nobiles machabei ducꝭ triūphos
ex cuius noīe ⁊ libri ijdeꝫ ſunt nūcupati. Hec
q̄qꝫ hiſtoria continet etiā inclyta illa geſta machabeorū
fratrū: qui ſub antiocho rege pro ſacrꝭ legibus dira tor
menta ꝑpeſſi ſunt. Quos mater pia dum diuerſis ſuppli
cijs vrgerentur: non ſolū nō fleuit: ſed ⁊ gaudens horta
batur ad gloriam paſſionis.

Alius prologus.

Achabeorū libri licet non habeantur in cano
ne hebreorū: tamen ab eccleſia inter diuinorū
voluminum annotantur hiſtorias. Preno-
tat autem prelia inter hebreorum duces gen
teſqꝫ Perſarum: pugnam quoqꝫ ſabbatorum et nobiles
2 Mac 9 b Machabei triumphos: foedus quoqꝫ amicitiarum cuꝫ
Romanorū ducibus atqꝫ legationum. Machabei ſep-
tem fratres ab vna matre machabea nomine geniti: cu-
ſtodientes legem patris traditionem: non manducan-
tes carnem porcinam: ob hoc ab Antiocho rege ſeuiſſi-
mo in Antiochia martyrij gloria coronati ſunt cum ma
tre ſua: atqꝫ ſepulti cum magna veneratione ibi quieſ-
cunt.

Finis.

Liber primus Machabaeorum

Cap. I.

Et factum eſt poſtquā A
percuſſit alexander Philippi rex ma
cedo: qui primus regnauit in Gre-
cia: egreſſus de terra Cethim: Dariū
regē Perſarū et Medorū: cōſtituit
prelia multa:⁊ obtinuit omniuꝫ mu-
nitiōes: et interfecit reges terre. Et pertranſijt vſqꝫ ad Iudith 1.c.
fines terre: et accepit ſpolia multitudinis gentium: ⁊ ſi
luit terra in conſpectu eius. Et congregauit virtutem
et exercitum fortem nimis. Et exaltatum eſt: et eleua-
tum cor eius: et obtinuit regiones gentium: et tyran-
nos:⁊ facti ſunt illi in tributum. Et poſt hec decidit in
lectum:⁊ cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros B
ſuos nobiles: qui ſecū erant nutriti a iuuentute ſua: ⁊ di
uiſit illis regnū ſuum: cum adhuc viueret. Et regnauit
Alexander annis duodecim: ⁊ mortuus eſt. Et obtinue
runt pueri eius regnum: vnuſquiſqꝫ in loco ſuo:⁊ impo-
ſuerunt omnes ſibi diademata poſt mortem eius: et filij
eorum poſt eos annis multꝭ: ⁊ multiplicata ſunt mala
in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illuſtrꝭ
filius Antiochi regis: qui fuerat Rome obſes:⁊ regna-
uit in anno centeſimo triceſimoſeptimo regni Greco-
rum. In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniqui:⁊ ſua
ſerunt multis: dicētes: Eamus: ⁊ diſponamus teſtamē
tum cum gentib⁹: que circa nos ſunt: quia ex quo receſ-
ſimus ab eis: inuenerunt nos multa mala:⁊ bonus vi-
ſus eſt ſermo in oculis eorū. Et deſtinauerunt aliqui de
populo: et abierunt ad regē:⁊ dedit illis poteſtatē: vt fa
cerent iuſtitiā gentiū. Et edificauerunt gymnaſiū in ie
roſolymis ſecundū leges nationū: et fecerunt ſibi prepu
tia: et receſſerunt a teſtamento ſancto:⁊ iuncti ſunt na-
tionibus:⁊ venūdati ſunt: vt facerent malū. Et paratuꝫ C
eſt regnū in cōſpectu antiochi:⁊ coepit regnare in terra 1.reg.21.g
egypti: vt regnaret ſuper duo regna. Et intrauit in egy
ptū in multitudine graui: in curribus:⁊ elephātis: ⁊ eq̄
tibus: et copioſa nauiū multitudine. Et cōſtituit belluꝫ
aduerſus ptolemeū regē egypti:⁊ veritus eſt ptoleme⁹
a facie eius: et fugit. Et ceciderunt vulnerati multi. Et
cōprehendit ciuitates munitas ī terra egypti:⁊ accepit
ſpolia terre egypti. Et cōuertit antiochus: poſtq̄ ꝑcuſ
ſit egyptū in centeſimo:⁊ quadrageſimo: ⁊ tertio anno
⁊ aſcendit ad iſrael: ⁊ aſcendit Ieroſolymā ī multitudi
ne graui. Et intrauit in ſanctificationē cum ſuperbia:⁊
accepit altare aureū:⁊ candelabruꝫ luminis: et vniuerſa
vaſa eius:⁊ menſam propoſitiōis: ⁊ libatoria: ⁊ phialas
⁊ mortariola aurea: et velū:⁊ coronas: ⁊ ornamentū au
reum: quod in facie templi erat: et comminuit oīa. Et
accepit argentum: et aurum: et vaſa cōcupiſcibilia:⁊ ac
cepit theſauros occultos quos inuenit: et ſublatis oīb⁹
abijt in terrā ſuā:⁊ fecit cedē hominū: et locutus eſt ī ſu
perbia magna. Et factus eſt planctus magnus in iſrael
⁊ in omni loco eorū. Et ingemuerūt prīcipes: ⁊ ſeniores D
⁊ iuuenes:⁊ virgines infirmati ſunt:⁊ ſpecioſitas muli-
erū īmutata eſt. Oīs maritus ſumpſit lamentū:⁊ q̄ ſede
bant in thoro maritali: lugebant:⁊ cōmota eſt terra ſu-
per habitantes in ea: ⁊ vniuerſa domus iacob induit cō
fuſionē: ⁊ poſt duos annos dierum miſit rex prīcipē tri
butorū in ciuitates iuda:⁊ venit Ieruſalem cum turba
magna. Et locutus eſt ad eos vba pacifica in dolo:⁊ cre
diderunt ei. Et irruit ſuper ciuitateꝫ repente: et ꝑcuſſit
eā plaga magna: ⁊ ꝑdidit populū multū ex iſrael. Et ac
cepit ſpolia ciuitatꝭ:⁊ ſuccēdit eā igni. Et deſtruxit do-
mos ei⁹: ⁊ muros ei⁹ in circuitu. Et captiuas duxerūt
mulieres:⁊ natos:⁊ pecora poſſederūt. Et edificauerūt
ciuitatē dauid muro magno:⁊ firmo:⁊ turrib⁹ firmis:⁊

facta eſt illis in arcẽ. Et poſuerũt illic gentẽ peccatricẽ
viros iniquos: et cõualuerũt in ea. Et poſuerunt arma:
et eſcas: ⁊ cõgregauerunt ſpolia Jeruſalẽ: ⁊ repoſuerũt
illic: ⁊ facti ſunt in laqueũ magnũ. Et factũ eſt hoc ad in
E ſidias ſanctificationi: ⁊ in diabolũ malũ in iſrael. Et effu
derunt ſanguinẽ innocentẽ per circuitũ ſanctificatiõis
⁊ cõtaminauerunt ſanctificationẽ. Et fugerunt habita-
tores Jeruſalẽ propter eos: ⁊ facta eſt habitatio extero
rũ: ⁊ facta eſt extera ſemini ſuo: ⁊ nati eius reliquerũt eã
Tob. 2. b Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo: dies feſti
amos. 8. c eius cõuerſi ſunt in luctũ: ſabbata eius in opprobriũ: ho
nores eius in nihilũ. Secundũ gloriam eius multiplica
ta eſt ignominia eius: ⁊ ſublimitas eius cõuerſa eſt in lu
ctũ. Et ſcripſit rex antiochus om̃i regno ſuo: vt eſſet oĩs
populus vnus: ⁊ reliquerunt vnuſquiſq; legẽ ſuã: ⁊ con
ſenſerunt oẽs gentes ſecundũ verbũ regis antiochi. Et
multi ex iſrael cõſenſerunt ei: ⁊ ſacrificauerunt idolis: ⁊
coinquinauerũt ſabbatũ. Et miſit rex antiochus libros
p manus nuncioꝝ in Jeruſalẽ: ⁊ in oẽs ciuitates iudeę
vt ſequerent leges gentiũ terrę: et prohiberent holocau
ſta: ⁊ ſacrificia: ⁊ placationes fieri in templo dei: ⁊ prohi
berent celebrari ſabbatũ: ⁊ dies ſolennes. Et iuſſit coin
quinari ſancta: ⁊ ſanctũ populũ iſrael. Et iuſſit ędifica-
ri aras et templa: et idola: ⁊ immolari carnes ſuillas: et
pecora cõmunia: ⁊ relinquere filios ſuos incircunciſos:
⁊ coinquinari animas eoꝝ in omnibus ĩmundicijs: ⁊ ab
ominationib⁹: ita vt obliuiſcerentur legẽ: ⁊ immutarẽt
omnes iuſtificationes dei. Et quicunq; non feciſſent ſe-
cundũ verbũ regis antiochi: morerentur. Secundũ om
F nia verba hęc ſcripſit omni regno ſuo: ⁊ prępoſuit prin-
cipes populo: qui hęc fieri cogerent. Et iuſſerũt ciuita-
tibus iudę ſacrificare. Et cõgregati ſunt multi de popu
lo ad eos: q̃ dereliquerant legẽ domini: ⁊ fecerunt mala
ſuper terrã: ⁊ effugauerũt populũ iſrael in abditis: et in
abſconditis fugitiuorũ locis. Die quintadecima mẽſis
Caſleu: quinto et quadrigeſimo ⁊ centeſimo anno: ędi-
ficauit rex Antiochus aboĩandũ idolũ deſolationis ſup
altare dei: ⁊ p vniuerſas ciuitates iudę in circuitu ędifi
cauerũt aras: ⁊ ante ianuas domoꝝ: ⁊ in plateis incẽde
bãt thura: ⁊ ſacrificabãt. Et libros legis dei cõbuſſerũt
igni: ſcindentes eos: ⁊ apud quẽcunq; inueniebantur li
bri teſtamenti domini: ⁊ quicunq; obſeruabat legẽ dñi:
ſecundũ edictũ regis trucidabant eũ. In virtute ſuo fa
ciebant hęc populo iſrael: qui inueniebatur in omni mẽ
ſe in ciuitatibus. Et quinta: ⁊ viceſima die menſis ſacri
ficabant ſuper aram: quę erat cõtra altare: ⁊ mulieres q̃
circuncidebant filios ſuos: trucidabãtur ſecundũ iuſſuꝫ
regis antiochi. Et ſuſpendebant pueros a ceruicib⁹ per
vniuerſas domos eorũ: ⁊ eos qui circũciderãt: illos tru
cidabant. Et multi de populo iſrael definierũt apud ſe:
vt nõ manducarent immunda: ⁊ elegerũt magis mori:
ꝙ cibis coinquinari immundis: ⁊ noluerũt infringere
legẽ dei ſanctã: ⁊ trucidati ſunt: ⁊ facta eſt ira magna ſu
per populum Iſrael valde. II
A IN diebus illis ſurrexit matathias filius Jo-
hannis filij Symeonis ſacerdos: ex filijs ioa-
rim ab ieruſclẽ: ⁊ cõſedit in monte modin. Et
habebat filios quĩq;: Johannã: qui cognomi
nabat Gaddis: et ſymonẽ: qui cognominabat Thaſi: et
iudã: qui vocabatur machabeus: ⁊ Eleazarũ: qui cogno
minabat abaron: ⁊ ionathan: qui cognominabat apph⁹
Hi viderunt mala: quę fiebant in populo iuda: ⁊ in ieru
ſalẽ. Et dixit matathias: Vę mihi. Vt quid natus ſum
videre cõtritionẽ populi mei: ⁊ cõtritionẽ ciuitatis ſan
ctę: ⁊ ſedere illic: cũ datur in manibus inimicorũ? San-
cta in manu extraneorũ facta ſunt: templũ eius ſicut ho
mo ignobilis. Vaſa glorię ei⁹ captiua abducta ſunt: tru
cidati ſunt ſenes eius in plateis: ⁊ iuuenes ei⁹ ceciderũt
in gladio inimicorũ. Quę gens nõ hęreditauit regnũ ei
B us: et nõ obtinuit ſpolia eius? Omnis cõpoſitio eius ab
lata eſt. Quę erat libera: facta eſt ancilla. Et ecce ſancta
noſtra: ⁊ pulchritudo noſtra: ⁊ claritas noſtra deſolata
eſt: et coinquinauerũt eã gentes. Quo ergo nobiſ adhuc
viuere? Et ſcidit veſtimenta ſua matathias: ⁊ filij eius ⁊
operuerũt ſe cilicijs: ⁊ planxerũt valde: ⁊ venerunt illuc
qui miſſi erãt a rege antiocho: vt cogerẽt eos: q̃ cõfuge
rãt in ciuitatẽ modin immolare: ⁊ accendere thura: ⁊ a
lege dei diſcedere. Et multi de populo iſrael cõſentien-
tes acceſſerunt ad eos: ſed matathias: ⁊ filij eius cõſtan
ter ſteterũt. Et reſpondẽtes qui miſſi erãt ab antiocho:
dixerũt matathię: Princeps ⁊ clariſſimus ⁊ magn⁹ es
in hac ciuitate: ⁊ ornat⁹ filijs: ⁊ fratribus. Ergo accede
prior: ⁊ fac iuſſuꝫ regis: ſicut fecerunt oẽs gentes: ⁊ viri
Juda: ⁊ q̃ remanſerunt in ieruſalẽ. Et eris tu: ⁊ filij tui
inter amicos regis: ⁊ amplificat⁹ auro: ⁊ argento: ⁊ mu
neribus multis. Et reſpõdit matathias: ⁊ dixit magna
voce: Et ſi oẽs gẽtes regi antiocho obediũt: vt diſcedãt C
vnuſquiſq; a ſeruitute legis patrũ ſuorũ: et cõſentiãt mã
datis eius: ego ⁊ filij mei: ⁊ fratres mei obediemus legi
patrũ noſtrorũ. Propicius ſit nobis deus: nõ eſt nobis
vtile relinquere legẽ: ⁊ iuſticias dei. Nõ audiemus ver-
ba regis antiochi: nec ſacrificabim⁹ tranſgrediẽtes legiſ
noſtrę mandata: vt eamus altera via. Et vt ceſſauit loq̃
verba hęc: acceſſit quidã iudęus in oĩm oculis ſacrifica
re idolis ſuper arã in ciuitate modin ſecundũ iuſſuꝫ re-
gis. Et vidit matathias: ⁊ doluit: ⁊ cõtremuerũt renes
eius: ⁊ accenſus eſt furor eius ſecundũ iudiciũ legis: et
inſiliens trucidauit eum ſuper aram. Sed et virũ quem
rex antioch⁹ miſerat: qui cogebat ĩmolare: occidit ĩ ipſo
tempore: ⁊ arã deſtruxit: ⁊ zelat⁹ eſt legẽ: ſicut fecit phi-
nehes zambri filio ſalomi. Et exclamauit matathias vo
ce magna in ciuitate: dicẽs: Oĩs qui zelũ habet legis ſta
tuens teſtamentũ: exeat poſt me: ⁊ fugit ipſe: et filij eius D
in montes: ⁊ reliquerũt quęcunq; habebant in ciuitate.
Tunc deſcenderũt multi quęrentes iudiciũ: ⁊ iuſticiã ĩ
deſertũ: ⁊ ſederunt ibi ipſi: ⁊ filij eius: ⁊ mulieres eorũ: ⁊
pecora eorũ: qm̃ inundauerũt ſuper eos mala. Et renũ-
ciatũ eſt viris regis: ⁊ exercitui: qui erant in ieruſalẽ ci-
uitate dauid: qm̃ diſceſſent viri quidã: qui diſſipauerunt
mandatũ regis in loca occulta ĩ deſerto: ⁊ abijſſent poſt
eos multi. Et ſtatim perrexerũt ad eos: et cõſtituerunt
aduerſus eos pręliũ in die ſabbatorũ: ⁊ dixerunt ad eos:
Reſiſtitis ⁊ nunc adhuc? Exite: ⁊ facite ſecundũ verbũ
regis antiochi: ⁊ viuetiſ. Et dixerũt: Nõ exibimus: neq;
faciemus verbũ regis: vt polluam⁹ diẽ ſabbatorũ. Et cõ
cidauerũt aduerſus eos pręliũ. Et nõ rñderunt eis: nec
lapidẽ miſerũt in eos: nec oppilauerũt loca occulta: di-
cẽtes: Moriamur oẽs in ſimplicitate nr̃a: et teſtes erũt
ſup nos cęlũ ⁊ terra: ꝙ iniuſte perditis nos. Et intule-
runt illis bellũ ſabbatiſ: ⁊ mortui ſunt ipſi: ⁊ vxores eoꝝ
⁊ filij eorũ: ⁊ pecora eorũ vſq; ad mille aĩas hoĩm. Et co- E
gnouit matathias ⁊ amici eius: ⁊ luctũ habuerũt ſuper
eos valde. Et dixit vir proximo ſuo: Si oẽs fecerimus ſi-
cut fratres noſtri fecerunt: ⁊ non pugnauerimus aduer
ſus gentes pro aĩabus noſtris: ⁊ iuſtificatiõibus noſtris
citius diſperdent nos a terra. Et cogitauerũt in die illa
dicẽtes: Oĩs quicũq; venerit ad nos in bello die ſabbato
rũ: pugnem⁹ aduerſus eũ: ⁊ nõ moriemur oẽs: ſicut mor
tui ſunt fratres noſtri in occultiſ. Tũc cõgregata eſt ad
eos ſynagoga iudęoꝝ fortis viribus ex iſrael: oĩs volun
tarius in lege: ⁊ oẽs qui fugiebãt a malis: additi ſunt ad
eos: ⁊ facti ſunt illis ad firmamentũ. Et collegerunt ex
ercitũ: ⁊ pcuſſerũt peccatores in ira ſua: ⁊ viros iniq̊s in
indignatiõe ſua: ⁊ ceteri fugerunt ad natiões: vt euade
rẽt. Et circũiuit matathias: ⁊ amici eius: ⁊ deſtruxerũt F
aras: ⁊ circunciderũt pueros incircunciſos: quotq̊t ĩue
nerũt in finib⁹ iſrael ĩ fortitudine. Et pſecuti ſunt filios
ſupbię: ⁊ pſperatũ eſt opus in manibus eoꝝ. Et obtinu
erũt legẽ de manibus gentiũ: ⁊ de manibus regũ: ⁊ non
dederũt cornu peccatori. Et appropinquerũt dies ma-

tathie moriēdi. Et dixit filijs ſuis: Nūc cōfortata eſt ſu
perbia: ⁊ caſtigatio: ⁊ tēpꝰ euerſiōis: ⁊ ira indignatiōis.
Nūc ergo o filij emulatores eſtote legꝭ: ⁊ date aīas veſtras
pro teſtamēto patrū: ⁊ memētote operū patrū: que fece
runt in generationibꝰ ſuis: et accipietis gloriā magnā:
Gene.22. Gene.15. ⁊ nomē eternū. Abraam nōne in tentatiōe inuētus eſt fi
num..25. delis: ⁊ reputatū eſt ei ad iuſtitiā? Joſeph in tēpore an
Joſue.1.d guſtie ſue cuſtodiuit mandatū: ⁊ factus eſt dn̄s egypti.
Num.14c Phinehes pater noſter zelādo zelū dei: accepit teſtamē
1.reg.28 g tum ſacerdotij eterni. Jeſus dū impleuit verbū: factus
4.reg.2.b eſt dux in Jſrael. Caleph dū teſtificat̄: in eccleſia accepit
daniel.3.g hereditatē. Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſe
dem regni in ſecula. Elias dū zelat zelū legis: receptus
daniel.6c. eſt ī celū. Ananias ⁊ Azarias ⁊ Miſael credētes libe
rati ſunt de flāma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus
G eſt de ore leonū. Et ita cogitate per generationē ⁊ gene
rationem: quia omnes qui ſperant in eū: nō infirmātur.
Et a verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eiꝰ
ſtercus ⁊ vermis eſt. Hodie extollit̄: ⁊ cras nō inuenief:
quia cōuerſus eſt ī terrā ſuā: ⁊ cogitatio eiꝰ perijt. Vos
ergo filij cōfortamini: ⁊ viriliter agite in lege: quia cū fe
ceritis: que vobis precepta ſunt ī lege a dn̄o deo veſtro:
in ipſa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter ſcio
quod vir conſilij eſt. Jpſum audite ſemper: ⁊ ipſe erit vobis
pater. Et Judas Machabeus fortis viribus a iuuētu
te ſua ſit vobis princeps militie: ⁊ ipſe aget bellū populi.
Et adducetis ad vos oēs factores legis: ⁊ vīdicate vin
dictā populi veſtri. Retribuite retributionē gentibꝰ: et
intēdite in preceptū legis. Et bn̄dixit eos: ⁊ appoſitus eſt
ad patres ſuos. Et defunctꝰ eſt anno cēteſimo qdrageſi
mo ſexto: ⁊ ſepultꝰ eſt a filijs ſuis ī ſepulchris patrū ſuorum
in modin: ⁊ planxerūt eū oīs iſrael plāctu magno. III.
A Et ſurrexit Judas qui vocabat̄ Machabeꝰ
filius eiꝰ pro eo: ⁊ adiuuabāt eū oēs fratres
eius: ⁊ vniuerſi qui ſe coniunxerāt patri eiꝰ:
et preliabant̄ preliū Jſrael cū letitia. Et di
latauit gloriā populo ſuo: et induit ſe loricā
ſicut gigas: ⁊ ſuccīxit ſe arma bellica ſua ī prelijs: ⁊ pro
tegebat caſtra gladio ſuo. Similis factꝰ eſt leoni in ope
ribus ſuis: ⁊ ſicut catulꝰ leonis rugiēs in venatione. Et
perſecutus eſt iniquos perſcrutās eos: ⁊ qui cōturbabant
populum ſuū: oēs ſuccēdit flāmis: ⁊ repulſi ſunt inimici
eius pre timore eiꝰ. Et oēs operarij iniquitatis contur
bati ſunt: ⁊ directa eſt ſalus in manu eiꝰ. Et exacerbabat
reges multos: ⁊ letificabat Jacob ī operibꝰ ſuis: ⁊ in ſe
culum memoria eius in benedictiōe. Et perambulabat
ciuitates iuda: ⁊ perdidit impios ex eis: et auertit iram
B ab Jſrael. Et nominatus eſt vſqȝ ad nouiſſimū terre: et
cōgregauit pereūtes. Et cōgregauit apollonius gētes:
⁊ a Samaria virtutē multā et magnā ad bellādū cōtra
Jſrael. Et cognouit iudas: et exiuit obuiā illi: ⁊ percuſſit:
⁊ occidit illū: ⁊ ceciderūt vulnerati multi: ⁊ reliqui fuge
rūt: ⁊ accepit ſpolia eorum: ⁊ gladiū Apollonij abſtulit Ju
das: ⁊ erat pugnās in eo omnibꝰ diebꝰ. Et audiuit ſeron
princeps exercitꝰ Syrie: quod cōgregauit Judas congre
gationē fideliū ⁊ eccleſiā ſecū: ⁊ ait: Faciā mihi nomē: et
glorificabor in regno: et debellabo Judā: ⁊ eos qui cum
ipſo ſunt: qui ſpernebāt verbū regis. Et preparauit ſe: ⁊
aſcenderūt cū eo caſtra impiorū fortes auxiliarij: vt face
rēt vindictā in filios Jſrael. Et appropinquauerūt vſqȝ
bethoron: ⁊ exiuit Judas obuiā illis cū paucis. Vt aūt
viderūt exercitū veniētē ſibi obuiā: dixerūt iude: Quo
modo poterimꝰ pauci pugnare cōtra multitudinē hāc
tantā ⁊ tā fortē: et nos fatigati ſumꝰ ieiunio hodie? Et
ait Judas: Facile eſt cōcludi multos in manu paucorū:
et nō eſt differētia in cōſpectu dei celi liberare in multis
C et in paucis: quoniā nō in multitudine exercitꝰ victoria
belli: ſed de celo fortitudo eſt. Jpſi veniūt ad nos in mul
titudine cōtumaci ⁊ ſuperbia: vt diſperdāt nos: et vxores
noſtras: ⁊ filios noſtros: ⁊ vt ſpoliēt nos. Nos vero pu

gnabimus pro animabꝰ noſtris: ⁊ legibꝰ noſtris: et ipſe
dn̄s cōteret eos ante faciē noſtrā. Vos aūt ne timueri
tis eos. Vt ceſſauit aūt loqui: inſiliuit ī eos ſubito. Et cō
tritus eſt Seron: ⁊ exercitus eiꝰ in cōſpectu ipſiꝰ: ⁊ per
ſecutus eſt eū in deſcēſu bethorō vſqȝ ī cāpū: et ceciderūt
ex eis octingēti viri: reliqui aūt fugerūt in terram phili
ſtijm. Et cecidit timor Jude ac fratrū eiꝰ: ⁊ formido ſu
per oēs gētes in circūitu eorum: et peruenit ad regē nomen
eius: ⁊ de prelijs Jude narrabāt oēs gētes. Vt audiuit
aūt rex Antiochus ſermones iſtos: iratꝰ eſt aīo: ⁊ miſit:
⁊ cōgregauit exercitum vniuerſi regni ſui: caſtra fortia
valde: ⁊ aperuit erariū ſuū: et dedit ſtipēdia exercitui in
annū: ⁊ mādauit illis: vt eſſent parati ad oīa. Et vidit quod D
defecit pecunia de theſauris ſuis: ⁊ tributa regiōis mo
dica propter diſſenſionē ⁊ plagā quā fecit in terra: vt tolle
ret legitima: que erāt a primis diebꝰ. Et timuit ne non
haberet ⁊ ſemel ⁊ bis in ſumptꝰ: et donaria que dederat
ante larga manu: ⁊ abūdauerat ſuper reges: qui ante eū fue
rāt. Et cōſternatꝰ erat aīo valde: ⁊ cogitauit ire in perſi
dē: vt acciperet tributa regionū: ⁊ cōgregaret argētum
multū. Et reliquit Lyſiā hoīem nobilē de genere rega
li ſuper negocia regia a flumine Eufraten vſqȝ ad flumen
Aegypti: ⁊ vt nutriret Antiochū filiū ſuū: donec rediret.
Et tradidit ei mediū exercitū ⁊ elephātos: ⁊ mādauit ei
de omnibꝰ que volebat: ⁊ de inhabitantibꝰ iudeā ⁊ ieru
ſalē: ⁊ vt mitteret ad eos exercitū ad conterendā ⁊ extir
pandam virtutē Jſrael: ⁊ reliquias Jeruſalē: ⁊ auferen
dam memoriā eorū de loco: ⁊ vt cōſtitueret habitatores
filios alienigenas in omnibꝰ finibꝰ eorum: ⁊ ſorte diſtribue
ret terrā eorum. Et rex aſſumpſit partē exercitꝰ reſidui: et E
exiuit ab antiochia ciuitate regni ſui anno cēteſimo ⁊ q
drageſimo ſeptīo: ⁊ trāſfretauit eufratē flumē: ⁊ peram
bulabat ſuperiores regiōes. Et elegit lyſias ptolomeū fi
liū dorimini: ⁊ nicanorē ⁊ gorgiā viros potētes ex ami
cis regꝭ: ⁊ miſit cū eis qdragīta millia virorum: ⁊ ſeptē mil
lia eqtū: vt venirēt ī terrā iuda: ⁊ diſperderēt eā ſecundum verbū
regꝭ. Et proceſſerūt: vt irēt cū vniuerſa virtute ſua: et vene
runt: ⁊ applicuerunt Ammaum in terra cāpeſtri. Et au
dierunt mercatores regionū nomē eorum: ⁊ acceperūt ar
gentū ⁊ aurū multū valde: ⁊ pueros: ⁊ venerūt ī caſtra:
vt acciperēt filios Jſrael in ſeruos: ⁊ additi ſunt ad eos
exercitus Syrie: ⁊ terre alienigenarū. Et vidit Judas
⁊ fratres eiꝰ: quia multiplicata ſunt mala: ⁊ exercitus ap
plicabat ad fines eorum: ⁊ cognouerūt verba regis: que mā
dauit populo facere ī interitū ⁊ cōſummationē. Et dixerūt
vnuſquiſqȝ ad proximū ſuū: Erigamꝰ deiectionē populi noſtri: et F
pugnemꝰ pro populo noſtro ⁊ ſanctis noſtris. Et cōgre
gatus eſt cōuentus: vt eſſent parati ī preliū: et vt orarēt
⁊ peterēt miſericordiā ⁊ miſeratiōes: ⁊ ieruſalē nō habi
tabatur: ſed erat ſicut deſertū. Nō erat qui ingrederetur
⁊ egrederet̄ de natis eiꝰ: ⁊ ſanctum cōculcabat̄. Et filij alie
nigenarū erāt in arce: ibi erat habitatio gentiū: ⁊ ablata
eſt voluptas a iacob: ⁊ defecit ibi tibia et cithara. Et cō
gregati ſunt: ⁊ venerūt ī maſphat cōtra ieruſalē: quia locꝰ
orationis erat ī maſphat ante ī iſrael. Et ieiunauerūt illa
die: ⁊ induerūt ſe cilicijs: et cinerē impoſuerūt capiti ſuo:
⁊ diſciderūt veſtimenta ſua: ⁊ expanderūt libros legis: de
quibꝰ ſcrutabant̄ gētes ſimilitudinē ſimulachrorum ſuo
rū: ⁊ attulerūt ornamēta ſacerdotalia: ⁊ primitias: ⁊ deci
mas: ⁊ ſuſcitauerūt nazareos: qui impleuerant dies: et cla
mauerunt voce magna in celū: dicētes: Quid faciemus G
iſtis: ⁊ quo eos ducemꝰ? Et ſancta tua cōculcata ſunt: et
contaminata ſunt: ⁊ ſacerdotes tui facti ſunt in luctū: ⁊
in humilitatē: ⁊ ecce natiōes cōuenerūt aduerſum nos:
vt nos diſperdāt. Tu ſcis que cogitāt in nos. Quomo
do poterimꝰ ſubſiſtere ante faciem eorum: niſi tu deꝰ adiu
ues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et poſt
hec cōſtituit Judas duces populi: tribunos: et cēturiōes:
⁊ pētacōtarchos: ⁊ decuriōes. Et dixit his: qui edificabāt
domos: ⁊ ſponſabāt vxores: ⁊ plātabāt vineas: ⁊ formido

M

loſis:vt redirēt vnuſq̄ſqꝫ ī domū ſuā ſm legē. Et moue-
Deu.20.b rūt caſtra:7 collocauerūt ad auſtrū ammaum. Et ait iu
iudic.8.a. das:Accingimini:7 eſtote filij potentes:7 eſtote parati
in mane:vt pugnetis aduerſus natiões has que cōuene
runt diſperdere nos et ſancta noſtra: quoniā melius eſt
nos mori in bello:ꝙ videre mala gētis noſtre 7 ſancto-
rum. Sicut aūt fuerit volūtas in celo:ſic fiat. IIII.
A Et aſſumpſit Gorgias q̄nqꝫ millia viroꝝ:7 mil-
le eq̄tes electos:7 mouerunt caſtra nocte:vt ap
plicarēt ad caſtra iudeoꝝ:7 percuterēt eos ſubi
to. Et filij q̄ erāt ex arce:erāt illis duces. Et audiuit iu-
de9:7 ſurrexit ipē 7 potētes ꝑcutere ꝟtutē exercituū re
gis:q̄ erat ī ammaū. Adhuc eñ diſperſus erat exercit9 a
caſtris. Et venit gorgias in caſtra iude noctu:7 nemīnē
inuenit:7 q̄rebat eos in mōtib9: qm̄ dixit: fugiūt hi a no
bis. Et cū dies fact9 eſſet:apparuit iudas in cāpo cū tri
bus millib9 viroꝝ tantū: q̄ tegumētā 7 gladios nō habe
bāt. Et viderūt caſtra gētiū valida:7 loricatos 7 eq̄tat9
in circūitu eoꝝ. Et hi docti ad ꝑliū. Et ait iudas viris q̄
ſecū erant: Ne timueritis multitudinē eoꝝ:7 īpetū eoꝝ
Exo.14.e ne formidetis. Memētote q̄liter ſalui facti ſunt patres
noſtri in mari rubro:cū ſequeref eos pharao cū exercitu
multo. Et nūc clamem9 ī celū:7 miſerebif noſtri dn̄s:et
memor erit teſtamēti patrū noſtroꝝ:et cōteret exercitū
iſtū ante faciē noſtrā hodie:7 ſciēt oēs gētes: q̄a eſt de9:
q̄ redimat 7 liberet iſrael. Et leuauerūt alienigene oc̄los
B ſuos:7 viderūt eos veniētes ex aduerſo. Et exierūt de ca
ſtris ī ꝑliū:7 tuba cecinerūt hi:q̄ erāt cū iuda. Et cōgreſ
ſi ſunt:7 cōtrite ſunt gētes:7 fugerūt ī cāpū. Nouiſſimi
aūt ceciderūt ī gladio:7 ꝑſecuti ſunt eos vſqꝫ gaſeron:et
vſqꝫ ī cāpos idumee 7 azoti 7 iānie:7 ceciderūt ex illis vſ
qꝫ ad tria millia viroꝝ. Et reuerſus eſt iudas 7 exercit9
ei9:ſequēs eū. Dixitqꝫ ad ppl̄m: Nō cōcupiſcatis ſpolia:
q̄a bellū cōtra nos eſt:7 Gorgias:7 exercit9 ei9 ꝓpe nos
in mōtib9:ſed ſtate nūc cōtra inimicos nr̄os: 7 expugna
te eos:7 ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. Et adhuc loquēte
iuda hec:ecce apparuit pars q̄dā ꝓſpiciens de mōte. Et
C vidit gorgias ꝙ ī fugā cōuerſi ſunt ſui:7 ſuccēſa ſunt ca
ſtra. Fum9 eñ q̄ videbaf: declarabat ꝙ factū eſt. Quib9
illi cōſpectis timuerūt valde: aſpiciētes ſimul 7 iudā et
exercitū in cāpo paratū ad ꝑliū. Et fugerūt oēs in cāpo
alienigenaꝝ:7 iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtroꝝ. Et
acceperūt aurū multū 7 argentū 7 hyacinthū:7 purpu-
rā marinā:7 opes magnas. Et cōuerſi hymnū canebāt:
7 benedicebāt deū ī celo:qm̄ bon9 eſt:qm̄ ī ſeculū miſeri-
cordia ei9. Et facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa.
Quicūqꝫ aūt alienigenarū euaſerūt:venerūt:7 nūciaue-
rūt lyſie vniuerſa q̄ acciderāt. Quib9 ille auditis cōſter
natus aīo deficiebat:q2 nō q̄lia voluit: talia cōtigerūt in
D iſrael:7 q̄lia mādauit rex. Et ſequēti anno congregauit
lyſias viroꝝ electoꝝ ſexagīta millia:7 equitū quinqꝫ mil
1.regū.7.f lia:vt debellaret eos. Et venerūt ī iudeā:7 caſtra poſue-
rūt in bethoron:7 occurrit illis iudas cū decē millib9 vi
1.reg.14.b ris. Et viderūt exercitū fortē:7 orauit:7 dixit: Benedi-
ctus es ſaluator iſrael:q̄ cōtriuiſti īpetū potētis ī manu
ſerui tui dauid:7 tradidiſti caſtra alienigenarū in manu
ionathe filij ſaul:7 armigeri ei9. Conclude exercitū iſtū
in manu ppl̄i tui iſrael:7 cōfundaf ī exercitu ſuo 7 eq̄ti-
bus. Da illis formidinē:7 tabefac audaciā ꝟtutis eorū:
7 cōmoueanf cōtritione ſua. Deijce illos gladio diligen
tiū te:7 collaudēt te oēs:q̄ nouerūt nomē tuū ī hymnis.
Et cōmiſerunt ꝑliū:7 ceciderūt de exercitu lyſie quinqꝫ
millia virorū. Vides aūt lyſias fugā ſuoꝝ:7 iudeoꝝ au-
daciā:7 ꝙ parati ſūt:aut viuere:aut mori fortiter: abijt
antiochiā:7 elegit milites: vt multiplicati rurſus veni-
rēt in iudeā. Dixit aūt iudas:7 fratres ei9: Ecce cōtriti
ſunt inimici noſtri:aſcēdamus nūc mūdare ſancta:7 re-
E nouare. Et cōgregat9 eſt oīs exercit9:7 aſcēderūt ī mō-
tē ſiō. Et viderūt ſanctificationē deſertā:7 altare ꝓpha-
natū:7 portas exuſtas:7 ī atrijs ꝟgulta nata:ſicut ī ſal-
tu vel in mōtibus:7 paſtophoria diruta. Et ſciderūt ve-
ſtimēta ſua:7 planxerūt plāctu magno: 7 impoſuerūt ci
nerem ſup caput ſuū:7 ceciderūt in faciē ſup terram: et
exclamauerūt tubis ſignorū:7 clamauerūt in celū. Tūc
ordinauit iudas viros: vt pugnarent aduerſus eos qui
erāt in arce:donec emūdarēt ſancta. Et elegit ſacerdo-
tes ſine macula:volūtatē habētes ī lege dei:7 mundaue-
rūt ſancta:7 tulerūt lapides cōtaminatiōis ī locū immū
dum. Et cogitauit de altari holocauſtoꝝ:qđ ꝓphanatū
erat:q̄d de eo faceret. Et incidit illi conſiliū bonū:vt de-
ſtrueret illud:ne forte illis eſſet in opprobriū: q̄a cōtami
nauerūt illud gentes:7 demoliti ſunt illud. Et repoſue- F
rūt lapides in mōte dom9 in loco apto:quoaduſqꝫ veni-
ret ꝓpheta:7 reſpōderet de eis. Et accepert lapides in-
tegros ſm legē:7 edificauerūt altare nouū ſm illud qđ
fuit prius:7 edificauerūt ſancta:7 que intra domū erāt
intrinſec9:7 edē 7 atria ſanctificauerūt. Et fecerūt vaſa
ſancta noua:7 intulerūt cādelabrum:7 altare incēſoꝝ:7
mēſam in tēplū. Et incēſum poſuerūt ſup altare: 7 accē
derūt lucernas que ſup cādelabrū erāt:7 lucebāt in tem
plo. Et poſuerūt ſup mēſam panes:7 appēderūt vela:et
cōſummauerūt oīa opa que fecerāt. Et ante matutinū
ſurrexerūt q̄nta et viceſima die mēſis noni:hic eſt mēſis
Caſleu cēteſimi q̄drageſimioctaui anni:et obtulerūt ſa
crificiū ſm legē ſup altare holocauſtoꝝ nouū: quod fece
rūt. Secundū tēpus 7 ſm diē:in qua cōtaminauerunt il
lud gentes: in ipſa renouatū eſt in cāticis 7 citharis 7 ci
naris 7 cymbalis. Et cecidit oīs popul9 in faciē: 7 ado- G
rauerūt:7 benedixerūt in celū eū q̄ ꝓſperauit eis. Et fe-
cerūt dedicationē altaris dieb9 octo:et obtulerunt holo
cauſta cū letitia 7 ſalutaria laudis. Et ornauerūt faciē
tēpli coronis aureis 7 ſcutulis:7 dedicauerūt portas et
paſtophoria:7 impoſuerunt eis ianuas. Et facta eſt leti
cia in populo magna valde:et auerſum eſt opprobriū gē
tiū. Et ſtatuit iudas 7 fratres ei9 7 vniuerſa eccl̄ia iſra-
el:vt agaf dies dedicatiōis altaris ī tēporib9 ſuis ab an
no ī annū ꝑ dies octo a q̄nta 7 viceſima die mēſis caſleu
cū letitia 7 gaudio. Et edificauerūt ī tēpore illo montē
Sion:7 ꝑ circūitū muros altos:et turres firmas:ne q̄n
venirēt gētes:7 cōculcarēt eū ſicut antea fecert. Et col-
locauit illic exercitū:vt ſeruarēt eū:7 muniuit eū ad cu-
ſtodiēdam Bethſuram:vt haberet populus munitionē
contra faciem Idumee. V.
Et factū eſt: vt audierūt gētes ī circūitu:q2 edi- A
ficatū eſt altare 7 ſanctuariū ſicut prius: irate
ſunt valde:7 cogitabāt tollere genus iacob: qui
erāt inter eos:7 coeperūt occidere de ppl̄o:7 ꝑſequi. Et
debellabat iudas filios eſau in idumea:7 eos q̄ erāt ī ara
bathane:q̄a circūſedebāt iſraelitas: et ꝑcuſſit eos plaga
magna. Et recordat9 eſt maliciā filioꝝ bean: q̄ erāt po-
pulo in laqueū:7 in ſcandalū: inſidiātes ei ī via:7 cōcluſi
ſunt ab eo ī turrib9:7 applicuit ad eos:et anathematiza
uit eos:7 incēdit turres eoꝝ igni cū oīb9 q̄ in eis erāt:
7 trāſiuit ad filios ammon:7 īuenit manū fortē:et popu
lum copioſum:et Timotheū ducē ipſoꝝ. Et cōmiſit cū
eis prelia multa:7 cōtriti ſunt in cōſpectu eoꝝ:7 ꝑcuſſit
eos:7 coepit Gazer ciuitatē 7 filias ei9: 7 reuerſus eſt in
Iudeā. Et cōgregate ſunt gētes: q̄ ſunt ī Galaad ad-
uerſus Iſraelitas:q̄ erāt in finib9 eoꝝ:vt tollerēt eos:et
fugerūt in Dathemam munitionē:7 miſerūt literas ad
Iudam 7 fratres eius:dicentes: Congregate ſunt ad- B
uerſum nos gentes per circūitū:vt nos auferāt:7 parāt
venire et occupare munitionem:in quam confugimus:
et Timotheus eſt dux exercitus eorū. Nunc ergo veni:
et eripe nos de manib9 eoꝝ: q̄a cecidit multitudo de no
bis. Et oēs fratres noſtri q̄ erāt ī locis Tubin īterfecti
ſunt:et captiuas duxerūt vxores eorū:7 natos:et ſpolia:
et peremerūt illic fere mille viros. Et adhuc epiſtole le-
gebantur. Et ecce alij nūcij venerūt de galilea cōſciſſis
tunicis nūciantes ſm ꝟba hec:dicētes cōueniſſe aduer-

ſunt ſe a Ptolomaida: ⁊ Tyro: ⁊ Sidone: et repleta eſt
oīs Galilea alienigenis: vt nos cōſumant. Ut audiuit
aūt Judas: ⁊ ꝓplꝰ ſermones iſtos: cōuenit eccleſia ma
gna cogitare q̄d facerēt fratribꝰ ſuis: qui in tribulatiōe
erāt: ⁊ expugnabantur ab eis. Dixitqꝫ Judas Simoni
fratri ſuo: Elige tibi viros: ⁊ vade: ⁊ libera fratres tuos
in Galilea: ego aūt ⁊ frater meꝰ ionathas ibimꝰ ī galadi
thim. Et reliq̄t ioſephū filiū zacharie: et azariā duces po
puli cū reſiduo exercitu in iudea ad cuſtodiā: et p̄cepit il
C lis: dicēs: Preeſtote ꝓplo huic: ⁊ nolite bellū cōmittere
aduerſum gētes: donec reuertamur. Et dati ſunt ſimo
ni viri tria millia: vt iret ī galileā: Jude aūt octo millia
in galadithim. Et abijt Simon ī galileā: et cōmiſit p̄lia
multa cū gētibꝰ. Et cōtrite ſunt gētes a facie eiꝰ: ⁊ pſe
cutus eſt eos vſqꝫ ad portā ptolomaidis. Et ceciderunt
de gētibꝰ fere tria millia viroꝝ: ⁊ accepit ſpolia eoꝝ. Et
aſſumpſit eos q̄ erāt ī galilea: ⁊ ī arbatis cū vxoribꝰ ⁊ na
tis: ⁊ oībꝰ q̄ erant illis: ⁊ adduxit in iudeā cū letitia ma
gna. Et iudas machabeꝰ ⁊ ionathas frater eiꝰ trāſierūt
iordanē: ⁊ abierūt viā triū dierū ꝑ deſertū. Et occurre
rūt eis nabuthei: ⁊ ſuſceperūt eos pacifice: ⁊ narrauerūt
eis oīa: q̄ acciderāt fratribꝰ eoꝝ ī galaditide: ⁊ q̄a multi
ex eis cōprehēſi ſūt ī baraſa ⁊ boſor ⁊ ī alimis ⁊ ī caſphor
⁊ mageth ⁊ carnaim. He oīes ciuitates munite ⁊ ma
gne. Sed ⁊ in ceteris ciuitatibꝰ galaditidis tenent cō
prehēſi: ⁊ in craſtinū cōſtituerūt admouere exercitū ciui
tatibus his: ⁊ cōprehēdere: ⁊ tollere eos ī vna die. Et cō
uertit iudas ⁊ exercitꝰ eiꝰ viā ī deſertū boſor repēte: ⁊ oc
D cupauit ciuitatē: ⁊ occidit oēꝫ maſculū ī ore gladij: ⁊ ac
cepit oīa ſpolia eoꝝ: ⁊ ſuccēdit eā igni. Et ſurrexerūt in
de nocte: ⁊ ibant vſqꝫ ad munitionē. Et factū eſt dilucu
lo: cū eleuaſſent oculos ſuos. Et ecce ꝓpl's multꝰ: cuius
nō erat numerus: portātes ſcalas ⁊ machinas: vt cōpre
henderēt munitionē: ⁊ expugnarēt eos. Et vidit iudas
q̄a coepit bellū: ⁊ clamor belli aſcēdit ad celū ſicut tuba:
⁊ clamor magnꝰ de ciuitate. Et dixit exercitui ſuo: Pu
gnate hodie pro fratribꝰ veſtris. Et venit tribꝰ ordini
bus poſt eos: ⁊ exclamauerūt tubis: ⁊ clamauerūt in ora
tione. Et cognouerūt caſtra Timothei: q̄a machabeus
eſt: ⁊ refugerūt a facie eiꝰ: ⁊ ꝑcuſſerūt eos plaga magna:
et ceciderūt ex eis ī die illa fere octo millia viroꝝ. Et di
uertit iudas ī maſpha: et expugnauit: et cepit eā: et occi
dit oēm maſculū eiꝰ: et aſſumpſit ſpolia eiꝰ: et ſuccendit
eā igni. Jnde prexit: et coepit Caſbon: et mageth et bo
ſor: et reliq̄s ciuitates galaditidis. Poſt hec aūt v̄ba cō
gregauit Timotheꝰ exercitū aliū: et caſtra poſuit cōtra
raphon trās torrentē. Et miſit iudas ſpeculari exercitū
et renunciauerūt ei: dicētes: Quia cōuenerūt ad eū oēs
gētes: que in circuitu noſtro ſunt: et exercitꝰ multus ni
E nis. Et arabas cōduxerūt ī auxiliū ſibi: et caſtra poſue
rūt trās torrentē: parati ad te venire in p̄liū. Et abijt iu
das obuiā illis. Et ait Timotheꝰ p̄ncipibꝰ exercitꝰ ſui.
Cū appropinquauerit iudas: et exercitꝰ eiꝰ ad torrentē
aque: ſi trāſierit ad nos prior: nō poterimꝰ ſuſtinere eū:
q̄a potēs poterit aduerſuꝫ nos. Si v̄o timuerit trāſire:
et poſuerit caſtra extra flumē: trāſfretemꝰ ad eos: et po
terimus aduerſus illū. Ut aūt appropinquauit Judas
ad torrentē aque: ſtatuit ſcribas ꝓpl'i ſecꝰ torrētē: et mā
dauit eis: dicēs: Neminē hoīm relinquetis: ſed veniant
oēs ī p̄liū. Et trāſfretauit ad illos prior: ⁊ oīs ꝓpl's poſt
eū. Et cōtrite ſunt oēs gētes a facie eoꝝ: et ꝓiecerūt ar
ma ſua: et fugerūt ad phanū: qđ erat ī carnaim. Et occu
pauit ipſam ciuitatē: et phanū ſuccēdit igni cū oībꝰ que
erāt in ipſo: et opp̄ſſa eſt carnaim: et nō potuit ſuſtinere
cōtra faciē iude. Et cōgregauit iudas vniuerſos iſraeli
tas: q̄ erāt ī galaditide: a minimo vſqꝫ ad maximū: et v
xores eoꝝ: et natos: et exercitū magnū valde: vt venirēt
in terrā iude. Et venerūt vſqꝫ ad ephron: et hec ciuitas
magna in ingreſſu poſita: munita valde. Et nō erat de
clinare ab ea dextera vel ſiniſtra: ſed ꝑ mediū iter erat: et
incluſerūt ſe: q̄ erāt in ciuitate: et obſtruxerūt portas la
pidibus: et miſit ad eos Judas verbis pacificis: dicēs: F
Tranſeamus ꝑ terrā veſtrā: vt eamus in terrā noſtrā: et nume. 20.
nemo vobis nocebit: tantū pedibꝰ trāſibimꝰ: et nolebāt
eis aperire. Et p̄cepit iudas p̄dicari ī caſtris: vt applica
rēt vnuſq̄ſqꝫ in quo erat loco: et applicuerūt ſe viri virtu
tis: et oppugnauit ciuitatē illā tota die et tota nocte: et
tradita ē ciuitas ī manu eiꝰ. Et peremerūt oēm maſcu
lū in ore gladij: et eradicauit eā: et accepit ſpolia eius: et
tranſiuit per totā ciuitatē ſuꝑ interfectos. Et tranſgreſ
ſi ſunt iordanē in cāpo magno: cōtra faciem bethſan. Et
erat iudas cōgregās extremos: et exhortabat̄ ꝓpl'm per
totā viā: donec venirēt in terrā iuda: et aſcēderūt in mō
tem ſion cū letitia et gaudio: et obtulerūt holocauſta: q̄
nemo ex eis cecidiſſet: donec reuerterent̄ ī pace. Et ī die
bus quibus erat iudas et ionathas ī terra galaad: et ſi
mon frater eius in galilea: cōtra faciē Ptolomaidis au
diuit Joſephus Zacharie filius: et Azarias p̄nceps vir
tutis res bene geſtas: et p̄lia q̄ facta ſunt: et dixit: Facia
mus et ip̄i nobis nomē: et eamus pugnare aduerſus gē
tes que in circūitu noſtro ſunt. Et p̄cepit his q̄ erant in G
tis: ⁊ ex eis flagellabitꝫ ī ſynagogis vr̄is: ⁊ pſeq̄
mini de ciuitate ī ciuitatē: vt veniat ſup vos oīs
ſanguis iuſtꝰ: q̄ effuſus eſt ſup terrā: a ſanguine
abel iuſti vſq; ad ſanguinem zacharie filij bara-
chie: quē occidiſtis īter tēplū ⁊ altare. Amen di
co vobꝫ: veniēt hec oīa ſup gn̄atiōnē iſtā. q Jeru 2 par.24c q241
ſalē ieruſalē q̄ occidis pphetas: ⁊ lapidas eos q̄ Luce.13 g V
a te miſſi ſūt: q̄tiēs volui cōgregare filios tuos:
quēadmodū gallina congregat pullos ſuos ſub
alas: ⁊ noluiſti? Ecce relinqueꝶ vobis domꝰ vr̄a
deſerta. Dico em̄ vobꝫ: Nō me videbitis ammo
do: donec dicatis: Bn̄dictꝰ q̄ venit in noīe dn̄i.

Et a egreſſus Jeſus de tēplo XXIIII. A a242
ibat. Et acceſſerūt diſcipuli eiꝰ: vt oſten II
derēt ei edificatiōes tēpli. Ipſe aūt re- Mar.13.a
ſpōdēs dixit illis: Uidetꝫ hec oīa? Amē dico vo Luce.19 g et.21.b
bis: nō relinqueꝶ hic lapis ſup lapidē: q̄ non de-
ſtruaꝶ. b Sedēte aūt eo ſup montē oliueti: acceſ 3 Reg.7.8. b243
ſerūt ad eū diſcipuli ſecreto: dicētes: Dic nobis: II
q̄n hec erūt: ⁊ q̄d ſignū aduētus tui ⁊ cōſumma
tionis ſeculi? Et rn̄dēs ieſus dixit eis: Uidete:
ne q̄s vos ſeducat. Multi em̄ veniēt ī noīe meo
dicētes: Ego ſum chriſtꝰ: ⁊ multos ſeducēt. Au Mar.13.a
dituri em̄ eſtis plia ⁊ opiniōes plior: videte ne Luc.21.b
turbemini. Oportet em̄ hec fieri: ſed nōdū eſt fi- Ephe.5.b 1.Cor.3.b
nis. Cōſurget em̄ gēs cōtra gentē: ⁊ regnū con Mar.13.a
tra regnū: et erūt peſtilētie ⁊ fames ⁊ terremo- Luc.21.b.
tus p loca. Hec aūt oīa initia ſunt doloꝝ. c Tūc Mar.13 b c244
tradent vos in tribulationem: ⁊ occidēt vos: et Luce.21.c I
eritis odio omnibus gentibus propter nomen Joan.15 c et.16.a
meum. d Et tunc ſcandalizabuntur multi: et in- ſupra.10 c d245
uicem tradent: ⁊ odio habebūt inuicē. Et mul X
ti pſeudoprophete ſurgent: et ſeducēt multos.
Et quoniā abundabit iniquitas: refrigeſcet cha
ritas multoꝝ. Qui autē perſeuerauerit vſq; in

e246 fine: hic ſaluus erit. [e]Et prędicabitur hoc euāge-
VI B liū regni in vniuerſo orbe: in teſtimoniū oībus gē
f247 ſupra.10 c tibus: ⁊ tunc veniet cōſummatio. [f]Cū ergo videri
VI Mar.13 b tis abominationē deſolationis: quę dicta eſt a da
g248 Rom.10 c niele propheta ſtantē in loco ſancto: qui legit ītel
II Actuū.2 b Dani.9 g ligat. [g]Tunc qui in iudęa ſunt fugiant ad mon-
Mar.13.b tes: ⁊ qui in tecto: nō deſcendant aliq̄d tollere de
h249 Luce.21 c domo ſua: ⁊ qui in agro nō reuertatur tollere tu-
II nicā ſuā. [h]Vę aūt pręgnantibus ⁊ nutriētibus in
i250 illis diebus. [i]Orate aūt vt nō fiat fuga veſtra hye-
VII Mar.13 b me vel ſabbato. [k]Erit eñ tunc tribulatio magna
k251 Luce.17 g qualis nō fuit ab initio mundi vſqꝫ modo: neqꝫ fi-
II et.21.d Mar.13.b et. [l]Et niſi breuiati fuiſſent dies illi: non fieret ſal
l252 Luce.21 c ua oīs caro: ſed propter electos breuiabunt di-
VI Mar.13.c es illi. [m]Tūc ſi quis vobis dixerit: ecce hic chriſtꝰ
m253 Mar.21 c aut illic: nolite credere. [n]Surgēt eñ pſeudochri
II Luce.13.c Mar.13.c ſti ⁊ pſeudoprophetę: ⁊ dabunt ſigna magna ⁊ p-
n254 digia: ita vt in errorē inducant: ſi fieri poteſt: etiā
VI electi. Ecce prędixi vobis. [o]Si ergo dixerint vo-
o255 bis: ecce in deſerto eſt: nolite exire: ecce in penetra
V Luce.17.c libꝰ: nolite credere. [p]Sicut eñ fulgur exit ab oriē
p256 Luce.17.c te: et paret vſqꝫ in occidentē: ita erit et aduentus
V C filij hominis. [q]Vbicunqꝫ fuerit corpus: illuc con
q257 Luce.17 g gregabuntur ⁊ aquilę. [r]Statim aūt poſt tribula
V tionē dierū illorū: ſol obſcurabitur: ⁊ luna nō da-
r258 Joelis.2 c bit lumē ſuū: ⁊ ſtellę cadent de cęlo: ⁊ virtutes cę
I Mar.13.c lorū cōmouebunt: ⁊ tunc parebit ſignū filij hoīs ī
s259 Luce.21.c cęlo. [s]Et tūc plangent oēs tribꝰ terrę: ⁊ videbūt
II filiū hoīs venientē in nubibus cęli cū virtute mul
Mar.13.b ta ⁊ maieſtate. Et mittet angelos ſuos cū tuba ⁊
voce magna: ⁊ cōgregabunt electos eius a q̄tuor
vētis a ſummis cęlorū vſqꝫ ad terminos eorū. Ab
Mar.13.c arbore aūt fici diſcite parabolā: cū iam ramus eiꝰ
Luce.13.f tener fuerit et folia nata: ſcitis qꝛ prope eſt ęſtas.
Ita ⁊ vos cū videritis hęc oīa: ſcitote quia prope
eſt in ianuis. Amē dico vobis: quia nō pręteribit
generatio hęc donec oīa iſta fiant. Cęlum ⁊ terra
t260 Luce.17.f tranſibunt: verba aūt mea nō p̄teribunt. [t]De die
VI D Geñ.7.b aūt illa ⁊ hora nemo ſcit: neqꝫ angeli cęlorū niſi ſo
u261 lus pater. [u]Sicut aūt ī diebus Noe: ita erit ⁊ ad
V uentus filij hoīs. Sicut eñ erant in diebus ante
diluuiū: comedentes ⁊ bibentes: nubētes ⁊ nup-
tui tradētes: vſqꝫ ad eū diē quo intrauit noe ī ar-
cā: ⁊ non cognouerūt donec venit diluuiū: ⁊ tulit
x262 oēs: ita erit ⁊ aduentus filij hoīs. [x]Tūc duo erūt
V ī agro: vnus aſſumet et vnus relinquet. Duę mo
lētes in mola: vna aſſumetur ⁊ altera relinquet.
y263 Mar.13.d Duo in lecto: vnus aſſumetur ⁊ alter relinquet. [y]
VI Luce.12.c Vigilate ergo: qꝛ neſcitis qua hora dñs veſter vē
a264 turus ſit. [a]Illud ſcitote: qm̄ ſi ſciret paterfamili-
II as qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiqꝫ: et
non ſineret perfodi domū ſuā. Et vos eſtote para
ti: qꝛ neſcitis q̄ hora filius hominis venturus eſt.
b265 Luc.12.e. [b]Quiſputas eſt fidelis ſeruus et prudens: quē cō
V ſtituit dñs eius ſuper familiā ſuā: vt det illis cibū
c266 Luc.12.e. in tempore? [c]Beatus ille ſeruus: quē cū venerit
V Apo.16. dominus eius: inuenerit ſic facientem. Amē dico
d267 2.Cor.5 a vobis: quoniā ſuper omīa bona ſua conſtituet eū.
V [d]Si aūt dixerit malus ſeruꝰ ille in corde ſuo: mo
rā facit dominus meus venire: ⁊ coeperit pcute-
re cōſeruos ſuos: māducet aūt ⁊ bibat cū ebrioſis:
veniet dñs ſerui illius ī die qua nō ſperat: et hora
q̄ ignorat: ⁊ diuidet eū: parteqꝫ eiꝰ ponet cū hypo
critis. Illic erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. XXV.
a268 A TUnc [a] ſimile erit regnum cęlorum de
X cem virginibus: quę accipientes lam-
pades ſuas exierunt obuiam ſponſo et
ſponſę. Quinqꝫ autem ex eis erant fa-
tuę: et quinqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatuę acce
ptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum.

Prudentes vero acceperunt oleum in vaſis ſuis
cum lampadibus. Moram autem faciente ſpon
ſo: dormitauerunt omnes et dormierūt. Media
autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus ve-
nit: exite obuiā ei. Tunc ſurrexerunt omnes vir-
gines illę: ⁊ ornauerūt lampades ſuas. Fatuę au
tem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo ve
ſtro: quia lampades noſtrę extinguūtur. Reſpō
derunt prudentes dicentes: Ne forte nō ſufficiat
nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite
vobis. Dum autem irent emere: venit ſponſus et Luce.13.e
quę paratę erant intrauerunt cum eo ad nupti- Luc.19.b
as: et clauſa eſt ianua. Nouiſſime vero veniunt ⁊ Mar.13.d
reliquę virgines dicentes: Domine domine ape- B
ri nobis. At ille reſpondens ait: Amen dico vobꝭ
neſcio vos. Vigilate itaqꝫ: quia neſcitꝭ diem neqꝫ
horā. [b]Sicut enim homo peregre proficiſcēs vo- b269
cauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. [c]Et II
vni dedit quinqꝫ talenta: alij autem duo: alij vero c270
vnū: vnicuiqꝫ ſecundū propriā virtutē: ⁊ profectꝰ V
eſt ſtatim. Abijt autem qui quinqꝫ talenta accepe
rat: ⁊ operatus eſt in eis: et lucratus eſt alia quin
qꝫ. Similiter qui duo acceperat lucratus eſt alia
duo. Qui autē vnū acceperat: abiens fodit ī ter
rā ⁊ abſcondit pecuniā dñi ſui. Poſt multū vero Luce.16 a
tēporis venit dñs ſeruorū illorū: ⁊ poſuit rationē
cū eis. Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat
obtulit alia quinqꝫ talenta dicēs: Dñe quinqꝫ ta-
lenta tradidiſti mihi: ecce alia quinqꝫ ſuplucratꝰ
ſum. Ait illi dominus eius: Euge ſerue bone et fi
delis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſuper multa
te conſtituā: intra in gaudium domini tui. Acce-
dens autē ⁊ q̄ duo talēta acceperat: ait: Dñe duo
talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratꝰ ſum
Ait illi dñs eius: Euge ſerue bone ⁊ fidelis: qꝛ ſu
per pauca fuiſti fidelis: ſuper multa te cōſtituam
intra in gadiū dñi tui. Accedens aūt ⁊ qui vnū ta C
lentū acceperat: ait: Dñe ſcioqꝛ homo durus es:
metis vbi nō ſeminaſti: et cōgregas vbi nō ſparſi
ſti: ⁊ timens abij ⁊ abſcondi talentū tuū in terra:
Ecce habes qd tuū eſt. Rñdens aūt dñs eiꝰ dixit
ei: Serue male et piger: ſciebas qꝛ meto vbi nō ſe
mino: et cōgregabo vbi nō ſparſi. Oportuit ergo
te cōmittere pecuniā meā nūmularijs: ⁊ veniens
ego recepiſſem vtiqꝫ qd meū eſt cū vſura. Tollite
itaqꝫ ab eo talentū: et date ei qui habet decē talen
ta. [d]Omni eñ habenti dabitur: ⁊ abundabit: ei aūt ſupra.13 b d271
qui nō habet: ⁊ qd videtur habere: auferet ab eo. [e] Mar.4.c II
Et inutilē ſeruum eijcite in tenebras exteriores Luc.8.c e272
illic erit fletus et ſtridor dentiū. [f]Cum autē vene V
rit filius hoīs in maieſtate ſua: ⁊ oēs angeli cū eo f273
tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſuę. Et cōgre- X
gabuntur ante eū omnes gentes ⁊ ſeparabit eos
ab inuicē: ſicut paſtor ſegregat oues ab hoedis: ⁊
ſtatuet oues quidē a dextris ſuis: hoedos aūt a ſi
niſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eiꝰ erūt:
Venite bñdicti patris mei: poſſidete paratū vo-
bꝭ regnū a cōſtitutiōe mūdi. Eſuriui eñ: ⁊ dediſtꝭ
mihi mādūcare. Sitiui: ⁊ dediſti mihi bibere: hoſ
pes eram: ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ operuiſtis
me. Infirmus: et viſitaſtis me. In carcere erā: et
veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt ei iuſti dicen D
tes: Domine quādo te vidimus eſurientē ⁊ paui
mus te: ſitientē ⁊ dedimus tibi potū? Quādo au
tem te vidimus hoſpitē et collegimus te: aut nu
dū et cooperuimus te? Aut qñ te vidimus infir-
mum: aut in carcere: et venimus ad te? Et reſpō
dens rex dicet illis. Amē dico vobis: quādiu feci ſupra.7.d
ſtis vni de his fratribꝰ meis minimis: mihi feciſtꝭ Luce.13.f
Tunc dicet et his qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite

a me maledicti in ignē eternū: qui paratus eſt di
abolo ⁊ angelis eius. Eſuriui eñi: ⁊ non dediſtis
mihi manducare. Sitiui: et non dediſtis mihi po
tum. Hoſpes eram: et non collegiſtis me. Nud⁹
⁊ non operuiſtis me. Infirmus ⁊ in carcere erā:
et non viſitaſtis me. Tunc reſpondebūt ei et ipſi:
dicētes: Dñe qñ te vidimus eſurientē aut ſitiētē
aut hoſpitē: aut nudū: aut infirmū: aut in carcere
⁊ nō miniſtrauimus tibi? Tūc reſpondebit illis:
dicens: Amē dico vobis: q̄diu non feciſtis vni de
minoribus his: nec mihi feciſtis. Et ibūt hi ī ſup-
pliciū eternū: iuſti autē in vitā eternā. XXVI
[a]274 B ET [a] factū eſt cū cōſummaſſet Ieſus ſer
I mones hos oēs: dixit diſcipulis ſuis
Scitis q̄a poſt biduū paſca fiet: ⁊ filius
Mar.14 a [b]275 Luc.22.a hominis tradetur vt crucifigat. [b] Tūc
VI Joan.11 g cōgregati ſunt pricipes ſacerdotū ⁊ ſeniores po-
puli in atriū principis ſacerdotū: qui dicebat cay
phas: ⁊ cōſiliū fecerunt vt ieſum dolo tenerent et
[c]276 Mar.14 a occiderēt. Dicebant aūt: Nō in die feſto: ne forte
I tumultus fieret in populo. [c] Cū aūt ieſus eſſet in
Bethania in domo Symonis leproſi: acceſſit ad
eum mulier habens alabaſtrū vnguenti preciosi:
Mar.14 a Joā.12.b. ⁊ effudit ſuper caput ipſius recūbentis. Viden-
tes aūt diſcipuli indignati ſunt dicentes: Ut q̄d
perditio hec? Potuit eñi iſtud venū dari multo:
⁊ dari pauperibus. Sciens autē Ieſus ait illlis:
Quid moleſti eſtis huic mulieri? Opus eñi bonū
operata eſt in me. Nā ſemꝑ pauperes habetis vo
Mat.14 a biſcū: me aūt nō ſemper habetis. [d] Mittēs enim
[d]277 hec vnguentū hoc ī corpus meū: ad ſepeliēdū me
IIII fecit. Amē dico vobis: vbicunq̄ predicatū fuerit
hoc euangeliū in toto mundo dicet ⁊ q̄ hec fecit
Mat.14.a in memoriā eius. [e] Tunc abijt vnus de duodecim
[e]278 luce.22.a qui dicebatur iudas iſcariothis: ad principes ſa-
II B cerdotū: ⁊ ait illis: Quid vultis mihi dare: ⁊ ego
vobis eum tradam? At illi cōſtituerunt ei trigin
ta argenteos. Et exinde querebat oportunitatē
vt eum traderet. Prima autē die azimorū acceſ
ſerunt diſcipuli ad Ieſum: dicentes: Ubi vis pa-
remus tibi comedere paſca? At Ieſus dixit: Ite
in ciuitatē ad quēdaz: ⁊ dicite ei: Magiſter dicit
tempus meum prope eſt: apud tē facio paſcha cū
diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli: ſicut con-
[f]279 Mar.14 b ſtituit illis Ieſus: et parauerunt paſcha. [f] Veſpe-
IIII Joan.13 c re autem facto diſcumbebat cum duodecim diſci
[g]280 Mar.14 b luce.22.c pulis. Et edentibus illis dixit: Amen dico vo-
I Joan.13 c bis: quia vnus veſtrū me traditurus eſt. [g] Et con
[h]281 Mar.14 c. triſtati valde coeperūt ſinguli dicere: Nūq̄d ego
II luce.22.c ſum domine? [h] At ipſe reſpondens ait: Qui intin
[i]282 C Ma.14.c. git mecū manū in paropſide hic me tradet. Fili⁹
VI luce.22.b quidē hominis vadit: ſicut ſcriptū eſt de illo. [i] Ve
[k]283 Joan.6.c aūt homini illi: per quē filius hoīs tradetur. Bo
VI Mar.14 c luce.22.b nū erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille. [k] Reſpon
[l]284 1.Cor.11.e dens aūt iudas qui tradidit eū dixit: Nūq̄d ego
I Mat.14.c ſum rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. [l] Coenātibus aūt
eis accepit ieſus panē: ⁊ benedixit ac fregit: dedit
[m]285 q̄ʒ diſcipulis ſuis: ⁊ ait: Accipite et comedite: hoc
II eſt corpus meū. [m] Et accipiēs calicē gratias egit
C ⁊ dedit illis: dicēs: Bibite ex hoc oēs. Hic eſt eñi
ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis ef
[n]286 fundet in remiſſionē peccatorū. [n] Dico aūt vobis
VI Nō bibaz ammodo de hoc genimine vitis vſq̄ʒ in
[o]287 Mar.14 e diē illū: cū illud bibā vobiſcū nouū in regno patr̄
IIII Joan.18 a mei. Et hymno dicto exierūt in montē oliueti. [o]
[p]288 Mar.14.c zacha.33 c Tūc dicit illis ieſus: Oēs vos ſcādalū patiemini
VI Mar.14 c in me iſta nocte. [p] Scriptū eſt eñi: ꝑcutiā paſtorē:
[q]289 Joan.16 f ⁊ diſpergent oues gregis. Poſtq̄ aūt reſurrexe-
I Luce.12.c ro p̄cedā vos in galileam. [q] Rūdēs aūt petr⁹ ait
D illi: Et ſi oēs ſcādazati fuerit in te: ego nunq̄ ſcā-

dalizabor. Ait illi ieſus: Amē dico tibi: q̄ ī hac no Mar 14.d
cte anteq̄ gall⁹ cātet ter me negabis. [r] Ait illi pe Luc.22 d. [r]290
tr⁹: Etiā ſi oportuerit me mori tecū: non te nega Joan.8.a Mar.1.b. VI
bo. Similiter ⁊ oēs diſcipuli dixerūt. [s] Tūc venit mar.14.d [s]291
Ieſus cum illo in villaz: que dicitur getſemani Joan.12 d I
Et dixit diſcipulis ſuis: [t] Sedete hic donec vadā Mar.14 d Luc.22.e [t]292
illuc ⁊ orez. Et aſſumpto Petro ⁊ duobus filijs mar.14.d VI
Zebedei: coepit cōtriſtari ⁊ moeſt⁹ eſſe. [u] Tūc ait Luce.22 e [u]293
illis: Triſtis eſt aīa mea vſq̄ʒ ad mortē: Suſtine- Mar.14 d IIII
te hic ⁊ vigilate mecum. [x] Et progreſſus puſilluz Joan.6.g Mar.14 d [x]294
procidit in faciē ſuam orans ⁊ dicens: Pater mi I
ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. [y] Veruntа [y]295
men nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu. [z] Et venit ad I
diſcipulos ſuos: ⁊ inuenit eos dormiētes: ⁊ dicit [z]296
petro: Sic nō potuiſtis vna hora vigilare mecū? I
Vigilate ⁊ orate: vt nō intretis in tentationem [a] [a]297
Spiritus quidem promptus eſt: caro aūt infir- IIII
ma. [b] Iterū ſecūdo abijt: ⁊ orauit dicens: Pater [b]298
mi: ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illū: VI
fiat voluntas tua. Et venit iterum: ⁊ inuenit eos
dormientes. Erāt eñi oculi eorū grauati. Et re- Mat.14 e
lictis illis iterū abijt: ⁊ orauit tertio eundem ſer- Joan.2.c E
monē: dicens. [c] Tunc venit ad diſcipulos ſuos: et Mar.14.e [c]299
dicit illis: Dormite iam ⁊ requieſcite: ecce appro Luce.22 e I
pinquabit hora: ⁊ filius hominis tradetur in ma Joan.8.e
nus peccatorū. Surgite eamus: Ecce appropin Mar.14 c
quauit qui me tradet. [d] Adhuc eo loquēte: ecce iu [d]300
das vnus de duodecim venit: ⁊ cū eo turba mul- I
ta cū gladijs ⁊ fuſtibus miſſi a principibus ſacer
dotuz ⁊ ſenioribus populi. [e] Qui aūt tradidit eū [e]301
dedit illis ſignū: dicens: Quēcunq̄ʒ oſculatus fu II
ero: ipſe eſt tenete eum. Et cōfeſtim accedens ad
Ieſum dixit: Aue rabbi. Et oſculatus eſt eū. Di-
xitq̄ʒ illi ieſus: Amice ad quid veniſti? Tūc acceſ-
ſerunt ⁊ man⁹ iniecerūt in ieſum: ⁊ tenuerunt eū
[f] Et ecce vnus ex his qui erant cū Ieſu extendēs Mar.14 c [f]302
manum exemit gladiū ſuū: ⁊ percutiens ſeruum Luce.22 e I
principis ſacerdotum: amputauit auriculā eius. Joā.18.b Gene.9.a
[g] Tunc ait illi Ieſus: Conuerte gladium tuū in Apo.13.c [g]303
locū ſuum. Omnes enim qui acceperint gladiū: X
gladio peribunt. An putas quia non poſſum ro-
gare patrem meū: et exhibebit mihi modo pluſq̄
duodecim legiones angelorū? Quomodo ergo Mar.14 c
implebunt ſcripture? q̄ ſic oportet fieri. [h] In illa Lu.22.f. Joā.18.d.
hora dixit Ieſus turbis: Tanq̄ ad latronē exiſt̄ F Mar.14 c [h]304
cum gladijs et fuſtibus comprehēdere me. Quo Mar.14 f. I
tidie apud vos ſedebā docens in templo: ⁊ nō me Luc.14.f.
tenuiſtis. [i] Hoc autē totū factū eſt: vt implerent Joan.8.b
ſcripture prophetarū. Tūc diſcipuli oēs relicto Mar.14.f [i]305
eo fugierunt. [k] At illi tenentes ieſum duxerūt ad Luc.22.f VI
Caypham principē ſacerdotū: vbi ſcribe ⁊ ſenio- Joan.18 c [k]306
res conuenerant. [l] Petrus autē ſequebatur eū a I
longe vſq̄ʒ ī atriū principis ſacerdotū. Et ingreſ Mar.14 f [l]307
ſus intro ſedebat cū miniſtris: ⁊ videret finem. [m] Luc.22.g IIII
Principes ſacerdotum ⁊ omne cōcilium quere Mar.14.f [m]308
bant falſum teſtimonium contra Ieſum: vt eum Joan.2.d II
morti traderēt: ⁊ nō inuenerūt. Cū multi falſi te
ſtes acceſſiſſent. [n] Nouiſſime aūt venerūt duo fal
ſi teſtes: ⁊ dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtrue [n]309
re templū dei: ⁊ poſt triduum reedificare illd. Et VI
ſurgens princeps ſacerdotū ait illi: Nihil rūdes
ad ea que iſti aduerſuz te teſtificant? Ieſus aūt ta Mar.14.f
cebat. Et priceps ſacerdotū ait illi: Adiuro te ꝑ Luc.22.g Mar.14.f
deū viuū: vt dicas nobis ſi tu es chriſtus filius dei Luc.22 g
Dixit illi ieſ⁹: Tu dixiſti. [o] Verūtamē dico vob̄ Joan.6 g Mar.14 g [o]310
Ammō videbit̄ filiū hoīs ſedētē a dextris virtu Eſa.50 c I
tis dei: ⁊ veniētē in nubib⁹ celi. [p] Tūc priceps ſa- Mar.14 g [p]311
cerdotū ſcidit veſtimēta ſua: dicēs: Blaſphema- Lu.22 g VI
uit: q̄d adhuc egem⁹ teſtibus? Ecce nūc audiſt̄ Joan.18 d [q]312
blaſphemiā: quid vob̄ videt? At illi rūdētes dixe Mar.14 g

r313 Luc 22 f. runt: Reus eſt mortis. r Tunc expuerunt in faci
I Ioã 18 c. em eius: et collaphis eum ceciderũt. Alij aũt pal
mas in faciẽ eius dederunt: dicentes: Propheti
s314 za nobis chriſte: quis eſt qui te percuſſit? s Petrꝰ
I vero ſedebat foris in atrio: ⁊ acceſſit ad eum vna
ancilla dicens: Et tu cum Ieſu galileo eras. At
ille negauit corã oĩbus dicens: Neſcio quid dicꝭ.
t315 t Exeunte aũt illo ianuã vidit eũ alia ancilla: ⁊ ait
his qui erant ibi: Et hic erat cũ ieſu nazareno. Et
I iterũ negauit cũ iuramento: quia non noui homi
nẽ. Et poſt puſillũ acceſſerunt q̃ ſtabãt: ⁊ dixerũt
petro: Vere ⁊ tu ex illis es. Nã ⁊ loquela tua ma
nifeſtum te facit. Tunc coepit deteſtari ⁊ iurare:
Mar. 15 g. quia nõ nouiſſet hoĩem. Et cõtinuo gallus cãta-
u316 Luce 22 g. uit. u Et recordatus eſt petrus verbi Ieſu qd di-
II xerat: priuſq̃ gallus cãtet: ter me negabis. Et e-
greſſus foras fleuit amare. XXVII

a317 A Mane a aũt facto cõſiliũ inierũt oẽs prin
II cipes ſacerdotũ ⁊ ſeniores populi ad-
b318 uerſus ieſum: vt eum morti traderẽt.
I Mar. 15 a b Et vinctũ adduxerũt: et tradiderũt
c319 Luce 23 c eũ pontio pilato preſidi. c Tunc videns Iudas q̃
X eũ tradidit qd damnatus eſſet: poenitẽtia ductꝰ
retulit triginta argenteos principibus ſacerdo-
tũ ⁊ ſenioribus dicens: Peccaui: tradẽs ſangui-
nẽ iuſtũ. At illi dixerũt: Quid ad nos? tu videris
Et proiectis argẽteis in templo receſſit: ⁊ abiẽs
laqueo ſe ſuſpendit. Principes autẽ ſacerdotũ ac
ceptis argenteis dixerũt: Nõ licet eos mittere in
corbonam: quia preciũ ſanguinis eſt. Cõſilio aũt
inito emerunt ex illis agrũ figuli in ſepulturam
peregrinorũ. Propter hoc vocatus eſt ager ille
acheldemach: hoc eſt ager ſanguinis vſq; in hodi
Actuũ 1 b. ernũ diẽ. Tunc impletũ eſt qd dictũ eſt per Iere
miã prophetã: dicentẽ: Et acceperũt triginta ar
Hiere. 11 c genteos preciũ appreciati: quod appreciauerũt
a filijs Iſrael: ⁊ dederunt eos in agrũ figuli: ſicut
B Mar. 15 a. cõſtituit mihi dominus. Ieſus autem ſtetit ante
d320 Luce 23 a preſidem: ⁊ interrogauit eum preſes: dicẽs: Tu
Ioan 18 f. es rex iudeorũ. d Dixit illi Ieſus: e Tu dicis. Et
I cum accuſaretur a principibus ſacerdotũ ⁊ ſenio
e322 ribꝰ: nihil reſpondit. Tunc dicit illi pilatus: Nõ
IIII audis quanta aduerſũ te dicunt teſtimonia? Et
Mar. 15 a. non reſpondit ei ad vllum verbum: ita vt mirare
Ioan 18 g tur preſes vehementer. f Per diẽ aũt ſolemnẽ con
f323 Mar. 15 a. ſueuerat preſes populo dimittere vnũ vinctum
IIII Luc. 23. quẽ voluiſſent. Habebat aũt tunc vinctũ inſignẽ
qui dicebatur Barrabas. Cõgregatis ergo illis
dixit pilatus: Quẽ vultis dimittã vobis: Barra
g324 bam: an Ieſum qui dicitur chriſtus? Sciebat enĩ
X q̃ per inuidiã tradidiſſent eum. g Sedente aũt il
lo pro tribunali: miſit ad eũ vxor eius: dicẽs: Ni
hil tibi et iuſto illi. Multa enĩ paſſa ſum hodie p
h325 Ioã. 18 g. viſum propter eũ. h Principes aũt ſacerdotũ ⁊ ſe-
I Mar. 15 a. niores perſuaſerunt populis: vt peterent barra-
Luce 23 c. bã: Ieſum vero perderent. Reſpondens aũt pre
C Mar. 15 a. ſes ait illis: Quẽ vultis vobis de duobus dimitti
i326 Luc 23 c. At illi dixerũt: barrabã. Dicit illis pilatꝰ: i Quid
I igitur faciã de ieſu: qui dicit chriſtus? Dicũt oẽs
k327 Crucifigatur. Ait illis preſes: Quid enĩ mali fe-
X cit? k At illi magis clamabãt: dicẽtes: Crucifiga
tur. Videns aũt pilatus quia non proficeret: ſed
magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manꝰ
corã populo: dicẽs: Innocens ego ſum a ſangui-
Mar 15 b. ne iuſti huius: vos videritis. Et reſpondens vni-
Luce 23 d uerſus populus: dixit: Sanguis eius ſup nos et
l328 Ioã 16 e. ſuper filios noſtros. l Tunc dimiſit illis barrabã:
I Mar 15 b Ieſum autẽ flagellatũ tradidit eis vt crucifige-
m329 Ioã 19 a. ret. m Tunc milites preſidis ſuſcipientes Ieſũ
IIII D in pretorio congregauerunt ad eũ vniuerſam co

hortem: et exuentes eum chlamydẽ coccineã cir-
cundederunt ei. Et plectentes coronam de ſpinꝭ
poſuerunt ſuper caput eius: et arundinem in dex
tera eius: et genu flexo ante eum illudebant ei: di n330
centes: Aue rex iudeorum. n Et expuentes in eũ Mar 15 b.
accepeunt arundinem: et percutiebant caput eiꝰ VI
Et poſtq̃ illuſerunt ei exuerunt eum chlamyde:
et induerunt eum veſtimentis eius: et duxerunt Mar 15 d.
eum vt crucifigerent. o Exeuntes autẽ inuenerũt Luce. 25 c o331
hominem cyreneũ nomine Symonem. Hunc an Mar 15. b
gariauerunt vt tolleret crucẽ eius. p Et venerunt Luce 23 e II
in locũ qui dicitur golgotha: qd eſt caluarie locꝰ. Ioã. 19 c. p332
q Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtũ. Mar 15. b I
Et cum guſtaſſet noluit bibere. r Poſtq̃ autem Luc. 23. e q333
crucifixerunt eum: diuiſerunt veſtimenta eiꝰ ſor Ioã. 19 e. IIII
tem mittentes: vt impleretur quod dictũ eſt per Pſal 21. E Luce 23 c. r334
prophetã: dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta I
mea: ⁊ ſuper veſtem meã miſerunt ſortem. Et ſe- Mar 5 e.
dentes ſeruabant eum. s Et impoſuerunt ſup ca- s335
put eius cauſam ipſius ſcriptã: hic eſt Ieſus rex I
Iudeorũ. t Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latro Sap 2 d. t336
nes vnus a dextris et vnus a ſiniſtris. u Pretereũ Mar 15. c. I
tes aũt blaſphemabãt eum mouentes capita ſua Luce 23 c. u387
et dicentes: Vah qui deſtruis templũ dei: ⁊ in tri V
duo illud reedificas. Salua temetipſum: ſi filius
dei es deſcende de cruce. Similiter x ⁊ principes
ſacerdotũ illudentes cũ ſcribis ⁊ ſenioribus dice Mar 15 c. x339
bãt: Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt ſaluũ fa II
cere. Si rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce ⁊ y338
credemꝰ ei: Cõfidit in deo: liberet eũ nunc ſi vult II
Dixit enĩ: q̃a filius dei ſum. y Idipſũ aũt ⁊ latro Luc 22 f. z340
nes qui crucifixi erant cũ eo improperabãt ei. z A ſe II
xta autẽ hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam
terram vſq; ad horam nonã. Et circa horã nonã F Mar 15 c.
clamauit Ieſus voce magna dicens: Heli heli lã Luce 23 c.
maazabathani. Hoc eſt deus meus deus meꝰ vt Ioã 19 e.
quid dereliquiſti me? Quidam autẽ illic ſtantes: Mar. 15 c.
et audientes dicebãt: Eliam vocat iſte. a Et conti Luce 23 f.
nuo currens vnus ex eis acceptam ſpongiam im Apo 6 c. 341
pleuit aceto: et impoſuit arundini: et dabat ei bi- VI
bere. Ceteri vero dicebãt: Sine videamus an ve
niat Elias liberans eũ. Ieſus autẽ iterũ clamãs
voce magna emiſit ſpiritum. b Et ecce velũ tem
pli ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq; deor b342
ſum. c Et terra mota eſt: ⁊ petre ſciſſe ſunt: ⁊ mo I
numenta aperta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctorũ
q̃ dormierant ſurrexerũt. Et exeuntes de monu- c343
mentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſan I
ctã ciuitatẽ: et apparuerunt multis. d Centurio
aũt et qui cũ eo erant cuſtodiẽtes Ieſum viſo ter Mar 15 d. Luc. 23 g. d344
remotu ⁊ his que fiebant timuerunt valde dicen Mar 15 d. II
tes: Vere filius dei erat iſte e. Erãt autem ibi mu G
lieres multe a longe que ſecute fuerant Ieſum a Ibidem.
Galilea miniſtrantes ei. Inter quas erat Ma- Luc. 23 g. e345
ria magdalene: ⁊ Maria Iacobi: ⁊ Ioſeph ma- Ioã 20 g. X
ter: ⁊ mater filiorum Zebedei. Cum f autem ſero Mar 15 d. Luce 23. g
factum eſſet: venit quidã homo diues ab Arima Ioã 19 g. f346
thia nomine Ioſeph: qui et ipſe diſcipulus erat ie Mar 15 d. II
ſu. Hic acceſſit ad pilatum et petijt corpus ieſu.
Tunc pilatus iuſſit reddi corpus. g Et accepto
corpore Ioſeph inuoluit illud in ſyndone mun- g347
da: ⁊ poſuit illud in monumento ſuo nouo: quod I
exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnum
ad oſtiũ monumẽti: ⁊ abijt. h Erat autem ibi ma
ria Magdalene ⁊ altera maria ſedentes cõtra ſe h348
pulchrum. i Altera autem die: que eſt poſt paraſ I
ceuen: cõuenerunt pricipes ſacerdotũ ⁊ pharisei i349
ad pilatũ dicentes: k Dñe recordati ſumꝰ: q̃ ſedu VI
ctor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſur- k350
gã. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrũ vſq; i diẽ tertiũ V

ne forte veniant diſcipuli eius 7 furentur eum:et
dicant plebi: ſurrexit a mortuis. Et erit nouiſſi-
mus error peior priore. Ait illis pilatus: Habe-
tis cuſtodiā:ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem
abeuntes munierūt ſepulchrū: ſignantes lapidē
cū cuſtodibus. XXVIII

a351 A Veſpere[a] aūt ſabbati que luceſcit in pri
I ma ſabbati venit maria magdalena: et
altera maria videre ſpulchrū. Et ecce
terremotus factus eſt magnus. Ange
Mar.16 a lus em̄ dn̄i deſcendit de celo: et accedēs reuoluit
Lu.24 b. lapidē et ſedebat ſuper eū. Erat aūt aſpect⁹ ſicut
Ioā.20 a fulgur:7 veſtimentū eius ſicut nix.[b] Pre timore
autē eius exterriti ſunt cuſtodes:7 facti ſunt ve-
b352 lut mortui. Reſpondens aūt angelus dixit muli
I Mar.16.b eribus: Nolite timere vos. Scio enim q Ieſum
Luc.20 a qui crucifixus eſt queritꝫ: Nō eſt hic:ſurrexit em̄
B ſicut dixit. Venite 7 videte locū vbi poſitus erat
Mar.16.b dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis ei⁹ qꝛ
Luc.24 b ſurrexit: 7 ecce precedit vos in galileā. Ibi eū vi-
c353 debitis: ecce predixi vobis.[c] Et exierunt cito de
II monumento cū timore 7 gaudio magno curren
tes nunciare diſcipulis eius.[d] Et ecce Ieſus oc-
d354 currit illis dicens: Auete. Ille autē acceſſerunt:
X C et tenuerunt pedes eius et adorauerunt eū. Tūc
ait illis Ieſus: Nolite timere. Ite nunciate fra
tribus meis: vt eant in Galileā ibi me videbunt.
Que cū abijſſent:ecce quidā de cuſtodib⁹ venerūt
in ciuitatē 7 nunciauerūt principibus ſacerdotū
oīa que facta fuerant. Et cōgregati cū ſeniorib⁹:
cōſilio accepto pecuniā copioſam dederūt militi
b⁹ dicētes: Dicite qꝛ diſcipuli eius nocte venerūt
7 furati ſunt eū nobis dormiētibus. Et ſi hoc au-
D ditū fuerit a preſide:nos ſuadebim⁹ ei:et ſecuros
vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt ſi
cut erāt edocti. Et diuulgatū eſt verbū iſtud apd
Iudeos vſqꝫ in hodiernū diē. Vndecim autē di-
ſcipuli abierunt in galileā in montē vbi cōſtitue-
Mat.16 f. rat illis Ieſus. Et videntes eū adorauerunt:qui
dam autē dubitauerunt. Et accedens Ieſus lo-
cutus eſt eis:dicens: Data eſt mihi oīs poteſtas ī
celo 7 in terra. Euntes ergo docete omnes gen-
tes:baptizantes eos in nomine patris 7 filij 7 ſpi
ritusſancti:docentes eos ſeruare oīa q̄cunqꝫ man
daui vobis. Et ecce ego vobiſcū ſum omnibus di
ebus vſqꝫ ad cōſummationē ſeculi.

Finis

Diui Hieronymi preſbyteri in Euangelium ſecundum Marcum Prooemium.

Marcus Euangeliſta dei electus:7 Petri in baptiſmate filius: atqꝫ in diuino ſermone diſcipulus ſacerdotū in Iſrael agens ſecūdū carnē leuita ad fidem Chriſti cōuerſus:euāgeliū in Italia ſcripſit:oſtēdens in eo quid 7 generi ſuo deberet:et Chriſto. Nā initiū principij in voce prophetice exclamationis inſtituens ordinē leuitice electionis oſtendit: vt predicans predeſtinatū ioannē filiū zacharie in voce angeli annunciātis emiſſum:non ſolū verbū carnē factū: ſed 7 corpus dn̄i in omnia per verbū diuine vocis animatū in initio euangelice predicationis oſtenderet: vt qui hec legēs ſciret cui initiū carnis in domino 7 Ieſu aduenientis habitaculū caro deberet agnoſcere:atqꝫ in ſe verbum vocis quod in cōſonantibus perdiderat:inueniret. Deniqꝫ cūm perfecti euangelij opus intraſſet:et a baptiſmo domini predicare deum inchoans: nō laborauit natiuitatem carnis:quam in prioribus viderat dicere: ſed totius exprimēs expoſitionem deſerti: numerū ieiunij: tentationē diaboli:cōgregationē beſtiarū:7 miniſteriū ꝑtulit angelorū: vt inſtituens nos ad intelligendū ſingula in breui cōpingens:ne autoritatem facte rei demeret: 7 perficiendi operis plenitudinē nō negaret. Deniqꝫ amputaſſe ſibi poſt fidē pollicē dicitur: vt ſacerdotio reprobus haberet. Sed tamē cōſentiēs fidei predeſtinata potuit electio: vt nec ſic ī ope verbi perderet qd prius meruerat in genere. Nā alexādrie epiſcop⁹ fuit. Cuius ꝑ ſingula opus fuit ſcire 7 euāgelij in ſe dicta diſponere:7 diſciplinā legis in ſe agnoſcere:7 diuinā ī carne dn̄i intelligere naturā: q̄ in nos primū requiri oportet:dehinc inq̄ſita volum⁹ agnoſci habētes mercedē exhortatiōis. Qm̄ q̄ plantat: et q̄ rigat vnū ſunt:qui aūt incrementū preſtat:deus eſt.

Euangelium ſecundū Marcum.

Initium[a] Euange A a1
lij ieſu chriſti filij dei ſicut ſcri Mala.3.a II
ptū eſt in Eſaia propheta: Ec Mat.11.c.
ce ego mitto angelū meū ante Luce.7.d. Eſai.40.a
faciē tuā:qui preparabit viam Mat.3.a.
tuā ante te.[b] Vox clamātis in Joan.1.c. b2
deſerto:parate viam dn̄i:rectas facite ſemitas ei I
us.[c] Fuit in deſerto Ioannes baptizās 7 ꝑdicans c3
baptiſmū poenitētie in remiſſionē peccatorū. Et Mat.3.a. VI
egrediebat ad eū oīs iudee regio:7 ieroſolymite Luce.3.a.
vniuerſi:7 baptizabant ab illo in iordanis flumi-
ne:cōfitentes peccata ſua.[d] Et erat ioannes veſti Joan 3.e. d4
tus pilis cameli 7 zona pellicea circa lumbos ei⁹: Mat.3.a. I
7 locuſtas 7 mel ſilueſtre edebat: 7 predicabat di
cens: Veniet fortior me poſt me:cuius nō ſum di
gnus procūbens ſoluere corrigiā calciamentorū B Mat.3.c.
eius. Ego baptizaui vos ī aqua: ille vero baptiza Luce.3.c.
bit vos in ſpirituſancto.[e] Et factū eſt in diebus il Joan.1.d.
lis:venit Ieſus a nazareth galilee:7 baptizat⁹ eſt Mat.3.c. e5
a ioanne in iordane. Et ſtatim aſcendēs de aqua Luce.3.c I
vidit celos apertos 7 ſpiritū tāq̄ columbā deſcē- Joan.1.d.
dentē 7 manentē in ipſo. Et vox facta eſt de celis Mat.3.d.
Tu es filius meus dilect⁹:in te cōplacui.[f] Et ſta Luce 3.d. Joā 3.e
tim ſpūs expulit eū in deſertū. Et erat in deſerto Mar.3.d f6
quadragita dieb⁹ 7 quadraginta noctibus:7 ten Luce.3.c. II
tabat a ſathana.[g] Eratqꝫ cū beſtijs:7 angeli mini 2 petr.1.d g7
ſtrabāt illi.[h] Poſtq̄ aūt tradit⁹ eſt ioannes:venit VI
ieſus in galileā[i] predicans euangeliū regni dei: 7 Mat.4.a h8
dicēs: Qm̄ impletū eſt tempus:7 appropīquabit Luce.4.a. IIII
regnū dei: Poenitimini 7 credite euangelio. Et Mat 4.b. i9
ꝑteriens ſecus mare galilee vidit Symonē et an Mat 4.c. VI
dreā fratrē eius mittentes retia in mare. Erant Actuū.3.d.
autē piſcatores. Et dixit eis Ieſus: Venite poſt Mat.4.c
me:7 faciā vos fieri piſcatores hoīm. Et protin⁹ Luce.5.b.
relictis retibus ſecuti ſunt eū.[k] Et ꝓgreſſus ī de
puſillū vidit iacobū zebedei 7 ioannē fratrē eius
7 ipſos cōponētes retia ī naui: 7 ſtatī vocauit il- k10
los.[l] Et relicto patre ſuo zebedeo in naui cū mer II
cēnarijs ſecuti ſunt eū.[m] Et ingrediunt caphar- Luce.4.c. l11
naū. Et ſtatī ſabbatis īgreſſus in ſynagogā doce C Mar 7 d. VI
bat eos:[n] Et ſtupebāt ſuꝑ doctrina ei⁹. Erat em̄ Luce.2.g m12
docēs eos q̄ſi poteſtatē habēs: 7 nō ſicut ſcribe.[o] Luce.4.c VIII
Et erat in ſynagoga eorū hō in ſpū immūdo: 7 ex n13
clamauit dicens: Quid nobis 7 tibi Ieſu nazare II
ne: Veniſti perdere nos. Scio qui ſis: ſanct⁹ dei o14
Et cōminatus eſt ei Ieſus:dicens: Obmuteſce: VIII
et exi de homine. Et diſcerpens eum ſpiritus im
mundus:7 exclamās voce magna exijt ab eo. Et
mirati ſunt oēs:ita vt cōquirerēt inter ſe dicētes
Quidnā eſt hoc: Quenā doctrīa hec noua: Qꝛ ī
poteſtate ſpiritib⁹ īmūdꝫ īperat:7 obediūt ei. Et
ꝓceſſit rumor eius ſtatim ī oēm regionē galilee.

p15 Mat.8.b. Luce.4.f. [p]Et protinus egredientes de ſynagoga venerũt
II in domũ ſymonis 7 andreę cũ Jacobo 7 ioanne.
Recumbebat aũt ſocrus ſymonis febricitãs. Et
ſtatim dicunt ei de illa. Et accedẽs eleuauit eam
Luce.4.g apprehenſa manu eius. Et cõtinuo dimiſit eã fe⸗
bris: 7 miniſtrabat eis. Veſpere aũt facto cũ oc⸗
cidiſſet ſol afferebant ad eũ oẽs male habentes: et
dęmonia habentes: 7 erat omnis ciuitas congre
infra.3.b. gata ad ianuã. Et curauit multos qui vexabãtur
q16 varijs languoribꝰ. [q]Et dęmonia multa eijciebat
VIII et nõ ſinebãt ea loqui: quoniã ſciebant eum. [r]Et
r17 diluculo valde ſurgens egreſſus abijt in deſertũ
VIII locũ: ibiqꝫ orabat. Et ꝓſecutꝰ eſt eũ ſymon: 7 qui
cũ illo erant. Et cũ inueniſſent eũ: dixerũt ei: quia
oẽs quęrũt te. Et ait illis: Eamus in ꝓximos vi
cos 7 ciuitates: vt et ibi prędicẽ. Ad hoc eñ veni
s18 Mat.8.a. Et erat prędicãs ĩ ſynagogis eorũ 7 in oĩ galilęa
II Luce.5.e. 7 dęmonia eijciẽs. [s]Et venit ad eũ leproſus deṗ⸗
cans eũ: 7 genuflexo dixit: Si vis potes me mun⸗
dare. Jeſus aũt miſertus eiꝰ extendit manũ ſuã 7
tãgẽs eũ: ait illi: Volo mũdare. Et cũ dixiſſet ſta
Mat.8.a tim diſceſſit ab eo lepra: 7 mũdatꝰ eſt. Et cõmina
Luc.5.c. tus eſt ei: ſtatimqꝫ eiecit illum: 7 dixit ei: Vide ne
mini dixerĩ: ſed vade oſtende te principi ſacerdo
t19 tũ: 7 offer pro emũdatione tua quę pręcepit moy
X ſes ĩ teſtimoniũ illis. [t]At ille egreſſus coepit prę
dicare 7 diffamare ſermonẽ: ita vt iã nõ poſſet ma
nifeſte introire in ciuitatẽ: ſed foris in deſertis lo
cis eſſe: 7 cõueniebãt ad eũ vndiqꝫ. II.

A
a20 ET[a] iterũ intrauit capharnaũ poſt dies: 7
I auditum eſt ꝙ in domo eſſet: 7 conuene⸗
runt multi: ita vt non caperet neqꝫ ad ia
Mat.9.a nuã: et loquebatur eis verbũ. Et venerũt ad eũ fe
Luce.9.c. rentes paralyticũ: qui a quatuor portabat. Et cũ
Joã.5.a non poſſent offerre eũ illi prę turba: nudauerunt
tectũ vbi erat: 7 patefaciẽtes ſubmiſerunt graba
tũ: in ꝗ paralyticꝰ iacebat. Cũ autẽ vidiſſet ieſus
fidẽ illorũ ait paralytico: Fili dimittũt tibi pec⸗
cata tua. Erant aũt illic quidã de ſcribis ſedẽtes
Luc.5.d. 7 cogitãtes in cordibus ſuis: Quid hic ſic loquit
Ecce.z.d. Blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata ni⸗
B ſi ſolus deus? Quo ſtatĩ cognito ieſus ſpiritu ſuo
Mat.9.a quia ſic cogitarẽt intra ſe dicit illis: Quid iſta co
Luce.5.c. gitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius di⸗
cere paralytico: dimittũtur tibi peccata: an dice
re: ſurge: tolle grabatũ tuũ 7 ambula? Vt aũt ſci
atis quia filius hominis habet poteſtatẽ in terra
dimittendi peccata: ait paralytico: Tibi dico ſur
Mat.9.a. Luc.5.c ge: tolle grabatũ tuũ: 7 vade in domũ tuã. Et ſta
Joan.5.b. tim ſurrexit ille: 7 ſublato grabato abijt ĩde corã
oĩbus: ita vt mirarent oẽs: 7 honorificarent deũ:
b21 dicentes: quia nunꝙ ſic vidimus. [b]Et egreſſus eſt
I rurſus ad mare: omniſqꝫ turba veniebat ad eum
Mat.9.a 7 docebat eos. Et cũ prętereiret vidit leui alphęi
Luc.5.f. ſedentẽ ad teloneũ: 7 ait illi: Sequere me. Et ſur
c22 Mat.9.a. gens ſecutus eſt eũ. [c]Et factũ eſt cũ accumberet ĩ
II Luc.5.f C domo illius: multi publicani: 7 peccatores ſimul
diſcũbebant cũ ieſu 7 diſcipulis eius. Erant enim
multi qui ſequebant eũ. Et ſcribę et phariſęi vi⸗
dentes quia manducarent cu publicanis 7 pecca
Mat.9.a Luce.5.f. toribus dicebant diſcipulis eius: Quare cũ pub
licanis 7 peccatoribꝰ manducat 7 bibit magiſter
d23 veſter?[d] Hoc audito ieſus ait illis: Nõ neceſſe ha
II i.timo.i.c. bent ſani medico: ſed qui male habent. Nõ eñ ve
ni vocare iuſtos: ſed peccatores. Et erãt diſcipu⸗
li ioannis 7 phariſei ieiunantes: 7 veniũt 7 dicũt
Luce.5.f. illi: Quare diſcipuli Joannis 7 phariſeorum ie⸗
Mat.9.b iunat: tui autem diſcipuli non ieiunant? Et ait il
Luc.5.g. lis Jeſus: Nũquid poſſunt filij nuptiarũ quãdiu
ſponſus cum illis eſt ieiunare? Quanto tempore

habent ſecum ſponſum non poſſunt ieiunare. Ve
nient autem dies cum auferetur ab eis ſpõſus: et
tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo aſſumen⸗
tũ panni rudis aſſuit veſtimento veteri. Alioquĩ
aufert ſupplementum nouũ a veteri: 7 maior ſciſ⸗
ſura fit. Et nemo mittit vinum nouũ in vtres ve⸗
teres. Alioquin diſrumpet vinũ vtres: et vinũ ef⸗ D
fundetur: et vtres peribunt. [e] Sed vinum nouũ e24
in vtres nouos mitti debet. Et factum eſt iterũ Mat.12.a II
cum dominus ſabbatis ambularet per ſata: 7 di⸗ Luce.6.a.
ſcipuli eius coeperunt pręegredi 7 vellere ſpicas
Phariſęi autem dicebant ei: Ecce quid faciũt di
ſcipuli tui ſabbatis: qđ non licet. Et ait illis: Nũ i.reg.21 d
ꝙ legiſtis quid fecerit dauid quando neceſſitatẽ Mat.12 a
habuit 7 eſurijt ipſe et qui cum eo erant: quomo⸗
do introiuit in domum dei ſub Abiathar princi⸗ Luce.6.a.
pe ſacerdotũ: 7 panes propoſitiõis manducauit:
quos non liceat manducare niſi ſacerdotibus: et
dedit eis 7 qui cũ eo erant? Et dicebat eis: [f]Sab⸗ Mat.12.a
batũ propter hoĩem factũ eſt: 7 non homo ꝓpter Luce.6.a f25
ſabbatũ. Itaqꝫ dñs eſt filius hoĩs etiã ſabbati. III II

ET introiuit iterũ ĩ ſynagogã: et erat A
ibi homo habẽs manũ aridã: 7 obſer⸗ Mat.12.a
uabãt eũ ſi ſabbatis curaret: vt accu
ſarent illũ. Et ait hoĩ habenti manũ
aridã: Surge in mediũ. Et dicit eis
Licet ſabbatis benefacere an male? animã ſaluã
facere an perdere? At illi tacebãt. Et circumſpici
ens eos in ira cõtriſtatꝰ ſuper cęcitate cordis eo⸗ Ibidem.
rũ dicit hoĩ: Extende manũ tuã. Et extendit: 7 re Luc.6.b. Mat.12 b
ſtituta eſt manus illius. [a] Exeuntes aũt phariſęi Joan.10 g
ſtatim cũ herodianis conſiliũ faciebant aduerſus a26
eum quomodo eum perderent. [b] Jeſus aũt cũ di IIII
ſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare 7 multa turba a gali b27
lęa 7 iudęa ſecuta eſt eum: 7 ab Jeroſolymis 7 ab I
Idumęa: 7 trans Jordanẽ: 7 qui circa Tyrũ 7 ſy
donẽ multitudo magna audientes quę faciebat
venerunt ad eum. Et dixit diſcipulis ſuis: vt ĩ na Mat.4 d.
uicula ſibi deſeruirent propter turbã: ne compri Luce.4.b
merent eum. Multos enim ſanabat: ita vt irrue Joã.6 a.
rent in eũ: vt illũ tangerẽt quotꝗt habebant pla⸗ B
gas. [c]Et ſpiritus immundi cũ illũ videbant pro⸗
cidebant ei: 7 clamabant: dicẽtes: Tu es filiꝰ dei. c28
Et vehemẽter cõminabatur eis: ne manifeſtarẽt Luce.4.g VIII
illũ. [d]Et aſcendens in montẽ vocauit ad ſe: ꝗs vo
luit ipſe: 7 venerũt ad eũ. Et fecit vt eſſent duode Mat.10 g d29
cim cũ illo: 7 vt mitteret eos prędicare. Et dedit Luce.9.a II
illis poteſtatem curandi infirmitates: et eijcẽdi
dęmonia. [e]Et impoſuit Symoni nomen Petrꝰ Mat.10.a
Et Jacobũ zebedęi: 7 Joannem fratrem Jacobi Luce.6.c e30
7 impoſuit eis nomina boanerges: qđ eſt filij to⸗ Actu.i b. II
nitrui. Et Andreã 7 Philippũ et Bartholomę C
um et matthęũ 7 thomã: 7 Jacobũ alphęi: et tha
deum 7 Symonem chananęum 7 Judam Iſca⸗
riothen: qui et tradidit illum. [f]Et veniunt ad do
mum. Et conuenit iterum turba: ita vt non poſ⸗ f31
ſent neqꝫ panẽ manducare. Et cum audiſſent ſui Mat.12 b
exierunt tenere eum. Dicebant enim: quoniã ĩ fu Luce.11.b X
rorẽ verſus eſt. [g]Et ſcribę ꝗ ab ieroſolymis deſcẽ
derãt dicebãt: qm̃ beelzebub habet: 7 q2 in princi⸗
pe dęmoniorũ eijcit dęmonia. [h]Et cõuocatĩ eis ĩ g32
parabolis dicebat illis: Quõ poteſt ſathanas ſa⸗ Mat.12 b II
thanã eijcere? Et ſi regnũ ĩ ſe diuidat: non poteſt Luc.12.c b33
regnũ illđ ſtare. Et ſi domꝰ ſup ſemetipſã diſpti II
atur: non poteſt domꝰ illa ſtare. Et ſi ſathanas cõ
ſurrexerit in ſemetipſum: diſpartitus eſt: 7 nõ po
terit ſtare: ſed finẽ habet. Nemo poteſt vaſa fortĩ
ingreſſus in domũ diripere: niſi priꝰ fortẽ alliget D
7 tũc domũ eiꝰ diripiet. [l] Amẽ dico vobĩ: qm̃ oĩa Mat.12.e l34
dimittentur filijs hominũ peccata et blaſphemię Luce.12 b II

quibus blaſphemauerunt. Qui autē blaſphama-
uerit in ſpiritūſanctum: nō habet remiſſionē in e-
ternū: ſed reus erit eterni delicti: quoniā dicebāt
[k]35 ſpiritū immundū habet. [k] Et veniūt mater eius
II ⁊ fratres: et foris ſtantes miſerunt ad eum vocan
tes eū. Et ſedebat circa eū turba: ⁊ dicunt ei: Ec
ce mater tua ⁊ fratres tui foris querūt te. Et re-
Mat.12.d ſpōdēs eis ait: Que eſt mater mea ⁊ fratres mei?
Luce.8.c Et circūſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebāt
ait: Ecce mater mea ⁊ fratres mei. Qui em̄ fece-
rit voluntatē dei: hic frater meus et ſoror mea: et
mater mea eſt. IIII
[a]36 A ET iterū coepit docere ad mare. Et cō
I Luce.5.a gregata eſt ad eū turba multa: ita vt i
nanim aſcendēs ſederet in mari: ⁊ oīs
turba circa mare ſup terrā erat: ⁊ doce
bat eos in parabolis multa: ⁊ dicebat illis in do-
Mat.13.a ctrīa ſua: Audite. Ecce exiit ſeminās ad ſeminā
Luce.8.a dū. Et dū ſeminat aliud cecidit ſecus viā: et vene
rūt volucres celi et comederūt illud. Aliud vero
cecidit ſup petroſa vbi nō habuit terraꝫ multā: et
ſtatim exortū eſt: qm̄ nō habebat altitudinē terre
et quando exortus eſt ſol exeſtuauit: ⁊ eo ꝙ nō ha
bebat radicē exaruit. Et aliud cecidit ī ſpinas: et
aſcēderūt ſpine: ⁊ ſuffocauerūt illud: ⁊ fructū nō
dedit. Et aliud cecidit in terrā bonā: ⁊ dabat fru
ctū aſcendentē ⁊ creſcentē: ⁊ afferebat vnū triceſi
mū: ⁊ vnū ſexageſimū: ⁊ vnū cēteſimū. Et dicebat
Qui habet aures audiendi audiat. Et cum eſſet
B ſingularis interrogauerunt eum hi qui cum eo
[b]37 Mat.13.b. erant duodecim parabolam: et dicebat eis: [b] Uo
II Luce.8.b bis datū eſt noſſe myſteriū regni dei: illis aūt q̄ fo-
Joan.12.f ris ſunt in parabolis oīa fiunt: vt vidētes videāt
Eſa.6.c.
Act.28.f. ⁊ nō videāt: ⁊ audientes audiāt ⁊ nō intelligant:
ne quādo cōuertant ⁊ dimittant eis peccata. Et
[c]38 Mar.13.e ait illis: Neſcitis parabolā hanc? Et quō oēs pa
II Luce.8.b rabolas cognoſcetis? [c] Qui ſeminat verbū ſemi-
nat. Hi aūt ſunt qui circa viā vbi ſeminat verbū:
⁊ cū audierint: cōfeſtim venit ſathanas: et aufert
verbū qđ ſeminatū eſt ī cordibus eorū. Et hi ſunt
ſimiliter q̄ ſuper petroſa ſeminant: qui cū audierit
verbū: ſtatim cū gaudio accipiunt illud: ⁊ non ha
bēt radicē in ſe: ſed temporales ſunt: deinde orta
tribulatione ⁊ ꝑſecutiōe ꝓpter verbū cōfeſtim ſcā
dalizātur. Et alii ſunt qui in ſpinis ſeminant. Hi
C ſunt qui verbū audiunt: ⁊ erūne ſeculi ⁊ deceptio
Mat.5.b diuitiarū: ⁊ circa reliqua cōcupiſcentie introeun
Luce.8.c ⁊ tes ſuffocant verbū: ⁊ ſine fructu efficitur. Et hi
11.e. ſunt qui ſup terrā bonā ſeminati ſunt: qui audiūt
[d]39 Mat.10.e verbū ⁊ ſuſcipiūt: et fructificāt vnū triceſimū: vnū
II Luce.8.c. ſexageſimū: ⁊ vnū centeſimum. [d] Et dicebat illis:
Nūqđ venit lucerna: vt ſub modio ponat aut ſub
[e]40 lecto? Nōne vt ſup candelabrū ponat? [e] Non eſt
II em̄ aliquid abſconditū qđ nō manifeſtetur: nec fa
[f]41 ctū eſt occultū qđ nō veniat in palam. Si quis ha
II Mat.7.a bet aures audiendi audiat. [f] Et dicebat illis: Ui
[g]42 Luce.6.f. dete quid audiatis. In qua menſura menſi fueri
III Mat.13.b et 15.e tis remetietur vobꝫ ⁊ adiicietur vobis. [g] Qui em̄
[h]43 Luce.8.c habet dabitur illi: ⁊ qui nō habet: etiā quod habet
X et.19.d. auferetur ab eo. [h] Et dicebat: Sic eſt regnuꝫ dei:
queadmodum ſi homo iaciat ſementē in terrā: et
dormiat: ⁊ exurgat nocte et die: ⁊ ſemē germinet
et icreſcat dum neſcit ille. Ultro em̄ terra fructi-
ficat: primū herbā: deinde ſpicam: deinde plenum
Mat.13.d frumentū ī ſpica. Et cū ex ſe ꝓduxerit fruct⁹ ſtatī
[i]44 Luce.13.d mittit falcē: qm̄ adeſt meſſis. [i] Et dicebat: Cui aſ
II ſimilabim⁹ regnū dei: aut cui parabole cōparabi
mus illud? Sicut granū ſynapis: qđ cū ſeminatū
fuerit in terra: minus eſt oībus ſeminibus q̄ ſunt
in terra: ⁊ cū ſeminatū fuerit aſcendit: et fit mai⁹

oībus olerib⁹: et facit ramos magnos: ita vt poſ [k]45
ſint ſub vmbra eius aues celi habitare. [k] Et tali- Mat.13.e VI
bus multis parabolis loquebatur eis verbū pro- Mat.8.c. Luce.8.d
ut poterant audire: ſine parabola autem non lo- [l]46
quebatur eis. [l] Seorſum autē diſcipulis ſuis diſ- X
ſerebat omnia. [m] Et ait illis in illa die cum ſero eſ [m]47
ſet factum. Tranſeamus contra. Et dimittētes II
turbam aſſumunt eum ita vt erat in naui: et alie
naues erāt cum illo. Et facta eſt procella magna
venti: et fluctus mittebat in nauim: ita vt imple
retur nauis. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical
dormiens. Et excitant eum: ⁊ dicunt illi: Magi
ſter: nō ad te pertinet quia perimus? Et exurgēs
cōminatus eſt vento: et dixit mari: Tace: obmu-
teſce. Et ceſſauit ventus: et facta eſt trāquillitas Mat.8.c.
magna. Et ait illis: Quid timidi eſtꝭ? Necdum Luce.8.d
habetis fidē: et timuerunt timore magno: et dice
bant ad alterutrum: Quiſputas eſt iſte? quia vē-
tus et mare obediunt ei. V.
ET venerunt trans fretū maris in re A
gionē geraſenorū. Et exeūti ei de na Mat.8.d
ui ſtatim occurrit de monumētis ho Luce.8.c
mo in ſpiritu immundo: qui domici
liū habebat in monumentis. Et neqꝫ
cathenis iam quiſꝗ poterat eum ligare: quoniaꝫ
ſepe compedibus et cathenis vinctus dirupiſſet
cathenas et compedes comminuiſſet: et nemo po
terat eum domare. Et ſemper die ac nocte in mo
numētis ⁊ in montibus erat clamans: ⁊ cōcidēs
ſe lapidibus. Uidens autē Jeſum a longe cucur
rit: ⁊ adorauit eum. Et clamans voce magna di-
xit: Quid mihi et tibi Jeſu fili dei altiſſimi? Adiu
ro te ꝑ deū: ne me torqueas. Dicebat em̄ illi: Exi B
ſpiritus immunde ab hoīe. Et interrogabat eū:
Quod tibi nomē eſt? Et dicit ei: Legio mihi no-
mē eſt: quia multi ſumus. Et deprecabatur eum
multū: ne ſe expelleret extra regioneꝫ. Erat aūt
ibi circa montē grex porcoꝝ magnus paſcēs. Et
deprecabant eū ſpiritus: dicentes: Mitte nos in Mat.8.b
porcos: vt in eos introeamus. Et cōceſſit eis ſta- Luce.8.c
tim Jeſus. Et exeuntes ſpiritus īmundi introie Luce.8.e
rūt in porcos. Et magno impetu grex p̄cipitat⁹
eſt in mare ad duo milia: ⁊ ſuffocati ſunt in mari.
Qui aūt paſcebāt eos fugerūt: ⁊ nūciauerūt in ci
uitatē ⁊ in agros. Et egreſſi ſunt videre q̄d eſſet
facti. Et veniūt ad Jeſum: et vident illū qui a de
monio vexabat ſedentē veſtitū ⁊ ſane mentꝭ: et ti
muerunt. Et narrauerūt illis qui viderāt q̄liter
factū eſſet ei qui demoniū habuerat: ⁊ de porcis.
Et rogare coeperunt eū: vt diſcederet de finibus
eorū. [a] Cūqꝫ aſcēderet nauim: coepit illū depreca [a]48
ri qui a demonio vexat⁹ fuerat: vt eſſet cū illo. Je Luce.8.f. VIII
ſus aūt nō admiſit eū: ſed ait illi: Uade in domuꝫ
tuā ad tuos: et annuncia illis quāta tibi dn̄s fece
rit: ⁊ miſertus ſit tui. Et abiit ⁊ coepit predicare
in decapoli quanta ſibi feciſſet Jeſus: ⁊ oēs mira-
bant. [b] Et cū tranſcēdiſſet Jeſus ī nauim rurſus C [b]49
trans fretum: conuenit turba multa ad eū ⁊ erat Mat.9.e. II
circa mare. Et venit quidā de archiſynagogꝭ no Luce.8.f.
mine iayrus: ⁊ vidēs eum procidit ad pedes eius
et deprecabat eum multū: dicens: Quoniā filia
mea in extremis eſt: veni impone man⁹ ſuper eā:
vt ſalua ſit ⁊ viuat. Et abiit cum illo: et ſequebat
eum turba multa: et comprimebāt eum. Et mu
lier que erat in profluuio ſanguinis annꝭ duode- Mat.9.e.
cim: ⁊ fuerat multa perpeſſa a cōpluribus medi- Luce.8.f.
cis: et erogauerat omnia ſua: nec quicꝗ profece-
rat: ſed magꝭ deterius habebat: cum audiſſet de
Jeſu: venit in turba retro: et tetigit veſtimentuꝫ
eius. Dicebat enim: quia ſi vel veſtimentum eius

tetigero: ſalua ero. Et confeſtim ſiccatus eſt fons
ſanguinis eius: et ſenſit corpore: quia ſanata eſ-
ſet a plaga. Et ſtatim Jeſus in ſemetipſo cognoſ
cens virtutem: que exierat de illo: conuerſus ad
turbã aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea? Et
dicebant ei diſcipuli ſui: Uides turbam compri-
mentem te: & dicis: quis me tetigit? Et circũſpici
ebat videre eã que hoc fecerat. Mulier vero ti-
mens & tremens: ſciens quod factũ eſſet in ſe: ve
nit & procidit ante eum: & dixit ei omnẽ verita-
Mat.9.c Luce.8 g. tẽ. Ille autẽ dixit ei: Filia fides tua te ſaluã fecit:
D vade in pace: & eſto ſana a plaga tua. Adhuc eo lo
quente veniunt ad archiſynagogum dicentes: q
filia tua mortua eſt: Quid vltra vexas magiſtrũ?
Jeſus aũt audito verbo qd dicebatur ait archiſy
nagogo: Noli timere: tantũmodo crede. Et nõ
admiſit quemquam ſe ſequi: niſi Petrũ & Jacobũ: &
Joannem fratrem Jacobi. Et veniunt in domũ
archiſynagogi: & vidit tumultũ: & flentes: & eiu-
lantes multum: & ingreſſus ait illis: Quid turba
Mat.9.c mini & ploratis? Puella non eſt mortua ſed dor-
mit. Et irridebant eum. Ipſe vero eiectis omni-
bus aſſumit patrem & matrem puelle et qui ſecũ
erant: et ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et
Mat.9.c tenẽs manum puelle ait illi: Thabitacumi. Qd
eſt interpretatũ: Puella tibi dico ſurge. Et con
feſtim ſurrexit puella & ambulabat. Erat aũt an
norum duodecim. Et obſtupuerunt ſtupore ma
gno. Et precepit illis vehemẽter: vt nemo id ſci
ret: & dixit dari illi manducare. VI.

A
a 50 I Mat.13.g Luce.4.c. Joan.4.f ET a egreſſus inde abijt in patriam ſuam
et ſequebãtur eum diſcipuli ſui. Et facto
ſabbato coepit in ſynagoga docere: & mul
Mat.13.g ti audientes admirabantur in doctrina eius di-
Luce.4.d centes: Unde huic hec omnia? Et que eſt ſapien
Joan.6.e tia que data eſt illi: et virtutes tales que per ma-
Mat.13.g Luce.4.d nus eius efficiunt? Nonne hic eſt faber filius ma
rie: frater Jacobi & Joſeph & Jude: & ſymonis?
Nonne & ſorores eius hic nobiſcũ ſunt? Et ſcan-
b 51 Joan.4.f dalizabantur ĩ illo. b Et dicebat illis ieſus: Quia
I non eſt propheta ſine honore: niſi in patria ſua et
in domo ſua et in cognatione ſua. Et nõ poterat
ibi virtutẽ vllã facere: niſi paucos infirmos impo
ſitis manib' curauit: et mirabatur propter incre
c 52 Mat.10.a dulitatem eorum. c Et circuibat caſtella in circuitu
II Luce.9.a docens. d Et conuocauit duodecim et coepit eos
B mittere binos: & dabat illis poteſtatẽ ſpirituũ im
d 53 II mundorum. Et precepit eis: ne quid tollerẽt in via
Mat.10.b niſi virgã tantũ: non peram: non panẽ: neque in zo
e 54 Luce.10.a na es: ſed calciatos ſandalijs: & ne induerẽtur du
abus tunicis. Et dicebat eis: e Quocũque ĩtroieri
f 55 II tis ĩ domũ illic manete donec exeatis inde. f Et q
cũque nõ receperint vos: neque audierint: exeuntes
Mat.10.a inde excutite puluerem de pedibus veſtris in te-
g 56 Luce.10 a ſtimoniũ illis. g Et exeuntes predicabant vt poe-
VIII Mat.14.a nitentiã agerent: & demonia multa eijciebant: et
lius phariſęorū. De ſpe ⁊ reſurrectione mortuorū ego iu
dicor. Et cū hęc dixiſſet: facta eſt diſſenſio inter phari-
ſęos ⁊ saducęos: ⁊ ſoluta eſt multitudo. Saducęi autē
dicūt: nō eſſe reſurrectionē mortuorū: neq͂ angelū: neq͂
C ſpiritū: phariſęi aūt vtraq͂ confitent̃. Factus eſt aūt cla
mor magnus: ⁊ exurgētes quidā phariſęorū pugnabāt:
dicentes: Nihil mali inuenimus in hoīe iſto. Quid ſi ſpi
ritus locutus eſt ei: aut angelus? Et cū magna diſſenſio
infra. 17. d facta eſſet: timens tribunus ne diſcerperet̃ Paulus ab
ipſis: iuſſit milites deſcēdere ⁊ rapere eū de medio eorū:
ac deducere eū ĩ caſtra. Seq̄nti aūt nocte aſſiſtēs ei dñs:
ait: Cōſtans eſto. Sicut eñ teſtificat⁹ es de me in ieruſa
lem: ſic te oportet ⁊ Romę teſtificari. Facta aūt die col
legerunt ſe quidā ex iudęis: et deuouerunt ſe: dicentes:
neq͂ manducaturos: neq͂ bibituros: donec occiderent
D Paulū. Erāt aūt plus ꝙ quadraginta viri: qui hāc con
iurationē fecerāt. Qui acceſſerūt ad principē ſacerdotū
et ſeniores: ⁊ dixerunt: Deuotione deuouim⁹: nos nihil
guſtaturos: donec occidamus Paulū. Nunc ergo vos
notū facite tribuno cū cōſilio: vt adducat illū ad vos: tā
ꝙ aliquid certius cognituri de eo. Nos vero priuſꝙ ap-
propiet parati ſumus interficere illū. Quod cū audiſſet
filius ſororis pauli inſidias: venit et ĩtrauit ĩ caſtra: nun
ciauitq͂ paulo. Vocās aūt Paulus ad ſe vnū ex centu-
rionibus ait: Adoleſcentē hunc perduc ad tribunū. Ha
bet enim aliquid indicare illi. Et ille quidē aſſumēs eū
E duxit ad tribunū: et ait: Vinctus Paulus rogauit me:
hūc adoleſcentē perducere ad te: habentē aliquid loqui
tibi. Apprehēdens aūt tribunus manū illius: ſeceſſit cū
eo ſeorſum: ⁊ interrogauit illū: Quid eſt: qḋ habes indi
care mihi? Ille aūt dixit: Iudęis conuenit rogare te: vt
craſtina die producas Paulū in conciliū: quaſi aliq̇d cer
tius inquiſituri ſint de illo: tu vero ne credideris illis.
Inſidiantur eñ ei ex eis viri amplius ꝙ quadraginta:
qui ſe deuouerunt: non māducare neq͂ bibere: donec in-
terficiāt eū. Et nunc parati ſunt: expectātes promiſſum
tuū. Tribunus igitur dimiſit adoleſcentē: pręcipiēs ei:
F ne cui loqueretur: quoniā hęc nota ſibi feciſſet. Et voca-
tis duobus cēturionibus dixit illis: Parate milites du
centos: vt eāt vſq͂ Cęſareā: ⁊ eq̄tes ſeptuaginta: ⁊ lācea
rios ducētos: a tertia hora noctis: ⁊ iumēta pręparate:
vt imponētes Paulū ſaluū perducerēt ad Felicē pręſi-
dem. Timuit eñ: ne forte raperēt eū iudęi: ⁊ occiderēt:
⁊ ipſe poſtea calumniā ſuſtineret tanꝙ accepturus pecu
niam: ſcribēs ei epiſtolā continentē hęc: Claudius Ly-
ſias optimo pręſidi Felici ſalutē. Virū hūc cōprehēſum
a iudęis: ⁊ incipientē interfici ab eis: ſuꝑueniēs cū exer-
citu eripui: cognito q̄ roman⁹ eſt: volenſq͂ ſcire cauſam
quā obijciebant illi: deduxi eū in conciliū eorū. Quē inue G
ni accuſari de queſtionib⁹ legis ipſorū: nihil vero dignū
morte aut vinculis habentē crimen. Et cū mihi perlatū
eſſet de inſidijs quas parauerāt illi: miſi eū ad te: denun
cians ⁊ accuſatoribus: vt dicāt apud te. Vale. Milites
vero ſcḋm pręceptū ſibi aſſumētes: Paulū duxerūt ꝑ no-
ctem in antipatridē: ⁊ poſtera die dimiſſis equitibus vt
cū eo irēt: reuerſi ſunt ad caſtra. Qui cū veniſſent Cęſa
ream: ⁊ tradidiſſent epiſtolā pręſidi: ſtatuerūt ante illū
⁊ paulū. Cū legiſſet aūt ⁊ interrogaſſet de qua prouīcia
eſſet: ⁊ cognoſcēs q̄ de cilicia: audiā te (inq̇t) cū accuſato
res tui venerint. Iuſſitq͂ ĩ ꝑtorio herodis cuſtodiri eū.
Oſt q̄nq͂ aūt dies deſcēdit princeps XXIIII. A
ſacerdotū Ananias cū ſeniorib⁹ quibuſdā: et
Tertullo q̇dā oratore: q̇ adierūt pręſidē ad-
uerſus paulū. Et citato Paulo coepit accu-
ſare Tertullus: dicēs: Cū in multa pace agam⁹ ꝑ te: et
multa corrigant̃ ꝑ tuā prouidentiā: ſemꝑ ⁊ vbiq͂ ſuſcipi
mus optime Felix cū oñi gratiarū actione. Ne diutius
aūt te protrahā: oro: breuiter audias nos pro tua clemē
tia. Inuenimus hunc hominem peſtiferum ⁊ concitan B
tem ſeditiōes oībus iudęis in vniuerſo orbe: ⁊ autorē ſe
ditionis ſectę Nazarenorū: q̇ etiā tēplū violare conatus
eſt. Quē et apphēſum voluim⁹ ſcḋm legē noſtrā iudicare.
Suꝑueniēs aūt tribunus Lyſias: cū vi magna eripuit
eū de manib⁹ nr̄is: iubēs accuſatores ei⁹ ad te venire: a
quo poteris ipſe iudicās de oīb⁹ iſtis cognoſcere: de q̇b⁹
nos accuſam⁹ eū. Adiecerunt autē ⁊ iudęi: dicentes hęc C
ita ſe habere. Reſpōdit aūt Paulus: annuēte ſibi ꝑſide
dicere. Ex multis annis te eſſe iudicē gēti huic: ſciēs bo
no aīo pro me ſatiſfaciā. Potes eñ cognoſcere: q̄ non
plus ſunt mihi dies ꝙ duodecim: ex quo aſcēdi adorare
in Ieruſalē: ⁊ neq͂ ĩ tēplo inuenerūt me cū aliquo diſpu
tantē: aut cōcurſum facientē turbę: neq͂ in ſynagogis: D
neq͂ in ciuitate: neq͂ probare poſſunt tibi: de quibus me
nūc accuſant. Cōfiteor aūt hoc tibi: ꝙ ſcḋm ſectā: quā di-
cunt hereſim: ſic deſeruio patri ⁊ deo meo: credēs oīb⁹:
quę in lege ⁊ prophetis ſcripta ſunt: ſpem habēs in deū:
quā ⁊ hi ipſi expectāt: reſurrectionē futurā iuſtorū ⁊ ini-
quorū. In hoc ⁊ ipſe ſtudeo ſine offendiculo cōſciētiā ha
bere ad deū ⁊ ad hoīes ſemꝑ. Poſt annos autem plures
eleemoſynas facturus in gentē meā veni: ⁊ oblatiōes et
vota: in quib⁹ inuenerūt me purificatū in tēplo: nō cum
turba neq͂ cū tumultu. Et apphēderūt me: clamātes ⁊
dicētes: Tolle inimicū noſtrū. Quidā aūt ex aſia iudęi: E
quos oportebat apud te pręſto eſſe: ⁊ accuſare: ſi q̇d ha-
berēt aduerſum me: aut hi ipſi dicāt: ſi q̇d inuenerunt in
me iniq̇tatis: cū ſtem in cōcilio: niſi de vna hac ſolū mo-
do voce: qua clamaui inter eos ſtans: quoniā de reſurre-
ctione mortuorū ego iudicor hodie a vob̄. Diſtulit aūt F
illos Felix: certiſſime ſciens de via hac: dicēs: Cū tribu
nus Lyſias deſcēderit: audiā vos. Iuſſitq͂ cēturioni cu
ſtodire eū: ⁊ habere requiē: nec quēꝙ de ſuis prohibere
miniſtrare ei. Poſt aliquot aūt dies: veniens Felix cum
Druſilla vxore ſua: quę erat iudęa: vocauit Paulum: et
audiuit ab eo fidem: quę eſt in Chriſtū Ieſum. Diſpu-
tante aūt illo de iuſtitia ⁊ caſtitate: ⁊ de iudicio futuro:
tremefactus Felix reſpōdit: Quod nunc attinet: vade: G
tempore aūt oportuno accerſiam te: ſimul ⁊ ſperans: ꝙ
pecunia ei daretur a Paulo: propter quod ⁊ frequenter
accerſiens eum loquebatur cū eo. Biennio aūt expleto:

accepit ſucceſſorē Felix Portiū Feſtū. Volens aūt gra
tiam p̄ſtare iudeis Felix: reliq̄t Paulū vinctū. XXV.
A FEſtus ergo cum veniſſet in prouinciā poſt tri
duū: aſcēdit ieroſolymā a ceſarea. Adierūtq;
eū principes ſacerdotū ⁊ p̄mi iudeoꝝ aduer
ſus Paulū: ⁊ rogabāt eū: poſtulātes gratiā
aduerſus eū: vt iuberet ꝑduci eū in Jeruſalē: inſidias tē
dentes: vt interficerēt eū in via. Feſtꝰ aūt reſpōdit: ſerua
ri quidē Paulū in ceſarea: ſe autē maturius ꝓfecturū.
Qui ergo in vobis ait: potētes ſunt deſcēdētes ſimul: ſi
B quod eſt in viro crimē: accuſent eū. Demoratꝰ aūt inter
eos dies nō ampliꝰ q̄ octo aut decē: deſcēdit ceſaream.
Et altera die ſedit ꝓ tribunali: ⁊ iuſſit Paulū adduci.
Qui cū perductus eſſet: circūſteterunt eum qui ab Je-
roſolyma deſcenderant iudei: multas et graues cauſas
obijcientes: quas nō poterant probare: Paulo rationē
reddente: quoniā neq; in legem iudeoꝝ: neq; in templū:
neq; in ceſarē quicq̄ peccaui. Feſtus autē volens gratiā
C preſtare iudeis: reſpōdens Paulo dixit: Vis Jeroſoly
mam aſcēdere: et ibi de his iudicari apud me? Dixit aūt
Paulus: Ad tribunal ceſaris ſto: ibi me oportet iudica
ri. Judeis nō nocui: ſicut tu melius noſti. Si eñ nocui:
aut dignū morte aliquid feci: non recuſo mori. Si vero
nihil eſt eoꝝ: que hi accuſant me: nemo poteſt me illis
D donare. Ceſarē appello. Tunc Feſtus cū concilio locu-
tus: reſpondit: Ceſarem appellaſti: ad ceſarem ibis. Et
cū dies aliquot tranſacti eſſent: Agrippa rex ⁊ Bernice
deſcēderūt Ceſareā ad ſalutandū Feſtū. Et cū dies plu-
res ibi morarent̄: Feſtꝰ regi indicauit de Paulo: dicēs:
Vir quidā eſt derelictꝰ a Felice vinctus: de quo cū eſſem
ieroſolymis: adierūt me p̄ncipes ſacerdotū ⁊ ſeniores iu
deoꝝ: poſtulātes aduerſus illū damnationē. Ad q̄s re-
ſpondi: quia nō eſt romanis cōſuetudo dānare aliquē ho
minem: priuſq̄ is qui accuſatur preſentes habeat accuſa
tores: locūq; defendendi accipiat ad abluenda crimina:
E que ei obijciuntur. Cū ergo huc cōueniſſent ſine vlla di
latione: in ſequēti die ſedēs pro tribunali iuſſi adduci vi
rū. De quo cū ſtetiſſent accuſatores: nullā cauſam defe-
rebant: de quibus ego ſuſpicabar malū. Queſtiōes vero
quaſdam de ſua ſuperſtitiōe habebant aduerſus eū: ⁊ de
quodā Jeſu defuncto: quē affirmabat Paulus viuere.
Heſitās aūt ego de huiuſmodi queſtione: dicebam: ſi vel
let ire ieroſolymā: ⁊ ibi iudicari de iſtis. Paulo aūt appel
lante: vt ſeruaret̄ Auguſti cognitioni: iuſſi ſeruari eum:
donec mittam eū ad ceſarē. Agrippa aūt dixit ad Feſtū:
F Volebam et ipſe hominē audire. Cras (inquit) audies
eū. Altera autem die: cū veniſſet Agrippa ⁊ Bernice cū
multa ambitione: ⁊ introiſſent in auditoriū cū tribunis
⁊ viris principalibus ciuitatis: iubēte Feſto adductꝰ eſt
G Paulus. Et dixit Feſtus: Agrippa rex ⁊ oēs qui ſimul
adeſtis nobiſcū viri: videtis hūc hominē: de quo omnis
multitudo iudeoꝝ interpellauit me Jeroſolymis: petē
tes et acclamātes: non oportet eū viuere amplius. Ego
vero cōperi: nihil dignū morte eū admiſiſſe. Ipſo autem
hoc appellante: ad auguſtum iudicaui mittere. De quo
quid certū ſcribā dn̄o: nō habeo. Propter quod perdu-
xi eum ad vos: ⁊ maxime ad te rex Agrippa: vt interro-
gatione facta: habeā q̄d ſcribā. Sine ratione eñ mihi vi
detur mittere vinctū: ⁊ cauſam eiꝰ nō ſignificare. XXVI.
AGrippa vero ad Paulū ait: Permittit̄ tibi
A loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta
manu coepit rationē reddere. De omnibꝰ q̄-
bus accuſor a iudeis rex Agrippa: eſtimo me
beatū apud te. Cū ſim defenſurus me hodie: maxime te
ſciēte oīa: que apud iudeos ſunt cōſuetudines ⁊ queſtio
nes: propter quod obſecro: patiēter me audias. Et qui-
B dem vitam meā a iuuentute: que ab initio fuit in gente
mea in Jeroſolymis: nouerunt omnes iudei: preſcien-
tes me ab initio: ſi velint teſtimoniū perhibere: quoniā
ſm̄ certiſſimā ſectam noſtre religionis vixi phariſeus.

Et nunc in ſpe: que ad patres noſtros repromiſſionis fa
cta eſt a deo ſto iudicio ſubiectus: in qua duodecim tri-
bus noſtre nocte ac die ſeruientes ſperant deuenire. De
qua ſpe accuſor a iudeis rex. Quid incredibile iudicat̄
apud vos: ſi deus mortuos ſuſcitat? Et ego quidem eſti C
maueram me aduerſus nomen Jeſu Nazareni debere
multa cōtraria agere: quod ⁊ feci Jeroſolymis. Et mul
tos ſanctoꝝ ego ī carceribꝰ incluſi: a principibꝰ ſacerdo
tum poteſtate accepta: ⁊ cū occiderent̄ detuli ſententiā.
Et per omnes ſynagogas frequenter puniēs eos: cōpel
lebam blaſphemare: et amplius inſaniens in eos perſe-
quebar vſq; in exteras ciuitates. In quibus dū irem da D
maſcum cū poteſtate ⁊ permiſſu principū ſacerdotū: die
media in via vidi rex de celo ſupra ſplendorē ſolis circū-
fulſiſſe me lumen: et eos qui mecū ſimul erant: omneſq;
nos cum decidiſſemus in terram: audiui vocē loquentē ſupra.9.et
mihi hebraica lingua: Saule Saule: quid me perſeque 22.d.
ris? Durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitrare. Ego autem
dixi: Quis es dn̄e? Dn̄s aūt dixit: Ego ſum Jeſus naza
renus: quē tu ꝑſequeris. Sed exurge: et ſta ſupra pedes
tuos. Ad hoc eñ apparui tibi: vt cōſtituā te miniſtrū et E
teſtē eoꝝ que vidiſti: et eoꝝ quibꝰ apparebo tibi: eripiēs
te de populis ⁊ gētibus: in quas nūc ego mitto te aperi
re oculos eoꝝ: vt cōuertent̄ a tenebris ad lucē: ⁊ de pote
ſtate ſathane ad deū: vt accipiāt remiſſionē peccatoꝝ: et
ſortem inter ſanctos per fidem: que eſt in me. Unde rex
Agrippa: nō fui incredulus celeſti viſiōi: ſed his qui ſunt
damaſci primū ⁊ ieroſolymis: ⁊ in oēm regionē iudee ⁊
gētibus annunciabā: vt poenitentiā agerēt: ⁊ conuerte
rentur ad deū: digna poenitētie opera faciētes. Hac ex F
cauſa me iudei cū eſſem ī tēplo cōprehēſum tētabāt: vo-
lentes me interficere. Auxilio aūt adiutus dei vſq; in ho
diernū diē ſto: teſtificans minori atq; maiori: nihil extra
dicēs: q̄ ea q̄ ꝓphete locuti ſunt futura eſſe: ⁊ moyſes: ſi
paſſibilis Chriſtus: ſi primus ex reſurrectiōe mortuoꝝ
lumen annunciaturus eſt populo et gentibus. Hec lo-
quente eo: ⁊ rationē reddente: Feſtus magna voce dixit:
Inſanis Paule. Multe te litere ad inſaniā cōuertūt.
Et Paulus: Nō inſanio (inquit) optime Feſte: ſed ve-
ritatis et ſobrietatis verba eloquor. Scit eñ de his rex:
ad quē ⁊ cōſtanter loquor. Latere enim eū nihil horum
arbitror. Neq; eñ in angulo quicq̄ horū geſtū eſt. Cre
dis rex Agrippa ꝓphetis? Scio q2 credis. Agrippa aūt ſupra.12.c
ad paulū: In modico ſuades me chriſtianū fieri. Et pau
lus: Opto apud deū: ⁊ in modico ⁊ in magno: nō tantū
te: ſed etiā oēs q̄ audiunt: hodie fieri tales: qualis ⁊ ego
ſum: exceptis vinculis his. Et exurrexit rex ⁊ preſes et G
Bernice: ⁊ qui aſſidebāt eis. Et cū receſſiſſent: loquebā-
tur ad inuicē: dicētes: q2 nihil morte aut vinculis dignū
quid fecit homo iſte. Agrippa autē Feſto dixit: Dimitti
poterat homo hic: ſi nō appellaſſet ceſarem. XXVII.
VT autē indicatū eſt nauigare eū in Jtaliā: et A
tradi Paulū cū reliquis cuſtodibꝰ cēturioni
noīe Julio cohortis auguſte: aſcēdentes aūt
nauē adrumētinā: incipiētes nauigare circa
Aſie loca: ſuſtulimꝰ: ꝑſeuerāte nobiſcū Ariſtarcho mace
done theſſalonicēſi. Sequēti aūt die venimus ſidonem.
Humane aūt tractās Julius Paulū: permiſit ad ami-
cos ire: ⁊ curā ſui agere. Et inde cū ſuſtuliſſemus: ſubna
uigauimus cyprū: ꝓpterea q̄ eſſent vēti cōtrarij. Et pe-
lagus Cilicie ⁊ Pāphilie nauigātes venimꝰ Lyſtrā: q̄ B
eſt litie: ⁊ ibi inueniēs cēturio nauē alexādrinā: nauigā-
tē ī italiā: trāſpoſuit nos ī eā. Et cū multis diebꝰ tarde
nauigaremꝰ: ⁊ vix deueniſſemus cōtra gnydū: ꝓhibēte
nos vento: adnauigauimꝰ crete iuxta ſalmonē. Et vix
iuxta nauigātes venimꝰ in locū quendā: q̄ vocatur boni
portus: cui iuxta erat ciuitas thalaſſa. Multo aūt tēpo
re peracto: ⁊ cū iā non eſſet tuta nauigatio: eo q̄ ieiuniū
iā p̄teriſſet: cōſolabat̄ eos Paulꝰ: dicēs eis: Viri: video
quoniā cū iniuria ⁊ multo dāno: nō ſolū oneris et nauis:

ſed etiā animarū noſtrarū incipit eſſe nauigatio. Cētu⸗
C rio autē gubernatoꝛi ⁊ nauclero magis credebat: ꝙ his
quę a Paulo dicebātur. Et cū aptus poꝛtus nō eſſet ad
hyemandū: plurimi ſtatuerūt cōſiliū nauigare inde: ſi q̄
modo poſſent deuenientes phoenicē hyemare: poꝛtū cre
tę reſpicientē ad aphꝛicū ⁊ ad choꝝ. Aſpirāte aūt auſtro:
ęſtimātes ꝓpoſitū ſe tenere: cū ſuſtuliſſent: de aſſon lege
bāt cretā. Nō poſt multū aūt miſit ſe cōtra ipſam vētus
typhonicꝰ: q̄ vocat̄ euro aq̄lo. Cūqꝫ arrepta eſſet nauis:
⁊ nō poſſet conari in vētū: data naue flatibꝰ ferebamur.
In inſulā aūt quandā decurrētes: q̄ vocat̄ cauda: potui
D mus vix obtinere ſcaphā. Qua ſublata adiutoꝛijs vtebā
tur: accingētes nauē: timētes ne ī ſyꝛtim inciderēt: ſub⸗
miſſo vaſe ſic ferebant̄. Ualida aūt nobis tēpeſtate iacta
tis: ſequēti die iactū fecerunt: ⁊ tertia die ſuis manibꝰ ar
mamēta nauis pꝛoiecerūt. Neqꝫ aūt ſole: neqꝫ ſyderibꝰ
apparētibꝰ ꝑ plures dies: ⁊ tēpeſtate nō exigua īminēte:
iā ablata erat ſpes oīs ſalutis noſtrę. Et cū multa ieiu⸗
Infra. 12.a et.13. natio fuiſſet: tunc ſtans Paulus in medio eoꝛum dixit:
Opoꝛtebat quidem o viri: audito me nō tollere a creta:
lucriqꝫ facere iniuriā hanc ⁊ iacturā. Et nunc ſuadeo vo
bis bono aīo eſſe: amiſſio em̄ nulliꝰ aīę erit ex vobis p̄ter
ꝙ nauis. Aſtitit em̄ mihi hac nocte angelꝰ dei: cuiꝰ ſum
ego: ⁊ cui deſeruio: dicēs: Ne timeas paule: cęſari opoꝛ⸗
tet te aſſiſtere. Et ecce donauit tibi deꝰ oēs q̄ nauigāt te
E cū. Pꝛopter quod bono aīo eſtote viri. Credo em̄ deo:
q̄a ſic erit: quēadmodū dictū eſt mihi. In inſulā autem
quandā opoꝛtet nos deuenire. Sed poſteaꝙ quartadeci
ma nox ſupꝑuenit: nauigātibꝰ nobis ī Adria circa mediā
noctē ſuſpicabātur nautę apparere ſibi aliquā regionē.
Qui ⁊ ſubmittentes bolidē: inuenerūt paſſus viginti: ⁊
puſillū īde ſeparati inuenerūt paſſus quindecim. Timē
tes aūt: ne in aſpera loca incideremus: de puppi mitten
tes anchoꝛas quatuoꝛ: optabāt diem fieri. Nautis vero
quęrētibus fugere de naui: cū miſiſſent ſcaphā in mare:
ſub obtētu quaſi inciperēt a pꝛoꝛa anchoꝛas extēdere: di
F xit Paulꝰ cēturioni ⁊ militibꝰ: Niſi hi ī naui māſerint:
vos ſalui fieri nō poteſtis. Tūc abſciderūt milites funes
ſcaphę: ⁊ paſſi ſunt eā excidere. Et cū lux inciperet fieri:
rogabat Paulꝰ oēs ſumere cibū: dicens: Quartadecia
die hodie expectantes ieiuni permanetis: nihil accipien⸗
tes. Pꝛopter quod rogo vos accipere cibū ꝓ ſalute ve⸗
ſtra: quia nullius veſtrum capillus de capite peribit. Et
cū hęc dixiſſet: ſumēs panē gratias egit deo in cōſpectu
omniū. Et cū fregiſſet: coepit mādu care. Animęquioꝛes
aūt facti oēs: ⁊ ipſi aſſumpſerūt cibū. Eramus vero vni
uerſę animę in naui: ducentę ſeptuagintaſex. Et ſatiati
G cibo alleuiabāt nauē iactātes triticū in mare. Cum aūt
dies factus eſſet: terrā nō agnoſcebāt: ſinū vero quēdam
cōſiderabāt: habentē littus: in quē cogitabāt: ſi poſſent:
eijcere nauē: ⁊ cū anchoꝛas ſuſtuliſſent: committebāt ſe
mari ſimul: laxātes iuncturas gubernaculoꝛū. Et leua⸗
to artemone ſcḋm aurę flatū: tēdebāt ad littus. Et cū in⸗
cidiſſemus ī locū bithalaſſum: impegerūt nauē. Et pꝛo⸗
ra quidem fixa manebat immobilis: puppis vero ſolue⸗
batur a vi maris. Militū aūt cōſilium fuit: vt cuſtodias
occiderēt: ne q̄s cū enataſſet: effugeret. Cēturio aūt vo⸗
lēs ſeruare Paulū: ꝓhibuit fieri. Iuſſitqꝫ eos q̄ poſſent
natare: emittere ſe pꝛimos: ⁊ euadere: ⁊ ad terrā exire: et
cęteros alios in tabulis ferebāt: quoſdā ſuꝑ ea q̄ de naui
erāt. Et ſic factum eſt: vt oēs aīę euaderent ad terram.
A ET cū euaſiſſemꝰ: tūc cognouimus: XXVIII.
q2 mytilene inſula vocabat̄. Barbari vo pꝛę⸗
ſtabant nō modicā humanitatē nobis. Accen
ſa em̄ pyꝛa reficiebāt nos oēs: ꝓpter imbꝛē q̄
imminebat ⁊ frigus. Cū cōgregaſſet aūt Paulꝰ ſarmē
B toꝛū aliquantā multitudinē: ⁊ impoſuiſſet ſuꝑ ignē: vi⸗
pera a caloꝛe cū ꝓceſſiſſet: inuaſit manū eius. Ut vero vi
derūt barbari pēdentē beſtiā de manu eius: ad inuicē di
cebāt: Utiqꝫ homicida eſt homo hic: q̄ cū euaſerit de ma
ri: vltio non ſinit eū viuere. Et ille quidē excutiēs beſtiā
in ignē: nihil mali paſſus eſt. At illi exiſtimabāt eū in tu⸗
moꝛem conuertendū: ⁊ ſubito caſurū ⁊ moꝛi. Diu aūt il
lis expectantibus ⁊ videntibus nihil mali in eo fieri: con
uertentes ſe: dicebāt eū eſſe deū. In locis aūt illis erant
pꝛędia pꝛincipis inſulę: noīe publij: q̄ nos ſuſcipiciēs tri
duo: benigne exhibuit. Cōtigit aūt patrē Publij febꝛi⸗
bus ⁊ diſſenteria vexatū iacere: ad quē Paulꝰ intrauit. C
Et cū oꝛaſſet: ⁊ impoſuiſſet ei manus: ſaluauit eū. Quo
facto: ⁊ om̄es qui in inſula habebāt infirmitates: accede
bant: ⁊ curabant̄. Qui etiā multis honoꝛibus nos hono
rauerūt: ⁊ nauigātibꝰ impoſuerūt: quę neceſſaria erāt.
Poſt mēſes aūt tres nauigauimus in naui alexādrina:
quę in inſula hyemauerat: cui erat inſigne caſtroꝝ. Et D
cū veniſſemus Syꝛacuſam: manſimus ibi triduo. Inde
circūlegentes deuenimus regiū: ⁊ poſt vnū diē flante au
ſtro ſecunda die puteolos. Ubi inuēti a fratribꝰ: rogati
ſumus manere apud eos dies ſeptē: ⁊ ſic venimus Ro⸗
mā. Et inde cū audiſſent fratres: occurrerūt nobis vſqꝫ
ad Appij foꝛū tribus tabernis: q̄s cū vidiſſet Paulus:
gratias agēs deo: accepit fiduciam. Cū aūt veniſſemus
Romā: ꝑmiſſum eſt Paulo ꝑmanere ſibimet cū cuſto⸗
diente ſe milite. Poſt tertiū aūt diē cōuocauit pꝛimos
iudęoꝝ. Cūqꝫ veniſſent: dicebat eis: Ego viri fratres: E
nihil aduerſus plebē faciēs: aut moꝛē paternū: vinctus
ab Ieroſolymis: traditꝰ ſum in manus romanoꝝ. Qui
cū interrogationē de me habuiſſent: voluerūt me dimit
tere: eo ꝙ nulla eſſet cauſa moꝛtis in me. Cōtradicētibꝰ
aūt iudęis: coactus ſum appellare cęſarē: nō q̄ſi gentem
meā: habens aliquid accuſare. Pꝛopter hāc igit̄ cauſam F
rogaui vos videre ⁊ alloqui. Pꝛopter ſpem em̄ iſrael ca
thena hac circūdatus ſum. At illi dixerunt ad eū: Nos
neqꝫ literas accepimꝰ de te a iudęa: neqꝫ aduenięs aliq̄s
fratrū nūciauit: aut locutꝰ eſt q̄d de te malū. Rogamꝰ
aūt a te audire: q̄ ſentis. Nā de ſecta hac notū eſt nobis:
quia vbiqꝫ ei cōtradicit̄. Cū conſtituiſſent aūt illi diē: ve
nerūt ad eū in hoſpitiū plurimi: quibꝰ exponebat: teſtifi
cans regnū dei: ſuadēſqꝫ eis de Ieſu ex lege Moyſi ⁊ ꝓ⸗
phetis: a mane vſqꝫ ad veſperā. Et quidā credebant his
quę dicebant̄: quidā vero nō credebāt. Cūqꝫ inuicē non
eſſent cōſentiētes: diſcedebāt dicēte Paulo vnū verbū. Eſaie.6.e.
Quia bene ſpirituſſanctus locutus eſt per Eſaiam pꝛo⸗ Mat.13.b
phetā ad patres noſtros: dicēs: Uade ad populū iſtū: et Mar.4.b
dic ad eos: Aure audietis: ⁊ nō intelligetis: ⁊ vidētes vi Luce.8.b.
debitis: ⁊ nō ꝑſpicietis. Incraſſatū eſt em̄ coꝛ ꝑpli huiꝰ: Ioā.12.f.
et auribꝰ grauiter audierūt: ⁊ oculos ſuos cōpꝛeſſerūt: G
ne foꝛte videāt oculis: ⁊ auribus audiāt: et coꝛde intelli
gant: ⁊ cōuertant̄: ⁊ ſanē eos. Notū ergo ſit vobis: quo⸗
niā gētibꝰ miſſum eſt hoc ſalutare dei: et ipſi audiēt. Et
cū hęc dixiſſet: exierūt ab eo iudęi: multā habētes īter ſe
quęſtionē. Māſit aūt biēnio toto ī ſuo cōductu: et ſuſci
piebat oēs q̄ ingrediebant̄ ad eū: pꝛędicās regnū dei: et
docēs: quę ſunt de domino Ieſu Chꝛiſto cū om̄i fiducia
ſine pꝛohibitione. ¶ Finis.

Pꝛaefatio ſancti Hieronymi pꝛeſbyteri in omnes epiſtolas ſancti Pauli.

PRimum queritur: quare poſt euangelia: quę
ſupplemētum legis ſunt: et in quibus nobis
exempla et pꝛęcepta viuendi pleniſſime dige⸗
ſta ſunt: voluerit apoſtolus has epiſtolas ad
ſingulas eccleſias deſtinare. Hac aūt cauſa factū videt̄:
vt ſcilicet initia naſcentis eccleſię nouis cauſis exiſtenti⸗
bus pꝛęueniret: ⁊ vt pꝛęſentia atqꝫ oꝛientia reſecaret vi
tia: ⁊ poſt futuras excluderet quęſtiones: exemplo pꝛo⸗
phetarū: qui poſt ęditam legē Moyſi: in qua omnia dei
mandata legebantur: nihilominus tamen doctrina ſua
rediuiua ſemper populi compꝛeſſere peccata: ⁊ pꝛopter

exemplum viuẽdi libros ad noſtram etiam memoriam
tranſmiſerũt. Deinde quęritur: cur nõ amplius q̄ de-
cem epiſtolas ad eccleſias ſcripſerit? Decem ſunt enim:
cum ea quę dicitur ad hebręos. Nam reliquę quattuor
ad diſcipulos ſpecialiter ſunt porrectę: vt oſtenderet no
uum non diſcrepare a veteri teſtamẽto: et ſe contra legẽ
nõ facere Moyſi: ad numerũ primorũ decalogi manda-
torũ ſuas epiſtolas deſtinauit: ⁊ q̊t ille pręceptis a pha-
raone inſtituit liberatos: totidem hic epiſtolis a diaboli
et idololatrię ſeruitute edocet acquiſitos. Nam ⁊ duas
tabulas lapideas duoꝝ teſtamẽtoꝝ figurã habuiſſe viri
eruditiſſimi tradiderũt. Epiſtolã ſane quę ad hebręos
ſcribitur: quidam Pauli non eſſe cõtendunt: eo ꝙ non
ſit eius nomine titulata: ⁊ propter ſermonis ſtiliꝫ diſtã
tiam: ſed aut Barnabę iuxta Tertullianum: aut Lucę
iuxta quoſdã: vel certe Clementis: diſcipuli apoſtoloꝝ:
⁊ epiſcopi romanę eccleſię poſt apoſtolos ordinati. Qui
bus reſpõdendum eſt: ſi propterea Pauli nõ erit: quia
eius non habet nomen: ergo nec alicuius erit: quia nul-
lius nomine titulatur. Quod ſi incõueniens abſurdũꝫ
eſt: ipſius magis eſſe credenda eſt: quę tãto doctrinę ſuę
fulget eloquio. Sed quoniã apud hebręoꝝ eccleſias q̄ſi
deſtructor legis falſa ſuſpitione habebatur: voluit taci-
to nomĩe de figuris legis: ⁊ veritate Chriſti reddere ra
tionem: ne odium nominis in fronte pręti tulati: vtilita
tem excluderet lectionis. Non eſt ſane mirũ: ſi eloquen
tior videatur proprio: id eſt in hebręo: q̄ in peregrino:
id eſt in gręco: quo cęterę epiſtolę ſunt ſcriptę ſermone.
Mouet etiam quoſdam: quare romanoꝝ epiſtola in pri
mo ſit poſita: cum eam non primo ſcriptam ratio mani
feſtet. Nam hanc ſe proficiſcentẽ Ieroſolymam ſcripſiſ
ſe teſtatur: cum corinthios ⁊ alios iam ante: vt miniſte-
rium quod ſecũ portaturus erat colligerent: literis ad-
hortatus ſit. Unde et intelligi quidam volunt: ita oẽs
epiſtolas ordinatas: vt prima poneref: q̄uis poſterior
fuerit deſtinata: vt per ſingulas epiſtolas gradibus ad
perfectiora veniretur. Romanorũ nãꝫ pleriꝫ tam ru-
des erant: vt non intelligerent: dei ſe gratia: et non ſuis
meritis eſſe ſaluatos: ⁊ ob hoc duo inter ſe populi confli
ctarent. Idcirco illos indigere aſſerit corrigi: vitia gen
tilitatis priora cõmemorans. Corinthijs aũt iam dixit
ſcientię gratiam eſſe conceſſam: ⁊ non tam omnes incre
pat: q̄ cur peccantes non increpauerinf reprehendit: ſi-
1. Corin. 5 cut ait: Auditur inter vos fornicatio. Et iterum: Con-
Ibidem. gregatis vobis cũ meo ſpiritu tradere huiuſcemodi ſa-
thanę. In ſecũda vero laudantur: ⁊ vt magis ac magis
proficiãt: cõmonenf. Galatę vero iam nullius criminis
arguuntur: niſi hoc tantũ: ꝙ callidiſſimis pſeudoapoſto
lis crediderũt. Epheſij ſane nulla reprehenſiõe: ſed mul
ta laude digni ſunt: quia fidem apoſtolicã ſeruauerunt.
Philippenſes etiã multomagis collaudantur: qui nec
1. theſ. 2. c. audire quidem falſos apoſtolos voluerunt. Theſſaloni
cẽſes nihilominus in duabus epiſtolis omni laude pro-
ſequitur: eo ꝙ non ſolum fidem incõcuſſam ſeruauerint
veritatis: ſed etiã in perſecutiõe ciuium fuerint conſtan
tes inuenti. Coleſſenſes autem tales erant: vt cum ab
Ibidem. apoſtolo viſi corporaliter non fuiſſent: hac laude digni
haberentur. Etſi corpore (inquit) abſens ſum: ſed ſpiri-
tu vobiſcum ſum gaudens: et videns ordinem veſtrum.
De hebręis vero quid dicendum eſt: quorum Theſſalo-
nicenſes: qui plurimũ laudati ſunt: imitatores facti eſſe
Hebre. 10. dicuntur. Sicut ipſe ait: Et vos fratres imitatores fa-
cti eſtis eccleſiarũ dei: quę ſunt in Iudęa. Eadem enim
paſſi eſtis ⁊ vos a contribulibus veſtris: quę ⁊ illi a iu-
dęis. Apud ipſos quoꝫ hebręos eadem cõmemorat: di
cẽs: Nam ⁊ vinctis compaſſi eſtis: ⁊ rapinam bonorum
veſtrorũ cum gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcentes vos ha-
bere meliorem et manentem ſubſtantiam.

¶ Prologus beati Hieronymi preſbyteri
ſpecialis in epiſtolam ad Romanos.

ROmani ſunt qui ex iudęis ⁊ gentibus credi-
derunt. Hi ſuperba contentione volebant ſe
alterutrũ ſuperponere. Nam iudęi dicebãt:
Nos ſumus populus dei: quos ab initio dile-
xit ⁊ fouit: nos circũciſi ex genere Abraam: ſancta deſcẽ
dimus ex ſtirpe: ⁊ notus retro apud iudęã tantũ deus.
Nos de Aegypto ſignis dei ⁊ virtutibus liberati: mare
ſicco pertranſiuimus pede: cũ inimicos noſtros grauiſ-
ſimi fluctus inuoluerent. Nobis pluit manna dominus
in deſerto: et quaſi filijs ſuis cęleſte pabulũ miniſtrauit.
Nos die noctuꝫ in columna nubis igniſꝫ pręceſſit: vt
nobis in inuio iter oſtenderet. Atꝫ vt cętera eius circa
nos immẽſa beneficia taceamus: nos ſoli digni fuimus
dei legem accipere: ⁊ vocẽ dei loquẽtis audire: eiuſꝫ co
gnoſcere voluntatem: in qua lege nobis promiſſus eſt
Chriſtus: ad quos etiam ipſe ſe veniſſe teſtatus eſt: di-
cens: Non veni: niſi ad oues quę perierant domꝰ iſrael: Mat. 15. c
cum vos canes potius q̄ homines appellauerit. Aequũ
ne ergo eſt: vt idola hodie deſerentes: quibus ab initio
deſeruiſtis: nobis cõparemini: ⁊ nõ potius in proſelitoꝝ
locũ ex legis autoritate ⁊ cõſuetudine deputamini? Et
hoc ipſum non merebamini: niſi quia larga ſemp dei cle
mentia voluit vos ad noſtram imitationem admittere.
Gẽtes etiã econtra reſpondebant: Quanto eñ maiora
erga vos dei beneficia narraueritis: tanto maioris vos
criminis reos eſſe monſtrabitis. Semper eñ his oĩbꝰ Exo. 14. c.
extitiſtis ingrati. Nã ipſis pedibus: quibus aridum ma
re tranſiſtis: ludebatis ante idola quę feciſtis: ⁊ ipſo ore
quo Paulo ante ob necem aduerſariorũ domino canta
ueratis: ſimulachra vobis fieri popoſciſtis: illis oculis:
quibus venerando deũ in nube vel igne conſpicere ſole-
batis: ſimulachra intuebamini. Manna quoꝫ vobis fa
ſtidio fuit: ⁊ ſemper in deſerto ꝯtra dñm murmuraſtis:
ad ęgyptũ: vnde vos manu valida eiecerat: redire cupiẽ
tes. Quid plura? Ita patres veſtri crebra prouocatiõe Nu. 14. b.
dominum irritauerũt: vt omnes in eremo morerentur:
nec plus ex ſeniorib' eoꝝ: q̄ duo homines terram repro
miſſionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus: cũ
etiam ſi illa minime feciſſetis: de hoc ſolo nemo vos di-
gnos venia iudicaret: ꝙ dominum Chriſtum prophe-
tarum ſemper vobis vocibus repromiſſum: non ſolum
ſuſcipere noluiſtis: ſed etiã morte peſſima peremiſtis.
Quẽ nos: vt cognouimus: ſtatim credidimus: cum no
bis de eo antea nõ fuerit prędicatum. Unde probatur:
ꝙ idolis ſeruiuimus: non obſtinationi mentis: ſed igno
rantię deputandum. Qui enim cognitũ ilico ſequimur:
olim vtiꝫ ſequeremur: ſi antea cognouiſſemꝰ. Sic aũt
vos de generis nobilitate iactatis: quaſi non morũ imi
tatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat eſſe ſan
ctorũ. Deniꝫ Eſau et Iſmael: cũ de ſtirpe ſint Abraę:
minime tamen in filijs reputãtur. His taliter altercan
tibus apoſtolus ſe medium interponens: ita partium di
rimit quęſtiones: vt neutrũ eorũ ſua iuſtitia ſalutẽ me-
ruiſſe cõfirmet: ambos vero populos et ſcienter et gra-
uiter deliquiſſe. Iudęos quidem: ꝙ per pręuaricationẽ
legis deũ inhonorauerint. Gẽtes vero: ꝙ cum cognitũ
de creatura creatorem vt deũ debuerint venerari: gloriã
eius in manu facta mutauerĩt ſimulachra. Utroſꝫ etiã
ſimiliter veniam conſecutos: ęquales eſſe veriſſima ra-
tione demonſtrat: pręſertim cum in eadem lege prędi-
ctum ſit: et iudęos et gentes ad Chriſti fidem vocan-
dos eſſe oſtendat. Quamobrem viciſſim eos humilias:
ad pacem et concordiam cohortatur.

¶ Finis.

Epiſtola Pauli apoſtoli ad Romanos. Caput. I.

A PAulus ſeruus Jeſu
Chꝛiſti:vocatus apoſtolus: ſegrega
tus in euangeliū dei: quod ante pꝛo⸗
miſerat per pꝛophetas ſuos in ſcri⸗
pturis ſanctis de filio ſuo: qui factus
eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnē: qui
pꝛedeſtinatus eſt filius dei in virtute ſm ſpiritū ſanctifi
cationis:ex reſurrectione moꝛtuoꝝ Jeſu Chꝛiſti domi
ni noſtri. Per quē accepimus gratiā ⁊ apoſtolatum ad
obediendū fidei in omnibus gētibus pꝛo nomine eius:
Ciuſt. i. a. in quibus eſtis et vos vocati Jeſu Chꝛiſti omnibus qui
ſunt Romę:dilectꝫ dei vocatis ſanctis. Gratia vobis ⁊
pax a deo patre ⁊ domino noſtro Jeſu chꝛiſto. Primū
quidem gratias ago deo meo per Jeſum chꝛiſtum pꝛo
omnibus vobis:quia fides veſtra annūciatur in vniuer⸗
ſo mundo. Teſtis enim mihi eſt deus:cui ſeruio in ſpiri⸗
tu meo:in euangelio filij eius:ꝙ ſine intermiſſione me⸗
B moriā veſtri facio ſemper in oꝛationibus meis: obſecrās
ſi quo modo tandē aliquādo pꝛoſperū iter habeam in vo
luntate dei veniendi ad vos. Deſidero eñ videre vos: vt
aliquid impertiar vobis gratię ſpiritalis ad confirman
dos vos:id eſt ſimul conſolari in vobis:per eam quę in⸗
uicem eſt fides veſtra atqꝫ mea. Nolo autem vos igno⸗
rare fratres:quia ſępe pꝛopoſui venire ad vos:⁊ pꝛohibi
tus ſum vſqꝫ adhuc:vt aliquē fructū habeā in vobis: ſi⸗
cut ⁊ in cęteris gentibꝰ. Gręcis ac barbaris:ſapiētibus
⁊ inſipientibus debitoꝛ ſum:itaqꝫ ꝙ in pꝛomptū eſt:⁊ vo
bis ꝗ Romę eſtis euāgelizare. Nō eñ erubeſco euange
Abac. z. a liū. Virtꝰ eñ dei eſt in ſalutē oñi credenti:iudęo pꝛimū
Heb. io. g. ⁊ gręco. Juſtitia eñ dei ī eo reuelaꝛ ex fide in fidē: ſicut
ſcriptū eſt: Juſtus aūt ex fide viuit. Reuelaꝛ eñ ira dei
de cęlo ſup oēm impietatē ⁊ iniuſtitiā hoīm eoꝝ: ꝗ veri⸗
tatē dei in iniuſtitia detinēt:qꝛ qd notū eſt dei:manifeſtū
C eſt in illis. Deus eñ illis manifeſtauit. Jnuiſibilia enim
ipſius a creatura mūdi:per ea quę facta ſunt: intellecta
conſpiciuntur:ſempiterna quoqꝫ eius virtus et diuini⸗
i. coꝛi. 3. d. tas:ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cū cognouiſſent deū:
Ephe. 4. d nō ſicut deum gloꝛificauerunt:aut gratias egerunt:ſed
euanuerunt in cogitationibus ſuis: et obſcuratū eſt inſi
piens coꝛ eoꝝ. Dicentes eñ ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti
ſunt. Et mutauerūt gloꝛiā incoꝛruptibilis dei: in ſimili
tudinē imagīs coꝛruptibilis hoīs: ⁊ volucrū ⁊ quadru⸗
pedū ⁊ ſerpentiū. Pꝛopter qd tradidit illos deꝰ ī deſide
ria coꝛdis eoꝝ in immūdiciā:vt cōtumelijs afficiāt coꝛ⸗
infra. 9. a. poꝛa ſua in ſemetipſis. Quia cōmutauerūt veritatē dei
D ī mēdaciū:⁊ coluerūt:⁊ ſeruierūt creaturę potiꝰ ꝙ crea
toꝛi:ꝗ eſt benedictꝰ ī ſęcula. Amē. Pꝛopterea tradidit
illos deꝰ in paſſiōes ignominię. Nā foeminę eoꝝ immu
tauerūt naturalē vſum in eū vſum:ꝗ eſt cōtra naturam.
Similiter aūt ⁊ maſculi relicto naturali vſu foemīę ex⸗
arſerūt in deſiderijs ſuis in inuicē: maſculi in maſculos
turpitudinē operātes:et mercedē quā opoꝛtuit erroꝛis
ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non pꝛobauerunt
deū habere in notitia:tradidit illos deus in repꝛobū ſen
ſum:vt faciāt ea ꝗ nō conueniūt:repletos oī iniqtate:ma⸗
licia:foꝛnicatiōe:auaritia:neqtia: plenos inuidia: homi
cidijs:cōtētiōe:dolo:malignitate: ſuſurrones:detracto
res:deo odibiles:cōtumelioſos:ſupbos:elatos:inuēto⸗
res maloꝝ:parētibꝰ nō obediētes:īſipiētes:īcōpoſitos:
ſine affectiōe:abſqꝫ foedere:ſine miſcdia. Qui cū iuſtitiā
dei cognouiſſent:nō intellexerūt: qm ꝗ talia agūt digni
ſūt moꝛte:nō ſolū ꝗ ea faciūt: ſꝫ etiā ꝗ ꝯſentiūt faciētibꝰ.

NRopter qd inexcuſabilis es o hō:oīs ꝗ iu⸗ II.
A dicas. Jn ꝗ eñ alteꝝ iudicas: teipm cōdēnas.
Mat. z. a. Eadē eñ agis quę iudicas. Scimꝰ eñ qm iudi
ciū dei eſt ſm veritatē in eos ꝗ talia agūt. Exiſtimas aūt
hoc o hō oīs ꝗ iudicas eos ꝗ talia agunt:⁊ facis ea:ꝗa tu
effugies iudiciū dei? An diuitias bonitatꝫ eiꝰ ⁊ patiētię
⁊ lōganimitatꝫ ꝯtēnis? Jgnoꝛas qm benignitas dei ad
poenitētiā te adducit? Secūdū aūt duriciā tuā ⁊ īpoe⸗
nitēs coꝛ theſaurizas tibi irā ī die irę et reuelatiōis iuſti
iudicij dei:ꝗ reddit vnicuiqꝫ ſm opa eiꝰ. His ꝗdē ꝗ ſm Mat. 16. d.
patiētiā boni opis gloꝛiā ⁊ honoꝛē ⁊ incoꝛruptionē qrē
tibꝰ:vitā ęternā. His aūt ꝗ ſunt ex ꝯtētiōe:⁊ ꝗ nō acqe⸗ B
ſcūt vitati:credūt aūt iniqtati:ira ⁊ indignatio:tribula
tio ⁊ anguſtia:ī oēm aīam hoīs operātis malū:iudęi pꝛi Ephe. 6. … collo. 3. d.
mū ⁊ gręci. Gloꝛia aūt ⁊ honoꝛ ⁊ pax oī operanti bonū: actuū. io. f
iudęo pꝛimū ⁊ gręco. Nō eñ eſt acceptio ꝑſonaꝝ apud iaco. z. b.
deū. Quicūqꝫ eñ ſine lege peccauerūt: ſine lege peribūt. i. Pet. i. c Mat. 7. c.
Et ꝗcūqꝫ in lege peccauerūt: ꝑ legē iudicabunꝛ. Nō eñ Jaco. i. d.
auditoꝛes legꝫ iuſti ſunt apud deū:ſed factoꝛes legis iu⸗
ſtificabunꝛ. Cū eñ gentes:ꝗ legē nō habēt: naturaliꝛ ea C
quę legis ſunt:faciūt:eiuſmodi legē nō habētes: ipſi ſibi
ſunt lex:ꝗ oſtēdūt opꝰ legis ſcriptū in coꝛdibꝰ ſuis: teſti
moniū reddēte illis cōſciētia ipoꝝ: ⁊ inter ſe inuicē cogi
tationū accuſantiū:aut etiā defendētiū:in die cū iudica⸗
bit deꝰ occulta hoīm ſm euāgeliū meū ꝑ Jeſum chꝛiſtū.
Si aūt tu iudęꝰ cognominaris: ⁊ reqeſcis ī lege:⁊ glo⸗
riaris ī deo:⁊ noſti volūtatē eiꝰ:⁊ ꝓbas vtilioꝛa īſtructꝰ
ꝑ legē:cōfidis teipm eſſe ducē cęcoꝝ:lumē eoꝝ ꝗ in tene
bꝛis ſunt:eruditoꝛē inſipientiū:magiſtrū infantiū:habē
tem foꝛmā ſciētię ⁊ veritatis in lege. Qui ergo aliū do⸗ D
ces:teipſum non doces. Qui pꝛędicas non furādum: fu Eſa. 34. f.
raris. Qui dicis non moechandū:moecharis. Qui abo⸗
minaris idola:ſacrilegiū facis. Qui in lege gloꝛiaris:ꝑ
pꝛęuaricationē legis deū inhonoꝛas. Nomē eñ dei per
vos blaſphematur inter gētes:ſicut ſcriptū eſt. Circū⸗
ciſio ꝗdem ꝓdeſt: ſi legē obſerues. Si aūt pꝛęuaricatoꝛ
legis ſis:circūciſio tua ꝑputiū facta eſt. Si igiꝛ ꝑputiū
iuſtitias legis cuſtodiat: nōne pꝛęputiū illius in circūci
ſionem reputabitur. Et iudicabit id quod ex natura eſt
pꝛęputium legem coſummans te: qui per literam ⁊ cir⸗
cumciſionem pꝛęuaricatoꝛ legis es. Nō eñ qui in ma⸗
nifeſto iudęus eſt:neqꝫ quę in manifeſto in carne eſt cir⸗
cunciſio:ſed qui in abſcondito iudęus eſt: et circunciſio
coꝛdis in ſpiritu: non litera: cuius laus non ex homini⸗
bus:ſed ex deo eſt. III.

QUid ergo amplius iudęo eſt:aut quę vtilitas A
circūciſionis? Multū per omnem modum.
Pꝛimum quidem quia credita ſunt illis elo⸗
quia dei. Quid enim ſi quidam illoꝝ non cre
diderunt? Nūquid incredulitas illoꝝ fidem dei euacua
uit? Abſit. Eſt aūt deus verax:omis aūt homo mēdax. Joan. 3. d
Sicut ſcriptū eſt: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis:et z8. c.
vincas cū iudicaris. Si aūt iniquitas noſtra iuſtitiam Pſal. 50.
dei cōmendat:quid dicemus? Nunqd iniquus eſt deus
qui infert iram? Secūdum hominem dico. Abſit. Alio⸗ B
quin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si eñ
veritas dei in meo mendacio abundauit in gloꝛiā ipſiꝰ:
quid adhuc ⁊ ego tanꝙ peccatoꝛ iudicoꝛ? Et non ſicut
blaſphemamur:⁊ ſicut aiunt quidam nos dicere: Facia⸗ Pſal. 13. et. 5z. b.
mus mala:vt veniant bona. Quoꝝ damnatio iuſta eſt.
Quid ergo? Pꝛęcellemus eos? Nequaꝙ. Cauſati eñ
ſumꝰ iudęos ⁊ gręcos oēs ſub peccato eſſe: ſicut ſcriptū
eſt: Quia nō eſt iuſtus ꝗſꝙ:nō eſt intelligēs: nō eſt requi Pſal. 5. et. 13.
rens deū. Oēs declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt:
non eſt ꝗ faciat bonū:non eſt vſqꝫ ad vnū. Sepulchꝛū pa
tēs eſt guttur eoꝝ:linguis ſuis doloſe agebāt:venenum C
aſpidū ſub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictiōe ⁊ amaritu
dine plenū eſt:veloces pedes eoꝝ ad effundendū ſangui
nē. Cōtritio ⁊ infoelicitas in vijs eoꝝ:⁊ viā pacis nō co
gnouerūt: nō eſt timoꝛ dei ante oculos eoꝝ. Scimꝰ aūt Gala. z.
qm ꝗcūqꝫ lex loquiꝛ:his ꝗ ī lege ſunt loquiꝛ. Vt omē os
obſtruaꝛ:⁊ ſubditꝰ fiat oīs mūdus deo:qꝛ ex opibꝰ legis
nō iuſtificabiꝛ oīs caro coꝛā illo. Per legē eñ cognitio

peccati. Nūc aūt ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt: te
ſtificata a lege et ꝓphetis. Iuſtitia aūt dei per fidē Ieſu
chriſti in omnes ⁊ ſuper omnes qui credunt in eū. Non
em̄ eſt diſtinctio. Oēs em̄ peccauerunt: et egent gloria
D dei. Iuſtificati gratis per gratiā ipſius: per redemptio-
nem que eſt in Chriſto Ieſu: quē ꝓpoſuit deus ꝓpitia-
torem per fidem in ſanguine ipſius: ad oſtēſionē iuſtitie
ſue propter remiſſionē precedentiū delictorū in ſuſten-
tatione dei: ad oſtēſionem iuſtitie eius in hoc tēpore: vt
ſit ipſe iuſtus ⁊ iuſtificans eū: qui ex fide eſt Ieſu chriſti.
Ubi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quā legē?
Factorū? Nō. Sed ꝑ legē fidei. Arbitramur em̄ iuſtifica
ri hoīem ꝑ fidē ſine opibꝰ legꝭ. An iudeorū deꝰ tm̄? Nō-
ne ⁊ gētiū? Immo ⁊ gētiū. Qm̄ quidē vnꝰ eſt deꝰ: q̄ iuſti
ficat circūciſionē ex fide: ⁊ ꝓputiū ꝑ fidē. Legē ergo de-
ſtruimus ꝑ fidē? Abſit. Sed legē ſtatuimus. IIII.
A QUid ergo dicemus inueniſſe Abraā patrē no
ſtrū ſm̄ carnē? Si em̄ Abraā ex opibꝰ legꝭ iu-
Geñ.15.b. ſtificatus eſt: habet gloriā: ſed nō apud deum.
Gala.3.a. Quid em̄ dicit ſcriptura? Credidit Abraam
Iaco.2.g. deo: ⁊ reputatū eſt illi ad iuſtitiā. Ei aūt q̄ operaꝛ: mer-
ces nō īputaꝛ ſm̄ gratiā: ſed ſm̄ debitū. Ei vō q̄ nō ope
ratur: credēti aūt in eū qui iuſtificat impium: reputaꝛ fi
des eius ad iuſtitiā: ſm̄ propoſitū gratie dei: ſicut ⁊ Da
uid dicit beatitudinē hominis: cui deus accepto fert iu
Pſal.31. ſtitiā ſine operibꝰ. Beati quorū remiſſe ſunt iniq̄tates: ⁊
quorū tecta ſunt peccata. Beatus vir: cui nō imputauit
dominus peccatū. Beatitudo ergo hec in circūciſione
tantū manet: an etiā in preputio? Dicimus em̄: quia re-
B putata eſt Abrae fides ad iuſtitiā. Quomodo ergo re-
putata eſt ei in circūciſione: an in preputio? Non in cir
cūciſione: ſed in preputio. Et ſignū accepit circūciſiōis:
ſignaculum iuſtitie fidei: que eſt in preputio: vt ſit pater
oīm credentiū ꝑ preputiū: vt reputeꝛ et illis ad iuſtitiā.
Ut ſit pater circūciſionis: nō his tantū qui ſunt ex circū
C ciſione: ſed ⁊ his qui ſectanꝛ veſtigia fidei: que eſt ī prepu
tio patris noſtri abrae. Nō em̄ ꝑ legē ꝓmiſſio abrae aut
ſemini eiꝰ: vt heres mūdi eſſet: ſed ꝑ iuſtitiā fidei. Si em̄
q̄ ex lege heredes ſunt: exinanita eſt fides: abolita eſt ꝓ-
miſſio. Lex em̄ irā operaꝛ. Ubi em̄ nō eſt lex: neq̄ preua
Gen.17.a. ricatio. Ideo ex fide: vt ſm̄ gratiā firma ſit ꝓmiſſio om̄i
ſemini: nō ei q̄ ex lege eſt ſolū: ſed ⁊ ei q̄ ex fide eſt Abrae:
qui pater eſt oīm noſtrū: ſicut ſcriptū eſt: Quia patrem
multarū gentiū poſui te ante deū cui credidiſti: qui viui
Ibidē.13.d ficat mortuos: ⁊ vocat ea q̄ nō ſunt tanq̄ ea q̄ ſunt. Qui
D cōtra ſpem in ſpem credidit: vt fieret pater multarū gen
tiū: ſm̄ quod dictū eſt ei: Sic erit ſemen tuū: ſicut ſtelle
celi: et tanq̄ arena maris. Et non infirmatus eſt in fide:
nec cōſiderauit corpꝰ ſuū emortuū: cū fere centū eſſet an
norū: et emortuā vuluā Sare. In repromiſſiōe etiā dei
nō heſitauit diffidentia: ſed cōfortatꝰ eſt fide: dās gloriā
deo: pleniſſime ſciēs: q2 q̄cūq̄ ꝓmiſit deꝰ: potēs eſt ⁊ fa-
cere. Ideo ⁊ reputatū eſt illi ad iuſtitiā. Nō eſt aūt ſcri-
ptū tantū ꝓpter ipm̄: q2 reputatū eſt illi ad iuſtitiā: ſed
⁊ ꝓpter nos: q̄bꝰ reputabiꝛ credētibꝰ ī eū: q̄ ſuſcitauit ie
ſum chriſtū dn̄m noſtrū a mortuis: q̄ traditꝰ eſt ꝓpter
delicta nr̄a: et reſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtrā. V.
A IUſtificati igiꝛ ex fide: pacē habeamꝰ ad deū:
per dn̄m noſtrū Ieſum chriſtū: ꝑ quē ⁊ acceſ
Iaco.1.a. ſum habemꝰ ꝑ fidē ī gratiā iſtā: in qua ſtamꝰ:
⁊ gloriamur in ſpe glorie filiorū dei. Nō ſolū
aūt: ſed ⁊ gloriamur in tribulationibꝰ: ſciētes ꝙ tribula
B tio patiētiā operaꝛ: patiētia aūt ꝓbationē: ꝓbatio vero
Heb.9.a. ſpem: ſpes aūt nō cōfundit: q2 charitas dei diffuſa eſt in
1.pet.3.d. cordibꝰ noſtris ꝑ ſpiritūſanctū: q̄ datꝰ eſt nobis. Ut q̄d
em̄ Chriſtus: cū adhuc infirmi eſſemꝰ: ſm̄ tēpus pro im
pijs mortuus eſt? Uix em̄ ꝓ iuſto q̄s moriꝛ. Nā pro bo-
no forſitā q̄s audeat mori? Cōmendat autē charitatem
ſuā deus in nobis: qm̄ ſi cū adhuc peccatores eſſemꝰ: ſm̄
tēpus Chriſtꝰ ꝓ nobis mortuus eſt: multo igiꝛ magis
iuſtificati nūc in ſanguine ipſiꝰ ſalui erimꝰ ab ira ꝑ ipm̄.
Si em̄ cū inimici eſſemꝰ: recōciliati ſumꝰ deo ꝑ mortē fi
lij eiꝰ: multo magis recōciliati ſalui erimꝰ in vita ipſiꝰ.
Nō ſolū aūt: ſed ⁊ gloriamur ī deo ꝑ dn̄m noſtrū ieſum
chriſtū: ꝑ quē nūc recōciliationē accepimꝰ. Propterea
ſicut ꝑ vnū hoīem peccatū in hūc mundū intrauit: ⁊ per
peccatū mors: ⁊ ita in oēs hoīes mors ꝑtrāſijt: in q̄ oēs
peccauerunt. Uſq̄ ad legem em̄ peccatū erat in mūdo. C
Peccatū aūt nō imputabaꝛ: cū lex nō eſſet. Sed regna-
uit mors ab Adā vſq̄ ad Moyſen: etiā ī eos qui nō pec-
cauerūt in ſimilitudinē preuaricatiōis Ade: q̄ eſt forma
futuri. Nā non ſicut delictū ita ⁊ donū. Si em̄ vniꝰ deli
cto multi mortui ſunt: multo magis gratia dei et donū
in gratia vnius hominis Ieſu chriſti in plures abunda-
uit. Et nō ſicut per vnū peccatū ita ⁊ donū. Nā iudiciū
quidē ex vno in cōdemnationē: gratia autem ex multis
delictis in iuſtificationē. Si em̄ vnius delicto mors re-
gnauit per vnū: multo magis abundantia gratie ⁊ do-
nationis ⁊ iuſtitie accipiētes in vita regnabunt per vnū
Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictū in oēs D
homines in condemnationē: ſic ⁊ per vnius iuſtitiam in
omnes homines in iuſtificationē vite. Sicut enim per
inobedientiā vnius hominis peccatores conſtituti ſunt
multi: ita ⁊ per vnius obedientiam iuſti cōſtitueꝛ mul-
ti. Lex aūt ſubintrauit: vt abundaret delictū. Ubi autē
abundauit delictum: ſuperabundauit ⁊ gratia: vt ſicut
regnauit peccatum in mortem: ita ⁊ gratia regnet per
iuſtitiam in vitam eternam per Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrū. VI.
QUid ergo dicemus: manebimus in peccato
vt gratia abundet? Abſit. Qui em̄ mortui ſu A
mus peccato: quomodo adhuc viuemus in il
lo? An ignoratis fratres: quia quicūq̄ bapti-
zati ſumus in Chriſto Ieſu: in morte ipſiꝰ baptizati ſu-
mus? Cōſepulti enim ſumus cū illo per baptiſmum in
mortē: vt quomodo Chriſtꝰ ſurrexit a mortuis per glo
riam patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si Col.3.b.
enim cōplantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius:
ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. Hoc ſciētes: quia vetus
homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus
peccati: vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mor
tuus eſt: iuſtificatꝰ eſt a peccato. Si aūt mortui ſumus
cū Chriſto: credimus quia ſimul etiam viuemus cum il
lo. Scientes: ꝙ Chriſtus reſurgens ex mortuis iā non B
moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim
mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel: ꝙ aūt viuit: vi-
uit deo. Ita ⁊ vos exiſtimate vos mortuos quidem eſſe
peccato: viuentes autem deo in Chriſto Ieſu. Non er-
go regnet peccatum in veſtro mortali corpore: vt obe-
diatis concupiſcentijs eius. Sed neq̄ exhibeatis mem-
bra veſtra arma iniq̄tatis peccato: ſed exhibete vos deo
tāq̄ ex mortuis viuētes: ⁊ mēbra vr̄a arma iuſtitie deo.
Peccatū em̄ vobis nō dn̄abiꝛ. Nō em̄ ſub lege eſtis: ſed C
ſub gratia. Quid ergo? Peccabimꝰ: qm̄ nō ſumꝰ ſub le
ge: ſed ſub gr̄a? Abſit. An neſcitis: qm̄ cui exhibetis vos
ſeruos ad obediēdū: ſerui eſtis eiꝰ cui obediſtis: ſiue pec
cati ad mortē: ſiue obeditiōis ad iuſtitiā. Gr̄as aūt deo
ꝙ fuiſtis ſerui peccati: obediſtis aūt ex corde ī eā formā D
doctrine: ī q̄ traditi eſtis. Liberati aūt a pc̄tō: ſerui facti
eſtis iuſtitie. Humanū dico ꝓpter īfirmitatē carnis ve
ſtre. Sicut em̄ exhibuiſtis mēbra vr̄a ſeruire immundi-
tie ⁊ iniq̄tati ad iniq̄tatē: ita nūc exhibete mēbra vr̄a ſer
uire iuſtitie ī ſanctificationē. Cū em̄ ſerui eſſetis pc̄ti: li
beri fuiſtis iuſtitie. Quē ergo fructū habuiſtis tūc in il
lis: in quibus nunc erubeſcitis? Nā finis illorū mors eſt.
Nunc vero liberati a peccato: ſerui aūt facti deo: habe-
tis fructum veſtrum in ſanctificationē: finem vero vitā
eternam. Stipendia enim peccati mors: gratia autem
dei vita eterna: in Chriſto Ieſu domino noſtro. VII.

A 1.Cor.5.g AN ignoratis fratres (ſcientibus eñi legē lo-
quor) quia lex in homine dñatur: quāto tēpo
re viuit. Nā que ſub viro eſt mulier: viuente
viro alligata eſt legi. Si aūt mortuus fuerit
vir eius: ſoluta eſt a lege viri. Igitur viuēte viro voca-
bit adultera: ſi fuerit cū alio viro. Si aūt mortuus fue
rit vir eius: liberata eſt a lege viri: vt non ſit adultera ſi
fuerit cū alio viro. Itaqꝫ fratres mei: 7 vos mortificati
eſtis legi per corpus chriſti: vt ſitis alterius qui ex mor
B tuis reſurrexit: vt fructificetis deo. Cū eñi eſſemus in
carne: paſſiões peccatoꝝ que ꝑ legē erant operbant̄ in
mēbris noſtrꝭ: vt fructificarēt morti. Nunc aūt ſoluti
ſumus a lege mortis in qua detinebamur: ita vt ſeruia
mus in nouitate ſpūs: et nō in vetuſtate littere. Quid
ergo dicemus? Lex peccatū eſt? Abſit. Sed peccatum
nō cognoui niſi per legē. Nā cōcupiſcentiā neſciebā: ni
Exo.20.c. ſi lex diceret: Nō concupiſces. Occaſione aūt accepta
Deu.5.b peccatū per mandatū operatū eſt in me oēm cōcupiſcē
tiā. Sine lege eñi peccatū mortuū erat. Ego eñi viue-
bā ſine lege aliquādo. Sed cū veniſſet mandatū pecca-
tū reuixit. Ego aūt mortuus ſum: et inuentuʒ eſt mihi
C mandatū: qd̄ erat ad vitā: hoc eſſe ad mortē. Nā pecca
tū occaſione accepta per mandatū ſeduxit me: 7 ꝑ illd̄
occidit. Itaqꝫ lex quidē ſancta: 7 mandatū ſanctū 7 iu
ſtū et bonū. Quod ergo bonū eſt mihi factuʒ eſt mors?
1.tim.1.b. Abſit. Sed peccatū: vt appareat peccatū: ꝑ bonū ope-
ratū eſt mihi mortē: vt fiat ſupra modū peccans pecca
tū per mandatū. Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt
Ego aūt carnalis ſuʒ: venundatus ſub peccato. Quod
eñi operor: nō intelligo. Nō eñi qd̄ volo: bonū hoc ago
D ſed qd̄ odio malū: illud facio. Si aūt qd̄ nolo illd̄ facio
conſentio legi quoniā bona eſt. Nunc aūt iam nō ego
operor illud: ſed qd̄ habitat in me peccatū. Scio eñi q̄
nō habitat in me: hoc eſt in carne mea bonuʒ. Nā velle
adiacet mihi: perficere aūt bonū nō inuenio. Nō eñi qd̄
volo bonū hoc facio: ſed qd̄ nolo malū hoc ago. Si aūt
qd̄ nolo illud facio: nō iam ego operor illud: ſed quod
habitat ī me pctm̄. Inuenio igit̄ legē volenti mihi fa-
cere bonū: quoniā mihi maluʒ adiacet. Cōdelector eñi
legi dei ſm̄ interiorē hoīem. Uideo aūt aliā legē in mē
bris meis repugnātē legi mentis mee: 7 captiuantem
me in lege peccati: que eſt in mēbris meis. Infelix ego
homo: quis me liberabit de corpore mortꝭ huius? Gra
tia dei per ieſum chriſtū dñm noſtrū. Igit̄ egoipſe mē
te ſeruio legi dei: carne aūt legi peccati. VIII.
A NIhil ergo nunc damnatiōis eſt his: q̄ ſunt in
chriſto ieſu: q̄ nō ſm̄ carnē ambulant. Lex eñi
ſpūs vite ī chriſto ieſu liberauit me a lege pec-
cati 7 mortis. Nā qd̄ impoſſibile erat legi in quo infir
mabat̄ per carnē: deus filiū ſuū mittēs in ſimilitudinē
carnꝭ peccati: 7 de peccato damnauit peccatū in carne
vt iuſtificatio legis impleret̄ in nobis: q̄ nō ſm̄ carneʒ
ambulamꝰ: ſʒ ſm̄ ſpiritū. Qui eñi ſm̄ carnē ſunt: q̄ car
nis ſunt ſapiunt: q̄ vero ſm̄ ſpiritū ſunt: q̄ ſunt ſpiritꝰ
B ſentiūt. Nā prudentia carnis mors eſt: prudentia aūt
ſpiritꝰ vita 7 pax. Qm̄ ſapientia carnis inimica eſt deo
Legi eñi dei nō eſt ſubiecta. Nec eñi poteſt. Qui aūt ī
carne ſunt: deo placere nō poſſunt. Uos aūt ī carne nō
eſtis: ſed in ſpiritu: ſi tñ ſpūs dei habitat in vobis. Si
q̄s aūt ſpiritū chriſti nō habet: hic nō eſt eius. Si auteʒ
chriſtus in vobis eſt: corpus quidē mortuū eſt propter
peccatū: ſpūs vero viuit ꝓpter iuſtificationē. Qd̄ ſi ſpi
ritꝰ eius: q̄ ſuſcitauit ieſum a mortuis habitat in vobꝭ:
q̄ ſuſcitauit ieſum chriſtū: a mortuis viuificabit 7 mor-
talia corpora veſtra: ꝓpter inhabitantē ſpiritū eius in
C vobis. Ergo fratres debitores ſumus: nō carni: vt ſm̄
carnē viuamus. Si eñi ſm̄ carnē vixeritis: moriemini
Si autē ſpiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis.
2.tim.1.c. Quicunqꝫ enim ſpiritu dei agunt̄: hi ſunt filij dei. Nō
Gala.4.a enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore:

ſed accepiſtꝭ ſpiritum adoptionis filiorum dei: in quo 1.Cor.12.b
clamamꝰ: abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimoniū: Heb.4.d.
reddit ſpiritui noſtro: ꝙ ſumus filij dei. Si autem filij D
et heredes. Heredes quidē dei: coheredes aūt chriſti:
ſi tamē cōpatimur: vt cōglorificemur. Exiſtimo eñi ꝙ
non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futu-
ram gloriam: que reuelabitur in nobis. Nam expecta
tio creature reuelatiōem filiorum dei expectat. Uani
tati enim creatura ſubiecta eſt: nō volens: ſed propter
eum qui ſubiecit eam in ſpe: quia 7 ipſa creatura libera
bitur: a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie fi-
liorꝝ dei. Scimus enim: ꝙ omnis creatura ingemiſcit E
7 parturit vſqꝫ adhuc. Nō ſolum aūt illa: ſed 7 noſipſi
primitias ſpiritus habentes: et ipſi intra nos gemimꝰ
adoptioneʒ filiorum dei expectantes redemptionē cor
poris noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes auteʒ
que videtur: non eſt ſpes. Nam qd̄ videt quis: quid ſpe
rat? Si autē qd̄ nō videmus ſperamus: per patientiaʒ
expectamus. Similiter autem et ſpiritus adiuuat in-
firmitatem noſtram. Nam quid oremus: ſicut opor-
tet neſcimus. Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis ge
mitibus inenarrabilibus. Qui autē ſcrutat̄ corda: ſcit
quid deſideret ſpiritus: q̄ ſm̄ deū poſtulat pro ſanctis
Scimus aūt qm̄ diligentibus deū oīa cooperant̄ in bo
nū: his q̄ ſm̄ propoſitū vocati ſunt ſancti. Nā quos p̄- F
ſciuit 7 predeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui:
vt ſit ipſe primogenitus in multꝭ fratribus. Quos au
tē p̄deſtinauit: hos 7 vocauit: 7 q̄s vocauit: hos 7 iuſti
ficauit. Quos auteʒ iuſtificauit: illos et magnificauit.
Quid ergo dicemꝰ ad hec? Si deꝰ pro nobis: q̄s cōtra
nos? Qui etiā ꝓprio filio ſuo nō pepercit: ſed pro nobꝭ
oībus tradidit illū: quō nō etiā cū illo oīa nobis dona-
uit? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus q̄ iu-
ſtificat: q̄s eſt q̄ cōdemnet? Chriſtꝰ ieſus: q̄ mortuꝰ eſt
bet. Hec ſcribo vobis: vt ſciatis: quoniam vitā habetis
eternam: qui creditis in nomine filij dei. Et hec eſt fidu
D cia: quam habemus ad deum: quia quodcunq̄ petieri
mus ſm voluntatē eius: audit nos. Et ſcimus: quia au
dit nos: quicquid petierimus. Scimus: quoniam habe
mus petitiōes: quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrē
ſuum peccare peccatum non ad mortem: petat: ⁊ dabi
tur ei vita peccāti nō ad mortem. Eſt peccatum ad mor
tem: non pro illo dico: vt roget quis. Omnis iniquitas
peccatum eſt: et eſt peccatū ad mortem. Scimus: quia
omnis qui natus eſt ex deo: nō peccat: ſed generatio dei
conſeruat eum: ⁊ malignus non tanget eum. Scimus:
quoniam ex deo ſumus: et mundus totus in maligno
poſitus eſt. Et ſcimus: quoniam filius dei venit: ⁊ dedit
nobis ſenſum: vt cognoſcamus deum verum: ⁊ ſimus in
vero filio eius. Hic eſt verus deus et vita eterna. Filioli
cuſtodite vos a ſimulachris. ¶ Finis.

Epiſtola beati Joānis apoſtoli Secunda. Caput I.

A Senior electe domine
et natis eius: quos ego diligo in ve
ritate: et non ego ſolus: ſed et omnes
qui cognouerunt veritatem: propter
veritatem que permanet in vobis: et
vobiſcū erit in eternum. Sit vobiſcū
gratia: miſericordia: pax a deo patre: et a Chriſto Jeſu
filio patris in veritate et charitate. Gauiſus ſum valde: B
quoniam inueni de filijs tuis ambulātes in veritate: ſi
cut mandatū accepimus a patre. Et nunc rogo te domi
na: non tanq̄ mandatum nouum ſcribens tibi: ſed quod
habuimus ab initio: vt diligamus alterutrum. Et hec
eſt charitas: vt ambulemus ſm mandata eius. Hoc eſt
enim mandatum: vt quemadmodum audiſtis ab initio
in eo ambuletis: quoniam multi ſeductores exierunt in
mundum: qui non cōfitentur Jeſum Chriſtum veniſſe
in carne. Hic eſt ſeductor et antichriſtus. Uidete voſ C
metipſos: ne perdatis que operati eſtis: ſed vt merce
dem plenam accipiatis. Omnis qui recedit: et non per
manet in doctrina Chriſti: deum non habet. Qui per
manet in doctrina: hic et patrem et filiū habet. Si quis
venit ad vos: et hanc doctrinam non affert: nolite reci
pere eum in domū: nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit il D
li aue: cōmunicat operib⁹ eius malignis. Ecce predixi
vobis: vt in die domini non confundamini. Plura ha
bens vobis ſcribere: nolui per chartam ⁊ atramentum.
Spero enim me futurum apud vos: et os ad os loqui: Job.16.f.
vt gaudium veſtrum plenum ſit. Salutant te filij ſoro i.Joā.1.d
ris tue electe. Gratia tecum. Amen.

¶ Finis.

Epiſtola beati Joānis apoſtoli Tertia. Caput I.

Senior Gaio chariſſi A
mo: quē ego diligo in veritate. Cha
riſſime: de omnibus orationem facio
proſpere te īgredi et valere: ſicut pro
ſpere agit anima tua. Gauiſus ſum
valde venientibus fratribus: et teſti
monium perhibentibus veritati tue: ſicut tu in veritate
ambulas. Maiorem horum nō habeo gratiam: q̄ vt au B
diam filios meos in veritate ambulare. Chariſſime: fide
liter facis: quicquid operaris in fratres: et hoc in pere
grinos: qui teſtimonium reddiderunt charitati tue in
cōſpectu eccleſie: quos benefacies deducens digne deo.
Pro nomine enim eius profecti ſunt: nihil accipientes
a gentilibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſcemo
di: vt cooperatores ſimus veritatis. Scripſiſſem forſitā C
eccleſie: ſed is qui amat primatum gerere in eis Diotre
pes: non recipit nos. Propter hoc ſi venero: cōmoneam
eius opera que facit: verbis malignis garriens in nos.
Et quaſi non ei iſta ſufficiant: neq̄ ipſe ſuſcipit fratres:
⁊ eos qui ſuſcipiunt prohibet: et de eccleſia eijcit. Cha
riſſime: noli imitari malum: ſed quod bonū eſt. Qui be D
ne facit: ex deo eſt: qui autem male facit: nō videt deum.
Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus ⁊ ab ipſa
veritate: ſed et nos teſtimonium perhibemus: et noſti:
quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt. Multa ha
bui tibi ſcribere: ſed nolui per atramentum et calamum
ſcribere tibi. Spero autem protinus te videre: et os ad
os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta tu
amicos nominatim.

Prolog⁹ in epiſtolā canonicam Jude.

Iudas frater Jacobi de ſeptē canonicis vnā
paruam epiſtolam reliquit. Et quia de libro
Enoch: qui apocryphus eſt in ea ſumpſit te
ſtimonium: repudiatur a quibuſdam: reuin
citur tamen autoritate et vetuſtate et vſu: meruit inter
ſanctas ſcripturas computari.

Epiſtola beati Jude apoſtoli

Caput I.

A Vdas Jeſu chriſti ſer
uus:frater aũt Jacobi: his qui ſunt
in deo patre dilectis:et Chriſto Je-
ſu cõſeruatis ⁊ vocatis. Miſericor-
dia vobis ⁊ pax ⁊ charitas adimplea
tur. Chariſſimi oẽm ſollicitudinem
faciens ſcribẽdi vobis de cõmuni ve-
ſtra ſalute:neceſſe habui ſcribere vobis:deprecans ſuper
B certari ſemel tradite ſanctis fidei. Subintroierunt eñi
quidam homines:qui olim preſcripti ſunt ĩ hoc iudiciũ:
impij:domini noſtri gratiam transferentes in luxuriã:
et ſolum dominatorẽ et dominũ noſtrũ Jeſum Chriſtũ
negantes. Commonere autem vos volo: ſcientes ſemel
omnia:quoniam Jeſus populum de terra Aegypti ſal-
uans:ſecundo eos qui non crediderunt:perdidit. Ange
los vero:qui non ſeruauerunt ſuũ principatum: ſed de-
reliquerunt ſuum domicilium : in iudicium magni dei
vinculis eternis ſub caligine reſeruauit. Sicut Sodo-
ma et Gomorra: et finitime ciuitates ſimili modo ex-
fornicate:et abeuntes poſt carnem alterã: facti ſunt ex-
C emplum ignis eterni poenam ſuſtinentes. Similiter et
hi:qui carnem quidem maculãt: dominationem autem
ſpernunt:maieſtatem autem blaſphemant. Cum Mi-
chael archangelus cum diabolo diſputans altercaretur
de Moyſi corpore:non eſt auſus iudicium inferre blaſ-
phemie:ſed dixit: Imperet tibi deus. Hi autẽ quecũq;
quidem ignorant: blaſphemant:quecunq; autem natu-
raliter tanq̃ muta animalia norunt:in his corrumpun-
D tur. Ve illis:qui in via Cain abierunt: et in errore Ba
laam mercede effuſi ſunt:⁊ in contradictione Chore pe
2.pet.2.d rierunt. Hi ſunt in epulis ſuis macule conuiuantes:ſi-
ne timore ſemetipſos paſcentes: nubes ſine aqua: que a
ventis circumferuntur:arbores autumnales infructuo
ſe:bis mortue:eradicate:fluctus feri maris:deſpuman-
tes ſuas confuſiones:ſydera errantia: quibus procella
E tenebrarum conſeruata eſt in eternum. Prophetauit
autem et de his ſeptimus ab Adam Enoch:dicens: Ec
ce veniet dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudi-
cium contra omnes: et arguere omnes impios de omni
bus operibus impietatis eorum: quibus impie egerũt:
1.tim.4.a. et de omnibus duris:que locuti ſunt contra deum pec-
2.tim.3.a catores impij. Hi ſunt murmuratores queruloſi ſm de
3.pet.3.a. ſideria ſua ambulantes:et os eorũ loquitur ſuperbiam:
F mirantes perſonas queſtus cauſa. Vos autem chariſſi-
mi:memores eſtote verborũ: que predicta ſunt ab apo-
ſtolis domini noſtri Jeſu Chriſti:q̃ dicebat vobis:quo-
niam in nouiſſimis tẽporibus venient illuſores:ſm de-
ſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt qui ſe
gregant ſemetipſos:animales:ſpiritum non habentes.
Vos autem chariſſimi: ſuperedificantes voſmetipſos
ſanctiſſime noſtre fidei:in ſpiritu ſancto orãtes: voſmet
ipſos in dilectione dei ſeruate:expectantes miſericordiã
G domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam eternam. Et hos
quidem arguite iudicatos:illos vero ſaluate:de igne ra-
pientes. Alijs autem miſeremini in timore dei: odiẽtes
eam que carnalis eſt: maculatam tunicã. Ei autem qui
potens eſt vos conſeruare ſine peccato: ⁊ conſtituere an
te conſpectum glorie ſue immaculatos in exultatione:
in aduentu domini noſtri Jeſu Chriſti: ſoli deo ſaluato
ri noſtro:per Jeſum Chriſtum dominum noſtrum glo
ria et magnificentia: imperium et poteſtas ante omnia
ſecula:et nunc:et in omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Finis.

Prologus in Apocalypſim.

IOannes apoſtolus et euangeliſta a Chriſto Joan.13.f
electus atq; dilectus:in tãto amore dilectio- ibidẽ.19.e
nis vberior habitus eſt: vt in coena ſupra pe- Joan.2.a
ctus eius recumberet:⁊ ad crucem aſtanti ſo
li matrem propriam cõmendaſſet: vt quem nubere vo-
lentem:ad amplexum virginitatis aſciuerat: ipſi etiam
cuſtodiendam virginem tradidiſſet. Hic itaq;:cũ pro-
pter verbum dei:et teſtimoniũ Jeſu Chriſti in Path-
mos inſulam ſortiretur exilium: illic ab eodem Apoca-
lypſis preoſtenſa deſcribitur: vt ſicut in principio cano-
nis:id eſt libri geneſeos:incorruptibile principium pre-
notatur: ita etiã incorruptibilis finis per virginem in
Apocalypſi redderetur:dicentis: Ego ſum alpha et O: apoc.22.c
initium et finis. Hic eſt Joannes:qui ſciens superueniſ
ſe ſibi diem egreſſionis de corpore:conuocatis in Ephe-
ſo diſcipulis:deſcẽdit in defoſſum ſepulture ſue locum:
orationeq; cõpleta: reddidit ſpiritũ:tam a dolore mor-
tis factus extraneus: q̃ a corruptione carnis noſcitur
alienus. Cuius tamen ſcripture diſpoſitio vel libri ordi
natio:ideo a nobis per ſingula nõ exponitur:vt neſcien-
tibus inquirendi deſiderium collocetur: et querẽtibus
laboris fructus:⁊ deo magiſterij doctrina ſeruetur.

Liber apocalypſis beati Joãnis apoſtoli.

Caput I.

Apocalypſis Jeſu chri A
ſti: quam dedit illis deus palam face
re ſeruis ſuis: que oportet fieri cito:⁊
ſignificauit mittẽs per angelum ſuũ
ſeruo ſuo Joanni : qui teſtimonium
perhibuit verbo dei: et teſtimonium
Jeſu Chriſti quecunq; vidit. Beatus qui legit ⁊ audit infra.22.c
verba prophetie huius:⁊ ſeruat ea que ĩ ea ſcripta ſunt. infra.22.c
Tempus enim prope eſt. Joannes ſeptem eccleſijs que
ſunt ĩ Aſia. Gratia vobis et pax ab eo qui eſt:et qui erat: B
et qui venturus eſt:⁊ a ſeptẽ ſpiritibus:qui in conſpectu
throni eius ſunt: et a Jeſu Chriſto: qui eſt teſtis fidelis
primogenitus mortuorũ:⁊ princeps regũ terre:qui di-
lexit nos:⁊ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo:
et fecit nos regnũ et ſacerdotes deo ⁊ patri ſuo. Ipſi glo Heb.9.c.
ria ⁊ imperiũ in ſecula ſeculoꝝ. Amen. Ecce venit cum 1.Joã.1.d.
nubibus:⁊ vidit eũ omnis oculus:⁊ qui eũ pupugerũt: Eſaie.3.c.
⁊ plangent ſe ſuper eũ oẽs tribus terre:etiã amen. Ego Item.4.b
ſum alpha ⁊ O:principiũ ⁊ finis:dicit dñs deus:qui eſt: et.44.a.⁊
⁊ qui erat:⁊ qui venturus eſt omnipotens. Ego Joães 48.b.
frater veſter: ⁊ particeps in tribulatione ⁊ regno ⁊ pa- mat.24.d.
tiẽtia in Jeſu chriſto:fui in inſula:que appellatᷣ Path- Judic.1.cf
mos propter verbũ dei:⁊ teſtimoniũ Jeſu chriſti. Fui in infra.22.. C
ſpiritu ĩ dñica die. Et audiui poſt me vocẽ magnã tanq̃
tube: dicentis:Quod vides ſcribe in libro:⁊ mitte ſeptẽ infra.4.a.
eccleſijs:que ſunt in Aſia:Epheſo:⁊ Smyrne:⁊ Perga
mo:⁊ Thiatyre:⁊ Sardis:⁊ Philadelphie: ⁊ Laodi-
cie. Et cõuerſus ſum: vt viderẽ vocẽ que loquebatᷣ me-
cũ. Et cõuerſus vidi ſeptẽ candelabra aurea: ⁊ in medio
ſeptẽ candelabroꝝ aureoꝝ ſimilẽ filio hoĩs: veſtitũ pode infra.2.c.
re:⁊ precinctũ ad mãmillas zona aurea. Caput aũt ei⁹ et.19.c.
⁊ capilli erant candidi:velut lana alba:⁊ tanq̃ nix:⁊ ocu
li ei⁹ velut flãma ignis:⁊ pedes eius ſimiles auricalcho; D
ſicut in camino ardenti. Et vox illius tanq̃ vox aquarũ
multarum:et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. Et
de ore gladius vtraq; parte acutus exibat:et facies eius infra.19.c.
ſicut ſol lucet in virtute ſua. Et cum vidiſſem eũ: cecidi mat.17.a.
ad pedes eius tanq̃ mortuus. Et poſuit dexterã ſuam Eſa.44.a
ſuper me:dicens: Noli timere. Ego ſum primus et no- ĩfra.22:cc Eſa.22..

Iuob.ſz.c Infra.3.b nouiſſimus:et viuus:⁊ fui mortuus:⁊ ecce ſum viuēs in ſe
cula ſeculorū:et habeo claues mortis et inferni. Scribe
ergo quę vidiſti:⁊ quę ſunt:⁊ quę oportet fieri poſt hęc.
Sacramentum ſeptem ſtellarum: quas vidiſti in dexte
ra mea:et ſeptem candelabra aurea:ſeptem ſtellę angeli
ſunt ſeptem eccleſiarū:⁊ candelabra ſeptem: ſeptem ec-
cleſię ſunt. II.

A Et angelo Epheſi eccleſię ſcribe: Hęc dicit
qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua: qui
ambulat in medio ſeptem candelabrorū au
reorum. Scio opera tua et laborem et pa-
tientiam tuam: et quia non potes ſuſtinere
B malos. Et tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos eſſe:⁊ nō
Infra.3.a. ſunt:⁊ inueniſti eos mendaces. Et patientiam habes:⁊
Ecc.13.a ſuſtinuiſti propter nomen meum: et non defeciſti. Sed
habeo aduerſum te pauca: q̄ charitatem tuam primam
reliquiſti. Memor eſto itaq̨ vnde excideris: et age poe
nitentiam:et prima opera fac. Sin autem venio tibi:et
mouebo candelabrum tuum de loco ſuo: niſi poeniten-
tiam egeris. Sed hoc habes: quia odiſti facta nicolaita
rum:quę ⁊ ego odi. Qui habet aurem audiat:quid ſpiri
tus dicat eccleſijs. Uincenti dabo edere de ligno vitę:
quod eſt in paradiſo dei mei. Et angelo Smyrnę eccle-
C ſię ſcribe: Hęc dicit primus et nouiſſimus:qui fuit mor
tuus:⁊ viuit. Scio tribulationē tuam et paupertatem
tuam:ſed diues es: et blaſphemaris ab his qui ſe dicunt
iudęos eſſe:et non ſunt:ſed ſunt ſynagogę ſathanę. Ni
hil horū timeas:quę paſſurus es. Ecce miſſurus eſt dia-
bolus aliquos ex vobis in carcerem:vt tentemini: et ha-
Infra.3.a bebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſq̨
D ad mortem:et dabo tibi coronā vitę. Qui habet aurem
audiat:quid ſpiritus dicat eccleſijs. Qui vicerit:non lę
detur a morte ſecunda. Et angelo pergami eccleſię ſcri
be: Hęc dicit:qui habet rompheam ex vtraq̨ parte acu-
tam. Scio vbi habitas: vbi ſedes eſt ſathanę: ⁊ tenes no
men meum:et non negaſti fidem meam. Et in diebus il
lis Antiphas teſtis meus fidelis:q̄ occiſus eſt apud vos:
vbi ſathanas habitat. Sed habeo aduerſus te pauca:q̄a
habes illic tenētes doctrinam Balaā:qui docebat Ba-
lac mittere ſcandalum coram filijs Iſrael:edere:et for-
E nicari. Ita habes ⁊ tu tenētes doctrinam Nicolaitarū.
Similiter poenitentiā age:ſi quo minus:veniam tibi ci
to: ⁊ pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet
aurem audiat:quid ſpiritus dicat eccleſijs. Uincēti da
bo manna abſconditum:et dabo illi calculum candidū:
ſupra.1.c. et in calculo nomen nouum ſcriptum: quod nemo ſcit:
Infra.16.c niſi qui accipit. Et angelo Thyatirę eccleſię ſcribe: Hęc
dicit filius dei:qui habet oculos tanq̄ flammam ignis:⁊
pedes eius ſimiles auricalcho. Noui opera tua ⁊ fidem
F ⁊ charitatem tuam ⁊ miniſterium ⁊ patientiam tuam:
⁊ opera tua nouiſſima plura prioribus. Sed habeo ad-
Iob.24.d uerſus te pauca:quia permittis mulierem Iezabel:quę
ſe dicit prophetem docere ſeducere ſeruos meos: forni-
cari:⁊ manducare de idolotytis. Et dedi illi tempus:vt
poenitentiam ageret:et nō vult poenitere a fornicatio-
ne ſua. Ecce ego mitto eam in lectum: et qui moechan-
tur cum ea:in tribulatione maxima erunt:niſi poeniten
tiam ab operibus ſuis egerint:et filios eius interficiam
in mortem:et ſcient omnes eccleſię: quia ego ſum ſcru-
Iere.17.b tans renes et corda:⁊ dabo vnicuiq̨ veſtrum ſm̄ opera
ſua. Uobis autē dico ⁊ cęteris:qui Thyatirę eſtis: qui-
G cunq̨ non habent doctrinam hanc:⁊ qui non cognoue-
Pſalm.2. runt altitudinem ſathanę: quemadmodum dicūt: non
Infra.19.c mittam ſuper vos aliud pondus: tamen id quod habe-
tis:tenete donec veniā. Et qui vicerit:et cuſtodierit vſq̨
in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper gentes:
et reget eas in virga ferrea:et tanq̄ vas figuli cōfringen
tur:ſicut et ego accepi a patre meo: et dabo illi ſtellā ma
tutinam. Qui habet aurem audiat: quid ſpiritus dicat
eccleſijs. III.

A Et angelo eccleſię Sardis ſcribe: Hęc dicit:qui
habet ſeptem ſpiritus dei:et ſeptē ſtellas. Scio
opera tua: quia nomen habes: q̄ viuas:et mor-
tuus es. Eſto vigilans:et confirma cętera quę moritu-
ra erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo 1.theſ.5.a.
meo. In mēte ergo habe:qualiter acceperis ⁊ audieris: 2.pet.5.c.
⁊ ſerua:⁊ poenitentiam age. Si ergo nō vigilaueris:ve- ſupra.2.c.
niam ad te tanq̄ fur:⁊ neſcies qua hora veniā ad te. Sed
habes pauca nomina in ſardis: qui non inquinauerunt B
veſtimenta ſua:et ambulabunt mecum in albis:quia di-
gni ſunt. Qui vicerit ſic veſtietur veſtimentis albis:et ſupra.1.b. Gal.21.f
non delebo nomen eius de libro vitę: ⁊ confitebor nomē Iiob.12.c
eius coram patre meo: ⁊ corā angelis eius. Qui habet
aurem audiat:quid ſpiritus dicat eccleſijs:⁊ angelo phi
ladelphię eccleſię ſcribe: Hęc dicit ſanctus ⁊ verus: qui
habet clauem Dauid:qui aperit:⁊ nemo claudit: ⁊ clau
dit:⁊ nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te
oſtium apertum:quod nemo poteſt claudere: quia mo-
dicam habes virtutem:⁊ ſeruaſti verbum meum: ⁊ non
negaſti nomen meum. Ecce dabo de ſynagoga ſathanę:
qui dicunt ſe iudęos eſſe:⁊ non ſunt:ſed mentiūtur. Ec C
ce faciam illos vt veniant:⁊ adorent ante pedes tuos:et
ſcient:quia ego dilexi te. Quoniam ſeruaſti verbum pa-
tientię meę:⁊ ego ſeruabo te ab hora tētationis:quę vē-
tura eſt in orbem vniuerſum: tentare habitantes in ter-
ra. Ecce venio cito. Tene quod habes: vt nemo accipiat
coronam tuam. Qui vicerit:faciam illum columnam in
templo dei mei:⁊ foras nō egredietur amplius. Et ſcri-
bam ſuper eū nomen dei mei:⁊ nomen ciuitatis dei mei
nouę Ieruſalem:quę deſcendit de cęlo a deo meo:et no
men meum nouum. Qui habet aurem audiat:quid ſpi-
ritus dicat eccleſijs. Et angelo laodicię eccleſię ſcribe:
Hęc dicit amen teſtis fidelis et verus: qui eſt principiū
creaturę dei. Scio opera tua: quia neq̨ frigid⁹ es neq̨ D
calidus. Utinam frigidus eſſes aut calidus:ſed quia te
pidus es: et nec frigidus nec calidus: incipiam te euo-
mere ex ore meo:quia dicis:q̄ diues ſum: ⁊ locupletat⁹:
⁊ nullius egeo:⁊ neſcis: quia tu es miſer ⁊ miſerabilis ⁊
pauper ⁊ cęcus ⁊ nudus. Suadeo tibi emere a me aurū
ignitum:probatum vt locuples fias: et veſtimentis al-
bis induaris: vt non appareat confuſio nuditatis tuę:
et collyrio inunge oculos tuos: vt videas. Ego quos Puer.3.b.
amo:arguo:⁊ caſtigo. Aemulare ergo:et poenitentiam Heb.12.b
age. Ecce ſto ad oſtium: et pulſo. Si quis audierit vo-
cem meam:et aperuerit mihi ianuam:intrabo ad illum:
et coenabo cum illo:et ipſe mecum. Qui vicerit: dabo ei
edere de ligno vitę: et ſedere mecum in throno meo: ſi-
cut et ego vici: et ſedi cum patre meo in throno eius.
Qui habet aurē audiat:q̄d ſpirit⁹ dicat eccleſijs. IIII.

Poſt hęc vidi: et ecce oſtium apertum in cęlo. A
Et vox prima quam audiui tanq̄ tubę lo-
quentis mecum: dicēs: Aſcende huc:et oſten
dam tibi: quę oportet fieri cito. Poſt hęc: ſupra.1.c
ſtatim fui in ſpiritu. Et ecce ſedes poſita erat in cęlo:et
ſupra ſedem ſedēs. Et qui ſedebat:ſimilis erat aſpectui
lapidis iaſpidis et ſardinis:et iris erat in circuitu ſe-
dis ſimilis viſioni ſmaragdinę. Et in circuitu ſedis B
ſedilia viginti quatuor: et ſup thronos viginti quatuor
ſeniores ſedentes:circumamicti ſtolis albis: et in capi-
tibus eorum coronas aureas. Et de throno procede-
bant fulgura et voces et tonitrua:⁊ ſeptē lampades ar-
dentes ante thronū:quę ſunt ſeptem ſpiritus dei. Et in
cōſpectu ſedis tanq̄ mare vitreū ſimile cryſtallo: et in
medio ſedis:⁊ in circūitu ſedis quatuor animalia plena
oculis ante ⁊ retro. Et animal primū ſimile leoni: et ſe- C
cundū animal ſimile vitulo:⁊ tertiū animal habēs faciē
quaſi hominis:⁊ quartum animal ſimile aquilę volanti.
Et quatuor animalia ſingula eorū habebāt alas ſenas:⁊
in circūitu:⁊ intus plena ſunt oculis. Et requiē nō habe
bant die ac nocte:dicētia: Sanctus: ſctūs:ſanctus: dn̄s

D deus omnipotens:qui erat:⁊ qui eſt: et qui ventur⁹ eſt
Eſaie 6.b Et cum darent illa animalia gloriā et honorē ⁊ bene-
dictionē ſedenti ſuper thronū viuenti in ſecula ſeculo-
rū: procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentē
in throno:⁊ adorabant viuentem in ſecula ſeculorū:et
mittebant coronas ſuas ante thronū dicentes:Dign⁹
es domine deus noſter accipere gloriā ⁊ honorē et vir-
tutē:quia tu creaſti omnia: ⁊ propter voluntatem tuā
erant et creata ſunt. V.
A ET vidi in dextera ſedentis ſuper thronū librū
ſcriptum intus et foris: ſignatū ſigillis ſeptē.
Et vidi angelum fortē:⁊ predicantē voce ma-
gna:Quis eſt dignus aperire librum:⁊ ſoluere ſigna-
cula eius? Et nemo poterat:neq; in celo neq; in terra
neq; ſubtus terram:aperire librum:neq; reſpicere illū
Et ego flebam multū:quoniam nemo dignus inuentus
B eſt aperire librum:nec videre eum. Et vnus de ſeniori-
bus dixit mihi: Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iu
da radix dauid aperire librū: ⁊ ſoluere ſeptē ſignacula
eius. Et vidi et ecce in medio throni ⁊ quatuor anima
Infra 4 a lium:⁊ in medio ſeniorum agnum ſtantem tanq̄ occi-
ſum habentem cornua ſeptem:⁊ oculos ſeptē:qui ſunt
ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnem terram. Et venit:
Infra.7 d et accepit de dextera ſedentis in throno librum. Et cū
C aperuiſſet librum quatuor animalia: et vigintiquatu
or ſeniores ceciderūt coram agno:habentes ſinguli ci-
tharas et phialas aureas: plenas odoramentorū: que
ſunt orationes ſanctorum:et cantabant canticum no-
Dani.7.c uum dicentes: Dignus es domine aperire librum: et
ſoluere ſignacula eius:quoniam occiſus es:et redemi-
ſti nos deus in ſanguine tuo: ex omni tribu ⁊ lingua ⁊
populo ⁊ natione. Et feciſti nos deo noſtro regnū ⁊ ſa
cerdotes:⁊ regnabim⁹ ſup terrā. Et vidi: ⁊ audiui vo
cem angelorum multorū in circūitu throni ⁊ animaliū
⁊ ſeniorum:⁊ erat numerus eorū milia miliū dicentiū
D voce magna:Dignus eſt agnus: qui occiſus eſt accipe
re virtutē et diuinitatem et ſapientiam et fortitudinē
et honorē et gloriam et benedictionē. Et omnem crea
turam:que in celo eſt:⁊ que ſuper terram ⁊ ſubtus ter
ram ⁊ mare:et que in eo ſunt:omnes audiui dicentes:
Sedenti in throno et agno: benedictio ⁊ honor et glo
ria et poteſtas in ſecula ſeculorum. Et quatuor anima
lia dicebant: amen. Et vigintiquatuor ſeniores cecide
runt in facies ſuas:et adorauerunt viuentem in ſecula
ſeculorum. VI
A ET vidi q̄ aperuiſſet agnus vnum de ſeptem ſi
gillis:et audiui vnum de quatuor animalibus
dicens tanq̄ vocem tonitrui: Ueni ⁊ vide. Et
vidi:et ecce equus albus et qui ſedebat ſuper illum ha-
bebat arcū: et data eſt ei corona: et exiuit vincens vt vī
ſupra 5.b. ceret. Et cum aperuiſſet ſigillum ſecundum:audiui ſe
B cundū animal dicens: Ueni et vide. Et exiuit alius e-
quus rufus:⁊ qui ſedebat ſuper illum datū eſt ei vt ſu-
meret pacē de terra:⁊ vt inuicē ſe interficiant. Et dat⁹
eſt ei gladius magnus. Et cū aperuiſſet ſigillū tertium
audiui tertiū animal dicēs:Ueni ⁊ vide. Et ecce equ⁹
niger:⁊ qui ſedebat ſup illū: habebat ſtatherā in manu
C ſua. Et audiui tanq̄ vocē in medio quatuor animaliū:
dicentiū: Bilibris tritici denario vno: et tres bilibres
ordei denario vno:et vinū et oleum ne leſeris. Et cum
aperuiſſet ſigillū quartū: audiui vocē quarti aīalis di-
cētis: Ueni ⁊ vide. Et ecce equ⁹ pallid⁹:⁊ q̄ ſedebat ſu
p eū nomē illi mors:⁊ īfernus ſequebat̄ eū. Et data eſt
illi poteſtas ſup q̄tuor partes terre:interficere gladio
Infra 19.a fame ⁊ morte et beſtijs terre. Et cū aperuiſſet ſigillum
quintū:vidi ſubtus altare aīas interfectorum:ꝓpter ver-
bū dei: ⁊ ꝓpter teſtimoniū qd̄ habebāt. Et clamabant
D voce magna dicētes:Uſq; quo dñe ſanctus ⁊ verus nō
iudicas:⁊ non vindicas ſanguinē noſtrū:de his qui ha
bitant in terra? Et date ſunt illis ſingule ſtole albe:et
dictū eſt illis: vt requieſcerent adhuc tēpus modicum
donec cōpleantur cōſerui eorū ⁊ fratres eorū:q̄ interfi
ciēdi ſunt ſicut ⁊ illi. Et vidi cū aperuiſſet ſigillū ſextū Mat.27 f
Et ecce terremotus magnus factus eſt. Et ſol factus
E eſt niger tanq̄ ſaccus cilicinus: ⁊ luna tota facta eſt ſi-
cut ſanguis:⁊ ſtelle de celo ceciderunt ſup terrā: ſicut
ficus emittit groſſos ſuos:cum a vento magno mouet̄.
Et celū receſſit ſicut liber inuolutus:⁊ omnis mons ⁊
inſule de locis ſuis mote ſunt. Et reges terre et princi
pes ⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes:⁊ oīs ſeruus ⁊ liber ab
ſconderūt ſe in ſpeluncis:⁊ in petris montiū. Et dicūt
montibus ⁊ petris: Cadite ſup nos: ⁊ abſcondite nos Eſaie.2.d
a facie ſedentis ſup thronū: ⁊ ab ira agni:q̄m venit dies Oſee.10.a
magnus ire ipſorum. Et quis poterit ſtare? VII. luce.23.c.
A POſt hec vidi q̄tuor angelos ſtātes ſup q̄tu
or angulos terre: tenētes q̄tuor vētos ter
re:ne flarēt ſup terrā: neq; ſup mare:neq; ī
vllā arborē. Et vidi alterū angelū aſcēdērē
ab ortu ſolis habentē ſignū dei viui:⁊ clamaui voce ma
gna q̄tuor angulis:q̄bus datū eſt nocere terre ⁊ mari
dicēs: Nolite nocere terre ⁊ mari neq; arborib⁹:quo- Infra.6.c
adusq; ſignemus ſeruos dei noſtri in frontib⁹ eorum. Et
audiui numerū ſignatorū centū quadraginta q̄tuor mi
lia ſignati:ex oī tribu filiorū iſrael. Ex tribu iuda:duo
decim milia ſignati. Ex tribu rubē:duodecim milia ſi
gnati. Ex tribu gad:duodecim milia ſignati. Ex tri-
bu aſer:duodecim milia ſignati. Ex tribu Nephthali
duodecim milia ſignati. Ex tribu manaſſe:duodecim
milia ſignati. Ex tribu ſymeō:duodecim milia ſignati
B Ex tribu leui:duodecī milia ſignati. Ex tribu iſſachar
duodecim milia ſignati. Ex tribu zabulon: duodecim
milia ſignati. Ex tribu ioſeph:duodecim milia ſignati
Ex tribu beniamin: duodecī millia ſignati. Poſt hec
vidi turbā magnā:quā dinūerare nemo poterat:ex oī-
b⁹ gentibus ⁊ tribubus ⁊ pp̄lis ⁊ linguis:ſtantes ante
C thronū:⁊ in conſpectu agni amicti ſtolis albis: et pal-
me in manibus eorū. Et clamabāt voce magna dicen-
tes: Salus deo noſtro q̄ ſedet ſup thronū et agno. Et
oēs angeli ſtabāt in circūitu throni:⁊ ſeniorū et q̄tuor
aīaliū:⁊ ceciderūt in cōſpectu throni in facies ſuas: et
adorauerunt deū dicētes: Amē. Bñdictio ⁊ claritas:
⁊ ſapiētia ⁊ gratiarūactio:honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo
deo noſtro in ſecula ſeculorum: Amen. Et reſpondit vn⁹
de ſeniorib⁹:et dixit mihi: Hi q̄ amicti ſunt ſtolis albis:
D qui ſunt et vnde venerunt? Et dixi illi: Dñe mi tu ſcis.
Et dixit mihi: Hi ſunt q̄ venerunt de tribulatione ma
gna:⁊ lauerūt ſtolas ſuas. Et dealbauerunt eas in ſan ſupra 5 a.
guine agni. Ideo ſunt ante thronū dei: ⁊ ſeruiūt ei die
ac nocte in tēplo eius:⁊ qui ſedet in throno: habitabit Eſa.2.c.
ſuper illos. Non eſurient neq; ſitient amplius:neq; ca infra.21 a
det ſuper illos ſol:neq; vllus eſtus: quoniam agnus q̄
in medio throni eſt reget illos: et deducet eos ad vite
fontes aquarum: et abſterget deus omnem lachrymā
ab oculis eorum. VIII
A ET cum aperuiſſet ſigillū ſeptimū: factū eſt
ſilentiū in celo:quaſi media hora. Et vidi ſe
ptē angelos ſtantes in conſpectu dei:et date
ſunt illis ſeptē tube. Et ali⁹ angelus venit:
⁊ ſtetit ante altare habēs thuribulū aureū:⁊ data ſunt
illi incenſa multa: vt daret de orationibus ſanctorum
B oīm ſup altare aureū qd̄ eſt ante thronū dei. Et aſcēdit
fumus īcenſorum de orationib⁹ ſanctorū de manu angeli
corā deo. Et accepit angel⁹ thuribulū aureū:⁊ imple-
uit illud de igne altaris ⁊ miſit in terrā. Et facta ſunt
tonitrua et voces ⁊ fulgura:et terremotus magnus:
⁊ ſeptē angeli qui habebant ſeptem tubas:preparaue-
runt ſe:vt tuba canerent. Et primus angelus tuba ce-
cinit. Et facta eſt grando et ignis mixta in ſanguine:

et miſſum eſt in terram. et tertia pars terrę combuſta
eſt: et tertia pars arborum concremata eſt: ⁊ omne foe
C num viride combuſtuꝫ eſt. Et ſecundus angelus tuba
cecinit: et tanq̄ mons magnus igne ardens miſſus eſt
in mare. Et facta eſt tertia pars maris ſanguis: ⁊ mor
tua eſt tertia pars creaturę eorum: quę habebant ani-
mas in mari: et tertia pars nauium interijt. Et terti-
us angelus tuba cecinit: ⁊ cecidit de cęlo ſtella magna
ardens tanq̄ facula. Et cecidit in terram partem flu-
minum: et in fontes aquarum: et nomen ſtellę dicitur
D abſinthium. Et facta eſt tertia pars aquarum in abſin
thium: et multi hominum mortui ſunt de aquis: quia
amarę factę ſunt. Et quartus angelus tuba cecinit: et
percuſſa eſt tertia pars ſolis: et tertia pars lunę: et ter
tia pars ſtellarum: ita vt obſcuraretur tertia pars eo-
rū: ⁊ diei nō luceret tertia pars et noctis ſimiliter. Et vi
di et audiui vocem vnius aquilę volantis per medium
cęli: dicentis voce magna: Vę vę vę habitātibus in ter
ra. E cęteris vocibus trium angelorum qui erant tu-
ba canituri. IX

A ET quintus angelus tuba cecinit. Et vidi
infra 20.a ſtellam de cęlo cecidiſſe in terram: et data
infra.14.c eſt ei clauis putei abyſſi. Et aperuit puteū
⁊ 19.a. abyſſi: ⁊ aſcendit fumus putei ſicut fumus
fornacis magnę: et obſcuratus eſt ſol: et aer
de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuſtę ī ter
ram: et data eſt illis poteſtas: ſicut habent poteſtatem
ſupra.7.a ſcorpiones terrę. Et pręceptū eſt illis: ne lęderent foe
num terrę: neqꝫ omne viride: neqꝫ omnē arborē: niſi tā
tū homines: qui nō habent ſignum dei in frontibus ſu
is. Et dictum eſt illis ne occiderent eos: ſed vt crucia
rent menſibus quinqꝫ. Et cruciatus eorum vt crucia-
B tus ſcorpij: cum percutit hominem. Et in diebus illis
ſupra.5.c. quęrent homines mortem: et non inuenient eam: et de
Eſaie.2.d ſiderabunt mori: et fugiet mors ab eis. Et ſimilitudi-
Oſee 10 a nes locuſtarū ſimiles equis paratis in pręlium: et ſup
Luc.23. c capita earum tanq̄ coronę ſimiles auro: et facies earū
Sap.16.b tanq̄ facies hominū. Et habebant capillos ſicut capil
los mulierū: et dentes earum ſicut dentes leonū erāt.
Et habebant loricas ſicut loricas ferreas: et vox alarū
earū: ſicut vox curruū equorū multorum currentium
in bellū. Et habebant caudas ſimiles ſcorpionū: et acu
lei erant in caudis earum: ⁊ poteſtas earū nocere homi
nibus menſibus quinqꝫ. Et habebant ſuper ſe regē an
gelū abyſſi: cui nomen hebraice Abaddon: gręce autē
C Apollion: ⁊ latine habens nomē exterminās. Vę vnū
abijt: et ecce veniunt adhuc duo vę poſt hęc. Et ſextus
angelus tuba cecinit: et audiui vocem vnam ex quatu
or cornibus altaris aurei: quod eſt ante oculos dei di-
centem ſexto angulo: qui habet tubā: Solue quatuor
angelos: qui alligati ſunt in flumine magno eufrate.
Et ſoluti ſunt quatuor angeli: qui parati erant in ho-
ram et diem et menſem et annum: vt occiderent terti-
am partem hominum: et numeros equeſtris exercit9:
vices milies dena millia. Et audiui numerum eorum:
et ita vidi equos in viſione: et qui ſedebāt ſuper eos ha
bebant loricas igneas et hiacynthinas et ſulphureas:
et capita equorum erāt tanq̄ capita leonum: et de ore
D ipſorum procedebat ignis et fumus et ſulphur. Et ab
his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum de
igne ⁊ de fumo et ſulphure: quę procedebant ex ore ip-
ſorum. Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt ⁊ in
caudis eorum. Nam caudę eorum ſimiles ſerpētibus
habentes capita: et in his nocēt: et cęteri homines qui
non ſunt occiſi in his plagis: neqꝫ poenitentiā egerunt
de operibus manuum ſuarum: vt non adorarent dę-
monia: et ſimulachra aurea et argentea et ęra et lapi
dea et lignea: quę neqꝫ videre poſſunt: neqꝫ audire: ne
qꝫ ambulare: et non egerunt poenitentiam ab homi-
cidijs ſuis: neqꝫ a veneficijs ſuis: neqꝫ a fornicatiōe ſua
neqꝫ a furtis ſuis. X.

ET vidi alium angelum fortem deſcenden- A
tem de cęlo: amictum nube: et iris in capi-
te eius: et facies eius erat vt ſol: ⁊ pedes ei9
tanq̄ columna ignis. Et habebat in manu B
ſua libellum apertum. Et poſuit pedem ſuum dextrū dani.1.c2
ſuper mare: ſiniſtrum autem ſuper terram: et clama-
uit voce magna: quemadmodum cum leo rugit. Et cū
clamaſſet: locuta ſunt ſeptē tonitrua voces ſuas. Et C
cum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas: ⁊ ego
ſcripturus eram. Et audiui vocem de cęlo dicentē mi
hi: Signa quę locuta ſunt ſeptem tonitrua: et noli ea
ſcribere. Et angelus quem vidi ſtantem ſupra mare: ⁊
ſupra terram leuauit manum ſuam ad cęlum: et iura-
uit per viuentem in ſęcula ſęculorum: qui creauit cę-
lum et ea quę in illo ſunt: et terram ⁊ ea quę in ea ſunt
et mare et ea quę in eo ſunt: quia tempus non erit am- D
plius: ſed in diebus vocis ſeptimi angeli: cum coeperit
tuba canere: comſummabitur myſteriū dei: ſicut euan
gelizauit per ſeruos prophetas. Et audiui vocē de cę- Ezech.3.a
lo iterum loquentem mecum: et dicentem: Vade ⁊ ac
cipe librum apertum de manu angeli ſtantis ſupra ma-
re et ſuper terram. Et abij ad angelum dicēs ei: vt da
ret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum et deuo
ra illum: et faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore
tuo erit dulce tanq̄ mel. Et accepi librum de manu an
geli: et deuoraui illum: ⁊ erat in ore meo tanq̄ mel dul
ce. Et cū deuoraſſem eū: amaricatus eſt venter meus.
Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare gentib9
et populis et linguis ⁊ regibus multis. XI.

ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgę: et A
dictum eſt mihi: Surge ⁊ metire templum
dei et altare: et adorantes in eo. Atrium au
tem quod eſt foris templum eijce foras. Et
ne metiaris illud. Quoniā datum eſt gentibus: et ciui
tatē ſanctā calcabunt menſibus quadraginta duobus
et dabo duobus teſtibus meis: et prophetabūt diebus
mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis. Hi ſunt duo oli
uę: et duo candelabra lucētia: in cōſpectu domini ter-
rę ſtātes. Et ſi quis voluerit eos nocere: ignis exiet de B
ore eorum: ⁊ deuorabit inimicos eorum. Et ſi quis vo-
luerit eos lędere: ſic oportet eum occidi. Hi habēt po
teſtatem claudendi cęlū: ne pluat diebus prophetię il
lorum: ⁊ poteſtatem habent ſuper aquas. conuertendi
eas in ſanguinē: ⁊ percutere terrā omni plaga: quoti-
enſcunqꝫ voluerint: et cum finierit teſtimoniū ſuū: be
ſtia quę aſcendit de abyſſo: faciet aduerſus eos bellū: et
vincet illos: et occidet eos: et corpora eorū iacebunt in Dani.7.a
plateis ciuitatis magnę: quę vocatur ſpiritaliter So
doma et Aegyptus: vbi et dominus eorum crucifixus
eſt. Et videbunt de tribubus: et populis: et linguis:
et gentibus corpora eorum per tres dies et dimidium C
et corpora eorū non ſinent poni in monumentis: et īha
bitantes terrā: gaudebunt ſup illos: et iocundabunt:
et munera mittent inuicem. Quoniam hi duo prophe
tę cruciauerunt eos: qui habitabant ſuper terram: et
poſt dies tres: ⁊ dimidium ſpiritus vitę a deo intrauit
in eos: et ſteterunt ſuper pedes ſuos: et timor magnus
cecidit ſuper eos: qui viderunt eos. Et audierunt vo-
cem magnam de cęlo dicentem eis: Aſcendite huc. Et
aſcenderunt in cęlū in nube: et viderūt illos inimici eo
rū. Et in illa hora factus eſt terręmotus magnus: ⁊ de
cima pars ciuitatis cecidit. Et occiſa ſunt in terręmo
tu nomina hominum ſeptem millia: et reliqui in timo
rem ſunt miſſi: ⁊ dederunt gloriam deo cęli. Vę ſecun
dum abijt: et ecce vę tertium veniet cito. Et ſeptimus
angelus tuba cecinit: ⁊ factę ſunt voces magnę in cę-
lo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi dñi no-

D ſtri et Chriſti eius: et regnabunt in ſęcula ſęculorum.
amen. Et vigintiquatuor ſeniores qui in cōſpectu dei
ſedent in ſedibus ſuis: ceciderunt in facies ſuas: 7 ado
rauerunt deuʒ dicentes: Gratias agimus tibi domine
deus noſter omnipotens: qui es et qui eras et qui ven-
turus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam et re
gnaſti. Et iratę ſunt gentes: 7 aduenit ira tua: 7 tem-
pus mortuorū iudicari et reddere mercedeʒ ſeruis tu-
is prophetis et ſanctis 7 timentibus nomen tuum: pu
ſillis 7 magnis: et exterminandi eos qui corruperunt
terram. Et apertum eſt templum dei in cęlo: et viſa eſt
arca teſtamenti eius in templo eius. Et facta ſunt ful-
gura et voces et tonitrua: et terręmotus et grādo ma
gna. XII.
A ET ſignū magnuʒ apparuit in cęlo. Mulier
amicta ſole: et luna ſub pedibus eius. Et in
capite eius corona ſtellarum duodecim: et
in vtero habens. Et clamabat parturiens 7
cruciatur vt pariat. Et viſum eſt aliud ſignum in cęlo
Et ecce draco magnus: rufus: habens capita ſeptem:
et cornua decem. Et in capitib⁹ ſuis ſeptem diadema-
ta: et cauda eius trahebat tertiā partē ſtellarum cęli:
B et miſit eas in terraʒ. Et draco ſtetit ante mulierē quę
erat paritura: vt cum peperiſſet filium eius deuoraret
Et peperit filium maſculum: qui recturus erat oīnes
gentes in virga ferrea: et raptus eſt filius eius ad deuʒ
et ad thronū eius: et mulier fugit in ſolitudinē: vbi ha
bebat locum paratum a deo: vt ibi paſcat eam dieb⁹ mil
le ducentis ſexaginta. Et factum eſt pręliū magnuʒ in
cęlo. Michael et angeli eius pręliabant͂ cum dracone
Et draco pugnabat et angeli eius: et non valuerūt: ne
q̃ʒ locus inuentus eſt eorum amplius in cęlo. Et pro-
iectus eſt draco ille magnus: ſerpens antiquus: qui vo
C catur diabolus et ſathanas: qui ſeducit vniuerſum or-
bem. Et proiectus eſt in terrā: et angeli eius cum illo
miſſi ſunt. Et audiui vocem magnam in cęlo dicētem
Nunc facta eſt ſalus: 7 virtus et regnum dei noſtri: et
poteſtas chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fra-
trum noſtrorum: qui accuſabat illos ante conſpectuʒ
dei noſtri die ac nocte: et ipſi vicerūt eum propter ſan-
guinem agni: 7 propter verbū teſtimonij ſui: 7 non di-
lexerunt animas ſuas vſq̃ʒ ad mortem. Propterea lę-
tamini cęli: 7 qui habitatis in eis. Vę terrę 7 mari: q2
deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam: ſci-
D ens quod modicum temp⁹ habet. Et poſtq̃ vidit dra-
co: quod proiectus eſſet in terram: perſecutus eſt mu-
lierem: quę peperit maſculum. Et datę ſunt mulieri
alę duę aquilę magnę: vt volaret in deſertum in locuʒ
ſuum: vbi alitur per tempus 7 tempora 7 dimidiū tem
poris a facie ſerpentis. Et miſit ſerpēs ex ore ſuo poſt
mulierem aquā tanq̃ flumen: vt eam faceret trahi a flu
mine. Et adiuuit terra mulierē: et aperuit terra os ſu
um: et abſorbuit flumen quod miſit draco de ore ſuo.
Et iratus eſt draco in mulierē: et abijt facere pręlium
cū reliquis de ſemine eius: qui cuſtodiūt mandata dei
7 habent teſtimoniuʒ ieſu chriſti: 7 ſtetit ſuper arenam
maris. XIII.
A ET vidi de mari beſtiam deſcendentem haben-
tem capita ſeptē: et cornua decem: 7 ſuper cor
nua eius decem diademata: 7 ſuper capita ei-
us nomina blaſphemię. Et beſtia quā vidi ſimilis erat
pardo: et pedes eius ſicut pedes vrſi: et os eius ſicut
os leonis. Et dedit illi draco virtutem ſuam 7 poteſta
tē magnā. Et vidi vnum de capitibus ſuis: quaſi occi-
ſum in mortē: et plaga mortis eius curata eſt. Et ad-
mirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiā: 7 adorauerūt dra
conem: qui dedit poteſtatem beſtię: et adorauerunt be
ſtiam dicentes: Quis ſimilis beſtię: et quis poterit pu
B gnare cum ea? Et datum eſt ei os loquens magna: et
blaſphemias. Et data eſt ei poteſtas facere mēſes qua

draginta duos. Et aperuit os ſuuʒ in blaſphemias ad
deum blaſphemare nomen eius: et tabernacula eius:
et eos qui in cęlo habitant. Et datum eſt illi bellum fa
cere cum ſanctis: et vincere eos. Et data eſt illi pote-
ſtas in omnem tribum: 7 populum 7 linguam et gen-
tem: et adorauerunt eam omnes qui inhabitant terrā:
quorum nō ſunt ſcripta nomina in libro vitę agni: qui
occiſus eſt ab origine mundi. Si quis habet aurem au- C
diat. Qui in captiuitatem duxerit: in captiuitatem va infra 20 d
det. Qui in gladio occiderit: oportet eum gladio occi phili. 4. a.
di. Hic eſt patientia et fides ſanctorum. Et vidi aliam Gene. 9. a
beſtiam aſcendentem de terra: et habebat cornua duo mat. 26. c
ſimilia agni: et loquebatur ſicut draco: et poteſtatē pri
oris beſtię omnem faciebat in conſpectu eius. Et fe-
cit terrā 7 inhabitantes in ea adorare beſtiam primaʒ:
cuius curata eſt plaga mortꝫ. Et fecit ſigna magna: vt
etiam ignem faceret de cęlo deſcendere in terraʒ in cō
ſpectu hominum. Et ſeduxit habitantes in terra: pro D
pter ſigna quę data ſunt illi facere in conſpectu beſtię:
dicens habitantibus in terra: vt faciant imaginem be-
ſtię: quę habet plagam gladij 7 vixit. Et datum eſt illi
vt daret ſpiritum imagini beſtię: 7 vt loquat͂ imago be
ſtię. Et faciet vt quicunq̃ʒ non adorauerit imaginē be-
ſtię: occidatur. Et faciet omnes puſillos 7 magnos et
diuites 7 pauperes et liberos et ſeruos: habere chara-
cterem in dextra manu: aut in frontibus ſuis: et ne q̃s
poſſet emere aut vendere: niſi qui habeat characterem
aut nomen beſtię: aut numerum nominis eius. Hic ſa
pientia eſt. Qui habet intellectum computet numerū
beſtię. Numerus enim hominis eſt: et numerus eius:
ſexcenti ſexaginta ſex. XIIII.
ET vidi: et ecce agnus ſtabat ſupra mon- A
tem Sion: 7 cum eo centum quadragin-
taquatuor milia habentes nomen eius: et
nomen patris eius ſcriptum in frontibus
ſuis. Et audiui vocem de cęlo tanq̃ voceʒ
aquarum multaruʒ: et tanq̃ vocem tonitrui magni.
Et vocem quam audiui ſicut citharoedorum citha-
rizantium in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canti- ſupra. 7. b
cum nouum: ante ſedem 7 ante quatuor animalia 7 ſe
niores. Et nemo poterat dicere canticum: niſi illa cen
tum quadragintaquatuor millia: q̃ empti ſunt de ter-
ra. Hi ſunt qui cum mulieribus nō ſunt coinquinati: B
virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnū quocunq̃ʒ ie-
rit. Hi empti ſunt ex omnibus primitię deo et agno:
et in ore eorū non eſt inuentum mendacium. Sine ma Pſ. 145.
cula enim ſunt ante thronum dei. Et vidi alterum an- actu. 14. c
gelum volantem per medium cęli habentem euāgeli- eſaie. 21. a
um ęternum: vt euangelizaret ſedentibus ſuper terrā Iere. 51. a
et ſuper omnem gentem: 7 tribum et linguam et po- infra. 18. a
pulum: dicens magna voce: Timete dominum 7 date
illi honorem: quia venit hora iudicij eius. Et adorate
eum qui fecit cęlum et terram: mare et fontes aquaʒ.
Et alius angelus ſecutus eſt eum dicens: Cecidit: ce-
cidit Babylon: ciuitas illa magna: quę a vino irę for-
nicationis ſuę potauit omnes gentes. Et tertius an-
gelus ſecut⁹ eſt illos dicēs voce magna: Si quis ado
rauerit beſtiam et imaginem eius: et acceperit chara-
cterem in fronte ſua: aut in manu ſua: hic bibet de vi-
no irę dei: quod mixtum eſt mero in calice irę ipſius.
Et cruciabitur igne et ſulphure: in conſpectu angelo- C
rum ſanctorum: 7 ante conſpectum agni: 7 fumus tor ſupra. 9. a
mentorum eorum aſcendet in ſęcula ſęculorum. Nec infra. 19. d
habent requiem die ac nocte: qui adorauerunt beſtiaʒ
et imaginem eius: et ſi quis acceperit characterem no
minis eius. Hic patientia ſanctorum eſt: qui cuſto-
diunt mandata dei et fidē ieſu. Et audiui vocē de cęlo:
dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in domino
moriuntur. Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant
a laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequunt͂ illos.

Et vidi et ecce nubem candidam: ⁊ ſuper nubem ſeden
tem ſimilē filio hominis: habentem in capite ſuo coꝛo-
D nam auream: et in manu ſua falcē acutam. Et alius an
iobel. 3. c. gelus exiuit de templo clamans voce magna ad ſeden
tem ſuper nubem: Mitte falcem tuam ⁊ mete: quia ve
nit hoꝛa vt metatur: quoniā aruit meſſis terrę. Et mi
ſit qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam in terram: et
meſſuit eā. Et alius angelus exiuit de templo qđ eſt in
cęlo habens et ipſe falcem acutā. Et alius angelus exi
uit de altari qui habebat poteſtatem ſupꝛa ignē: et cla
mauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutā
dicens: Mitte falcem tuam acutam in terrā: et vinde
mia botros vineę terrę: quoniam maturę ſunt vuę ei-
us. Et miſit angelus falcem ſuam acutam in terram.
⁊ vindemiauit vineam terrę. Et miſit in lacum irę dei
magnum. Et calcatus eſt lacus extra ciuitatē: ⁊ exiuit
ſanguis de lacu vſq; ad frenos equoꝛum per ſtadia mil
le ſexcenta.

XV.

A ET vidi aliud ſignum in cęlo magnum et
mirabile: angelos ſeptē habentes plagas
ſeptem nouiſſimas: quoniam in illis con-
ſummata eſt ira dei. Et vidi tanq̄ mare vi-
treum mixtum igne: et eos qui vicerunt
beſtiam et imaginem eius: ⁊ numerū nominis eius ſtā
tes ſupꝛa mare vitreū habentes citharas dei: et cantā-
B tes canticum Moyſi ſerui dei: et canticum agni dicen
tes: Magna ⁊ mirabilia ſunt opera tua domine deus
omnipotens: iuſtę ⁊ verę ſunt vię tuę domine rex ſęcu
ieremi. 10 loꝛum. Quis nō timebit te domine: ⁊ magnificabit no
C men tuum? Quia ſolus pius es: quoniam omnes gen
tes venient et adoꝛabunt in conſpectu tuo: quoniā iu-
dicia tua manifeſta ſunt. Et poſt hęc vidi: et ecce aper
tum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cęlo. Et ex
ierunt ſeptem angeli: habentes ſeptem plagas de tem
plo veſtiti lapide mundo et candido: et pꝛęcincti circa
D pectoꝛa zonis aureis. Et vnum ex quatuoꝛ animalibꝰ:
dedit ſeptem angelis ſeptē phialas aureas: plenas ira
cundię dei viuentis in ſęcula ſęculoꝛum. Et impletū
eſt templum fumo a maieſtate dei: et de virtute eius: ⁊
nemo poterat introire in templum: donec conſumma
rentur ſeptē plagę ſeptē angeloꝛū.

XVI

A ET audiui vocem magnam de templo dicen
tem ſeptē angelis: Ite et effundite ſeptem
phialas irę dei in terrā. Et abijt pꝛimus an
gelus: et effudit phialam ſuam in terrā. Et
factum eſt vulnus ſęuum et peſſimum in homines: qui
habebant caracterem beſtię: et in eos qui adoꝛauerunt
beſtiam et imaginem eius. Et ſecundus angelus effu
dit phialam ſuam in mare: et factus eſt ſanguis tanq̄
moꝛtui: ⁊ omnis anima viuens moꝛtua eſt in mari. Et
tertius angelus effudit phialā ſuam ſuper flumina et
B ſuper fontes aquarum: et factus eſt ſanguis. Et audi-
ui angelum aquarum dicentem: Iuſtus es domine: q̄
es et qui eras ſanctus: qui hoc iudicaſti quia ſanguinē
ſanctoꝛum et pꝛophetarum effuderunt: et ſanguinem
eis dediſti bibere. Digni enim ſunt. Et audiui alterū
angelum dicentē: Etiam domine deus omnipotēs ve-
ra et iuſta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phi
alam ſuam in ſolem: et datum eſt illi ęſtu affligere ho-
mines et igni. Et ęſtuauerunt homines ęſtu magno:
et blaſphemauerunt nomen dei: habentis poteſtatem
ſuper has plagas: neq; egerunt poenitentiā: vt darent
illi gloꝛiā. Et quintus angelus effudit phialam ſuam
C ſuper ſedem beſtię. Et factum eſt regnū eius tenebꝛo
ſum: et commanducauerunt linguas ſuas pꝛę doloꝛe: ⁊
blaſphemauerunt deum cęli: pꝛę doloꝛibus et vulneri
bus ſuis: et non egerunt poenitentiam ex operibus ſu
is. Et ſextus angelus effudit phialam ſuam in flumen
illud magnum eufraten: ⁊ ſiccauit aquam eius: vt pꝛę
pararetur via regibus ab oꝛtu ſolis: et vidi de oꝛe dra-
conis ⁊ de oꝛe beſtię: ⁊ de oꝛe pſeudopꝛophetę exire ſpi
ritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enī
ſpiritus dęmonioꝛum facientes ſigna: et pꝛocedāt ad
reges totius terrę: congregare illos in pꝛęlium ad di-
em magnum omnipotentis dei. Ecce venio ſicut fur.
Beatus qui vigilat et cuſtodit veſtimenta ſua: ne nu- mat. 24. d
dus ambulet: et videant turpitudinem eius. Et con- luce. 12. c.
gregabit illos in locum qui vocabatur hebꝛaice Her- 1. theſ. 7. d
mageddon. Et ſeptimus angelus effudit phialam ſu- 2. pet. 3. c. D
am in aerē. Et exiuit vox magna de templo a thꝛono di
cens: Factum eſt. Et facta ſunt fulgura et voces et to-
nitrua: ⁊ terręmotus factus eſt magnus: qualis nunq̄
fuit: ex quo homines fuerunt ſuper terram: talis terrę
motus magnꝰ: et fracta eſt ciuitas magna in tres par
tes: et ciuitates gentium ceciderunt. Et Babilon ma
gna venit in memoꝛiam ante deum: dare illi calicē vi-
ni indignationis irę eius. Et omnis inſula fugit: et mō
tes non ſunt inuenti: ⁊ grando magna ſicut talentum
deſcendit de cęlo in homines: et blaſphemauerunt ho-
mines deum pꝛopter plagā grandinis: quoniā magna
facta eſt vehementer.

XVII.

ET venit vnus de ſeptem angelis, qui habe A
bant ſeptem phialas: et locutus eſt mecū
dicens: Ueni et oſtendā tibi damnationē
meretricis magnę: quę ſedet ſuper aquas
multas: cum qua foꝛnicati ſunt reges ter
rę: ⁊ inebꝛiati ſunt qui inhabitant terram: de vino pꝛo
ſtitutionis eius: ⁊ abſtulit me in ſpiritu in deſertum: ⁊
vidi mulierē ſedentem ſuper beſtiam coccineam plenā
nominibus blaſphemię: habentē capita ſeptem et coꝛ-
nua decē. Et mulier erat circundata purpura: ⁊ cocci B
no et inaurata auro et lapide pꝛęcioſo: et margaritis:
habens poculum aureum in manu ſua: plenum abomi
natione et immundicia foꝛnicationis eius. Et in fron
te eius nomen ſcriptum myſterium Babylon magna
mater foꝛnicationū et abominationum terrę. Et vidi
mulierē ebꝛiā de ſanguine ſanctoꝛū ⁊ de ſanguine mar
tyrū Ieſu. Et miratus ſum cum viderem illam admi
ratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare mira-
ris? Ego dicam tibi ſacramentum mulieris et beſtię:
quę poꝛtat eam quę habet capita ſeptē et coꝛnua decē C
Beſtia quā vidiſti fuit et nō eſt et aſcenſura eſt de abyſ
ſo: ⁊ in interitū ibit ⁊ mirabuntur inhabitantes terrā
quoꝛū nomina ſcripta non ſunt in libꝛo vitę: a conſtitu
tione mundi videntes beſtiā quę erat ⁊ non eſt. Et hic
eſt ſenſus: qui habet ſapientiā: Septē capita: ſeptē mō
tes ſunt: ſuper quos mulier ſedet: ⁊ reges ſeptem ſunt
Quinq; ceciderunt: vnus eſt: et alius nondū venit. Et
cum venerit: opoꝛtet illū bꝛeue tempus manere: et be-
ſtia quę erat et non eſt: et ipſa octaua eſt: et de ſeptē eſt
et in interitū vadet. Et decē coꝛnua quę vidiſti: decem 1. thim 6 a.
reges ſunt qui regnum nondum acceperunt: ſed pote- infra. 10 c D
ſtatē tanq̄ reges vna hoꝛa accipient poſt beſtiam. Hi
vnū conſiliū habēt: ⁊ virtutē et poteſtatē ſuā beſtię tra
dent. Hi cū agno pugnabūt: et agnus vincet illos: q̄m
dominus dominoꝛum eſt: et rex regum: et qui cum il-
lo ſunt vocati et electi et fideles. Et dixit mihi: Aquę
quas vidiſti vbi meretrix ſedet: populi ſunt et gentes
et linguę. Et decē coꝛnua quę vidiſti in beſtia: hi odi-
ent foꝛnicariā ⁊ deſolatā facient illā ⁊ nudā: et carnes ei
us manducabunt: ⁊ ipſam igne concremabunt. Deus
enī dedit in coꝛda eoꝛū: vt faciant qđ placitum eſt illi:
vt dent regnum ſuum beſtię donec conſummētur ver
ba dei. Et mulier quā vidiſti eſt ciuitas magna: quę ha
bet regnū ſuper reges terrę.

XVIII.

ET poſt hęc vidi alium angelum deſcendē- A
tē de cęlo: habentē poteſtatē magnā: ⁊ ter
ra illuminata eſt a glōia eiꝰ. Et exclamauit eſaie 12. c
in foꝛtitudine: dicens: Cecidit: cecidit ba Ier. 51. a. ſupꝛa 14. b
bylō magna: ⁊ facta ē habitatio dęmonioꝝ: ⁊ cuſtodia

omnis ſpiritus ĩmundi: ⁊ cuſtodia omnis volucris im
mundę et odibilis: quia de vino irę fornicationis eius
biberunt omnes gentes. Et reges terrę cum illa forni
B cati ſunt: et mercatores terrę de virtute delitiarum ei
us diuites facti ſunt. Et audiui aliam vocem de cęlo:
dicentem: Exite de illa populus meus: et ne partici-
pes ſitis delictorum eius: et de plagis eius non acci-
piatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vſq; ad
cęlum: et recordatus eſt dominus iniquitatum eius.
Reddite illi ſicut et ipſa reddidit vobis: et duplicate
duplicia ſm opera eius. In poculo quo miſcuit vobis:
C miſcete illi duplum. Quantum glorificauit ſe et in deli
cijs fuit: tantũ date illi tormentum ⁊ luctũ: quia in cor
de ſuo dicit: Sedeo vt regina: ⁊ vidua nõ ſum: et luctũ
non videbo. Ideo in vna die venient plagę eius mors:
et luctus et fames ⁊ igne cõburetur: quia fortis eſt de-
us qui iudicabit illam. Et flebunt et plangent ſe ſuper
Hiere. 51. a illam reges terrę qui cum illa fornicati ſunt: ⁊ in deli-
cijs vixerunt: cum viderint fumuz incendij eius longe
ſtantes propter timorem tormentorum eius dicẽtes:
